MEMORIALE PRÆDICATORUM

SIVE

SYNOPSIS BIBLICA, THEOLOGICA, MORALIS, HISTORICA ET ORATORIA

COMMENTARIORUM

R. P. CORNELII A LAPIDE

IN SCRIPTURAM SACRAM

COMPLECTENS

ANALYSIM OMNIUM RERUM QUÆ IN HISCE COMMENTARIIS ENUCLEANTUR

AUCTORE J. M. PÉRONNE

CANON. HONOR. ET PAROCHO DECANO IN DIŒCESI SUESSIONENSI, OLIM CANON. THEOLOGO, ET SCRIPTURÆ SANCTÆ NECNON ELOQUENTIÆ SACRÆ PROFESSORE.

TOMUS SECUNDUS

EDITIO TERTIA.

PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

13, VIA VULGO DICTA DELAMBRE, 13

M DCCC LXXVI

MEMORIALE

COMMENTARIORUM CORNELII A LAPIDE

IN SCRIPTURAM SACRAM

AD USUM PRÆSERTIM PRÆDICATORUM.

M

M. M sæpe liquescit in L, XV, 559, 2,

MACARIUS (S.). Μάκαριος, id est beatus, derivatur a χαίρειν, id est gaudere. S. Macario Raphael angelus specie viatoris se ducem obtulit, IV, 288, 2. S. Macarius abbas dæmones non timebat, V, 97, 2. Oratione dæmones ejecit, I, 711, 1. Sua confessione Theopemptum verecundantem ad confitendum induxit, II, 37, 2. Alium falso cædis accusatum quo pacto a morte liberarit, II, 468, 2 et seq. S. Macarius miraculis probavit orthodoxam fidem contra Eunomianos, XX, 126, 2. S. Macarius suos identidem ad luctum excitabat, XV, 145, 2. S. Macarii eremitæ vita, in qua scribitur, quod pergens ad paradisum, invenerit gentem quæ in altitudine habebat unum duntaxat cubitum; eamque vocat *Pichiti* et *Pygmæos*, fabulosa est, XII, 695, 2.

N. B. Macarii nomine tam permulti antiquitatis ecclesiasticæ viri appellati sunt, ut aliqua laborent difficultate qui discernere ad quem ex pluribus, sancto abbati, vel eremitæ spectant facta ab historicis tradita vel a scriptoribus in medium adducta. Ex luculentis tamen exquisitionibus Tillemontis, et nuperrime H. J. Floss (1850), constat duos præsertim Macarios nomine majori celebritate gaudere, S. Macarium Ægyptium et S. Macarium Alexandrinum, quibus accedunt alter Macarius S. Antonii discipulus, quartus alius Pachnum abbas, et quintus Tabennæ in Thebaide eremita.

MACEDONIA. Macedonia dicta Μάκενις, a Cethim, IV, 412, 1. Macedonia quando et per quem a Romanis subacta, 450, 2. Macedoniæ elogium, XVII, 309, 2.

MACEDONIUS HÆRESIARCHA, MACEDONIANI. Macedonius hæreticus asseruit Christum duas habere personas et naturas, XIV, 220, 2. Docuit Spiritum sanctum esse minorem Patre, imo creaturam et servum Filii, XVIII, 142, 1; 158, 2; XXI, 194, 1. Macedonius negans Spiritus sancti divinitatem velut cornu fuit Ecclesiam ventilans, sed a concilio Constantinopolitano damnatus est, XIV, 371, 2. Quare ab episcopatu Constantinopolitano pulsus, XIX, 220, 2. Ejus in Christianos immanitas, XIII, 158, 1. Macedoniani identidem negabant Spiritus sancti divinitatem, XIII, 574, 1; XVI, 299, 1; 300, 1.

MACEDONIUS martyr. Macedoniani martyris in morte animositas, XIX, 406, 1. Ejus assati ad tyrannum vox intrepida, I, 406, 1.

MACEDONIANUS diaconus. Macedoniani diaconi innoxii in calumnia patientia, X, 4, 2.

MACEDONIANUS monachus. Macedonii monachi senis humilitas, XV, 174, 1. Quam libere imperatorem reprehenderet, XII, 736, 1.

MACHA. MACHA quid significat, IV, 404, 1.

MACHABÆI. 1° Machabæi unde sic dicti, I, 569, 1; III, 651, 1; IV, 404, 1; XVIII, 148, 1. *Machabi* vox unde sit conflata, XXI, 17, 1. *Maccabi* idem est quod *percussor*, *occisor*, IV, 404, 1. Alio nomine vocati sunt Assamonæi, et unde, *ibid.*, 2.

2° Machabæi ex tribu Levi et Phinees Pontificis prognati sunt, IV, 422, 1; X, 465, 1. Cur censeantur de tribu Juda, I, 396, 2. Quomodo vocentur Judæi et domus David, cum essent oriundi ex Levi, XIV, 478, 1; 507, 1, 2. An habuerint matres ex stirpe Juda, XII, 244, 1. Per matrem descenderunt ex tribu Juda, XIX, 417, 2.

3° Machabæorum sacerdotium, labores, charitas, bella, regnum, gloria, triumphus, zelus, prudentia, vigilantia, fortitudo, XIII, 137, 2, usque ad 140, 1.

Eorum victoriæ de hostibus a Prophetis prædicuntur, XIV, 17, 1; 103, 1. Eorum exercitus ab angelo apparente Danieli repræsentatur, XIII, 2 et seq. Eorum regnum an dicatur regnum sanctorum, 98, 1. Illorum symbolum quod esset, 69, 2. Sub iis maxime floruit religio et fortitudo Judæorum, et erant legitimi principes, 329, 2. Eorum potestas, XIV, 479, 1. Eorum victoriæ significatæ symbolice per fontes, XIV, 535, 2. Eorum robur, pugnabant pedites contra equites, nec ipsi habebant equites, quare, IV, 431, 1; XIV, 481, 1. Equis generosis assimilantur, XIV, 478, 1. Quomodo Damascum usque victorias extenderint, 451, 1. Eos angeli in prœliis adjuverunt, 527, 1; 529, 1, 2; 532, 2; 538, 2; 543, 1. In persecutione ad montes fugerunt, 532, 1. In persecutione Scripturæ sacræ lectione se animabant, XIX, 498, 2. Viribus et victoriis Davidem superarunt, XIV, 507, 2. Facti sunt quasi azylum divinum, 507, 1. Eorum intentio erat non tantum terminos Judææ, sed et religionem gentis suæ propagare, 456, 1.

4° Machabæi fuere simul pontifices et principes populi, XIV, 432, 1. Quare pontificatum sibi vindicarint, X, 533, 1. Templum et urbem Jerusalem restaurarunt et exornarunt, XVI, 335, 1. Tempore Machabæorum nullus fuit propheta in Israel, IV, 433, 1.

5° Machabæi tres, Judas, Jonathas, Simon, intra triginta annos a Deo sublati, XIV, 490, 1. Machabæorum posterorum de regno inter se litigium, XII, 541, 2.

MACHABÆI SEPTEM. Fratrum septem Machabæorum historia quando contigerit; singulorum nomina et genus, IV, 526, 1. Qua ætate passi, 526, 1. Sese mutuo ad constanter et fortiter patiendum excitant, 527, 2. Ad similia toleranda quæ eos stimularint, 530, 1. Spem vivam resurrectionis et gloriæ æternæ habuerunt, 528, 1, 2. Horum malentium mori quam carne suilla vesci in tormentis constantia, II, 64, 1; XIX, 487, 2; 488, 1. Idque intuitu vitæ æternæ, XIX, 262, 1. Quantopere peccatum horruerint, 498, 2. *Primus* fratrum Machabæorum, nomine *Machabæus*, constanter Antiocho respondet, ejusque minas parvipendet, 526, 2; 527, 1. Duriter cruciatus Antiocho maledicit, *ibid.* *Secundus*, nomine *Aber*, martyr efficitur, *ibid.*, 2. *Tertius*, qui *Machir* dictus erat, ad pœnam postulatus, multa tyranno exprobravit, 528, 1, 2. *Quartus*, appellatus *Judas*, et *quintus*, nomine *Achas*, cur plus passi quam priores, *ibid.*, 2. *Sextus*, dictus *Areth*, magnitudine animi par, sed humilior cæteris, 529, 1, 2. *Septimus*, *Jacob*, regem alloquitur eique insultat, 532, 2. Prædixit salutem Israel, *ibid.* Ejus martyrium cur atrocius quam cæterorum, *ibid.*

Mater septem Machabæorum a variis diversimode nominatur, IV, 526, 1; 530, 1. Exhortatur filium natu minimum, 531, 1, 2. Masculum animum habuit, XIV, 567, 1. Quo genere mortis consumpta sit, IV, 533, 1, 2. Miris elogiis a SS. Patribus celebratur, 530, 1, 2.

Septem fratrum Machabæorum acre et illustr fuit martyrium, ideoque præ aliis sanctis Veteris Testamenti horum festum celebratur, IV, 629, 2. Fuere typus Christi, 533, 1. Horum triumphum miris encomiis multi Patres celebrant, 534, 1, 2. Quomodo imitandi, *ibid.* Singuli fuere veri vates ascripti Sanctorum catalogo, 135, 1, 2. Extat eorum ecclesia Coloniæ Agrippinæ, *ibid.*

MACHÆRA. Machæra et framea quomodo inter se differant, XIV, 522, 1.

MACHATES, seu MACHETUS. Machates abbas suspicacis nimis judicii quomodo a Deo punitus et correctus fuerit, XII, 260, 2 et seq. De quibus alios judicarat, in eos defectus incidit, XV, 206, 1. Quomodo se cum detractoribus gereret, X, 61. 2. Audita detractione, illico in somnum incidebat, VI, 287, 2.

MACHIAVELLUS, MACHIAVELLISTÆ. Machiavelli impia et athea axiomata et principia, VI, 85, 1; X, 146, 1. Machiavelli error, IV, 27, 1. Machiavellistarum exemplar Jeroboam, III, 621, 1.

MACHMAS. Machmas oppidum in confinio tribuum Benjamin et Ephraim, IV, 461, 2.

MACIES. Macies pugilem Christi decet, XVIII, 336, 1, 2.

MACRONENSE. Macronense mel insomniosum est, VI, 273, 2.

MACTARE. Mactare unde dicatur, II, 15, 1.

MACULA. 1° Maculæ quid, *Job*, 387, 2. Macula in pulchro fœdior, 98, 1.

Maculæ quænam lege Moysis irregularem faciebant ad sacerdotium, II, 137, 1. Tropologice quid hæ maculæ significent, *ibid.*, 2. Macula quali carere deberet victima immolatitia, XII, 828, 2.

2° Macula ex actu peccati relicta dicitur homo vetus, XVIII, 109, 2. Maculatam quam tunicam hæreticorum suos odisse velit S. Judas, XX, 686, 2.

MADABA. Madaba urbs ubi sita, et quid significet, IV, 459, 1. Hujus cives occiderunt Joannem Machabæum, sed non inulte, *ibid.*

MADIAN. MADIANITÆ. Madian regio unde dicta, I, 444, 2; XI, 703, 1. In Scriptura Madianitæ vocantur Æthiopes, nempe Orientales, XIV, 256, 1; 304, 1. Cur dicantur Æthiopes, XV, 72, 1. Madianitæ habitabant in plaustris vagantes, XII, 250, 2. Madianitæ scandalum dantes Israeli per cultum Beelphegor, quas pœnas Deo dederint, cæsi a Josue, XIV, 131, 2. Madianitarum, insequente Gedeone et sociis, quantus fuit pavor et consternatio, XIII, 423, 2. Madianitis dæmon assimilatur, XI, 231, 1.

MADRID. Madrid in Hispania academia Maurorum, III, 84, 1.

MÆVIUS. Caii Mævii militis capti intrepida responsio, X, 34, 1.

MAGAS. Magas, frater Ptolemæi Philadelphi, in-

citat socerum suum Antiochum Theon contra Ptolemæum Philadelphum, XIII, 150, 1.

MAGDALENA, *Vide* MARIA MAGDALENA.

MAGDALUM. Magdalum castellum beatæ Mariæ Magdalenæ erat in Galilæa juxta Bethsaidam, XVI, 121, 1; 132, 1.

MAGDALENA (S.) DE PAZZI. S. Magdalenæ de Pazzi mira humilitas, XVI, 262, 2.

MAGDEBURGENSES. Magdeburgensium centuriatorum deliria, XVIII, 187, 1.

MAGEDAN. Magedan erat oppidum ultra mare Galilææ, XV, 359, 2. An idem cum Dalmanutha : non est Medan, nec Mageddo, 360, 1, 2.

MAGIA, MAGUS : I. MAGIA. Magia vox hebræa est, et unde derivetur, IX, 209, 2. Magiæ inventor fuit Zoroastres, I, 492, 2. Magia celebris erat apud reges Persarum, IX, 2, 2; 3, 1. Magia est astrologia naturalis, et licita scientia, sed jam abusive ad incantationem et veneficia vox traducta est, XV, 71, 1. Magiæ insimulatus fuit Christus et Christiani, XVII, 126, 2. Ejus artes discussit Christianus chrismate inunctus, 199, 1. Magia hæreticis familiaris est, XVII, 195, 2; XX, 446, 2. Magia cur fornicatio dicatur, XIV, 188, 1, 2.

II. MAGUS. 1° *Magi quid sint proprie*, XIII, 18, 1. *Magi* vox est Persica, significans sapientes, XV, 71, 1. Idipsum et in aliis linguis orientalibus sonat, *ibid.* Magi erant sapientes Persarum et Chaldæorum, XVII, 278, 1; XVIII, 253, 2. Magi celebres erant apud reges Persarum, IX, 3, 1. Sic dicebantur sapientes, quasi meditantes et scrutantes arcana, 209, 2. Magorum Persarum abstinentia, XIII, 14, 1. Magi angelos se invocare profitentur, XIX, 94, 1. Dæmones habent in annulis, XIV, 349, 1; XVIII, 319, 2. Magi dæmonem invocant, sed is tandem ab eis animam et corpus extorquet, XIV, 76, 2. Magi a dæmonibus ob leves sui neglectus graviter mulctantur, VIII, 576, 1. Mala suadent et faciunt, XIV, 477, 2. Magi multis modis mira possunt efficere, I, 492, 2. Perstringendo oculos vel phantasiam, 493, 1. Per motum localem, *ibid.* Applicando activa passivis, 2. Omnia sua faciunt numero impari, II, 318, 1. Sæpe opera dæmonis ægros sanant, X, 270, 1. Magi quomodo dæmones ligent, XXI, 210, 1. Magi qua ratione per certas herbas et signa maleficii noceant pueris et bestiis, IV, 293, 1.

2° *Magi Ægyptii.* Magorum Ægypti concertatio cum Moyse quid significet, I, 496, 2. Quinam fuerint, 492, 2. An dracones in quos verterunt virgas suas, fuerint vere dracones, 493, 2 et seqq. Cur eos Deus hæc mira permisit efficere, 494, 2. Unde aquas habuerint ut eas in sanguinem verterent, cum omnis Ægypti aqua in sanguinem versa esset, 497, 1.

3° *Magi qui Christum adoraturi venerunt* (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. IV, art. IV, § 2).

Magi qui venerunt ad præsepium Christi fuerunt ex stirpe Balaam, II, 332, 2. Magi tres facti insipientes, ut fierent sapientes, XVIII, 274, 2.

4° Magi Ephesi erant plures, XVII, 356, 1. Horum responsa sustulere Apostoli, 356, 2. Magus vocatur Paulus a Juliano imperatore, XVIII, 11, 1. Magus erit Antichristus, XIX, 162, 2.

MAGISTER, MAGISTERIUM. Magister dicitur quilibet præfectus, XX, 133, 1. Magisterium non est a pluribus ambiendum, 134, 1 : *Nolite plures fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.* Magistri spirituales cervis comparati, *Job*, 733, 2. Magistri reliqui quomodo Christo magistro differant, XV, 490, 1 : *Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus.* Magistri hæreticorum quales, XIX, 307, 2. *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus.* Magistri est officium suo exemplo docere quæ præcipit, XVIII, 328, 1. Plus doceat vita quam voce, XX, 158, 2 : *Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Quamobrem gravius punientur magistri quam discipuli, 135, 1. Magistri cur crebro auditores suos excitare debeant, V, 118, 2 : *Fili mi, ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam.* Dent discipulis occasiones proficiendi in doctrina, 260, 1 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* In discipulos non nimis sæviant, VI, 476, 2. Discipulos osculari solent, 241, 2; 243, 1. Magistrum recreat discipulorum profectus, XX, 641, 2 : *Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Magistro grave est, si docendi labor sit cassus, IX, 678, 1 : *Beatus qui invenit amicum verum, et enarrat justitiam auri audienti* (*Vide* CONCIONATOR, DOCTOR, PRÆCEPTOR).

MAGISTER SENTENTIARUM (Petrus Lombardus). Magister sententiarum scripsit in omnes epistolas S. Pauli, sed quid in eo desideretur, XVIII, 32, 1. Ejus error circa angelorum merita, XIV, 128, 1. Ejus error circa peccatum originale, XV, 354, 1. Fingit in Adamo qualitatem morbidam, quam ad posteros transfundat, XVIII, 103, 2. Et ab eo derivari unam particulam carnis in singulis hominibus, XIX, 415, 2. Docet charitatem quæ in nobis est, non esse creatam, XVIII, 94, 1.

MAGISTRATUS. Magistratus a Deo sancitus est, XX, 298, 1 : *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum; sive regi quasi præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis.* Eum violans, principem violat, V, 553, 1 : *Non est bonum.... percutere principem qui recta judicat.* Qui præficiendi ut magistratus, X, 144, 1 : *Rectorem te posuerunt? noli extolli; esto in illis quasi unus ex ipsis.* Magistratum detrectantes, ad eum promovendi, V, 28, 1 : *Intelligens gubernacula possidebit.* Non est dandus stulto et indigno, VI, 303, 1; 304, 1 : *Sicut qui mittit lapidem in acer-*

vum mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem. Nec detur cum dono ementibus, 394, 1 : *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam.* Magistratus quomodo gerendus, VI, 468, 1 ; *Job*, 617, 1. Magistratus officium quod sit, XIV, 479, 2 : *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.* Medico solerti assimilatur, *ibid.* Quid meminisse debeat, *ibid.* Magistratus est legem Dei populo proponere, tueri, vindicare, et leges humanas condere, V, 172, 1. Magistratus debet esse fortis, sapiens et vere amans, I, 594, 2 : *Provide autem de omni plebe viros potentes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam, et constitue ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos qui judicent populum omni tempore.* Magistratus est viva lex, XVIII, 220, 1 : *Non est enim potestas nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.* Est institutus ut pacem publicam conservet, 220, 2. Ei obediendum propter conscientiam, 221, 1 : *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Ejus est punire delinquentes, 215, 2. Fit reus criminum quæ non punit, XII, 301, 1 : *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter; et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.* Populo tumultuanti non cedat, nec se accommodet, IX, 226, 1, 2 : *Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.* Artifices diversos in urbe procuret, X, 288, 2. Magistratus templi qui dicerentur, XVII, 124, 1, 2.

MAGNALIA. Magnalia Dei perfecta sunt, IX, 501, 2. Magnalia Dei quæ loquerentur Apostoli, XVII, 91, 2. Magnalia duodecim beatæ Virginis, XVI, 38, 1. Magnalia patrum in rationali quomodo, VIII, 633, 1.

MAGNANIMITAS, MAGNANIMUS. 1° *Magnanimus quis dicatur et vere sit*, V, 573, 1, 2; XVIII, 292, 2. Magnanimi descriptio, IX, 171, 2. Quæ sint ejus signa, 414, 1. Magnanimi symbolum est aquila, XI, 504, 2. Non sumere vindictam magnanimitas est, XV, 171, 2. Magnanimus non vindicat injurias, sed obliviscitur et contemnit, VI, 12, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur; et gloria ejus est iniqua prætergredi*, XV, 174, 1 ; XVIII, 217, 1 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*, XIX, 187, 2. Magnanimitas mundana in offensis non condonandis, sed in memoria retinendis diabolica est, XIII, 434, 1. Magnanimitas quam parvi temporalia omnia faciat, XVII, 25, 1. Magnanimi est innocentiam suam defendere, *Job*, 432, 1. Magnanimitas exaltat oculos et dilatat cor ad mala perferenda, VI, 97, 1. Omnia adverse superat, 226, 2. Magnanimitas animæ timorem prosternit, XIV, 370, 2. Magnanimitas ducum in bellis arduisque rebus quantum valeat, IV, 472, 2.

2° Magnanimitas in prosperis æque ac adversis nobis habenda, XV, 179, 1, 2 : *Estote ergo perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Magnanimitas fidelium quanta esse debeat, X, 71, 1. Magnanimitas principum et prælatorum est virtus, XIV, 489, 2.

3° *Magnanimitatis exempla.* Magnanimitas Nehemiæ, IV. 243, 2. Magnanimitas Estheris in accusando Amanum præsentem, 381, 2. Magnanimitas Eleazari senis, 524, 1, 2. Magnanimitas Pauli, 24, 2 et seq.

MAGNAS. Magnas idem quod magnus, IX, 321, 1. Magnates Deo comparati, parvi sunt, et minores quam pulices, X, 223, 1. Magnatibus debetur submissio et reverentia, IX, 146, 2. Magnates quomodo corripiendi, III, 492, 2; XIII, 253, 2.

MAGNES. 1° Magnes unde dictus magnes, V, 530, 1, 9. An sit vivus et animatus : ejus vis augetur mole, frangitur frigore, imbre, glacie, non alio, *ibid.* Magnes cur dicatur lapis vivus, XX, 281, 1. Magnetis vis duplex, XVIII, 9, 2; XXI, 60, 2.

2° Magnes cur dictus lapis amoris et amor, V, 530, 2. Magnes amoris est amor, VIII, 70, 2; XIX, 19, 2. Magnes symbolum feminarum est, X, 370, 2. Magneti rector assimilatur, XXI, 60, 2. Est sapientiæ et charitatis divinæ symbolum, 193, 1.

MAGNETARCHUS. Magnetarchus erat magistratus apud Macedones, IX, 146, 2.

MAGNIFICARE. *Magnificare* sumitur aliquando pro *insultare*. Magnificat aliter homo Deum, et Deus hominem, XVI, 33, 2. Magnificatur Deus in impiis, X, 231, 1.

MAGNIFICAT. *Magnificat* canticum exponitur, XVI, 33, 2 et seq. Est id omnium canticorum præstantissimum, 33, 1. Tres ejus partes, *ibid.*

MAGNIFICENTIA. 1° *Magnificentia Dei qualis*, Psalm. I, 44, 1. Magnificentia Dei in sanctis elucet, X, 428, 2.

2° Magnificentia virtus proprie quid sit, XX, 689, 1.

MAGNITUDO, MAGNUS. 1° Magnus coram Deo quid sit, XVI, 10, 2 : *Erit enim magnus coram Domino.* Magnus spiritu quis dicatur, V, 573, 1, 2. Magnitudo animi vera est humilitas, XVII, 24, 1. Magnitudo animi decet Christianos; XX, 110, 2 et seq. Magnitudine animi mala superanda sunt, VI, 225, 1, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Et per hæc illa crescit, 226, 1, 2.

2° Ad magna destinati prius exercentur, III, 419, 1. Magni qui esse volunt, prius sese humilient, XIII, 219, 1. Magnis magna convenit humilitas, IX, 124, 1 : *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* Magni quia magnos gerunt spiritus, ideo a Deo premuntur, XII, 711, 2. Magna lapsui patent et ruinæ, XIV, 9, 1 : *Et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Magna a parvis initiis exordium capiunt, 404, 1, 2. Magni futuri in re aliqua a pueris incipiunt, XIX, 303, 2. Quæ magna Deus beatæ Virgini fecerit, XVI, 381, 1.

3° Magna quæ sunt, vocantur Dei, XI, 404, 1. Magnus dies Jezrahel qui sit Osæ, XIII, 300, 2; 304, 1. Magnos dies quos vocarint Romani, et quis mathematicis magnus annus, 510, 1 (*Vide* Dies). Magnæ carnes quid significent, XI, 614, 2. Magnus Dominus vocatur Turcarum rex, XIX, 264, 1. *Magnus Pan mortuus est*, vox audita sub Tiberio imperatore, quid innuat, XV, 635, 1. Magni statura plerumque timidi et pavidi sunt, XIII, 218, 1, 2.

MAGNUS (S.). S. Magno martyri apparens angelus eum est consolatus, X, 99, 2.

MAGOG. Magog an sit urbs Syriæ, dicta Hierapolis, XII, 764, 3. Magog erit exercitus Antichristi, quia constabit Scythis, Turcis, Tartaris, XII, 765, 2; XIX, 164, 1. Accipitur a S. Joanne ut populus, vel populi princeps, *ibid.* (*Vide* Gog).

MAHARBAL. Maharbal præfectus equitum quid Annibali, Romam pergere tardanti, improperaret, IV, 349, 1.

MAHELETH. Maheleth quid, *Psalm.* II, 82, *in titul.*

MAHOMET. Mahomet seu Mahometes Arabs est ex stirpe Cedarenorum, XII, 313, 1. Quando cœperit et desierit, XXI, 145, 1, 2; 263, 1; 351, 2. Quam fuerit ferus, 145, 2. Mahometis symbolum quod sit, XI, 557, 1. Mahometes a Spiritu sancto legem suam se accepisse jactabat, XIX, 96, 2. In Alcoran cultum lunæ sanxit, XII, 68, 2. Suis vini potum interdixit, X, 136, 2. Mahometes quæ elogia det beatæ Virgini, IX, 663, 2. Ejus miracula, XXI, 258, 1. Mahometes impostor columbæ id facere edoctæ advolatu populo persuasit, sibi Spiritum sanctum familiarem esse, XV, 113, 1. Epilepticus erat, et inde Turcæ epilepticos venerantur, 391, 2. Quam feralis fuerit ejus mors, XII, 591, 2. Ejus impostura et sepultura, 313, 1. Eum putarunt aliqui esse Antichristum, XIX, 161, 2; XXI, 145, 2; 258, 2. Nomen ejus continet numerum nominis Antichristi, XXI, 263, 1. An sit bestia ascendens de terra, 258, 1.

MAHOMETANI. Mahometani qua voce Mahometem suum compellent, XIX, 409, 1. Qualem sperent beatitudinem, XVIII, 412, 2. Mahometanorum descriptio, XXI, 203, 1. Eorum carnalitas, XX, 164, 2. Eorum brutalitas et carnalitas, livor in Christianos, nequitia, libido, avaritia, XXI, 145, 1. Quam multos ad interitum pertraxerunt, 144, 2. Quam multos Christianos interfecerint, *ibid.*, 2 et seqq.; 351, 1. Mahometani jam circumciduntur, XII, 86, 2. Etiamnum lapides in acervum mittunt, VI, 306, 2. Putant sectam et regnum suum mille annis duratura, 351, 1; 353, 1; 355, 2. Cur per equum pallidum repræsententur; eorum persecutio contra Ecclesiam, 145, 1 (*Vide* Saraceni, Turcæ).

MAHOMETISMUS. Mahometismus an per Babylonem in *Apocalypsi* descriptam intelligatur, XXI, 306, 1. Est vorago errorum et scelerum, 350, 2. Ipse jam paulatim ad finem vergit, 351, 1. Quamdiu durabit, 146, 2; 351, 1; 355, 2.

MAIUS. Maius erat in Judæa mensis messis XVI, 366, 1.

MAJESTAS. 1° Majestas in Deo est origo gloriæ, XVIII, 595, 1. Majestas vocatur splendor gloriæ Dei, XII, 823, 1. Majestas Dei quam augusta, sublimis et tremenda, XIV, 134, 1; XX, 594, 2 et seq. Quam illa exacte a nobis servari velit, XIV, 134, 2. Majestas Dei non scrutanda, sed attendenda et suppliciter veneranda, *Job*, 231, 1; 689, 1, 2; 704, 2. Majestatis scrutatio similis est melli nimis comesto, VI, 291, 1. Majestatem Dei quam blasphemarent Gnostici, XX, 665, 2. Majestas Christi ad judicium venientis, in quo apparebit, XV, 516, 1; 533, 2 (*Vide* Deus, cap. III, art. III, § XI).

2° Majestas regia mire percellit accedentes ad eam, IV, 399, 2.

MAJORES. Majorum et avorum exempla et viæ considerandæ, XII, 61, 2. Majorum exempla animant in rebus arduis, IV, 422, 2.

MALABA. Malaba, urbs juxta Damascum, XII, 700, 1.

MALACHIAS propheta. Malachias fuit ultimus Prophetarum, nec post eum Judæi alium usque ad Christum habuere, XI, 60, 2; XIV, 331, 1; 548, 1. Non fuit angelus in carne humana, XIV, 547, 1. Cur vocetur angelus, XIV, 547, 1; 549, 2; XVII, 168, 2. An sit idem cum Esdra sacerdote et scriba, negatur, XIV, 547, 2. Quando prophetarit, et quid vaticinetur, XIII, 256, 2. Prophetavit sub Dario Hystaspis et deinceps, XIV, 548, 2. Item post templi consummatam fabricam, *ibid.* Ejus argumentum, 549, 1, 2. Ejus prophetia sententiis brevis est, sed mysteriis fecunda, *ibid.* Novi Testamenti mysteria multa prænuntiat, *ibid.* Ejus hieroglyphica, XII, 264, 2. Ejus ænigmata, 268, 2. Ejus adagia, 275, 1, 2. Malachias cum aliis præfuit concilio Judæorum collecto ad conficiendum canonem librorum sacrorum, XIV, 548, 1. Juvenis obiit, *ibid.* Martyrologio Romano ascriptus est, 549, 2.

MALACHIAS (S.) Hiberniæ archiepiscopus. 1° S. Malachiæ in pueritia gravitatis memorabile exemplum, IV, 269, 2. In quo fuerit Tobiæ senioris æmulator, 271, 2. Ejus modestus risus, X, 315, 1. Nullum membrum sine ratione movebat, XIX, 62, 1. Nullum membrum sine ratione movebat, XIX, 62, 1.

2° S. Malachias invitus episcopatum suscepit XI, 292, 2. Quam probus pastor fuerit, XX, 384, 2. Verum fuit pastoris exemplar, XII, 746, 1, 2. Quam curam exempli bonæ vitæ habuerit, I, 698, 2. Lenis fuit simul et fidelis, X, 433, 2. Iræ suæ dominabatur, XVI, 492, 2. Uno verbo mulierem furibundam mansuefecit, XV, 218, 2. S. Malachias re pauper, spe dives, ampla monasteria ædificabat, V, 526, 1. In quo Malachiæ prophetæ similis fuerit, XIV, 549, 2.

3° S. Malachia quæ miranda per aquam benedictam fecerit, II, 294, 2. Pisces restituit, XIII, 336, 2. Mortuam sua culpa non inunctam a morte suscitavit, XX, 215, 1.

4° S. Malachias symbolice omnes Romanos Pontifices describit, XXI, 307, 1. Ex eo quot anni colligantur futuri usque ad mundi finem, 355, 2. S. Malachiæ mortem quare S. Bernardus plangi noluerit, 681, 1.

MALAGMA. Malagma quid, et unde derivetur, VIII, 593, 2.

MALALEEL. Malaleel unde hoc nomen acceperit, I, 126, 2.

MALCHION. Malchion scholæ Alexandrinæ præfuit, XIV, 192, 1.

MALCHUS. Malchus idem est quod rex : typus est populi Judaici, XV, 607, 2. Malcho aurem amputatam Christus restituit, 577, 1 et seqq. Cur in eum potius quam in alios Petrus insiliit, *ibid.* An sit a Christo conversus, 578, 2.

MALCHUS (S.). S. Malchus servus herum fugiens intra sepulcrum se abdidit, XIII, 416, 2. Qua consideratione ad monasterium profugus redierit, V, 156, 2. Ejus libera et sancta vita, I, 433, 1. S. Malcho pepercit leæna, XIII, 82, 1.

MALCHUS philosophus. Malchus philosophus cur deinde dictus Porphyrius, XIII, 295, 1.

MALEDICENTIA (sumpta pro *detractione*), MALEDICTUM, MALEDICUS. Maledicere in Scriptura tripliciter sumitur : pro *male precari*; pro *vituperare*; pro *malefacere*, VI, 342, 2; IX, 282, 1. Maledictum in Scriptura sumitur pro *convicio*, VI, 296, 2; XVII, 393, 2. Maledicentia quantum malum, *Job*, 141, 1. Maledicentiæ venenum insanabile, *ibid.* Maledici feris et belluis comparati *ibid.* Semper aliquem lædunt, etsi non deliberate, VI, 296, 1, 2. Maledicentia est sanguisuga, ejusque filia, VI, 446, 1, 2; 417, 2. Maledicere diviti non licet, VII, 357, 2. Maledici tam a Deo quam a judice puniuntur, IX, 531, 1. Tandem linguæ suæ virulentiam luent, X, 59, 1, 2. Sæpe morte præsenti, semper æterna puniti, 65, 2.

Maledicta quomodo sint excipienda, VII, 272, 1. Maledicta et maleficia etiam ab intimis amicis patienter ferenda, IV, 276, 1. Multum cruciant dominos ab ancillis objecta, 280, 1, 2. Maledictum patienter repercussum in suum redit auctorem, V, 294, 2. Maledicta innocentes non afficiunt, VI 296, 1, 2; 297, 1, 2. Recidunt in maledicos, *ibid.* Comparantur avi ex uno loco in alium transvolanti, *ibid.* Maledicentes benedictione compensandi, XX, 326, 1. Pro maledictis benedicta rependentium exempla, 326, 2 (*Vide* CALUMNIA, DETRACTIO, LINGUA).

MALEDICERE (pro *male precari*), MALEDICTIO. 1° *Quo sensu maledicere et maledictio in Scriptura sumatur.* Maledictionem Hebræi vocant contrario nomine *benedictionem*, XIII, 253, 1, 2; 573, 1. Maledicere interdum capitur pro *supplicia inferre*, XIV, 414, 2 : *Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ, quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur, et omnis jurans, ex hoc similiter judicabitur.* Maledictio pro omni malorum congerie sumitur, XII, 371, 2 : *Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ.* Nullum maledictum amplius in cœlo futurum quo sensu dicatur, XXI, 408, 2 : *Et omne maledictum non erit amplius.*

2° *Maledictio Dei quæ sit et ejus effectus.* Maledictio Dei realis est, IX, 122, 1 : *Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem, et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem!* Maledicere Dei est malefacere, XIV, 261, 2 : *Maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum ejus*, 414, 2; 569, 1 et seq.: *Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum; mittam in vos egestatem, et maledicam benedictionibus vestris, et maledicam illis.* Quomodo Deus maledicat benedictionibus nostris, 570, 1. Quomodo impii a Deo maledicantur, et quare, X, 173, 1 : *Ex ipsis benedixit et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit, et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos a separatione ipsorum*; 176, 1. Maledictio Dei in improbos præsupponit peccatum originale vel actuale, 173, 1, 2. Quomodo in ea nascantur impii, 351, 2 : *Filiorum peccatorum perit hæreditas, et cum semine illorum assiduitas opprobrii.* Maledictionem Dei etiam in hac vita improbi sustinent, 352, 2 : *Væ vobis, viri impii qui dereliquistis legem Domini Altissimi! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Maledictio Dei causa est egestatis, V, 301, 2 : *Benedictio Dei divites facit, nec sociabitur eis afflictio.* Quomodo improbos in fine mundi et die judicii Christus maledicturus sit, XIV, 619, 1 (*Vide* IMPII, JUDICIUM EXTREMUM).

3° *Maledictio parentum in filios.* Maledictio parentum in filios sæpe efficax est, et a Deo exauditur, I, 282, 1; IX, 118, 2; 119, 1 : *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta* (*Vide* PARENTES).

4° *Maledictio filiorum in parentes.* Maledicere patri vel matri perinde est, VI, 69, 2 : *Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.* Qui id facit, erit obscurus et inglorius, *ibid.* Et privatus lumine rationis, 70, 1. Maledicus in parentes erit illiberis, 70, 1, 6. Extinguit in mente lumen pietatis, 71, 2 et seq. Est infelix, *ibid.*, 2. Meretur parentes amittere, 71, 1.

5° *Maledictio in quemlibet hominem.* Maledicendum nemini, XIV, 336, 1 : *Admone illos... neminem blasphemare.* Maledictio Pharisæorum in cæcum natum cassa fuit, XVI, 463, 2.

6° *Maledictio in creaturas.* Maledictionis quis capax sit, *Job*, 75, 1, 2. Maledictio creaturæ in ejus creatorem refunditur et redundat, XII, 162, 1. Maledictiones Jobi quales, an licitæ, et qualiter diei suo natali Job maledixerit, 75, 1, 2; 76, 1, 2; 77, 1, 2; 84, 1 : *Post hæc aperuit Job os suum et maledixit diei suo.* Quo sensu Jeremias diei nati-

vitatis suæ maledicat, XII, 161, 2; 162, 1; 163, 1: *Maledicta dies in qua natus sum.*

MALEDICTUS. Maledictus quomodo sit pendens in ligno, XVIII, 541, 1: *Scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Quomodo Christus factus sit pro nobis maledictum, *ibid.* Maledictus quomodo sit qui facit opus Dei fraudulenter, XII, 300, 2.

MALEFACERE, MALEFICENTIA, MALEFICUS. Maleficentiæ gradus quatuor: *primus*, nolle benefacere; *secundus*, benefacientes dehortari et impedire; *tertius*, malefacientes adjuvare et incitare; *quartus*, per se malefacere, V, 98, 1. Ea suggillatur, 99, 1. Malefici tenebras amant, *Job*, 502, 2: *Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, et sic in tenebris quasi in luce ambulant.* Malefici ex extis futura divinant, XIII, 18, 1. Malefica mulier quæ dicatur, V, 350, 1. Maleficas occidendas etiam lege Moysis statutum, I, 617, 1. Malefacere nulli licet, ne quidem inimico tuo, VI, 246, 1: *Ne dicas: Quomodo fecit mihi, sic faciam ei; reddam unicuique secundum opus suum.* Malefacta benefactis superanda sunt, XVIII, 217, 1: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum;* XIX, 139, 1: *Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes.*

MALEFICIUM. Maleficium non satiat, V, 115, 1: *Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt.*

MALIGNITAS, MALIGNUS. Malignitatis ingenium quale, *Job*, 28, 2. Malignitatis carnis præcipua quæ, VII, 378, 1: *Aufer iram a corde tuo, et amove malitiam a carne tua.*

Maligni tantum in vitia intenti, *Job*, 358, 1. Maligni sunt malefici, VI, 237, 1: *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios; quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Malignos Deus aversatur, *Job*, 215, 1: *Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis.*

Malignus sumptus pro *Satana*, *vide* DÆMON, DIABOLUS.

MALITIA. 1° *Malitia varia significat*, XIX, 336, 2: *Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes; servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes.* Malitia subinde capitur in Scriptura pro *miseria et infirmitate*, X, 96, 1: *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.* Et pro *calliditate et astu*, 198, 2: *Qui non est expertus, pauca recognoscit; qui autem in multis factus est, multiplicat malitiam.* Pro *tribulatione et afflictione* interdum sumitur, XI, 488, 2: *Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam, quoniam completa est malitia ejus;* XV, 203, 2: *Nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia sua.*

2° *Malitia quotuplex, et ejus signa.* Malitia triplex opponitur bonitati Dei; malitia cordis, oris et operis, VIII, 283, 2: *Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledicum a labiis suis, quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ ejus auditor.* Malitia quintuplex, XX, 274, 2: *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum... sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Imo septuplex, 78, 2 et seqq.: *Propter quod abjicientes omnem immunditiam et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.* Malitia peccati quintuplex, XII, 24, 1, 2 (*Vide* PECCATUM). Malitiæ perfectæ signa, V, 512, 1, 2: *Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.* Deviat a natura rationali, VI, 102, 2: *Perversa via viri aliena est; qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Malitia levis est et inconstans, X, 32, 1: *Homo sanctus in sapientia sua manet sicut sol; nam stultus ut luna mutatur.* Malitia dici potest statera dolosa, XIII, 450, 2. Malitia mulieris malorum summum est, et ipsa summa, IX, 681, 2: *Omnis plaga, tristitia cordis est, et omnis malitia, nequitia mulieris.* Malitia hominis directa causa est obdurationis ejus, XVI, 516, 1. Quæ malitia non vincat sapientiam, et cur, VIII, 458, 2: *Luci comparata* (sapientia), *invenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.*

MALLEATORES. Malleatores Dionantenses quam certo ictu ferrum feriant, XII, 385, 2.

MALLEOLI. Malleoli proprie quid sint, XIII, 43, 2.

MALLEUS. 1° Malleus auditus in templo Salomonis dum clavi infigerentur, nisi fuerint tornatiles, III, 576, 2; 577, 1.

2° Malleus est Verbum Dei, XII, 186, 2 (*Vide* VERBUM DEI). Malleus Babylonis quis, 320, 2. Mallei gehennæ quales sint, VI, 41, 1, 2.

MALLUS. Mallus et Tharsus Ciliciæ civitates cur tumultuentur, IV, 516, 1.

MALOGRANATUM. Malogranatum Junoni dicabant veteres, XII, 643, 2; XIII, 29, 2. Cur id gestaret pontifex Judaicus in ima veste, XIII, 29, 2. Malogranatum speciem habet regis, III, 344, 1. Malogranata videntur uva pomi, XIV, 513, 1. Apte sanguinem Christi repræsentant, *ibid.* Sunt symbolum optimatum, item charitatis, *ibid.* Malogranatum symbolum est urbis et reipublicæ, cur, XII, 643, 2. Est symbolum unionis et concordiæ, XIII, 29, 2.

MALUM, MALA. I. MALUM IN SCRIPTURA QUOTUPLICITER SUMATUR. — Malum diversimode sumitur, IV, 233, 1: *Dixitque mihi rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod est in corde tuo.* Malum Hebræis significat quidquid

affligit, XI, 551, 1 : *Ego Dominus, et non est alter, formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, et creans malum.* Malum subinde pro *omni quod triste et molestum est*, accipitur, VI, 280, 2; 493, 1 : *Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ;* IX, 403, 2. Malum simpliciter est malum culpæ, *Psalm.* II, 122, 1. Nihil proprie malum est nisi peccatum, XIII, 560, 2.

II. MALUM MORALE, SEU MALUM CULPÆ, VEL PECCATUM.—1° *Mali culpæ Deus auctor non est, Psalm.* II, 122, 1. Malorum causa non est Deus, XX, 53, 1 : *Nemo, cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est : ipse autem neminem tentat.* Mala et malos quomodo Deus permittat, X, 175, 2. *Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere, omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus : sic homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.* Mala quæ Deus fieri permittit, quatenus fieri velle possimus, XV, 188, 2 et seqq. Quare malum bono Deus opposuerit, X, 176, 1 : *Contra malum bonum est, et contra mortem vita : sic et contra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi; Duo et duo, et unum contra unum.* Et ejus remedium posuit in ipso malo, *ibid.*, 2. Malum culpæ quomodo cedat in bonum hominis totiusque universi, *ibid.*, 1, 2. Mala Deus tantum permittit, et impedire posset si vellet, et jam facta ob bonum finem et justam pœnam qua ea punit, ordinat, XVIII, 25, 1. Malum an Deo dispensante sit non malum, XIII, 281, 1, 2.

2° *Malum omne ex nobis*, XVIII, 25, 1. Malum oritur ex singulis defectibus, XIV, 345, 1. Malorum omnium initium mentem a Deo avertere, *Psalm.* I, 352, 1 : *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam; et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Mala naturæ corruptæ, *Psalm.* I, 69, 1, 2 et seqq. : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis : non est qui facial bonum, non est usque ad unum.* Mala tria quorumlibet peccatorum, ignorantia, concupiscentia et miseria, XIII, 487, 2. Malorum omnium duo elementa, ambitio et avaritia, IX, 411, 2. Mala quæ fiant propter pecuniam VII, 216, 2 : *Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole : divitiæ conservatæ in malum domini sui.* Malorum omnium in mundo origo sunt : superbia, deliciæ, divitiæ, XII, 619, 1, 2 : *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ..... superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus.*

3° *Malum culpæ fugiendum.* Mali fuga est primus gradus justitiæ, *Job*, 9, 1 : *Vir erat in terra Hus, nomine Job, et erat vir ille simplex, et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo.* Infans in malo debet esse Christianus, XVIII, 393, 1 : *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote.* Mala declinat prudens, V, 541, 2.

Mali contagium majus est quam boni, V, 394, 1, 2 : *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur.* Malum magis destruit quam bonum construit, IX, 584, 2; 585, 1 : *Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris; serva te ab illo, ut non molestiam habeas, et non coinquinaberis peccato illius.* Malorum fabri cavendi, 365, 2 : *Attende tibi a pestifero, fabricat enim mala; ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.* Malum consortium vitandum, XVII, 103, 2 ; *Exhortabatur eos* (Paulus), *dicens* : *Salvamini a generatione ista prava.*

4° *Mali proximo inflicti pœna.* Primo. *Malum in auctorem redit, probatur exemplis;* IV, 279, 2; 382, 2; V, 511, 1 : *Vir impius fodit malum, et in labiis illius ignis ardescet;* X, 401, 2 : *Qui in altum mittit lapidem, super ejus caput cadet, et plaga dolosa dolosi dividet vulnera.* Mala pro bono reddens meretur ut pro his paria recipiat, V, 536, 2 : *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus;* VI, 147, 1 : *Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consummabitur.* Malum alteri machinans, sæpe est infortunatus, et ipsum exequens, sæpe in ipsum incidet, V, 546, 1 : *Qui perversi cordis est, non inveniet bonum : et qui vertit linguam, incidet in malum.* In malo alterius lætatus, sæpe in idem vel simile incidet, V, 527, 1 : *Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Malum indagans ex dictis factisque alienis, amat lites et dissidia, 544, 2 : *Qui meditatur discordias, diligit rixas : et qui exaltat ostium suum, quærit ruinam.*

Secundo. *Malum culpæ parit malum pœnæ;* IX, 219, 1, 2 : *Noli facere mala, et non te apprehendent.* Mala pœnarum duplicia sunt, *ibid.*, 2. Mala pœnæ bona sunt, non mala, XII, 561, 1. Mala pœnæ bonis sunt bona, malis mala, X, 315, 1, 2 : *Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona et mala.* Mala temporalia justi æstimant ut bona, XVI, 225, 2. Mala tam culpæ quam pœnæ justis non occurrent, 164, 2 : *Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis.* Malum impendens qui contemnit, exitium subibit, V, 388, 1. Mala quæ peccantem maneant, 303, 2 : *Quod timet impius, veniet super eum; desiderium suum justis dabitur.* Sæpe impius malum pro pio patitur, VI, 115, 1 : *Pro justo datur impius, et pro rectis iniquus.* Maledictio divina omnium malorum cumulus aptis similitudinibus ostenditur, *Psalm.* II, 248, 2 et seq. : *Et induit maledictionem sicut vestimentum, et intravit sicut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, et sicut zona qua semper præcingitur.* Malum summum est mori in statu peccati, VII, 276, 2. *Ne impie agas multum; et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.*

Tertio. *Mala omnia, tum publica, tum privata, a*

Deo infliguntur, XII, 510, 2 : *Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit?* Mali nihil nobis evenit, nisi a Deo sigillatim prævisum sit, XX, 372, 2: *Qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.* Mala instantia Deus sanctis prænuntiat, XVII, 218, 1 : *Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Mala semper bonis annexa sunt, IX, 355, 2. Mala hujus vitæ fiducia futurorum bonorum contemnenda, IV, 422, 1 (*Vide* ADVERSITATES, AFFLICTIONES).

MALUM PUNICUM. Malum punicum unde dicatur, VIII, 43, 2 et seq. Mala punica quænam, 77, 2. Malum punicum symbolum martyrii, XXI, 173, 2.

MALUS, MALI. Quomodo dicuntur homines mali, XV, 208, 2 : *Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris.* Malus oculo denotat avarum, invidum, dolosum, gulosum, malitiosum, VI, 187, 2; 189, 1, 2. Mali cogitant mala, V, 167, 2. Mali ubique sunt, præterquam secum, XI, 565, 2 : *Redite, prævaricatores, ad cor.* Soli oderunt se, VI, 9, 2 et seq. Malos bonis subjici magnum est bonum, non tantum bonorum, sed et malorum, V, 424, 2 : *Jacebunt mali ante bonos, et impii ante portas justorum.* At cum illi bonis dominantur, maledictionis divinæ est signum, *ibid.* In futuro ævo ante pedes justorum jacebunt, 424, 1. Mali in hoc mundo nihil possunt, nisi data a Deo potestate, XXI, 101, 2.

Malorum conversatio nunquam magis nocet quam in conviviis et compotationibus, *Psalm.* II, 420, 2: *Cum hominibus operantibus iniquitatem, et non communicabo cum electis eorum.* Mali quomodo in Ecclesia tolerandi, XVI, 505, 1. Mali sunt etiam membra Ecclesiæ, XIX, 293, 2; 294, 1 : *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia* (*Vide* IMPII, PECCATORES).

MAMERCUS. Mamercus Osiris idem quod Mars, XV, 664, 1.

MAMERTINUS carcer. Mamertinus carcer Romæ erat; jam sacellum, XVIII, 15, 1.

MAMLUCHI. Mamluchi unde dicti, regem e suo corpore crearunt, quando et a quo extirpati, XVIII, 297, 1. Mamluchorum imperium a Selymo Turcarum imperatore quando deletum sit, XII, 721, 2.

MAMMA, MAMILLA. Mammæ in homine cur sint additæ pectori, XII, 669, 1. Subligantur puellis infantibus ne intumescant, 605, 1.

Mammæ Ecclesiæ quænam, VIII, 68, 2. Mamillarum præcinctio in Christo quid designet, XXI, 30, 2.

MAMMONA. *Mammona* vox unde derivetur, IX, 173, 1; X, 198, 1 et seq.; XVI, 217, 2. Mammona iniquitatis quid sit, XVI, 217, 2. Mammona difficilis dominus est, XV, 197, 2. Mammonæ stulti serviunt, *Job*, 451, 2.

MAMZER. Mamzer quid vocetur, II, 480, 2.

MANAHEM. Manahem quis propheta fuerit; fuit Herodis Tetrarchæ collactaneus, XVII, 275, 1.

MANASSES Patriarcha. Manasses quid significet, I, 362, 2; IIV, 355, 2. Manasses Patriarcha typus est S. Philippi Apostoli, XXI, 397, 1.

MANASSES rex Juda. Manasses idem est quod *oblivio*, IV, 355, 2. Ejus etymon factis quadrat, 79, 2. Ejus tempore neglectus Dei cultus, 81, 1, 2. Publicum quasi vexillum pariter et exemplum idololatriæ erexit, XII, 125, 2. Idola cum luco posuit in templo, IV, 78, 1; XII, 98, 1. Occidit arguentes suam iniquitatem, IV, 79, 2. Isaiam occidit, 78, 2. Quotidie alium prophetam perimebat, XII, 34, 2. Ejus peccata cur Deus in toto populo puniverit, 125, 2. Manassis scelera quadraginta annis duraverunt, 527, 1. Abducitur a Merodach in Babylonem, IV, 79, 2. Sub Manasse rege Juda an historia Judith contigerit, 313, 1.

MANASSES filius Jaddo pontificis. Manasses filius Jaddo, uxore ducta alienigena, exclusus a sacerdotibus a templo, ad Samaritas confugit, et ibi est pontifex constitutus, XVI, 360, 2. Fuit auctor schismatis Samaritanorum a Juda, X, 547, 2.

MANASSES maritus Judith. Manasses maritus Judith quis, IV, 332, 1. An fuerit Manasses ille de quo in libro Tobiæ Græca narrant quod ab impio Aman in discrimen vitæ conjectus, 311, 1.

MANCIPIA. Mancipia dicta quasi manu capta, VI, 406, 2. Mancipia olim annonæ et victus singulis mensibus accipiebant, XVI, 179, 1. Mancipia, si possint, libertatem amplectantur; si non, fide christiana se consolentur, XVIII, 310, 2. Hæc sola olim musicam tractabant, 556, 1 (*Vide* SERVUS).

MANDARE, MANDATUM. 1° *Verbi* mandare *significatio. Mandare* verbum militare, idem quod mittere exercitum, XI, 351, 1. Mandata Nabuchodonosoris Holoferni data, IV, 329, 1, 2.

2° *Mandata Dei.* Primo. Mandata Dei dicuntur viæ, cur, VI, 23, 2 : *Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* Mandata Dei quomodo sint vita æterna, XVI, 519, 1, 2: *Et scio quia mandatum ejus vita æterna est.* Mandata Dei sunt via ad sapientiam, IX, 59, 2 : *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, et ingressus ejus mandata æterna.* Mandata Dei sunt justa et æqua, V, 495, 2 : *Pondus et statera judicia Domini sunt; et opera ejus omnes lapides sacculi.* Sunt fidelia, *Job*, 686, 2 : *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.* Mandatorum Deus rationes et causas celat; iis tamen omnes, etiam reges, debent parere, VI, 255, 1. Mandatum Domini quomodo dicatur latum, *Psalm.* II, 323, 2 : *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* Mandata Dei sunt velut nubes pluviam minantes, V, 49, 2. Incutiunt sui prævaricatoribus timorem, 50, 1. Comminantur mortem præsentem et æternam, 49, 1 : *Memento novissimorum, et desine inimicari, labi-*

ludo enim et mors imminent in mandatis ejus.

Secundo. Mandata legis veteris. Mandata legis sancta sunt, et bona, et justa, XVIII, 121, 2. Quomodo facta homini peccatum et mors, *ibid.* Sunt objecta justitiæ legalis, 176, 2. Ea impleri posse negat Calvinus, 211, 2. Mandatum carnale vocatur lex Mosis de carne circumcidenda, XIX, 418, 2. Ei opponitur Christi lex spiritualis, æterna temporariæ, *ibid.* (*Vide* LEX VETUS).

Tertio. Mandatum maximum legis esse sacrificia, docebant Pharisæi, dilectionem Christus, XV, 483, 2. Mandatum dilectionis quam sit vetus, XX, 537, 2. Quomodo tamen dicatur novum, XX, 537, 2; 538, 1. 2; XXI, 131, 1 (*Vide* AMOR DEI, CHARITAS, PRÆCEPTUM).

Quarto. Mandata Dei servari debent et possunt, XVI, 8, 2. Non sunt impossibilia, XX, 607, 1: *Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, et mandata ejus gravia non sunt.* Cur mandata sua servari jubeat Christus, XVI, 547, 1: *Si diligitis me, mandata mea servate.* Mandata observans ostendit se diligere Deum, et diligetur a Deo Patre, 549, 2 et seqq.: *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me; qui autem diligit me, diligetur a Patre meo.* Eorum observatio signum est charitatis Dei, XX, 607, 2. Iis corda hominum explorantur, V, 523, 2: *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Dominus.* Eorum observatio animam conservat, IX, 450, 1: *Si volueris mandata servare, conservabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere.* Eorum observatio est tacita et implicita oratio; item velut sacrificium, X, 213, 1, 2; 214, 1: *Qui conservat legem, multiplicat oblationem, sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate.* Ea servantes custodiunt vitam tum præsentem, tum æternam; ac spernentes, mortem incurrunt, VI, 23, 2.

3° *Mandatum a Deo Patre Christo datum.* Mandatum a Deo Patre Christus accepit moriendi in cruce, XVI, 476, 2. An id voluntatem ejus physice determinarit, *ibid.* An id potuerit non implere, 554, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

MANDUCARE, MANDUCATIO. Manducatio est actio vitalis qua cibus ex ore in stomachum trajicitur, IV, 307, 1, 2. Manducans quidlibet Gentilis, Judæum certos cibos lege vetitos non manducantem non spernat, uti nec Judæus non manducans, Gentilem manducantem spernat, XVIII, 228, 2. Ad Dei gloriam quomodo quis posset manducare, 350, 2. Manducatio Christi post resurrectionem fuit vera, XVI, 282, 2.

2° Manducatio spiritualis eucharistica Calvinistarum et aliorum nonnullorum, rejicitur ut erronea, XVI, 401, 1 et seq.; 402, 1, 2. Corporalis tamen fit modo spirituali, 412, 1 (*Vide* EUCHARISTIA).

MANDRAGORA. 1° Mandragora quid, VIII, 202, 2 et seq. Mas et femina, 203, 1. Mandragoræ quinque virtutes naturales, I, 298, 2. Vim habet conciliandi amorem, VIII, 202, 1, 2. Mandragora quid mystice significet, I, 299, 1. Illa symbolum contemplationis, VIII, 204, 2.

MANE. 1° *Quid significat* mane *vox. Mane* unde dictum, atque inde dicitur *manicare*, XI, 701, 1; XVI, 259, 2. Mane et vespere quid significent in Scriptura, VII, 373, 2 et seq.

2° *Quid mane faciendum, orationi insistendum.* Mane diluculo ad Deum consurgendum, et mane Deus placabilis, *Job*, 205, 1, 2: *Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, et Omnipotentem fueris deprecatus, si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ.* Diluculum rebus agendis et meditationi commodum, V, 214, 2: *Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me, invenient me.* Mane quantum homo promereri queat, XII, 390, 2: *Novi diluculo, multa est fides tua.* Mane aptissimum meditationi, *ibid.* Mane Deus per orationem requirendus, IX, 152, 2: *Qui illam* (sapientiam) *diligit, diligit vitam, et qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus;* X, 157, 2; 158, 1: *Qui timent Dominum, excipient doctrinam ejus, et qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem;* 304, 1: *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.* Mane præcipue Deus est orandus, XVII, 152, 1: *Intraverunt* (Apostoli) *diluculo in templum, et docebant;* XIX, 193, 1: *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.* Mane orationi ante omnia insistendum, X, 303, 2 et seq. Quæ mane a Deo petenda, *ibid.* (*Vide* ORATIO).

Mane sunt diei totius opera designanda, V, 339, 2: *Bene consurgit diluculo, qui quærit bona.* Quod qui facit magna, sibi parat merita, 339, 1. Mane viget mens et ingenium, *ibid.*

Mane semper cogitandum illum diem fore ultimum, X, 183, 2: *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Mane ultimum est post diem mortis, V, 52, 1, 2: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me.* Mane an Christus ad judicium venturus, XIX, 136, 1.

MANE, THEKEL, PHARES. *Mane, Thekel, Phares* pluribus modis exponitur, et varie legitur, XIII, 74, 2.

MANERE. *Manere* quid S. Joanni significet, XVI, 406, 2; XX, 536, 1. Is *manere* verbo crebro utitur, 559, 2. Manere in lege quid sit, 87, 2. Quomodo per Eucharistiam in Christo maneamus, XVI, 407, 1. Manendum in fide et dilectione Christi, 559, 2 et seqq; 560, 2; 561, 1, 2.

MANES, MANICHÆI. Manes seu Manichæus duos finxit deos, unum malum, alterum bonum, IX, 446, 2. Manetis pseudoprophetia, XI, 44, 1. Is unde se Manichæum vocarit, XX, 74, 1. Ejus in-

sana hæresis vocantis se Spiritum sanctum, XVII, 79, 1. Solis cultum docuit, 58, 1. Manetis exitus et supplicium, XVII, 79, 1; XIX, 301, 1; XX, 441, 2. Vivus a rege Persarum excoriatus est, XII, 591, 2.

MANICHÆI. 1° Manichæi duo ponebant principia, sive duos Deos, unum Abrahæ, alterum Christianorum, XVI, 298, 2 et seqq.; XVIII, 546, 1. Cur finxerint duos Deos, 5, 2 et seq. Docebant diabolum a malo Deo creatum malum, XVI, 450, 1. Item homines malos, 451, 2. Duas esse in homine animas docuerunt, unam bonam, et alteram malam, XX, 54, 2. Interiorem et exteriorem hominem, et duas naturas et animas in eo fingebant, XVIII, 124, 2; 565, 2. Docebant diabolum esse opificem sæculi rerumque corporalium, et visibilium, XVIII, 439, 1; XIX, 223, 1; 288, 2; XX, 612, 2. Mundum corporeum malum esse concedebant, XVIII, 517, 2. Cur carne, vino et animatis abstinerent, XIX, 224, 2; 326, 1. Carnem et vinum a diabolo esse producta docebant, X, 136, 2; XV, 352, 2. Quomodo mensæ benedicerent, XIX, 224, 2. Agriculturam damnabant, V, 357, 1; IX, 233, 1. Manichæorum hæresis circa rerum creationem refellitur, *Psalm.* II, 471, 1.

1° Manichæi solem et lunam adorabant, XII, 68, 2. Solem colebant ut Deum, et censebant eum esse Christum, item navim triangularem, X, 389, 2; 392, 1; XIV, 607, 2; XVI, 435, 2; XX, 524, 1. Quomodo SS. Trinitatem definirent, X, 375, 1. Docebant Christum non veram carnem assumpsisse, sed phantasticam, XV, 220, 2; XVI, 20, 1; 68, 1; 308, 1; XVIII, 5, 2; 130, 2.

3° Manichæi Vetus Testamentum ut imperfectum rejiciebant, XI, 36, 1. Putabant legem veterem aliquid mali continere, XIX, 425, 2. Aliquot Pauli epistolas negabant, XVIII, 4, 1, 2. Cur damnent Osee factum et connubium, XIII, 284, 1, 2. Matrimonium damnabant, 286, 1. Cur nuptias vetarent, XIX, 224, 2. Domi viventes turpissime, castimoniam simulabant, 223, 2. Negant magistratibus licere ulcisci injurias reipublicæ, XVIII, 215, 1.

MANIA, MANIACI. Mania ex melancholia maxime vexat in plenilunio, sed ex pituita in novilunio, XV, 391, 2; 392, 1. Maniaci quomodo divinent, XIII, 248, 1.

MANIPULUS. Manipuli sacerdotalis usus et origo, XIII, 500, 2. Idem is est cum sudario, *ibid.* Hic sacerdotem devotionis priscorum sacerdotum moneat, *ibid.*

MANLIUS. Manlii in consulem electi constantia, X, 34, 1. Manliorum familia cur a prænomine *Marius* abstineret, 354, 1.

MANNA. 1° Man, sive Manna, quod, I, 579, 2. Manna fuit substantia solida, VIII, 598, 2 et seq. Manna primum pluit die dominica, I, 577, 2. Sex diebus debebat colligi, non septimo; quid hoc significet, *ibid.* Generabatur ex rore, quomodo, 578, 2. An cum manna pluerit, ros qui manna tangeret, XIII, 469, 2. Cubabat in prima quasi in linteamine, 579, 2. Circa manna erant sex præcepta: *primum*, singuli colligebant ex eo gomor, 580, 2. Censent aliqui præfectos cuique gomor distribuisse, refelluntur, 580, 1. Causæ tres cur Deus singulis præscripserit idem gomor, 581, 2. *Secundum* præceptum: manna non servabatur in crastinum, 582, 1. *Tertium*, mane colligi debebat, *ibid.* *Quartum*, feria sexta, colligebatur duplum, 582, 2. *Quintum*, in tabernaculo servari debebat in monumentum, 584, 1. *Sextum*, colligi debebat quotidie per quadraginta annos. In manna item erant sex miracula: *primum*, omnes ex manna gomor colligebant, angelo vel addente vel demente residuum, 581, 1; XVIII, 472, 2. Eadem mensura cibi, scilicet gomor, erat viris et parvulis, *ibid.* Quare Deus eamdem ejus mensuram omnibus præscripserit, 582, 2. Quid eadem hæc mensura significet allegorice et anagogice, 582, 1. Manna Polonicum hodie quam prodigiosum, 582, 2. *Secundum*, manna servatus vermibus scatebat, 582, 1. *Tertium*, manna sole calente liquefiebat, *ibid.* *Quartum*, feria sexta, duplum manna depluebat, 582, 2. *Quintum*, Deus servavit manna tot sæculis, 584, 1. *Sextum*, quotidie pluit manna per quadraginta annos, *ibid.*, 1; VIII, 599, 1. Non duravit in terra promissionis, XVI, 400, 2. Manna cur defecit, III, 30, 1.

2° Manna qualis fuerit cibus, et quomodo fieret, I, 583, 1. Figura, color, sapor manna, *ibid.* Ejus octo dotes, VIII, 597, 2. Ejus proprietates, XVI, 394, 2. Manna sapiebat cuique id quod volebat, I, 583, 1. An manna substantiam mutarit, an tantum saporem, VIII, 599, 1. Manna mutasse substantiam ad votum comedentium, ut esset typus transsubstantiationis, censent aliqui; refelluntur, I, 583, 2. Manna erat ambrosia, 583, 1. Ejus sapor quomodo cuique attemperatus, VIII, 600, 1. Ejus verus sapor non apprehensus, *ibid.*, 2. An solis justis manna sapiebat id quod volebant, I, 583, 1. Sapiebat etiam malis id quod volebant, VIII, 603, 1. Hebræi, pluente e cœlo manna, peccarunt gula et murmure, 589, 2.

3° Manna quomodo vocetur panis angelorum, I, 584, 1; XVIII, 339, 1. Erat cibus fortium, *ibid.* Manna erat panis cœlestis, XVI, 394, 2. Erat inferioris dignatis quam Eucharistia, *ibid.* Non arcuit mortem, 400, 2.

4° Manna Eucharistiæ est typus et expressa figura, I, 584, 1, 2; V, 257, 2; XVI, 402, 2; XVIII, 339, 1; *Psalm.* II, 21, 1; 260, 2. Quomodo dicatur esca spiritualis, *ibid.* Optime repræsentat Eucharistiam et corpus Christi, idque variis analogiis, *ibid.* Quatuordecim analogiæ inter manna et Eucharistiam, I, 584, 2; 585, 1, 2. Ei conferuntur etiam sacra eloquia, XIII, 223, 1. Manna est oratio, cur, VIII, 597, 2. Quid manna tropologice significet, manna sunt consolationes spirituales, 585, 2. Anagogice est gaudium beatorum, 586, 1, 2. Manna est figura sufficientiæ opum, XIX, 256, 2. Manna absconditum quod vincenti promittatur, XXI, 53, 2.

MANNA. *Manna* idem quod *mincha*; id est oblatio proprie dicta, XII, 429, 2.

MANOTH. *Manoth* vocantur fercula quæ unicuique singillatim apponuntur, IV, 369, 1.

MANOTREPTUS. Manotreptus quis vocetur, IV, 531, 2.

MANSIO. Mansiones quadraginta duo Hebræorum in deserto respondent totidem generationibus usque ad Christum, XV, 61, 2. Mansiones multæ et variæ sunt in cœlo, XV, 441, 1, 2 et seq.; XVI, 539, 1, 2.

MANSUETUDO, MANSUETUS. 1° *Mansuetudo quæ sit virtus, ejus natura, et proprietates*, X, 453, 2: *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum* (Moysen), *et elegit eum ex omni carne*, XX, 79, 2: *In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.* Mansuetus quis dicatur, X, 453, 1; XVIII, 569, 1: *Fructus autem Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo.* Mansuetudinis natura et proprietates, XV, 207, 1: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Quam præclara sit virtus, XIX, 296, 2: *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem.* Mansuetudo beata quæ sit, XV, 143, 2: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ejus origo est humilitas, IX, 123, 2. Est humilitatis soror, XV, 296; 1; XX, 322, 2. Cur ei detur calcaneus, VI, 139, 2: *Finis* (hebraice, *calcaneus*) *modestiæ timor Domini, divitiæ, et gloria, et vita.* Mansuetudinis quinque gradus, XV, 143, 2.

2° *Mansuetudinis necessitas.* Mansuetudo in discipulo requiritur, X, 355, 2. Est regibus maxime necessaria, 453, 2. Episcopo item necessaria, XIX, 261, 1: *Tu autem, o homo Dei, hæc fuge: sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.* Est in correptione adhibenda, XVIII, 571, 1: *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Quam sit in republica necessaria, X, 453, 2. Mansuetæ sint mulieres, XX, 314, 2: *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus.*

Mansuetudinis documenta moralia, II, 252, 1: *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Ejus exempla, I, 725, 1: II, 252, 1. Mansuetudo nobis imitanda, I, 725, 1; XXIII, 649, 1: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi.* Mansuetudo Christi in sufferendis Scribis, discipulis, turbis, probris, injuriis, XV, 295, 2: Mansuetudo Christi agnina, XI, 520, 2; 521, 1: *Non clamabit,..... nec audietur vox ejus foris, calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet.* Mansuetudinis virtute excellentes viri, *Psalm.* II, 379, 2; 380, 1. *Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.*

2° *Mansuetudinis effectus et fructus.* Primo, Mansuetudo fons est omnis virtutis et boni, IX, 122, 1. Mansuetudo flos est veræ sapientiæ, XX, 159, 1, 2: *Quis est sapiens, et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Mansuetudo, candor, sinceritas, patientia quantopere Christo placeat, XI, 101, 1, 2: *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Mansuetudo efficacissimum remedium contra vitia omnia, V, 437, 2. Est cordis sanitas, 435, 2. Ipsa sanctificat, X, 453, 2: *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum.* Mansueti vocantur in Scriptura sancti, cur, XI, 260, 1: *Et arguet in æquitate pro mansuetis terræ.* Mansuetudo hominem reddit aptum regno Dei, V, 329, 1, 2: *Clementia* (seu mansuetudo) *præparat vitam, et sectatio malorum mortem.* Mansuetudo est stabilimentum patientiæ, charitatis janua, imo vero parens, prudentiæ argumentum, XV, 296, 1; XX, 79, 2. Mansuetudo facit morum compositionem, XIV, 288, 1. *Quærite Dominum, omnes mansueti terræ, qui judicium ejus estis operati: quærite justum. quærite mansuetum.*

Secundo. Humilitas parit animi tranquillitatem, XIX, 261, 1. Animum in perpetua pace constituit, VI, 273, 1, 2: *Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiem.* Homini honorem conciliat et animæ pacem, IX, 324, 1: *Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum.*

Tertio. Mansuetus omnibus est amabilis et gratus, VI, 242, 1. Mansuetus sibi conciliat omnium gratiam et benevolentiam, V, 390, 2; IX, 122, 2, 123, 1: *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris.*

Quarto. Mansuetudinis quanta sit vis, VI, 139, 1, 2. Mansuetus potentior est viro forti urbes expugnante, V, 515, 2: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Mansuetudo omnia vincit, XXI, 124, 2. Mansuetudo aliorum doloribus et passionibus medetur, V, 436, 1. Mansueti animos efferos et superbos mitigant, IX, 171, 1; Mansuetus alteri mansuetudinem suam affricat, VI, 168, 2: *Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioso; ne forte discas semitas ejus, et sumas scandalum animæ tuæ.*

4° Mansuetudinis acquirendæ media: *primum*, si ejus dignitatem et utilitatem sæpe mediteris; *secundum*, si iratus nil dicas vel agas, donec iram in corde sedaveris; *tertium*, si animo sis excelso; *quartum*, si cogites exempla mitium ut imiteris ac præsertim exemplum Christi crucifixi, XV, 145, 1.

MANTICA. Mantica utrimque gestata symbolum temerarii judicii, XV, 206, 2.

MANTICHORA. Mantichora quæ bellua, XII, 409, 2.

MANUBIÆ. Manubiæ hostium in templis a principibus consecrantur, XIV, 542, 2.

MANUCODIATA. Manucodiata avis symbolum est animi cœlestis, X, 382, 2.

MANUEL COMNENUS. Manuel Comnenus imperator mare fuit misericordiæ, XII, 716, 2.

MANUS. 1° *Manus etymon*, etc. Manus dicta a *manando*, XV, 220, 1. Manus vocatur brachium a scapulis usque ad digitos protensum, eas homo habet exporrectas, 301, 1. Iis carent angeli proprie, sed eas subinde cum corpore assumunt, 124, 1. Manus est organum organorum, XIII, 451, 2; XIV, 440, 2; 552, 1; *Job*, 272, 2. Manus multæ junctæ illico opus ingens perficiunt, IV, 244, 1.

2° *Varii ritus in quibus manuum usus adhibebatur*. Primo. Manuum extensio est antiquissimus orantium habitus, *Job*, 271, 2; 366, 2. Manibus elevatis orabant olim, XII, 279, 2. Manus expansæ figuram crucifixi exhibent, XIX, 202, 2. Cur manuum elevatio vocetur sacrificium vespertinum, 202, 1. Manus puræ in cœlum levandæ, *ibid.*, 2. Manu levata cur juremus, XXI, 216, 1.

Secundo. Olim manus in crucis formam componebant viri communicaturi, et eas ante lavabant, XVIII, 370, 1. Quia eis in manibus dabatur Eucharistia, XVIII, 359, 1; 370, 1; XIX, 201, 2. Manus ante orationem olim lavabant Christiani, XV, 354, 2; XIX, 201, 2. Manus illotæ hominem non coinquinant, XV, 354, 2. Cur tamen eas lavare expediat et decens sit, *ibid.* Eas lavari a sumpturis cibum usitatum, 693, 1. Cur manus abluerent homicidæ et injusti, VI, 381, 1.

Tertio. Manuum impositio quid vocetur, XVIII, 473, 2; XIX, 233, 1. Est de essentia ordinis, XVIII, 473, 2; XIX, 233, 1. Quid ea significet, XIX, 233, 2. Manus in tribus sacramentis imponitur, XV, 425, 1; XVII, 197, 2. Manus impositione sola an Apostoli Confirmationem contulerint, *ibid.* et seqq. Manuum impositio episcoporum est, non laicorum, 295, 1. Manus cur catechumenis imponantur, 219, 1. Cur pœnitentibus, XIX, 249, 2. Manuum impositio est signum potestatis et dominii, tum voluntatis propensæ ad sanandum, 248, 1 et seq. Quid ea denotaret, 424, 2. Manus Christi erant salvificæ, 426, 1. Erant potentes, XVI, 189, 1. Manus cur hostiæ imponeret sacerdos, XVIII, 455, 2. Quia per eas actiones significantur et peccata, *ibid.*

Quarto. Manu juncta manui fides mutua dari solet, IV, 224, 1. Manus defigere est vadem se dare creditori, VI, 170, 1. Manus cur S. Paulus coram rege Agrippa perorans extenderit, XVII, 418, 1.

Quinto. Manus osculatio est genus adorationis idolorum, III, 660, 1; X, 69, 2. Manum osculari solebant idololatræ, si non possent idolum, XIII, 455, 2.

3° *Manus symbolicæ acceptiones*. Manus quarum rerum sit symbolum, V, 48, 1, 2; XVI, 44, 2. *Manus* Hebræis quam varia significet, XVII, 130, 2. Manus quatuor symbola, VIII, 429, 1. Manus causam instrumentalem significat, III, 645, 1. Manus Hebræis quodvis instrumentum significat, X, 526, 2; XIV, 318, 1. Capitur pro causa media et potentia, XVII, 176, 2. Manus symbolum sunt favoris, et operationum externarum, IV, 221, 1; XX, 183, 1; *Job*, 366, 1; 699, 1. Significant etiam ducatum, auctoritatem et potestatem, IX, 159, 2; 211, 2; 448, 1; 691, 2. Item opem et auxilium, directionem et protectionem, IV, 234, 2. Manus symbolum est societatis, V, 331, 1. Manus symbolum est et instrumentum eleemosynæ, X, 67, 1. Manus in visione est virtus in contemplatione, XII, 792, 1.

Manus Domini quid, *Job*, 310, 1; 410, 2. Manus Dei est mens Dei, VII, 305, 1. Manus Domini est operatio et afflatus prophetiæ, XII, 129, 1; 477, 2; 756, 1; 782, 2. Ea est quintuplex, 756, 1, 2. Manus suas Deus multis de causis extendit, V, 48, 1, 2. Manus symbolum est justitiæ et vindictæ Dei, XIII, 71, 1. Manus vere scripsit contra parietem in convivio regis Baltasaris, 69, 1. Cur apparuerit manus et non scribens, *ibid.* Manus integra scripsit sententiam regis Baltasaris, 71, 1. *In manus tuas commendo spiritum meum*, dicere solent Deo moribundi : hoc multi sancti morientes dixerunt, XVI, 272, 1. Quæ ejus rei ratio, *ibid.* Manus Dei effugere nemo potest, XIV, 28, 2 (*Vide* Deus, Cap. III, art. III Attributa metaphorica).

In manibus Christi quomodo fuerint crux et cornua crucis, XIV, 251, 1, 2. Manus in Scriptura est symbolum Spiritus sancti, IX, 488, 2.

Manus Cherubinorum sub alis absconditæ quid denotent, XII, 484, 2. Earum situs, *ibid.* (*Vide* Cherub).

Manus replere in Scriptura quid sit, II, 203, 1. *Manum arcu implere* quid sibi velit, XIV, 463, 1. *Manus implere* est consecrare, X, 461, 2 et seq. *Manus in manu non erit innocens*, quid sibi velit, V, 330, 1, 2. Et *manus linguæ* quæ sit vitam et mortem continens, 584, 2. *In manibus periculum esse*, quid sit, IV, 397, 1. *Manus aggravatio* quid, *Job*, 484, 2. Manum osculatur qui sua laudet, 626, 1. Manus valida est liberalis, X, 67, 2. Manum ad aratrum mittens non respiciat retro, XVI, 142, 1, 2. Manus tornatiles quid significent, VIII, 129, 2. *Manus peccatoris* quid, *Psalm.* II, 225, 2.

MAOZIM. Maozim quis sit Deus, XIX, 151, 2. Est futurus familiaris Antichristo, *ibid.*, 162, 2.

MARA. *Mara* syriace est domina, I, 571, 2.

MARANATHA. *Maranatha* quid sit, unde derivetur : Erasmi derivatio refellitur, XVIII, 417, 2. Cur *Maranatha* Paulus utatur quasi in debito loco, *ibid.* Est vox execrantis et condemnantis, 418, 2.

MARANUS. Maranus quis, et unde dictus sit, XVIII, 418, 2.

MARCELLA (S.) S. Marthæ ancilla. S. Marcella, S. Marthæ ancilla, an fuerit ea quæ uterum Deiparæ laudavit : a Judæis pulsa Massiliam appulit, XVI, 162, 1.

MARCELLA (S.) Romana. S. Marcella Romana juvencula quanta constantia nuptias Cerealis consulis rejecerit, XVII, 237, 2. Cum filia Principia ad templum S. Pauli deducta a Gothis, ut intactæ custodirentur, XVIII, 17, 1. A S. Hieronymo Bethleem invitatur, XIV, 114, 1. Se prorsus a sæculo abscidit, et Deo consecravit, X, 442, 1. Assidue novissima in mente habebat, IX, 259, 1. Semper mortis meminit, XIV, 294, 1.

MARCELLINUS (S.) Pontifex. S. Marcellinus Pontifex metu tormentorum non peccavit contra fidem, sed contra ejus professionem, XV, 563, 1, 2. Cur eum judicare non præsumpsit Concilium Sinuessanum, 410, 1.

MARCELLINUS (S.), episcopus. S. Marcellinus indicio columbæ episcopus Ravennæ designatus est, XV, 112, 2.

MARCELLUS (S.), episcopus. S. Marcellus Apamææ episcopus dæmonem aqua lustrali fugavit, II, 1294, 2.

MARCELLUS (S.) abbas. S. Marcellus e cœlo monasterii sui jura violantes fulmine ultus est, II, 385, 2.

MARCELLUS II Pontifex. Marcellus II Pontifex quam fuerit in suo pontificatu erga propinquos moderatus, II, 352, 1. Quid de pontificatu censeret, X, 146, 1.

MARCELLUS ANCYRANUS. Marcellus Ancyranus damnatus, quod libros suæ hæreseos flammis tradere noluisset, XIX, 289, 1.

MARCIA. Marcia familia dicta ab Anco Martio, rege Romano, XV, 664, 1. Unde dicti sint Marcii, *ibid.*

MARCIANUS (S.). S. Marcianus unica veste interiore qua erat indutus, vestivit pauperem, XII, 634, 1.

MARCIANUS (S.). S. Marcianus anachoreta Deum in eremo venabatur, XIX, 50, 1. Occulte se sepeliri mandavit, X, 227, 2.

MARCIANUS imperator. Marciano imperium aquila promisit, XII, 624, 2. Quomodo ad imperium et ad thorum S. Pulcheriæ sororis Theodosii pervenerit, IV, 273, 1.

MARCIDUS. Marcidus accipitur pro torpido, deside, ignavo, IX, 344, 1.

MARCION. Marcion cur factus sit hæreticus, XIX, 192, 2. E superbia in hæresin decidit, XX, 453, 1. Duos faciebat Deos, unum justum, alterum bonum, XVIII, 95, 1; 255, 1. Deum suum meliorem a Stoicis hausit, XIX, 85, 2. Aiebat hominem a diabolo creatum, XVIII, 84, 2. Marcionis hæresis circa Christi humanitatem jugulatur, 130, 2. Negavit Christum vere fuisse hominem, XIX, 26, 1. Docebat Christum cruci se subduxisse, XV, 614, 2 Censuit Christum suo ad inferos descensu omnes animas damnatas liberasse, VIII, 464, 2. Vetus Testamentum ut imperfectum rejiciebat, XI, 56, 1; XVIII, 223, 2. Epistolas Pauli mutilare ausus est, XVIII, 4, 1, 2. Textum biblicum depravavit, 411, 2. Damnavit nuptias et cibos quasi in se malos, XIX, 224, 1 et 2. Marcianus cur dictus est mus Ponticus, XX, 238, 2; XXI, 413, 4.

MARCOR. Marcor quis sit morbus et unde nascatur, XX, 47, 2.

MARCUS. Marci nomen imponebatur Romæ primogenitis, XV, 664, 1. Quid id hebraice sonet, 663, 2. Quid latine, *ibid.*

MARCUS MARCELLUS. Marci Marcelli Romani clementia erga Syracusas vastatas, XII.

MARCUS ANTONIUS. Marci Antonii triumviri in Bruti cæsi corpus humanitas, XII, 686, 1. Ei aquilæ pugnantes fuere victoriæ symbolum, 626, 2.

MARCUS BIBULUS. Marcus Bibulus quam generose condonaret injurias, II, 522, 2.

MARCUS (S.) EVANGELISTA. 1°. S. Marcus fuit S. Petro charus, ceu filius spiritualis, adjutor et interpres, XV, 664, 1; XX, 402, 2. Fuit natione Hebræus ex tribu Levi, alius fuit a Joanne Marco, XV, 664, 1. Fuit post mortem Christi a S. Petro conversus, *ibid.*, 2. Fuit etiam Apostolus, XVIII, 39, 1. An fuerit e Christi discipulis et interpres primæ S. Petri epistolæ, XX, 402, 2. Non vidit nec audivit Christum, XVI, 413, 1. Ejus breve elogium et vita, XV, 663, 1, 2. Ei adaptantur nominis Marci etyma, 663, 2. Ejus religio et fortitudo, 664, 1.

2° Quo anno, ubi, et qua lingua Evangelium scripserit (*vide* Evangelium). S. Marcus Evangelium, quod Romæ latine conscripserat, fertur Aquileiæ in græcum transtulisse, XVIII, 35, 2. An auctor sit versionis Syriacæ Novi Testamenti, XIX, 349, 1.

3° Quo anno S. Marcus Evangelio scripto, Alexandriam concesserit, XX, 402, 2. Alexandriam ad Christi fidem convertit, XIV, 191, 2. Quam piam Alexandriæ Ecclesiam fundarit, et scholam erexerit, XV, 665, 1. Fuit velut parens Religiosorum, XIII, 231, 2. Quando et quare martyrio affectus, XV, 665, 1; XVII, 7, 1. Venetias corpus ejus translatum est, XV, 665, 1. Ipse leo est, cur Venetorum est protector, XII, 50, 17. Ei adaptantur stemmata leonis, *ibid.* Cur sit leo inter animalia S. Joannis, XXI, 107, 2; 306, 2.

MARCUS consobrinus Barnabæ. Marcus Barnabæ consobrinus primo deseruit Paulum; mox eum Paulus pœnitentem iterum assumpsit, XIX, 314, 1.

MARCUS ET MARCELLIANUS (SS.). SS. Marcus et Marcellianus post Dei opem petitam tormenta omnia superarunt, XX, 398, 2. A S. Sebastiano sunt in martyrio corroborati, V, 508, 2. Tormenta tyranni irriserunt, IX, 68, 1. Inter tormenta atrocissima cantarunt et exultaverunt, XI, 125, 2: XV, 620, 1.

MARCUS Arethusæ episcopus. Marcus Arethusæ episcopus sub Juliano Apostata, suspensus in alto et a vespis punctus, suos tortores irridebat, XV, 5, 2; 41 157, 1.

MARCUS anachoreta. Marcus anachoreta sibi pollicem amputavit, ne fieret sacerdos, II, 145, 2; XV, 664, 1.

MARCUS monachus. Marci monachi litteram imperfectam, dum vocaretur relinquentis, insignis obedientia, I, 678, 2. Marco monacho morienti Eucharistiam angeli dederunt, XXI, 189, 1.

MARDOCHÆUS. Mardochæi etymon, IV, 367, 1. Ex qua stirpe et tribu oriundus, *ibid.* Ejus ætas et ævum, *ibid.*, 2. Mardochæus utrumque templum videre potuit, XIV, 330, 2. Quibus de causis Aman adorare noluerit, IV, 372, 1. An dissimulare hic potuisset, 373, 1. Magna ejus in Deum constantia et fiducia, 377, 2. Prius vilis et abjectus, postea factus est regi familiaris et palatinus, 380, 1; 385, 1, 2. Cur Deus eum ad tantam dignitatem evehi voluerit, 380, 1, 2. Mardochæus est auctor libri *Esther*, 388, 1. Fuit regis vicarius, 389, 1, 2. Somnium quod somniavit fuit ipsi a Deo immissum, 390, 1. Ejus explicationem ex rerum eventu Dei instinctu cognovit, 393, 2.

MARE. 1° Mare unde dicatur, X, 412, 1. Ejus epitheta, VII, 46, 2. Cur dicatur vitreum, XXI, 102, 2. Est principium et receptaculum omnium aquarum, X, 330, 1. Maria an vocari possint abyssi, V, 233, 2. Maris profunditas quanta, I, 144, 1; IX, 608, 2. Ejus profundum et mirabilia solus novit Deus, X, 377, 1. Est terra minus, I, 144, 1. In ejus fundo sunt sylvæ, VIII, 637, 1. Ipsum insulis ornatum est, X, 412, 1. Varia animalia producit, 413, 2. Plura animantia producit quam terra, cur, XII, 852, 1. In mari salso quomodo dulcis liquor sit, et quo argumento colligatur, XIV, 214, 2. Ejus motus est ab oriente in occidentem, et cur, 414, 1. Ejus æstus, *ibid.* Mare semper æstuat, XX, 676, 1. Maris fluctus et contritio quanta sint, XII, 375, 2. Mire seipsum purgat, X, 414, 1. Sæpe locum et situm mutat, *ibid.* Limites suas non excedit, X, 414, 2; *Job*, 712, 2. Cur mare non redundet ex tot tantisque fluminibus in se influentibus, VII, 48, 1; 51, 1, 2. Maris summa obedientia, et illius termini qui, *Job*, 524, 2; 712, 1; 713, 1. Maria certa lege et gyro Deus metatus est, V, 233, 2. Maris termini qui vocentur, 236, 1. Mare est quasi mundi venter, X, 414, 2. Maria et torrentes separant regiones, *Job*, 546, 2. Quos mortuos in fine mundi daturum sit, XXI, 360, 1 et seq. Post diem judicii, ejus natura et conditio tantum mutabitur, XXI, 365, 2 et seq.

2° Quæ sint maris mirabilia, X, 413, 1 et seq. In ejus mirabilibus Dei omnipotentia et sapientia elucent, 415, 1. Deus mare cum vult sedat, 411, 2. Mare cur quiescat admisso Jona, XIV, 37, 1, 2. Mare Dei potentiam ostendit, *Psalm.* II, 95, 1. Mare docet orare, XIV, 40, 1.

3° Mare Christo et sanctis vadabile, *Job*, 224, 1, 2. Super mare ambulabat Jesus, XVI, 391, 2. Mare superatur ab obediente, VI, 126, 2. Mare procellosum viris apostolicis Deus pacat, X, 412, 1. Mari qui dominatur, dominari potest et terræ, XIV, 459, 2. Commotiones variæ in mari sub tempus Christi factæ sunt, 334, 1. Mare, moriente Christo, fluctibus horrendis insonuit, XV, 634, 1.

4° Mare in Scriptura occidentem significat, XI, 270, 2; XIII, 437, 2. Mare Judæis vocatur occidens, quia Mediterraneum mare eis erat ad occidentem, XII, 810, 2; 842, 2. Mare terminus est Judææ ad occidentem, 855, 1. Mare in Scriptura dicitur Tharsis, cur, XI, 129, 2; XIV, 29, 1. Mare significat etiam aquarum copiam, 316, 2. Mare apud Judæos triplex, II, 376, 1. Mare salsissimum apud Judæos quod, 375, 1. Maria et flumina aliquando pro Judæis et Gentibus sumuntur, *Psalm.* II, 95, 2. Mare quomodo manus habere dicatur, *Psalm.* II, 202, 1, 2.

5° Mare quid sit mystice, VII, 47, 1. Mare mysticum triplex, V, 27, 1. Mare cur symbolum mundi, XXI, 253, 1. Mare peccatoris symbolum, *Job*, 712, 2. Mare tempestuosum est symbolum hominis turbati, 781, 2. Mare insatiabile quid denotet, VII, 46, 2. Mare vitreum in conspectu sedis Dei quid symbolice designet, XXI, 102, 2. Mare vitreum mixtum igne quod sit, 290, 1, 2. Cur dicatur vitreum, *ibid.*, 2.

MARE MEDITERRANEUM. Mare Mediterraneum et Mortuum fuere Judææ termini, 460, 1.

MARE RUBRUM. Mare Rubrum an altius Ægypto, I, 54, 2 et seqq. Unde dicatur Rubrum, 516, 2. An vere sit rubrum, *ibid.* A quo et quomodo fuerit divisum, 559, 1; V, 92, 1. Quanta hæc divisio fuerit, I, 559, 1. Mare Rubrum Hebræis fuit campus floridus, VIII, 637, 1. Ordo historiæ divisionis maris Rubri, I, 559, 2. An fuerit in duodecim sectiones divisum, 560, 1. Hujus sectionis vestigia adhuc in mari Rubro reperiuntur, 561, 1. Ejus divisio fuit ingens miraculum, *ibid.* Ea in quatuor rebus a divisione Jordanis discrepavit, *ibid.* et seq. Mare Rubrum fide Hebræi transierunt, XIX, 485, 2. Maris Rubri transitus celebratur, XI, 555, 1, 2. Ejus transitus allegorice est Baptismi figura, I, 561, 2; XVIII, 338, 2. Tropologice vitia esse mergenda significat, 561, 2.

MARE MORTUUM. Mare Mortuum unde dicatur, et quale sit, I, 231, 2; V, 286, 2. In mari Mortuo nullus piscis, nullumve aliud animal nasci, aut aliunde illatum vivere potest, XII, 853, 1. Mare Orientale Judæis est mare Mortuum, id est limes Judææ ab Oriente, XIII, 502, 2; XIV, 460, 1.

MARE TIBERIADIS. Mare Galilææ et Tiberiadis et stagnum Genesareth, idem sunt, XV, 132, 1; XVI, 390, 1; 391, 1; 640, 1. Mare Tiberiadis quam latum et longum sit, XV, 344, 2.

MARE ÆNEUM. Mare æneum templi Salomonici quale, III, 589, 1. Mare æneum describitur, XXI, 102, 2. Significat pœnitentiam, III, 590, 1; 102, 2. Confertur cum mari vitreo quod vidit S. Joannes, 102, 2.

MARES. Mares episcopus quam animose Juliano

apostatæ exprobranti sibi cæcitatem responderit, XIX, 406, 2.

MARESA. Maresa fuit urbs Gethæis subjecta, XIV, 76, 1. Alius est locus a Morasthi patria Michææ, 62, 1.

MARGARITA. 1° Margaritæ cur dicantur uniones, XXI, 398, 1; 400, 1. Quomodo nascantur, 398, 2. E roris stillis nascuntur, X, 395, 2. Margaritæ mater est ros, pater concha, XI, 552, 1. Variis cutibus constant, XXI, 398, 2. Rore nutriuntur et crescunt; si tonuerit, abortiunt, 399, 2. Cum luna crescunt et decrescunt, X, 395, 2. Margaritæ in Lotharingia per columbas purificantur, IV, 34, 1. Margaritarum pretium, V, 86, 1; XV, 333, 2; XXI, 398, 2. Inter eum conchylia quidam velut dux est earum dos in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, 399, 1. Nullo lapsu franguntur, usu alterantur, aceto resolvuntur, *ibid.*, 2. Præ senio flavescunt, et quomodo instaurentur, 400, 1. Aliquando intus rubescunt, dividi nolunt, *ibid.* Earum vires et dotes, 400, 2.

2° Margarita olim appendebatur inauri aureæ, VI, 267, 1; 268, 1. Margaritarum in puellaribus calceis luxus, XI, 139, 1.

2° Margarita symbolum regni cœlorum vel Evangelii, XV, 333, 2. Item symbolum pœnitentiæ, XVI, 122, 1. E margarita una integra erat unaquæque porta cœlestis Jerusalem, XXI, 398, 1.

MARGARITA (S.) Scotiæ regina. S. Margarita Hungariæ regis filia et Scotiæ regina, angelicam Salutationem recitans, ante imaginem Deiparæ flectebat, XVI, 27, 2. Quam esset in pauperes effusa, XVII, 225, 2.

MARGARITA, comitissa Hollandiæ. Margarita comitissa Hollandiæ fertur tot peperisse proles, quot sunt dies in anno, X, 223, 2.

MARGARITA MIDDLETON. Margaritæ Middleton egregia verba, VIII, 58, 1.

MARGO. Margo ante thalamos in templo mystice est fides, et quid sibi velit quod margo sit cubiti unius, XII, 795, 1.

MARIA soror Mosis unde dicta, XVI, 15, 2. Fuit tripliciter prophetissa, 572, 1. Fuit virgo, *ibid.* De ejusdem cantu ac gratiarum actione, 573, 1. Quando mortua et quot annis vixerit, II, 298, 2; 299, 1. Fuit typus Mariæ Deiparæ, XVI, 15, 2.

MARIA. Maria murmuravit contra Moysen, et quare, II, 251, 1. Maria percussa est lepra, et quare ipsa, non Aaron, II, 251, 2.

MARIA (S.) VIRGO MATER DEI.

CAPUT PRIMUM.

MARIÆ NOMEN, EJUS PRÆDESTINATIO, FIGURÆ.

I. MARIÆ NOMEN. — Maria qualis vox, et unde dicatur, ac de nominis ejus etymologia, I, 571, 1 et seq.; IV, 348, 1; IX, 627, 1; 645, 2. Idem est quod *domina maris*, I, 571, 2. Ejus nomen *Maria* et *Mariam* et *Marom* exponitur mystice secundum etyma, X, 395, 2. Vocatur mater et pariens autonomastice, XIV, 119, 2.

II. MARIÆ PRÆDESTINATIO. — Maria fuit a Deo prædestinata ante omnes creaturas, IX, 617, 2; 618, 1. Est princeps operum Dei, et ab initio decreta, V, 225, 2. Ut quadruplex esset principium, ab æterno prædestinata est, 629, 2. Fuit a Deo ab æterno prædestinata non solum ut esset sancta, sed et mater sanctorum, V, 232, 1. Fuit Deo semper præsens, IX, 629, 2. Est negotium omnium sæculorum, VI, 505, 1. Fuit causa finalis cur Deus omnia crearit, IX, 618, 1. Est prima creaturarum, 571, 2. Inter puras creaturas, est opus Dei sapientissimum, IX, 617, 2. In quo eas longe superet, *ibid.*

III. QUÆ FIGURÆ IN VETERI TESTAMENTO MARIAM PRÆNUNTIARUNT, ET QUIBUS REBUS COMPARETUR. — 1° In variis figuris Veteris Testamenti fuit adumbrata, V, 241, 2. Mariæ et Evæ antitheses, VII, 580, 1. Maria quasi vera Judith defendit Bethuliam, IV, 356, 1. Maria vincens diabolum figurata per Judith vincentem Holofernem, IV, 313, 1; 333, 2. Est vera Esther, quæ Assuerum, id est Deum iratum, cum duobus ancillis adiit, IV, 400, 1. Fuit Esther in pulchritudine, modestia, verecundia, 376, 1. Estheri assimilatur, item myrto, XIV, 363, 1. Est Pandora vera, V, 35, 2.

2° Maria per arborem vitæ denotatur, I, 87, 2. Est arca testamenti, XXI, 232, 2. Est virga aurea per quam Deus toti humano generi offensus reconciliatus est, IV, 377, 1. Est quasi stella Jacob radiis suis universum mundum illuminans, 385, 1. Comparatur soli, lucernæ, columnæ, fundamento, X, 12, 1; 31, 2. Ejus typus est sol, X, 391, 1. Est fons solis, IV. 391, 2. Item luna, 395, 2. Est luna propter septem analogias, XXI, 237, 1 et seqq. *Primo*, Christo filio suo sociata est; *secundo*, ejus castitas et puritas luce plenæ; *tertio*, ejus fœcunditas; *quarto*, sicut luna, ita et beata Virgo, est et dicitur regina cœli; *quinto*, sicut luna hic mulierem fulcit, ita beata Virgo Ecclesiam suis precibus et meritis, quasi basis et columna, fulcit et sustentat; *sexto*, sicut luna benigno influxu plantas et animalia vegetat, ita beata Virgo fideles, tam justos quam peccatores, quin et infideles benigne complectitur; *septimo*, sicut luna patitur eclipsin et defectum, ita Maria in passione Christi velut deliquium passa est, 237, 1, 2. Lampadi comparatur et candelabro, XIV, 400, 1. Per eam sancti omnes suum lumen a Christo habent, *ibid.* Lucem suam per totum mundum spargit, IX, 621, 1, 2. Est stella maris mundi hujus, XV, 76, 2. Quomodo sit nebula, IX, 622, 2. Est velut nubes nobis, et fuit Christo, 623, 1. Fuit cœlum, petra, mare, VI, 453, 1, 2. Est petra quæ agnum Christum edidit, XI, 301, 2. Est cœlum animatum et quintuplex, V, 234, 2; 238, 2. Est velut cœlum stellatum, X, 387, 1. Maria est aurora Ecclesiæ, V, 118, 1. Mariæ et auroræ analogiæ, VIII, 156, 2.

Maria terra est e qua prodiit Salvator Jesus, XI, 552, 2. Allegorice dici potest mons Maria, et cur, I, 245, 1.

Maria api comparata, VII, 515, 1; IX, 335, 1. Per apem repræsentatur, V, 159, 2. Leænæ comparatur, VIII, 63, 2; XII, 639, 2.

Maria velut lilium inter spinas, VII, 551, 2. Rosæ comparatur, *ibid.* Est rosa in Jericho, eique rosæ proprietates adaptantur, IX, 639, 2. Est velut cedrus, 634. 1. Palmæ et phœnici assimilatur, 636, 1. Est oliva speciosa in campis, 641, 2. Item platanus omnes umbra sua tegens, 642, 1. Est balsamum et cinnamomum, 644, 1, 2. Per myrrham designatur, 645, 2. Ipsa velut vitis est, 648, 2. Est ager et vinea, VI, 501, 2. Est velut manna, 654, 2. Per Nazareth repræsentatur, XV, 93, 2.

CAPUT SECUNDUM.

S. MARIÆ CONCEPTIO, NATIVITAS ET VITA ANTE INCARNATIONEM.

I. Beatæ Mariæ conceptio. Ejus conceptio est principium omnium operum supernaturalium Dei, V, 232, 1. Fuit in conceptione opus Spiritus sancti, VI, 531, 1. Creata est in Spiritu sancto, IX, 63, 2. In Adamo contrahendi peccatum originale necessitatem incurrit, sed id de facto non contraxit, XVIII, 98, 1; 100, 2; 453, 1. Caruit peccato originali, XX, 527, 1. In conceptione a Deo gratiam et sanctitatem singularem accepit, IX, 617, 2. Fuit a fomite concupiscentiæ liberata, dum a matre est primum concepta, XII, 823, 1, 2. Habuit in utero usum rationis, XVI, 30, 2. Quot annis ante Christum sit concepta, V, 232, 2. Ejus per immaculatam conceptionem invocatio efficax remedium est contra tentationes carnis, XI, 831, 2.

II. Beatæ Mariæ propinquitas, nativitas et vita ante incarnationem. Maria ex tribu Juda fuit oriunda, XIX, 417, 2. Existens e tribu Juda quomodo habuerit cognatam Elisabeth quæ erat de tribu Levi, II, 388, 1. Per matrem descendit e Salomone; per patrem ex Nathan, XVI, 95, 2. Ex parentibus senibus et sanctis nata est, I, 338, 2.

Maria in templo habitavit triennis, I, 755, 2. Ipsa in templo habitavit, id est in atrio ad ostium tabernaculi, non in Sancto sanctorum, II, 101, 2; XX, 8, 2. A prima ætate in templo ministravit, IX, 629, 2. In templo præsentata inter virgines conclusas angelice vixit, IV, 510, 2. Ejus custos fuit S. Gabriel, quem multi putant esse ex ordine Seraphinorum, XV, 402, 2. Clausa in cubiculo, et gemitibus inenarrabilibus ac jejuniis obsecrans Deum pro mundi reconciliatione, meruit angelum pacis paranymphum excipere, qui eam hujus pacis mediatricem per Verbi in ea incarnationem annuntiaret, IV, 347, 1.

CAPUT TERTIUM.

MATRIMONIUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, ANNUNTIATIO, INCARNATIO CHRISTI, MATERNITAS DIVINA.

I. Matrimonium beatæ Mariæ cum Josepho. — Beata Maria verum contraxit matrimonium cum Josepho, XV, 62, 1; XVI, 15, 1. Cur Josepho desponsata sit, XV, 62, 1.

II. Annuntiatio. — Beata Virgo de congruo meruit Christi incarnationem, ut scilicet ipsa una ex omnibus fieret mater Christi, VII, 472, 1. Suo in opus incarnationis assensu plus meruit quam omnes angeli et sancti in omnibus actibus suis, VI, 525, 1. Quomodo ad concipiendum Dei Filium a Deo fuerit disposita, XVI, 39, 1. Quomodo ad eam angelus sit ingressus, 15, 2. Quo sensu plena fuerit gratia, 16, 2 et seq. Est gratiæ plenissima, IX, 651, 1; XIV, 130, 1. Mira ejus gratia, IX, 63, 2. Habet plus gratiæ quam omnes homines simul, XVIII, 103, 2. Gratia ejus in primo conceptionis instanti superavit gratiam supremi angeli, eaque semper adaucta est, XVI, 17, 1. Plus a Deo amatur quam tota Ecclesia, *ibid.* Tota SS. Trinitas cum ea erat, *ibid.*, 2. Dominatur in cœlo, purgatorio, inferno, 18, 1. Est in mulieribus benedicta, 18, 1, 2; 31, 1. Ad speciem angeli et ejus salutationem turbata est, 18, 2. Passiones ei non fuerunt dominatæ, 19, 1. Prudenter cogitabat quid angelo esset responsura, *ibid.* 2. Placuit singulis personis SS. Trinitatis, parvus quidem mundus est, *ibid.* Ob humilitatem, virginitatem et ardentem charitatem meruit fieri Dei mater, 19, 2 et seq. Non tamen de condigno, sed de congruo, 20, 1; 21, 2. Non dubitat de promissi angelici veritate, sed de modo duntaxat inquirit, 21, 1. Quam de virginitate fuerit sollicita, *ibid.*, 2. Ob virginitatem mater Dei facta est, IX, 436, 1; XI, 194, 2; 195, 1. Ante connubium votum virginitatis emisit, XVI, 21, 2. Idque prima, 22, 1. Ejus humilis resignatio sui, 25, 2. Assensit angelo ad Verbi conceptionem; optabat ardentissime Messiæ incarnationem, *ibid.* Quantum suo consensu in incarnationem meruerit, 27, 1. Quamdiu angelus apud eam manserit, 27, 2.

III. Incarnatio. — Quomodo beata Virgo Christum conceperit et quo temporis puncto, XVI, 26, 1 et seq. Christum quomodo ambierit, V, 236, 1. Conceptura dicitur a Jeremia virum novum, id est Deum hominem, XII, 230, 1, 2. Concepit filium sine opera viri, XV, 59, 1. Ejus virginitas in conceptu demonstratur et pluribus probatur, XI, 193, 2; XII, 203, 1, 2. Item in partu, XI, 193, 2; XV, 59, 1 Ejus integritas miraculis probatur, XI, 195, 1, 2 Quomodo dici queat aperta, cum manserit virgo XI, 552, 2. Vocatur *Alma*, 195, 1, 2. Est porta principis, eo quod nullus per eam transierit, XII, 820, 1, 2. Cur dicatur porta Orientalis, 831, 2.

Cur dicatur nubes levis, XI, 316, 1. Ardebat ut rubus quasi divino accensa murice, I, 453, 1. Ex ea Christus creatur velut germen e terra, irrorante rore vel pluvia cœlesti, XIV, 388, 2. Ver spirituale et virgineum mundo induxit, XI, 553, 1.

IV. MATERNITAS DIVINA. — 1° *Beata Virgo est vere mater Dei*, XV, 59, 2; XVI, 31, 2. Est Deipara, 67, 2. Magis est mater Dei quam reliquæ matres sunt suorum filiorum, IX, 627, 2; XV, 60, 1. Concurrit ad generationem filii sui, ut causa secunda, non tantum passive, sed et active, XV, 60, 1; 65, 2; 69, 2. Materiam filio concipiendo ipsa sola subministravit, 65, 2; 69, 2. Habuit in Christum jus et auctoritatem maternam, 59, 2.

2° *Quænam per maternitatem divinam privilegia beata Virgo consecuta sit.* Ejus summa dignitas ex eo quod sit mater Dei, VI. 526, 1; XVI, 37, 1, 2; 39, 1. Eam in quantum est mater Dei, Deus facere meliorem non potest, XXI, 235, 2. Est mater sapientiæ æternæ in se incarnatæ, IX, 617, 2. Ejus uterus fuit thalamus, templum et thronus gloriæ Filii Dei, XVI, 162, 1 et seqq. Est tabernaculum sapientiæ creatæ et increatæ, IX, 627, 1. Templum fuit cedrinum in quo Verbum habitavit, VII, 545, 2. Est genitrix, filia, sponsa Dei, XI, 195, 1, 2. Est consanguinea SS. Trinitatis, V, 230, 1. *Matris admirabilis* titulus beatæ Virgini gratissimus, III, 194, 2. Comparatur solio gloriæ Dei, item sapphiro, VI, 531, 2; XII, 143, 2; 511, 1; XXI, 94, 1.

Quanta illi ob maternitatem divinam data sit gratia et cognitio, IX, 627, 2; XV, 59, 1. An viderit tunc Dei essentiam, et acceperit claram revelationem suæ prædestinationis, et exultationis super omnes angelorum choros, VIII, 32, 1; XVI, 27, 1, 2. Sola Verbi incarnationem, nativitatem, vitam et gesta per experientiam ocularem cognovit, et magis mentalem, IX, 61, 2. In Filii sui conceptione perfectam sanctificationem accepit, XII, 823, 1, 2; XVI, 27, 1. Post conceptionem Filii Dei mirabiliter in sanctitate et sapientia crevit, IX, 642, 2. Varia privilegia ei data quæ nobis sunt incognita, VI, 509, 2. Ejus duodecim prærogativæ, XXI, 238, 1. Cur Josepho non dixerit se de Spiritu sancto concepisse, XV, 66, 2. Ejus resignatio et in Deum confidentia, *ibid.* (*Vide* JOSEPH).

CAPUT QUARTUM.

VISITATIO BEATÆ MARIÆ, NATIVITAS CHRISTI, PRÆSENTATIO, PURIFICATIO ET VITA IN NAZARETH.

I. VISITATIO. — Quando beata Maria Elisabetham adierit, et qua de causa, XVI, 27, 2. Cur cum festinatione abierit, 28, 1. Prius adiit Jerusalem, et in templo se suumque conceptum obtulit, *ibid.*, 2. Cur et quomodo cognatam salutaverit, 29, 1. Cur Zachariam non salutarit, *ibid.* An sua salutatione Elisabetham et Joannem Baptistam Spiritu sancto repleverit, XVIII, 43, 2. Vere Dei mater est, beata fuit, est et erit, 31, 2; 32, 1. Laudes sibi a cognata datas in Deum retorquet, 32, 1. Ejus in angelo credendo magnanimitas, 32, 2. Tota anima Deum magnificavit, 32, 2; 33, 2. Erat domina animæ suæ, eamque totam filio tradiderat, 34, 1. Deum summopere diligebat, *ibid.* SS. Trinitatem magnificabat, *ibid.* Ejus ob conceptionem Verbi summa exultatio, 34, 1, 2. Quomodo vocet Deum Salvatorem suum, *ibid.*, 2. Est mundi gaudium, *ibid.* Ejus humilitatem respexit Deus, 36, 1. Agnoscit se per virtutes, maxime humilitatem, ad maternitatem Dei esse evectam, 36, 1, 2. Est beata tripliciter, 37, 1, 2. Prædicit se ab omnibus sæculis beatam prædicandam et invocandam, 37, 2. Fuit prophetissa vere, XI, 211, 2; 212, 1. Quid apud Elisabetham egerit, 42, 2. An S. Joannis nativitati adfuerit, 43, 1. Cognatæ suæ precibus suis felicem partum impetravit (*Vide* ELISABETHA, JOANNES BAPTISTA).

II. NATIVITAS CHRISTI. — An Maria prægnans pedes e Nazareth iverit Bethleem, XVI, 56, 2. Peperit naturaliter, peracta naturali temporis ad pariendum usitati periodo, 57, 1. Peperit virgo, sine dolore et sorde, die Dominica, 57, 2. Et summo cum gaudio, *ibid.* et seqq. Quomodo peperit masculum, XI, 760, 2. Genuit prolem nobilissimam, quæ innumeros Deo et cœlo filios genuit, 661, 1. Quomodo natum exceperit et adorarit, XVI, 58, 1, 2. Mox ut Christum peperit, eum profundissima reverentia adoravit, et illico osculum dedit pedibus ejus quasi Deo, manibus quasi Domino, ori quasi filio, VII, 472, 2. Virgini osculum Dei quadruplex proprie competit, 471, 2. Eum pannis involvit ipsa, partu non debilitata, XV, 59, 2. Conservabat omnia quæ de filio audiebat, conferens in corde suo, 67, 1; 86, 1. Ipsa filio quasi pater et mater nomen imposuit, XI, 197, 1. Quid cum Magis sit locuta, XV, 80, 2.

III. PRÆSENTATIO CHRISTI ET PURIFICATIO BEATÆ MARIÆ. — An beata Maria purificari debuerit ob impuritatem naturalem, XVI, 69, 1; 70, 1. Ejus partus fuit purissimus, sine ullo sanguinis fluxu, 69, 2. Menstrua non habuit, *ibid.* An habuerit secundinas, *ibid.* et seqq. Ex humilitatis tamen studio purificari voluit, 70, 1. Paupertatis erat studiosissima, 71, 1. Quæ susceperit sacramenta, *ibid.*, 2. Cur mirata sit super his quæ Simeon dicebat, 75, 1. Quid ex Simeone audierit ad se spectans, *ibid.*, 2. Virgo est, et non est, diverso respectu, 76. 2. Quis gladius animam ejus pertransierit, 77, 1. An statim post purificationem e Jerusalem in Ægyptum fugerit, an prius Nazareth reversa sit, 81, 1.

IV. VITA BEATÆ MARIÆ IN NAZARETH. Ex Ægypto reversa una cum Josepho templum adiit, filium secum ducens, XVI, 81, 2. Quid illo amisso metueret sollicita, 82, 1. Quomodo eum jam inventum sit allocuta, 83, 1. Ipsius humilitas in se Jo-

Fin de l'aperçu

La suite du livre est en qualité visuelle diminuée. Le livre est toutefois complet.

Il est possible de se procurer à prix abordable une édition papier du livre en visitant le site suivant :

canadienfrancais.org

Ce PDF peut être distribué librement. Plus de détails à la dernière page.

sepho postponenda, *ibid.* Non noverat quomodo filius opus redemptionis mundi esset peracturus, 84, 1.

Cur iverit ad nuptias Cana, XVI, 328, 1. Orat filium modeste in defectu vini ex affectu bono, *ibid.* et seq. Petiit id certa cum fiducia, *ibid.* Cur ministro jusserit facere quodcumque dixisset filius, 329, 2 et seq.

Cur Maria venerit cum cognatis, ut Christum in Nazareth abducerent, XV, 316, 1. Fuit a Christo baptizata, 107, 2. Josepho viro suo omne bonum retribuit, VI, 494, 2. Virum suum beatificavit, X, 2, 1; 12, 1.

CAPUT QUINTUM.

VITA BEATÆ MARIÆ A PASSIONE CHRISTI USQUE AD MORTEM ET ASSUMPTIONEM SUAM.

I. AFFLICTIO MARIÆ IN PASSIONE FILII SUI. — Illius in filii passione dolor, XII, 361, 1; 376, 1; XVI, 77, 2. Ejus afflictio fuit una ex causis tristitiæ quam Christus in horto passus est, XV, 568, 1. An interfuerit ejus flagellationi, 607, 2. Astitit cruci ejus, 637, 2. Quantus ejus hic fuerit dolor, *ibid.* Quæ mentis constantia, 638, 1. Fuit mare dolorum in passione Christi, V, 236, 2. Fuit pura simul et cruci affixa, X, 395, 2. Multoties martyr fuit, VII, 529, 2. Fuit plus quam martyr, XVI, 78, 1; 615, 1. Passa est plus quam martyres et mortales cæteri, VIII, 226, 1. Fuit vere mulier fortissima, et regina martyrum, VI, 490, 2. Martyrium materiale non subiit, XVI, 77, 1. An passa sit spasmum, 615, 2. Ipsa plus est passa quam Christus, 617, 2 et seqq.

II. EJUS VITA POST MORTEM CHRISTI. — A filio Joanni commendatur, et ipsi Joannes, XVI, 616, 1 et seqq. An apud Domini sepulcrum triduo manserit, XV, 641, 2. Ideo non venit ad eum ungendum, quia sciebat eum die illa resurrecturum, 645, 2. Qui ei et primo ante alios apparuit, 654, 1. S. Joannes post mortem Christi curam ejus gessit, XX, 501, 1. Maria accepit quoque Spiritum sanctum, XVII, 77, 2. Orat pro Stephano, 183, 2. Quæstionem legalium resolvit, 301, 2.

BEATÆ MARIÆ VIRTUTES. 1° *Ejus sanctitas.* Est sanctitatis omnis thesaurus, IX, 632, 1. Est idea perfectionis, virtutis et sanctitatis, exemplar decoris et gratiæ, et miraculorum abyssus, V, 232, 1. Est idea omnis sapientiæ, gratiæ et sanctitatis hominum et angelorum, IX, 617, 2. Fuit plena omni virtute et gratia, VI, 499, 1. Omnes virtutes auctoravit, 530, 1. Ne minimi quidem virtutum actus in ea desiderati sunt, IX, 645, 2. Omnes virtutes in ea habitarunt, *ibid.* Ejus variæ virtutes, XXI, 238, 1. Mores quam sancti et spectabiles, V, 210, 2. Omnes dotes et gratias omnium sanctorum in se collectas a Deo infusas accepit, 631, 1. Virtutes et gratias omnes habuit in eminenti gradu, VI, 527, 1. Ipsa transcendit longis intervallis omnem reliquorum sanctorum gratiam, IX, 491, 1. Plus habuit gratiæ, gloriæ, honoris, quam omnes angeli et homines simul, VI, 511, 2; 525, 2; 527, 1. Est quasi mons virtutum, cæteris sanctis excelsior, XIV, 248, 2. Est in plenitudine sanctorum diverse mode, IX, 631, 1 et seq. Ejus virtus fuit perfecta et virilis, 644, 1, 2. Nec ulla vitiositate permixta, *ibid.*, 2. Ejus septem dotes septem vitiis adversæ, VIII, 55, 1. Ejus valor et pretium recte dicitur unio, VI, 499, 2. Ejus dotes, virtutes, excellentias, prudentiam, nemo potest comprehendere, IX, 61, 2. Quanta ejus animæ pulchritudo fuerit, VI, 531, 2. Ejus gratiæ et virtutes exhilararunt Christum velut virum suum, X, 232, 1; 241, 2.

Maria nunquam vel in minimo peccavit, VI, 512, 2. Nunquam peccavit, nequidem venialiter, XVI, 30, 2; XVIII, 72, 1. Cur ab omni peccato fuerit immunis, VI, 512, 2; 513, 1. Nunquam Pœnitentiæ sacramentum usurpavit, XX, 219, 1.

Sanctitatem et gratiam semper auxit, IX, 665, 1. Merita sua semper adauxit, idque in bonum Ecclesiæ, VI, 499, 1. An per singulas actiones suas semper meritum duplicarit, VI, 510, 1. Ob assiduam possessionem exultationis in Deum vitam agebat plene angelicam, XVI, 35, 1. Ultimo charitatis suæ actu meruit majorem gratiam et gloriam quam omnibus præcedentibus, VI, 510, 2.

2° *Mariæ fides et spes.* In Passione Filii deliquium fidei non est passa, XXI, 71, 2 et seqq. An in Christi passione de ejus resurrectione dubitaverit, XVI, 77, 1. De Filii sui resurrectione nunquam vacillavit, VI, 504, 1.

3° *Ejus charitas.* Amor ejus in Deum, VI, 511, 2; 513, 1. Ejus charitas summa, IX, 637, 1. Videtur ipsissima charitas, VI, 512, 1. Ardens ejus charitas in Deum et proximum, 511, 2 et seq. Hujus actus immense adaugebat, 509, 2; 511, 2. Deiparæ amor in filium, VII, 595, 2 et seq. Verbi incarnati conspectus eam jugiter inflammabat, VI, 511, 2; 513, 2. Quare filium suum summe dilexerit, et ipse illam, V, 107, 2.

MATTHÆUS (S.). 1° Matthæi etymon, XV, 50, 2; 257, 1. Idem dictus est Levi, 257, 2. Cur per hominem denotetur, XV, 12, 2; XXI, 107, 2. Capharnai videtur vectigalia redemisse, et in telonio sedisse, XV, 242, 2. Ejus humilitas et gratitudo, 243, 1. Quomodo a Domino vocetur, *ibid.* Voce Christi vocatus eum secutus est, 50, 2; 243, 1. Invitavit alios publicanos ad convivium præsente Christo, 243, 2. Ejus modestia, 256, 1.

S. Matthæus usum aquæ benedictæ instituit, II, 294, 1. Æthiopes convertit ad fidem, XVII, 204, 1. Quare ab Hyrtaco rege occisus, XXI, 275, 2. Fuit Æthiopiæ apostolus et virginitatis victima, XV, 50, 2. Eo quod castitatem Iphigeniæ persuaserat, ad aram occisus, XI, 661, 2. An fuerit senior ille qui dixit Joanni ne fleret, XXI, 122, 2. In chrysolytho gemma cur adumbretur, 392, 1. Ejus typus fuit Ephraim patriarcha, 397, 2.

2° Evangelium S. Matthæi (*Vide* EVANGELIA). S. Matthæus, an in historia venditionis Christi citet verba Zachariæ, an Jeremiæ, XIV, 495, 1, 2. S. Matthæi Evangelium apud S. Barnabam repertum est in sepulcro, XVIII, 46, 1.

MATTHIAS (S.). Matthias quid significet, idem est qui Mathathias, cui in zelo fuit similis; an idem cum Zachæo, XVII, 71, 1. Fuit e discipulis electus ad apostolatum, XVI, 144, 2. Quomodo sors super eum ceciderit, XVII, 72, 1. Tripliciter est electus, 74, 2. Quando sit in Judæ locum suffectus, 1, 1. S. Matthiæ post ascensionem an Christus apparuerit, XVIII, 399, 2. Tres ejus gnomæ, XVII, 74, 2. Ejus gnome de exemplo bono proximis dando, III, 41, 2. Quando sit occisus, XVII, 7, 2. Ejus reliquiæ sunt Treviris, 74, 2. S. Matthias cur in amethysto gemma repræsentetur, XXI, 396, 2. Zabulon patriarcha ei confertur, 397, 2.

MATTHIAS HOVIUS. Matthias Hovius archiepiscopus Mechliniensis *Proverbia* Salomonis assidue solvebat in cinere; ejus elogium, V, 6, 1.

MATTHIAS SUECUS. Matthias Suecus quomodo in *Apocalypsin* scripserit, XXI, 12, 1.

MATULA. Matula vocatur homo vilissimus, XIII, 395, 2. Matulæ dæmonum sunt scorta, *ibid.* Matulæ obsequium quam vile, *ibid.*

MATURARE. Maturare ambiguum est, et varia ejus significata, *Psalm.* II, 330, 2.

MATUTINUS. 1° Matutina pluvia in Palæstina quæ sit, et quando veniat, V, 499, 1; XIII, 367, 1; 504, 1; 570, 2, XIV, 476, 1. Matutinæ salutationes clientum erant priscis in usu, VI, 343, 2.

2° Matutini commendatio, XII, 67, 2: *Et locutus sum ad vos mane consurgens.* Matutinum tempus institutioni est opportunum, V, 399, 1. Et quæ tunc discuntur, tota die inhærent: tunc etiam animus est sedatior, *ibid.* Matutinum studium optimum, XI, 597, 1: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem.* Matutinum tempus propitiando Deo aptissimum, *Job*, 17, 2: *Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job et sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis.* Matutinum tempus idoneum ad recipiendos Dei illapsus, XVII, 94, 1. Et alia ejus commoda, *ibid.* (*Vide* MANE).

MAURI. Mauri numerant annos ab ortu Mahometismi, XV, 14, 1. Mauri apud Hispanos ad magistratus non admittuntur, IV, 260, 1.

MAURITIUS (S.) dux legionis Thebææ. S. Mauritius quam intrepide Maximiano ad idolis immolandum cogenti responderit, XII, 842, 1. Suos milites ad martyrium obeundum animavit, V, 508, 2 In festo S. Mauritii operans aurifaber gentilis verberatus ab eo conversus est, II, 172, 1.

MAURITIUS (S.) episcopus. S. Mauritius episcopus Andegavensis erat sermone silens, et silentio loquens, V, 321, 2. Qua circumspectione in templo versaretur, XVII, 112, 2. Quare, episcopatu relicto, peregrinationem susceperit, 199, 1, 2.

MAURITIUS imperator. Mauritius imperator quanti S. Joannem Eleemosynarium faceret, X, 75, 2. Mauritius in adversis gratias egit Deo, XXI, 178, 1. Maluit hac in vita puniri quam in futura, XIII, 511, 1; XIV, 167, 1. Mauritio revelatum est eum occidendum et privandum imperio ab eo cujus nomen a PH inciperet, XIII, 69, 2.

MAURUS (S.). S. Maurus duodecimo ætatis anno monasterium est ingressus, XIX, 303, 2.

MAXELENDIS. Maxelendis virgo ob virginitatis votum interficitur, XIII, 183, 2.

MAXILLA. 1° Maxilla, pars sacerdotis e victima, *Job*, 478, 2. Super maxillas boum quomodo jugum exaltetur, 430, 2 et seq. 2° Maxillæ percussio summum opprobrium, *Job*, 359, 1. Maxillæ percussio proverbialiter dicitur de gravi ignominia et probro, XIV, 106, 1. Maxillam alteram præbere percutienti, subinde consilii, subinde præcepti est, XV, 172, 1, 2.

MAXIMIANUS imperator. Maximianus Herculeus imperator quam atrociter in Christi fideles sævierit, XIII, 156, 1. Ejus propterea castigatio et pœna, XI, 593, 2. Sentiens sibi acres dolores a Deo immissos, persecutionem stitit, XXI, 158, 1.

MAXIMIANUS episcopus. Maximianus, Syracusæ episcopus, per venerabilem Eucharistiam periculum maris invasit, XVI, 405, 2.

MAXIMILIANUS I imperator. Maximilianus I imperator fuit insignis justitiæ cultor, II, 341, 2. Labore assiduo valetudinem protraxit, XII, 579, 1. Ejus vox de vera nobilitate, V, 354, 2. Ab angelo in viam reductus fuit, III, 406, 1. Quamdiu ante mortem, assidue mortis memor fuerit, II, 323, 1; IX, 310, 1.

MAXIMINUS imperator. Maximinus reprehensus quod delatoribus nimis indulgeret, *Psalm.* II, 173, 2. Maximini imperatoris sexta persecutio in

solos Evangelii præcones, clericos et sacerdotes sæviit, XVIII, 489, 1 ; XXI, 252, 2. Ejus vastitas et immanitas ; unde varia ei nomina indita, XXI, 142, 1. Maximini tyranni feralis et acerbus interitus, XI, 593, 2.

MAXIMUS. Maxima nascuntur ex minimis, IX, 365, 1. Maximæ res videntur incredibiles, XVII, 265, 1, 2. Ad maxima semper aspirandum, X, 183, 1.

MAXIMUS (S.). S. Maximi elogium, XII, 412, 1, 2.

MAXIMUS imperator. Maximo imperatori aquila supervolans imperium portendit, XII, 624, 1.

MAXIMUS puer. Maximi pueri Africani in fide catholica profitenda constantia, XII, 570, 1, 5.

MECENNIUS. Mecennius uxorem, quod vinum bibisset, interfecit, X, 7, 2.

MECHA. Mecha urbs Arabiæ Petrææ, et in ea Mahometis delubrum, XI, 296, 2.

MECHANICA, MECHANICUS. Mechanici laborando sibi victum parent, XVI, 86, 1. Mechanicam exercuit Paulus et alii sancti, XIX, 169, 2.

MECHTILDIS (S.). S. Mechtildis in Christi corde omnem requiem inveniebat, V, 437, 2. Silentii fuit tenacissima, VI, 519, 1; XVII, 169, 2; XX, 324, 1; XXI, 186, 1, 2. Didicit per revelationem homines permultum quolibet die mereri posse, XXI, 87, 1. Ejus revelatio de Salomone, Samsone, Origene, Trajano, X, 498, 1. Angelice loquebatur, 183, 2. Sua suaviloquentia omnium animos rapiebat, IX, 191, 2. Quantopere ad cœlum suspiraret, XX, 490, 1. Doloribus capitis pressa, in vulnere lateris Christi levamen sensit, XV, 296, 2. In morte risit ab angelis defensa, VI, 518, 1. Moriens cœlesti voce in cœlum evocata est, XV, 535, 2.

MEDAN. Medan non est idem locus cum Magedan, XV, 360, 1.

MEDARDUS (S.). S. Medardum puerum aquila ab imbre et cœli injuria tutata est, I, 198, 1.

MEDENEMA. Medenema quæ sit urbs, XI, 252, 2.

MEDIA, MEDI. Media, sive regnum Medorum, hebraice est *Madal*, IV, 218, 1. Media vergit aliquantulum ad aquilonem Babylonis, XII, 317, 2 Media et Persia vocantur desertum, cur, XI, 328, 1. Medi sunt sagittandi peritissimi, XII, 697, 1.

MEDIATOR, MEDIATRIX. 1° Mediator vox duo significat, XIX, 197, 2. Latius patet quam conciliator, XVIII, 545, 1. Mediator, cujus auctoritate le vetus tradita, fuit Moses, non Christus, *ibid.* Quomodo mediator non sit unius, *ibid.*, 2. Mediator inter Deum et hominem Christus, XVIII, 149, 1; XIX, 441, 1; *Job*, 243, 1. Mediator noster apud Deum sit sacerdos, XIX, 393, 1. Mediatores et pacificatores merito vocantur filii Dei, XIV, 244, 1 (*Vide* Jesus Christus).

2° Mediatrix fidelium est beata Virgo, VI, 527, 1. An et angelorum, *ibid.* (*Vide* Maria).

MEDICAMENTUM. Medicamenta a Deo sunt creata, X, 271, 1, 2 : *Altissimus creavit de terra medicamenta, et vir prudens non abhorrebit illa. Nonne a ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, et dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis.* Quotidie adhuc nova ab hominibus adinveniuntur, 272, 2 : *In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur opera ejus. Pax enim Dei super faciem terræ.* Medicamenta sunt tormenta, *Job*, 449, 2.

MEDICINA, MEDICUS. 1° *Medici* et *gigantes* iisdem litteris hebraice scribuntur, *Psalm.* II, 85, 1. Medicina est ars liberalis, X, 268, 1. *Honora medicum propter necessitatem; etenim creavit illum Altissimus.* Quomodo sit a Deo creata, 269, 1, 2; 270, 1. Est mundo coæva, 270, 1. Triplex medicis debetur honor, 268, 2. Quomodo olim in honore fuerint, 271, 1. Medicinæ usus et necessitas, 269, 1. Usus medici septem argumentis probatur, *ibid.* Idque in morbis gravibus, 268, 2; 270, 1. Cato censuit non utendem medicis; sic et Anabaptistæ, cur, 269, 1.

Medicina torturæ confertur, X, 278, 1, 2 : *Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.* Medicus imperitus est homicida hominum, 270, 1. Discit damno alieno, 252, 1. Plerumque medici ditescunt, 270, 2. Medicina est per se magna, magnisque obnoxia periculis, 277, 2 : *Da locum medico : etenim illum Dominus creavit, et non discedat a te, quia opera ejus sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras : ipsi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, et sanitatem propter conversationem illorum.*

Medicinæ amaræ salubres, *Job*, 143, 2. Medicus vulnera explicat ut curet, 143, 1. Infirmi non est medico præscribere modum quo curetur, 143, 2 Medici gloria est salus ægri, 200, 2. Medici observare debent ægri somnia, X, 194, 1. Invocare debent Deum ut ipsis cooperetur pharmacis, 270, 1. Notent morborum crises et vires, 276, 1. Medici prius curent salutem animæ quam corporis, XV, 239, 1 : *Et ecce offerebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Ægros semper moneant de confessione instituenda, X, 275, 1.

2° Medici sunt sacerdotes animæ morbis medentes, XII, 79, 2. Medici spiritualis munus quale, *Job*, 102, 2 : *Vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti*, 355, 1. Medicis spiritualibus obsequendum et credendum est, X, 269, 1. Eorum officium et opera, 273, 1.

MEDIOCRITAS. Mediocritas cur umbilico designetur, V, 80, 1 Mediocritas opum optima est, et optanda, VI, 432, 2; 433, 2. Mediocritatem tota vita sua nos docuit Christus, XIV, 244, 1.

MEDITATIO. Meditatio, cogitatio, contemplatio, quomodo differant, IX, 427, 2. Meditatio quam sit

utius, I, 259, 2 : *Et egressus fuerat* (Isaac) ad *meditandum in agro, inclinata jam die ;* 340 2 : *Pater vero rem tacitus considerabat.* Meditatio est clavis veritatis, XIII, 60, 2 : *Tunc Daniel..... cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi una hora : et cogitationes ejus conturbabant eum;* Job, 192, 2 : *Si dixero : Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in strato meo.* Est clavis Scripturarum, XIII, 234, 1. Meditatio quadruplex causa est devotionis, X, 218, 2. Illuminat spiritum, et ignem amoris accendit, *Psalm.* I, 250, 1 : *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis.* Meditatio rerum divinarum frænum linguæ est, XX, 140, 2. Meditatio judicii quas vires habeat in animo hominis, XXI, 392, 2. Meditatio crucis et passionis Christi est funis quo ligetur dæmon ne nobis noceat, IV, 299, 1. Meditatio est similis piscinæ, propter septem rationes, VIII, 178, 1, 2. Meditanda sunt sapientiæ præcepta exacte et assidue, 217, 2. Meditari in justitia quid sit, 428, 1 : *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in mandatis illus maxime assiduus esto.* Meditatio illa optima est quæ ad actiones particulares et singulares descendit, IX, 218, 1 : *Beatus vir qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.*

MEDIUM. 1° Medium sæpe sumitur non geometrice, X, 469, 2; XI, 359, 1. Medium sæpe capitur pro *summo*, XIV, 241, 2. An aliquando pro *optimo*, 242, 1. Medium est extremorum centrum, unio, finis, perfectio, *ibid.*, 2. *In medio esse* Hebræis idem est quod esse ex illis, vel inter illos, XII, 575, 1. Medius digitus vocatus est impudicus, XI, 180, 2.

2° In medio est virtus, V, 80, 1. Medium locum Christus semper elegit nascens vivens, moriens, XIV, 243, 2. Medius quis sit paries quem Christus dissolvit, quique Judæos a Gentibus separaret, XVIII, 605, 1. Media via interpreti Prophetarum est sectanda, XI, 65, 1.

MEDIUS FIDIUS. Medius Fidius erat ethnicis fidei præses, XIV, 579, 1.

MEDULLA. Medulla est ossium fomentum et firmamentum, V, 79, 2; 508, 1. Medulla impinguat et fovet ossa, X, 10, 2.

MEGARENSES. Megarenses quomodo solem colerent, XXI, 37, 1. Megarenses filias non curabant, X, 95, 2. Quomodo a leonibus suis necati, 41, 2.

MEGARICÆ SPHINGES. Megaricæ sphinges proverbio vocantur meretrices, IX, 350, 1.

MEGISTUS. Megistus a Paulo ad mortem rapto conversus, XVIII, 12, 1.

MEL. 1° Mel pluit e cœlo, VI, 329, 1, 2. Est roris medulla, XI, 552, 1, 2. Ejus generatio, VI, 229, 1, 2. Colligitur ab apibus, maxime a parvis V, 508, 1; VI, 229, 2. Est succus subtilissimus et saluberrimus, VI, 230, 1. Omnium sapori se accommodat. *ibid.* Est sincerum et non fucatum, *ibid.*, 2. Optimum ex thymo colligitur, 231, 1. Ejus præstantia unde colligatur, *ibid.* Mellis dulcor, IX, 332, 2. Mel optimum est in imo dolio vel vase, VI, 276, 1; XI, 368, 1. Mel novum est optimum, XV, 335, 1. Mel aereum ab iride generatur, I, 157, 2; X, 400, 1.

2° Mellis descriptio, usus et commoda, X, 317, 1; XI, 202, 2; 203, 1, 2. Ejus effectus, V, 508, 1. Mel sobrie sumptum salubre est, V, 160, 1. Ossa vegetat, 508, 1. Ejus nimius esus nocet, VI, 273, 2; 290, 2. Ipsum in se grave est, 290, 2. Nimie sumptum insalubre stomacho, II, 18, 1. Quæ in stomacho mala procreet, VI, 275, 2. Mel comestum in flavam bilem convertitur, XXI, 218, 2. Aliis rebus commixtus prodest, purum obest, VI, 231, 1. Ejus usus in medicinis, V, 508, 1; VI, 230, 1. Mel novum vino veteri miscendum ut fiat mulsum, XV, 247, 2. Mel quod edebat S. Joannes Baptista quale esset, 97, 2. Mel cur rogo parentum vel amicorum a veteribus infunderetur, X, 524, 1. Putredini medetur, et corpora servat ne putrescant, V, 282, 1; VI, 231, 1; X; 523, 2.

2° Mel quare Deus in sacrificiis vetuerit, II, 18, 1. Mel sacrificabant Gentiles, vetitum id erat Judæis, XII, 613, 2; XVII, 321, 1. Olim offerebatur Baccho, II, 18, 1. Abfuit allegorice a Christi sacrificio, *ibid.*

3° Mel una cum lacte olim dabatur recens baptizatis, XI, 204, 1; XVIII, 268, 1. Dabatur olim sponsæ et convivis in epulo nuptiali, XII, 613, 2.

4° Mel est symbolum voluptatis et adulationis, II. 18, 2; VI, 273, 2 et seq. Item laudum humanarum, VI, 274, 2.

Mel symbolum est sapientiæ et sanctitatis, VI, 229, 1, 2; IX, 332, 2; 333, 1. Item amicitiæ, VI, 274, 1. Est symbolum castitatis et orationis, X, 317, 2. Item virginitatis, XI, 303, 1, 2.

MELAMPUS. Melampus medicus primus apud Græcos vinum aqua dilui præcepit, X, 137, 2; XXI, 279, 1.

MELANAETOS. Melanaetos aquila invidiæ expers non clangit, nec murmurat, XIII, 390, 1; XIV, 7, 2.

MELANCHOLIA, MELANCHOLICI. 1° *Melancholicorum characteres.* Melancholici aliquando lætissimi sunt, sed mox fiunt tristissimi et mœstissimi, V, 418, 2. Semper tristes cogitationes habent, X, 22, 1; XIV, 86, 1, Sunt cogitabundi et suspiciaces, nec apti ad alios corripiendos, IX, 132, 1; 544, 1; X, 102, 2; XI, 260, 2. Statim affliguntur et querantur, IX, 536, 1. Multa tristitia et horrida imaginantur, VI, 187, 1; 188, 2. Eorum varia phantasmata, III, 367, 2. Melancholici semper post factum dolent, X, 159, 2. Ægre vino vincuntur, VI, 485, 2. Per terram denotantur, IX, 525, 1. Melancholia laborant litterati, XVII, 421, 1.

2° *Melancholiæ effectus.* Melancholia est animæ carnificina, X, 106, 2. Quomodo imaginationem

vitiet, XIII, 58, 2. Judicium turbat, IX, 544, 1. Melancholici maxime a dæmone occupantur, XVII, 134, 1. Melancholia utitur diabolus ad tentationes, III, 368, 1.

MELANCHTHON. Philippus Melanchthon vitam eremiticam damnari ab Apostolo perperum asseruit, XIX, 93, 2. Ejus de proprio verborum consecrationis sensu testimonium, XVIII, 359, 2.

MELANIA. Melania Romana, omnibus relictis, nuda in Palæstinam profecta est, XX, 550, 2. In totum orbem benefica fuit, XIII, 371, 1. Quam generose responderit se ob aurum incarcerantibus, XIII, 313, 1. Cur genus suum aliquando apud Palæstinæ præfectum dilaudarit, VI, 298, 2.

MELANIA JUNIOR (S.). Melaniæ junioris in filiorum morte constantia, II, 134, 2.

MELCHISEDECH. Melchisedech quis et qualis fuerit, I, 97, 1. Ejus nominis compositio et significatio, XIX, 408, 2; 411, 1. Id fuit proprium illi, 409, 2. An fuerit Spiritus sanctus, *ibid.* An angelus, *ibid.* Non fuit Sem aut Noe, nec Enoch, 409, 2; 410, 1. Non fuit Hebræis oriundus, 413, 1. Fuit unus e regulis Chananæorum, I, 197, 1; XIX, 410, 1. Fuit rex Jerusalem, I, 197, 1. Cur dicatur sine patre et matre, XIX, 410, 1. Ejus parentes juxta Epiphanium, *ibid.* Cur ejus genealogiam non pertexat Scriptura, *ibid.* Causa allegorica rei hujus, *ibid.*, 2. Ejus auctoritas, fama et virtus, 413, 1. Solus inter Chananæos veri Dei erat cultor, *ibid.* Virgo mansit sine uxore, 411, 1. Melchisedech fuit rex et sacerdos, *Job*, 292, 1. Sacerdotium non habuit successione hæreditaria, XIX, 411, 1. Fuit verus sacerdos, obtulitque sacrificium panis et vini, I, 197, 2 et seq. Quomodo sacrificium obtulerit, *ibid.* Habuit tres actiones sacerdotales, 198, 2. Quomodo æternus dicatur, XIX, 411, 1. Semper vivit symbolice, 413, 2. Benedixit Abrahamo tanquam major, *ibid.* In quo inferior sacerdotibus Aaronicis, 419, 1. Dignior tamen Aarone est, 394, 1. Accipiendo decimas, sacerdotes novæ legis præfiguravit. I, 199, 1. Typus fuit Christi, sex imo octo de causis, I, 197, 2; XIX, 411, 1, 2 et seqq.

Melchisedeciani dicebant Melchisedech esse Spiritum sanctum, XIX, 409, 2.

MELCHIOR CANUS. Melchior Canus omnes annos servitutis numerans ut chronologicos, impugnatur, III, 127, 1.

MELCHOM. Melchom erat idolum Ammonitarum, quid significet vox hæc, XIII, 547, 2.

MELECH. Melech et Melcha dicti sunt sol et luna, XII, 517, 1.

MELECH SALA. Melech Sala, sultanus Ægypti, Christianorum filios a Tartaris emit, et in militia exerceri curavit, XVIII, 297, 1.

MELIOR, MELIUS. Meliora debent præesse deterioribus, non e contra, VI, 392, 2. Meliusne sit annihilari, quam peccare, VII, 164, 1. Melius est nescisse, quam scientem damnari, XX, 466, 2.

MELIS. Melis qui et taxus, quale sit animal, I, 635, 1.

MELITA. Melitæ situs, XVII, 426, 2. Melitæ duæ sunt insulæ, 434, 1. Ipsa vicinum habet isthmum, 431, 2. Ejus fertilitas et ager, 434. 1, 2. Ejus antiquitates, 435, 1, 2. Illuc quando Paulus appulerit et inde recesserit, 425, 2. Fuit ab eo conversa, 435, 1, 2. In fide hactenus perseverat, 136, 2. Eam S. Paulus protexit sæpe, *ibid.* Ante Paulum venenata habebat, 437, 1. Nunc caret venenatis animalibus, quin aliunde importata venenum ibi ponunt, XVII, 436, 2; XVIII, 14, 1.

MELITO (S.). S. Melito quomodo a matre ad martyrium incitatus, IV, 531, 2. S. Melito an fuerit episcopus Sardensis, cui scribit S. Joannes, XXI, 64, 1. Ejus elogium : quoto anno vixerit, *ibid.*

MELLITA. Mellitam placentam cur Græci ori defuncti imponerent, XI, 756, 2.

MELO. Melo dicitur Nilus, cur, XI, 348, 1, 2.

MELODIA. Melodia summa est cum vocibus citharæ cohsonant, XX, 128, 2.

MELOTE. Melote quæ sit vestis, unde dicta, XIX, 489, 2.

MEM. Mem littera Hebraica sæpe substituitur pro *beth*, et *contra*, IV, 218, 1. *Mem* quadratum in medio vocis לְמַרְבֵּהּ *lemarbe* quid denotet, XI, 236, 2.

MEMBRANA. In membranis scribebant veteres, XII, 517, 1. Membranas quas sibi mitti petierit Paulus, XIX, 314, 2. Membrorum repertæ sunt Pergami, XXI, 51, 1.

MEMBRUM. 1° Membrorum singulorum hominis mira prorsus fabrica, IX, 478, 2 et seq. Membra non habet anima, XVIII, 443, 2. In membris quæ secundum opposita latera sita sunt, reperitur quædam æquabilitas, etiam in situ, X, 178, 1. Membrorum functiones, juncturæ et proprietates, XVIII, 376, 1; 636, 1, 2. Membra infirmiora sunt venter et intestina, 375, 1. Ignobiliora, pedes; inhonesta, verenda, *ibid.* Quæ sint membra honesta corporis, 375, 2. Membrum unum lædens aliud, seipsum lædit, 376, 2. Membris ad Creatoris obsequium utendum est, XIX, 44, 2. Membrum nullum nobis resecare licet, nisi corpus periclitetur, XV, 166, 2; 167, 1; XVIII, 564, 1. In membris quo quis peccavit, maxime punitur, VI, 66, 1. Quæ membra a quibus planetis regantur, 193, 2. Membrorum abscissionem in sanctis ad corpus unio, vel eorum gestatio futuram corporum docet resurrectionem, XII, 76, 1, 2.

2° Membra Christi in Eucharistia suam habent connexionem, ordinem et dispositionem, VI, 180, 1.

3° Membra corporis in *Cantico* sæpe laudata quomodo intelligenda, VII, 459, 2. Membra veteris hominis sunt motus concupiscentiæ, XIX, 104, 1. Membra omnes sumus unius corporis, id est Ecclesiæ, XVIII, 206, 1; 636, 1. Quomodo simus omnes membra capitis Christi, 275, 2; 374, 2.

MEMNON. Memnon conditor urbis Susan, IV, 361, 1. Memnonis statua loquens, I, 429, 2.

MEMORIA. 1° *Memoria sumpta pro reminiscendi facultate. Primo.* Memoria non est in Deo, sed visio, XIV, 602, 2. Memoria qua arte juvetur, V, 185, 2. Memoriæ labilis quod sit signum, 467, 2.

Secundo. Deus in memoria semper et ubique habendus, IX, 394, 1 : *Omni vita tua dilige Deum, et invoca illum in salute tua ;* X, 182, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua ;* XI, 565, 2 : *Redite, prævaricatores, ad cor. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei ;* XII, 190, 1. Memoria Dei suique jugis quantum boni involvat, XII, 389, 1, 2 : *Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.* Memoria Dei amuletum peccati, *Job*, 301, 2 ; 314, 2. Fugat peccatum, 470, 2 : *Annon cogitas quod Deus excelsior cœlo sit, et super stellarum verticem sublimetur ?* Solidum parit gaudium, XII, 453, 2 : *Exurge, Jerusalem, et sta in excelso : et circumspice ad orientem, et vide collectos filios tuos..... in verbo sancti gaudentes Dei memoria.* Memoria Dei plus delectat quam præsentia carnalium voluptatum, *Psalm.* II, 5, 1 : *Renuit consolari anima mea ; memor fui Dei, et delectatus sum.* Memoria Dei summa benedictio est, XIV, 360, 1. Memoria Dei inter operandum quomodo haberi possit, *Psal.* I, 401, 1 : *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus* (*Vide* DEUS, cap. VI).

Memoria passionis et vitæ Christi Christianis est velut unguentum odoriferum, X, 522, 1. Memoria Christi patientis omnia amara nostra dulcorat, XI, 627, 2.

Tertio. Memoria mortis quantum intersit. Memoria mortis est calceus christiani militis, XVIII, 580, 2. Memoria inferni remedium est contra tentationes, XIX, 145, 1 (*Vide* INFERNUS, MORS).

Memoria malorum nulla erit in cœlo, XI, 752, 2 (*Vide* CŒLUM).

2° *Memoria accipitur etiam pro fama et gloria*, X, 522, 2. Item metonymice pro monumento ad gloriam erecto, X, 523, 2. Memoriam æternam ambiunt omnes, XIII, 239, 2. Interitus memoriæ magnum censetur malum, *Job*, 394, 1. Memoria sanctorum æterna est, et quidem cum honore, impiorum cum infamia, IX, 317, 1. Memoria impiorum peribit, *Job*, 303, 1 ; 314, 1. Memoria justi sempiterna, 276, 2 (*Vide* IMPII, JUSTI). Quomodo memoria Josiæ regis sit in compositionem odoris, X, 521, 1. Quomodo quis memoriæ sanctorum communicet, XVIII, 211, 1. Quomodo memoria mortui quiescere debeat, X, 285, 1, 2.

Memoriæ sanctorum quæ olim dicerentur, X, 523, 1. Memoriæ sanctorum sunt quasi gazophylacium, XII, 788, 1.

MEMORIALE. Memoriale Dei fuit Israel, XII, 450, 1. Memorialia regum qualia, *Job*, 329, 1.

MEMPHIS. Memphis urbs Ægypti formam habet perspicilli, ejus situs et auctor ; fuit olim sedes regum Ægypti : erant in ea columnæ et pyramides, item sapientes et philosophi : fuit metropolis superstitionis ; coluere in ea Apim bovem, et æneum bovis simulacrum ; ad eam fugerunt Judæi præ metu Chaldæorum : nunc dicitur Cairus ; fuit sedes sultani Ægypti ; ejus magnitudo, XII, 721, 1, 2. Memphis vetus urbs Ægypti fuit ab alia parte Nili Cairo opposita, XIII, 402, 1, 2. Memphis Parisios quinquies magnitudine superat, XIV, 49, 1. Memphim captam a suis Selimus Turcarum rex non est ausus ingredi, XIII, 75, 2.

MENANDER. Menandri hæresin quibus epistolis convellat Apostolus, XVIII, 19. Menander ponebat hic angelos quasi minores Deos, XIX, 94, 2.

MENAS (S.). S. Menæ martyris resolutio in morte oppetenda, et in tormentis generositas, I, 61, 2 et seq. ; XI, 745, 1. Ei in tormentis apparuit Christus, XVIII, 185, 2.

MENAS. Menas vir venerabilis dona impii rejecit, X, 223, 1.

MENDACIUM, MENDAX, MENTIRI. 1° *Variæ harum vocum acceptio in Scriptura.* Mendacii nomina hebraice, V, 406, 2 et seq. Mendax Hebræis idem est quod fallax et evanidus, 328, 1, 2. Mendacium in Scriptura sumitur pro fraude et fallacia, 167, 2. Mendacium in Scriptura sæpe quodlibet peccatum significat ; IX, 442, 1, 2 ; XIV, 300, 1. Mendacium cur dicatur iniquitas, *Psalm.* II, 320, 1. Mendaces in Scriptura vocantur omnes qui mandata Dei violant, XXI, 372, 1. Mendax etiam vocari potest qui aliud docet, aliud facit, IX, 442, 2. Mendacium sunt idola, quod nomen apud gentes etiam in usu fuit, XI, 397, 2. Mendacio coarguit Deus diffidentes potentia virtutis suæ, *Psalm.* I, 416, 1, 2. Mentiri quando dicantur fruges et fructus, XIII, 423, 1.

2° *Quotuplex mendacium.* Mendacium est duplex, in verbis et factis, XVIII, 530, 1. Mendacium triplex est, mentis, oris et operis, XIII, 377, 1. Iterum triplex quoad objectum, scilicet otiosum, jocosum, perniciosum, V, 167, 1. Quid mendacium materiale et formale, VIII, 290, 1, 2. Quod dicatur mendacium perniciosum, 289, 2. Mendacium perniciosum perfectum est mendacium, VI, 10, 2. Mentiri Spiritui sancto quid sit, XVII, 146, 2.

3° *Mendacium hominum indoles.* Fabricatores mendacii quales, *Job*, 298, 1 : *Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum.* Mendacia eleganter concinnant, V, 278, 1 : *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos ; idem autem ipse sequitur aves volantes.* Mendaces pascunt ventos, 276, 1. Homo mendax similis est vento et pastori ventorum,

277, 2. Eloquuntur quidquid in buccam venit, 365, 1 : *Labium veritatis firmum erit in perpetuum; qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.* Addunt mendacium mendacio, *ibid.* Raro verum dicunt, X, 192, 2; 193, 1 : *Ab immundo quis mundabitur; et a mendace quid verum dicetur?* Mendax est inconstans, et asserta mox negat, VI, 7, 1. Mendax in judiciis effrons est, efflat mendacia cum impetu, dignus est cui flatus intercludatur, diu latere nequit, *ibid.* et seq. : *Testis falsus non erit impunitus; et qui mendacia loquitur, non effugiet.* Mendax est perversus lingua, et velut figulus, V, 546, 1 : *Qui perversi cordis est, non inveniet bonum; et qui vertit linguam, incidet in malum.* Mentiuntur impii imprudenter et levi de causa, VI, 40, 1 : *Testis iniquus deridet judicium, et os impiorum devorat iniquitatem.* Mendax mendacio pascitur et ei auscultat, V, 524, 2 : *Malus obedit linguæ iniquæ, et fallax obtemperat labiis mendacibus.* Quis ejus sit panis, VI, 66, 1 : *Suavis est homini panis mendacii, et postea implebitur os ejus calculo.* Mendacii fructum comedit omnis peccator, XIII, 423, 1 : *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii.* Mendaces non sunt memores sapientiæ, IX, 442, 2. Mendacium est evanidum, item fascinum et præstigium, V, 406, 2.

4° *Mendacium quam sit frequens et universale.* Nemo est qui non mentiatur, IX, 230, 1 : *Noli velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona.* In quo sensu omnis homo sit mendax, *Psalm.* II, 281, 1 : *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax.* Mendacium est ordinarie primum peccatum in pueris, *Psalm.* I, 373, 2 : *Alienati sunt peccatores a vulva; erraverunt ab utero, loculi sunt falsa.* Mendaces filii hominum in stateris quomodo, *Psalm.* I, 396, 2 : *Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Mendaces cur dicantur Cretenses, XIX, 325, 1.

5° *Mendacium est illicitum, et quale sit peccatum.* Primo. Mendacii inventor est diabolus, et ipsum procudit, XVI, 450, 2 : *Cum loquitur mendacium* (diabolus), *ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Homo mendax est filius et membrum diaboli, VI, 39, 2. Est similis diabolo, IX, 556, 2 : *Opprobrium nequam in homine mendacium, et in ore indisciplinatorum assidue erit.* Mendaces e diabolo fraudes et dolos concipiunt, V, 278, 1. Mendacium dæmonibus et hæreticis familiare est, XXI, 206, 2.

Secundo. Mentiri nullo casu licet, et mendacium est semper illicitum, I, 435, 1, 2; III, 13, 2. *Tollensque mulier* (Rahab) *viros, abscondit, et ait : Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam unde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, et illi pariter exierunt, nescio quo abierunt; persequimini cito, et comprehendetis eos;* V, 487, 2; VI, 403, 2; 415, 1; IX, 230, 1, 2; XIII, 281, 1, 2; XVIII, 529, 1; 642, 2 : *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; quoniam sumus invicem membra.* In nullius gratiam est mentiendum, IX, 163, 1, 2 : *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.* Mendacium adversus fratrem cavendum, IX, 229, 1, 2 : *Noli arare mendacium adversus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias.* Item aliud quodcumque, *ibid.* et seq. Mendacium esse licitum quidam veteres opinati sunt, ut Plato, Cassianus, etc., sed probatur contra illos in nullo casu esse licitum mentiri, I, 435, 2; III, 13, 2. Mendacium omne displicet Deo, et illud prorsus detestatur, V, 367, 2 : *Abominatio est Domino labia mendacia;* IX, 556, 2. Mendacium perniciosum Deo et hominibus valde invisum, V, 167, 1 : *Sex sunt quæ odit Dominus.... oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, etc.* Mendaces et corde duplices Deo hominibusque exosi, *Job*, 263, 1.

Tertio. Mendacium quando Deo et proximo nocet, est peccatum mortiferum, V, 377, 2 : *Verbum mendax justus detestabitur; impius autem confundit et confundetur.* Mendacium perniciosum est peccatum mortale, VIII, 289, 2 : *Os autem quod mentitur, occidit animam.* Jocosum et officiosum veniale tantum, *ibid.* Mendacii malitia, 290, 2. Est menda mentis, *ibid.* Mendacium affert mortem et occidit animam, *Job*, 531, 2 et seq. : *Donec superest halitus in me, et spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Mendacium perniciosum multorum malorum est causa, *Psalm.* I, 206, 1. Mendacium officiosum ad alterum gravius ducit, IX, 556, 2. Mendacium comparatur furto, 557, 1 : *Potior fur quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt.* Est deterior fure, quomodo, *ibid.* Mendacii voluntas etiam in se mala est, IX, 230, 1. Consuetudo mentiendi pessima est, *ibid.* : *Noli mentiri omne mendacium : assiduitas enim illius non est bona.* Quando mendacium facti sit licitum, XVIII, 530, 1.

5° *Mendacium quos maxime dedeceat.* Mendacium quoslibet dedecet, sed maxime principes et ingenuos, V, 528, 2 et seq. : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens;* VI, 403, 1, 2; 432, 1 : *Vanitatem et verba mendacii longe fac a me;* VIII, 290, 1. Dedecet divites, IX, 671, 1 : *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum : pauperem superbum : divitem mendacem : senem fatuum et insensatum.* Mendacium est improborum et servorum, IX, 556, 2. Mendacium ferinum et agreste est, X, 240, 2 : *Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces conlingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.*

6° *Mendacii effectus et pœna.* Primo. Mendacium infamem reddit, IX, 556, 2 : *Opprobrium nequam in homine mendacium, et in ore indisciplinatorum assidue erit;* 557, 1, 2 : *Mores hominum mendacium sine honore, et confusio illorum cum ipsis sine intermissione.* Omnes mores bonos dehonestat, *ibid.* Mendacium est res erubescenda, X, 358, 1 : *Erubescite.... a præsidente et a potente de mendacio.* Mendacium sequitur furtum et libidinem, XXI, 276, 2. Mendacium est maxime probrosum, V, 529, 1 : *Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno; et in ore eorum non est inventum mendacium.*

Secundo. Mendaci etiam vera dicenti non creditur, VI, 432, 1. Semper audienti suspectus est, etiam vera loquens, IX, 557, 2.

Tertio. Mendacio assuetus nil evincit, sed potius sibi obest, V, 277, 1. Mendacium debiles habet pedes, veritas stabiles, XIX, 301, 1. Mendacium statim deprehenditur, nec durabile est, V,3 64, 2 : *Labium veritatis firmum erit in perpetuum : qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.*

Quarto. Mendax non effugiet vindictam vel hominum, vel certe Dei, VI, 7, 1 : *Testis falsus non erit impunitus : et qui mendacia loquitur, non effugiet.* Panis mendacii initio dulcis, sed in fine instar lapidis indurescit et gravat comedentem, *Job*, 426, 2 : *Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Mendacium et dolosorum merces justa, *Psalm.* I, 267, 1 : *Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur; cor ejus congregavit iniquitatem sibi.*

MENDICANTES ORDINES. Mendicantes ordines divino instituti consilio, et quare, II, 494, 2.

MENDICARI, MENDICITAS, MENDICUS. 1° Mendicaverit an aliquando Christus, XVI, 82, 2. Christus mendicavit, XVIII, 470, 2 : *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia divites essetis.* Mendici sunt despiciendi, nec calumniandi, V, 527, 1 : *Qui despicit pauperem exprobrat factori suo;* VI, 161, 1 : *Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori et egebit.* Mendici sunt utiles Ecclesiæ, XVIII, 375, 2 : *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt; et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus; et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.* Mendici docent nos orare, et opem Dei postulare, XV, 139, 2. Mendici Dei sumus quotquot sumus, I, 290, 2 : *Si fuerit Deus mecum, et custodierit me in via per quam ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum..... erit mihi Dominus in Deum,* XIV, 135, 1. Mendicorum olim statio Romæ in ponte erat, XVIII, 118, 2. Mendici quare jam ad fores templorum sedeant, 114, 1. An hoc consultum ut et in templis palam mendicent, *ibid.* Sunt cœli janitores, *ibid.*

2° *Mendicitas, præsertim quæ ex culpa evenit quam sit probrosa et sordida,* X, 342, 1 : *Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas : melius est enim mori quam indigere.* Mors est potius quam vita, 343, 1 : *Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus; alit enim animam suam cibis alienis, vir autem disciplinatus et eruditus custodiet se.* Homo imprudens et impudens dulcem sibi æstimat mendicitatem, quia mavult iners inverecundo ore mendicare, quam honeste manibus laborare, 343, 2 : *In ore imprudentis condulcabitur inopia, et in ventre ejus ignis ardebit.* Mendici sunt similes canibus, XX, 468, 1. Mendici validi non sinendi manducare, X, 343, 2. Mendicitas periculosa non est religiosorum propria, VI, 434, 1 : *Mendicitatem et divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria.* Mendicandi ars optima laudare dantis liberalitatem, XVIII, 475, 1 (*Vide* PAUPER, PAUPERTAS).

MENDUM. Mendum in libro *Paralipomenon* correctum, IV, 171, 2.

MENELAUS pontifex Judaicus. Menelai pontificis Judaici scelera, XIV, 497, 1. Menelaus callide Jasonem herum suum sacerdotio exclusit, IV, 515, 2. Emit pontificatum, licet ad eumdem inhabilis, *ibid.* Amotus est a sacerdotio per fratrem suum Lysimachum, 516, 1. Juridice contra eum proceditur, sed judices pecunia corrupit, *ibid.*, 2. Jussus est ex alta turri in cruces præcipitari, 556, 1, 2. Idque justa talionis pœna, *ibid.*

MENELAUS Helenæ maritus. Menelai oratio cordata, *Job*, 298, 2.

MENELICH. Menelich an sit filius reginæ Sabæ e Salomone conceptus, XVI, 60, 1.

MENENIUS. Menenius Agrippa plebem senatui narratione apologi reconciliavit, VI, 398, 1.

MENI. *Meni* quid : est dæmon, cur : an Mercurius, XI, 750, 1. Unde dicatur, *ibid.*, 2. Eadem dea quæ fortuna et Gad, 750, 2; 751, 1.

MENIANA. Meniana quæ sint, XII, 811, 2.

MENIPPUS. Menippus quomodo ab amasia deceptus. XXI, 327, 1.

MENS. I. MENTIS DEFINITIO, NATURA, PROPRIETATES.— 1° *Definitio mentis.* Mens unde dicta sit, IX, 431, 1. Mens ex eo dicta est quod emineat in anima, vel a græco μήνη, id est luna, quia sicut luna crescit et deficit, sic mens nunc caput summis inserit, nunc decidit in infimis, *ibid.*; X, 396, 2; XVI, 41, 1. Mens corde denotatur, ab ea vita animæ procedit, V, 507, 1. Mens aliquando idem quod sensus, XVIII, 389, 2 : *Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.* Et intelligentia passiva, qua scilicet loquens intelligitur ab audientibus, 390, 1. Mentem Christo demebant Apollinaristæ, XVII, 334, 2.

2° *Mentis natura et proprietates.* Mens eminenter omnes sensus in se continet, IX, 437, 1; XI,

66, 1. Mens est auris, oculus et cor, etc., XI, 182, 1 : *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava; et oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur et sanem eum.* Mens habet suas aures, oculos, sed mentales, XIV, 65, 1 : *Verbum Domini, quod factum est ad Michæam Morasthiten.... quod vidit super Samariam et Jerusalem.* Mens quos habeat lumbos, XX, 257, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, perfecte sperate in eam quæ vobis offertur, gratiam.* Mentis facies est decora, V, 552, 2 : *In facie prudentis lucet sapientia : oculi stultorum in finibus terræ.* Mens est velut lux a Deo immissa hominis, VI, 83, 2 : *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.* Mens ab infinito Deo creata, infiniti boni capax est, et eo solo satiari potest, XI, 651, 1. Ejus intima patent Deo, V, 82, 2. Ejus rex est Deus, 93, 2 : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini : quocumque voluerit, inclinabit illud.* Liberum tamen ea habet arbitrium, *ibid.* Mens nostra rex est, XVI, 369, 1, 2. Est in homine princeps, XVIII, 637, 2.

Mentis character imago est lingua, XVIII, 389, 1. Per ventrem repræsentatur VI, 162, 2 : *Quæ* (sapientia) *pulchra erit tibi, cum servaveris eam in ventre tuo, et redundabit in labiis tuis.* Ejus et ventris comparatio, V, 239, 2 : *Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.* Mentis ænigma, X, 559, 2.

Mens humana corporis illigata hebetatur, et quasi soporatur, XIV, 395, 1 : *Et reversus est angelus, qui loquebatur in me, et suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo.* Mentis via vaga est, VI, 451, 1 : *Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentia.* Ejus arcanum viro prudenti latibulum est, 138, 1 : *Callidus videt malum, et abscondit se : innocens pertransiit et afflictus est damno.* Ejus veritas et mendacium quæ sint, XIII, 377, 1.

Mens ordinarie in cognitione phantasmatibus utitur, XIII, 245, 2. Cur spiritualia non tam perfecte apprehendat quam sensibilia, X, 561, 1, 2. Mens Prophetæ vi divini spiritus acta, sui tamen est compos, XX, 438, 1.

3° *Mentis officia.* Mens nequit esse otiosa, ergo bene agat, X, 187, 1 : *Mitte illum in operationem, ne vacet : multam enim malitiam docuit otiositas;* XVIII, 171, 1. Mens ædificat animam in omni virtute, V, 402, 1. Ipsa in homine gubernaculum tenere debet in mari tentationum, VI, 212, 2. Sibiipsi speculum est, 350, 2 : *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Mens sapientis dirigit os ejus, V, 507, 1 : *Cor sapientis erudiet os ejus, et labiis ejus addet gratiam.* Mentis oculi semper in Christum intendere debent, VII, 115, 2 : *Sapientis oculi in capite ejus : stultus in tenebris ambulat.* Mens ad se trahens Deum, trahitur ad Deum, 485, 2 : *Trahe me : post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Mentis solitudo cum corporis solitudine semper conjungenda est, XIII, 314, 2 : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus.* Mentis solitudo in quo consistat, XXI, 244, 2 : *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.* Quæ in ea observanda, 245, 2. Mens post communionem cum Deo unienda, XIV, 469, 2 (*Vide* COMMUNIO, EUCHARISTIA). Mens sicca sapientissima, V, 156, 2. Mens alenda in mensa, VII 214, 2 et seq. Mens ægra a Christo sananda, XVI, 369, 1, 2. Mens quæ ita inter peccata constringitur, ut sine peccato evadere nequeat, quid facere debeat, IV, 293, 2.

4° *Mentis bonæ commoda.* Mens bene sibi conscia, quantum sit bonum, V, 521, 2 : *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Sed ea quæ in peccato est, nunquam quieta, *ibid.* Mens bona velut fons est, 142, 1 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Mens sana generat spiritus sanos, vitiata vitiosos, 436, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis; putredo ossium, invidia.* Mentium bonarum est timere culpam ubi non est, IV, 276, 1 : Mens sancta est habitatio Dei, IX, 627, 1 : *Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Mens in Deo defixa non facile mutatur, X, 33, 1 : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol : nam stultus ut luna mutatur,* XIV, 597, 2. Mens prudentum est gravis, stabilis, composita; stultorum levis et vaga, et utraque in oculis se prodit, VI, 550, 2 : *In facie prudentis lucet sapientia : oculi stultorum in finibus terræ.* Mens dum recte agit, et cæteras potentias recte agere cogit, rex est, V, 495, 2; VI, 55, 1 : *Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Mens fortis et discreta per virum, infirma et indiscreta per mulierem denotatur, X, 373, 1. Mens fidelis mystice est lebes, XIV, 545, 2. Mens pulchra e pulchro corpore colligitur, X, 386, 2 (*Vide* ANIMA, ANIMUS).

MENSA. 1° *Veterum usus circa mensam.* Mensa an olim veteres accubuerint, I, 372, 2; 532, 1. Accumbebant veteres mensæ strati in toris seu lectulis mensalibus, XV, 551, 2; XVI, 122, 2; 530, 2. In mensa veteres serios et sapientes sermones miscebant, IV, 362, 2. Mensam veteres cur ponerent diis suis XI, 750, 1. Mensæ quibus ministrarent viduæ et diaconi, XVII, 160, 2; 162, 2.

2° *Mensæ sacræ apud Judæos et Christianos.* Mensa panum propositionis describitur, I, 648, 1 et seq.; XII, 814, 1. Mensa panum propositionis a corona palmi ambiebatur, V, 255, 2. Eucharistiam significat, XIX, 432, 2; 436, 1. Mensæ pa-

num propositionis effigies cernitur Romæ in arcu triumphali Titi, IV, 505, 1. Mensæ binæ sanctuarii quid mystice sint, XII, 800, 1, 2. Mensæ quadratæ templi significant firma proposita virtutis conceptæ et mente destinatæ, XII, 800, 2. Mensa solis in Æthiopia quæ dicatur, XXI, 37, 1. Mensam pretiosam Ptolemæus Philadelphus templo Hierosolymitano dedit, XIV, 558, 2. Item Justinianus imperator templo S. Sophiæ, *ibid.*

3° *Quæ in mensa sint servanda*, X, 120, 1, 2; 123, 2; 124, 1, 2; 139, 2; 140, 1. Qualis mensa Christianorum esse debeat, XVIII, 659, 2; 660, 1. In mensa tenendus novissimus locus, non primus occupandus, XVI, 195, 1, 2. Mensæ accumbens cur præ cæteris timore Dei opus habeat, XX, 673, 2. Cur mensæ benedicamus, XIX, 227, 2. Mensa est viva beneficentiæ Dei concio, *ibid.* Ejus benedictio cur dicatur verbum Dei et oratio, *ibid.* Quomodo Manichæi mensæ benedicerent, 224, 2. A mensa orandum, III, 259, 1. Mensa pauperis et divitis in quo differat, V, 461, 2. Mensa principis est mendax et fallax, cur, VI, 180, 2 et seq. (*Vide* Convivium).

4° *Quid symbolice mensa significet.* Mensa symbolum est alimoniæ, deliciarum et omnium bonorum, VI, 177, 1. Mensa designatur temporalium bonorum copia, XVIII, 191, 1.

Mensa spiritualis quæ sit, X, 120, 1. Mensa sapientiæ est mystice mensa Eucharistica, V, 247, 2; 250, 2; VI, 177 1. Item altare, 250, 2 et seq. Typus est Ecclesiæ, VI, 176, 1. Et sapientiæ, *ibid.*

Mensa sumitur aliquando pro lectione Scripturarum sanctarum, *Psalm.* I, 448, 2. Mensa animæ Scriptura est et lex Dei, XVIII, 191, 1. Quomodo mensa Judæorum iis facta sit in scandalum, 190, 2.

Mensa beatorum quam plena, XI, 751, 2.

MENSIS. 1° Mensis unde dicatur, X, 396, 2. A luna exordium, medium, finem, nomen capit, *ibid.* Mensis apud Hebræos tripliciter accipitur, XIII, 624, 2. Duodecim mensium Hebræorum ordo et nomina, I, 525, 1; IV, 228, 1. Mensium Hebræorum nomina videntur esse Chaldaica, XIV, 361, 2. Mensibus lunaribus utebantur Hebræi, et eos ab uno novilunio ad alterum computabant, I, 525, 1; XI, 571, 2. Menses Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum quot essent dierum, XXI, 225, 1. Menses aliquos Judæi sacros habebant, XVIII, 553, 1.

2° Mensis Nisan sive paschalis elogia, et mira quæ in eo contigerunt, I, 524, 2. Unde mensis Nisan primus dignoscatur esse sive paschalis, 525, 1. Mensis quartus quis fuerit quo Ezechiel primam suam visionem vidit, XII, 476, 2. Mensis quarti die nona, et quinti decima die cur Judæi jejunarent, XIV, 446, 1. 2. Cur mensis quarti die decima septima, cur item mensis quinti die prima et nona, *ibid.* Cur mensis septimi die decima, mensis decimi die octava, *ibid.* Cur mense quinto et septimo, XIV, 439, 1. Quo mense Christus cœlum ascenderit, et quota ejus die, XVII, 63, 2.

MENSTRUA. 1° Menstrua quid sint; ea non habuit beata Virgo, XVI, 69, 2. Menstrua quam sint perniciosa, II, 98, 2. Menstrua mulierum sunt causa earum iracundiæ, IX, 668, 2. Eorum virulentia, 376, 2.

2° Menstruorum fluxus quid tropologice significet, II, 99, 1. Est typus peccati, XIV, 517, 2. Menstrua symbolice significant opera carnalia et sanguinaria, XII, 365, 2.

MENSTRUATA. Menstruatæ congredi Judæis erat inhibitum sub pœna mortis, eratque apud eos peccatum mortale, non tamen modo est mortale, sed veniale, II, 131, 1. Erat hæc lex cæremonialis, *ibid.* Menstruata non cognoscenda, XII, 632, 2. Menstruata quomodo expiabatur, II, 99, 1.

MENSURA. 1° Mensura quatuor habet significationes, XVIII, 485, 1, 2. Mensura, pondus et numerus in omni re quid sit, XIX, 84, 2. Mensura justa in emendo vendendoque adhibenda, idque Deo volente, II, 128, 2; V, 312, 1. Mensuras inæquales odit Deus, eas qui habet, peccat contra justitiam, VI, 57, 2. Injustam mensuram qui habet quinque scelerum est causa, II, 128, 2. Mensuræ rerum omnium in templo a sacerdotibus asservatæ ad fraudem vitandam, IV, 129, 2. Mensura tritici vel hordei olim servis quolibet mense dabatur, XVI, 179, 1.

2° Mensuræ vestibuli sive porticus templi describuntur, XII, 791, 1, 2. Mensura hominis, quæ est angeli, quænam sit, XXI, 379, 2 et seqq. Quid per eam significetur, 380, 1. Mensura inferni quæ, 286, 2 et seqq.

3° Quæ sit mensura fidei, XVIII, 205, 2. Mensura gratiæ non datur ex meritis, 625, 1.

Mensuram peccatis et peccatoribus statuit Deus, XV, 495, 2. Mensura peccantibus a Deo statuta, ut ea repleta regna et respublicas puniat, XIX, 122, 2. Mensura peccatorum impleta, gentes quaslibet punit Deus, XII, 196, 2.

MENTHA. Mentha qualis sit herba, XV, 493, 1.

MENTUM. Mentum inter animalia homo solus habet, III, 518, 1, 2. Illud tangendo olim salutabant, *ibid.*

MERCATOR, MERCATURA. 1° *Mercaturæ natura et pericula.* Mercator dictus a Mercurio, VI, 306, 1. Mercatura cedit agriculturæ, et ipsa fraudibus subjacet, V, 398, 2. Mercatura totum hominem sibi vindicat et res est periculosa, X. 17, 1: *Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt; difficile exuitur negotians a negligentia, et non justificabitur caupo a peccatis labiorum.* Mercator facile negligit Dei cultum, 117, 2. Ejus negligentia varia, *ibid.* Mercatores vix sunt immunes a peccato, 19, 2: *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum. Conteretur cum delinquente deliotum.* Mercatorum

fraudes in vendendo et emendo, XIII, 626, 2; 627, 1: *Quando transibit mensis, et venumdabimus merces; et sabbatum, et aperiemus frumentum: ut imminuamus mensuram, et augeamus siclum, et supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos et pauperes pro calceamentis, et quisquilias frumenti vendamus?* Vocari possunt Chananæi, 449, 2: *Chanaan, in manu ejus statera dolosa.* An possint salvari, X, 20, 2. An mercatores Deo placere possunt, XIII, 449, 2. Quales damnentur, X, 21, 2: *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.*

2° *Mercatorum labores et aviditas*, VI, 61, 2. Gaudent de laboribus, *ibid.* Laudant propria, damnant aliena, *ibid.* Utiliter ex uno loco in alium migrant, 336, 1. Quantopere lucro inhient, XIII, 625, 1. Mercator opibus inhians, non sapientiæ, stultus est, 540, 2: *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?* Mercator iniquus lingua mendaci thesauros congregat, VI, 100, 2: *Qui congregat thesauros lingua mendaci, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis.* Mercatorum avaritia incusatur, XI, 348, 2. Mercator justus pauper locupleti iniquo præstat, VI, 2, 2: *Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens.* Mercatorum sua protrudere volentium allectationes vocari possunt canticum meretricis, XI, 353, 1. Mercatura vocari potest meretricium, et meretricium mercatura, 352, 2; 353, 1. Cum mercatore non est consulendum de mercium aut personæ trajectione, X. 234, 2.

3° *Mercatorum iniquorum pœna.* Mercatorum mercimonia sæpe incassum cadunt, ob neglectum Dei cultum, XIV, 324 1: *Seminastis multum, et intulistis parum; comedistis, et non estis satiati; bibistis, et non estis inebriati; operuistis vos, et non estis calefacti: et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Mercaturæ lucra cito dilabuntur, XIV, 165, 1. Mercator prudens ditescit, temerarius depauperatur, VI, 98, 2. Mercatoris cujusdam Lugdunensis opes injuste partæ quomodo avolarint, XII, 142, 1.

4° *Mercatorum officia.* Mercatores timorem Dei præ oculis habeant, X, 20, 2. Lucri studium temperent, XIII, 450, 1.

5° *Mercatura spiritualis.* Mercantur multi, inferno eo labore, cujus vel dimidio lucrati essent cœlum, XIX, 205, 1. Mercatura virtutis præstantissima, V, 85,, 2: *Melior est acquisitio ejus* (sapientiæ) *negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus.* Mercari tempus quid sit, XVIII, 656, 1: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

MERCENARIUS. Mercenarii dies quales, *Job*, 322, 2. Omnes numerandi, 183, 2. Cum mercenario non est consultandum de anni consummatione, X, 255, 1. Mercenarii anni vastationis Moab qui sint, XI, 304, 1, 2.

Mercenarius pastor quis sit, VI, 473, 2. Hic lupo veniente fugit, *ibid.* et seqq. Mercenarii pastores describuntur, XII, 746, 2.

MERCES. 1° Merces est quasi præmium labori congruum et debitum, V, 531, 2. Merces supponit meritum, XV, 152, 2. Merces et meritum sunt correlativa, XVIII, 58, 2. Merces subinde capitur pro lucro operæ, XIV, 444, 2. Merces laborem solatur, IX, 232.

2° Merces operario statim danda, IV, 286, 1: *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercem restitue.* Merces operariorum non fraudanda, *Job*, 632, 1: *Si adversum me terra mea clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent; si fructus ejus comedi absque pecunia, et animam agricolarum ejus afflixi: pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.* Mercedem mercenario debitam negantes, vel minuentes, vel alio modo intervertentes, sunt vere homicidæ, X, 209, 1: *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum; qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* Merces operariorum defraudata clamat in cœlum, XX, 201, 2: *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat in cœlum.* Mercedem in dando spectans, male dat, XVIII, 208, 1.

Merces quomodo a Deo data Nabuchodonosori pro expugnata Tyro, XII, 718, 1.

3° Merces timentium Dominum partim æterna, partim temporalis est, VI, 195, 2: *Non æmuletur cor tuum peccatores: sed in timore Domini esto tota die. Quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua nunquam auferetur.* Æterna eos maxime animat, *ibid.* Hæc solatur labores Christianorum, VI, 533, 2. Merces plena Christianorum quæ sit, XX, 635, 2: *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis.* Cur merces bonorum operum dicatur corona justitiæ, XIX, 312, 1: *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex.* Merces respondet merito, hoc autem facit gratia, XV, 443, 2: *Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem.* Merces debetur merito, et operi heroico meritorio magnæ mercedis, XVIII, 58, 2: *Reddet* (*Deus*) *unicuique secundum opera ejus: iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam;* 331, 2. Mercedis æternæ spe operari, bonum est et meritorium, 330, 1: *Debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat, in spe fructus percipiendi.* Merces boni operis ad Deum relati est divina et æterna, XV, 181, 2. At vana intentione facti perit, *ibid.*: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Merces et laurea

apostolica integra apud Deum servatur, strenue, etsi sine fructu laborantibus, XI, 583, 2. *Et ego dixi: In vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi: ergo judicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo.* Mercedem Prophetæ accipere quid sit, XV, 279, 1 : *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Magna est merces eleemosynæ, etiam ingrato datæ, XVIII, 476, 1. Mercedis in cœlo inæqualitas, XV, 326, 1 : *Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum et intelligit, et fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum.* Merces mortis innocentium est palma martyrii, XII, 226, 1 : *Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrymis : quia est merces operi tuo, ait Dominus : et revertentur de terra inimici* (*Vide* Cœlum, Gloria cœlestis, Meritum, Opera).

MERCURIUS. Mercurius quis deus et unde dictus, VI. 307, 2; XVII, 290, 1; 292, 2. Mercurius Hebræis dicitur *Mercolis*, VI, 305, 1. Quibus rebus præesset, XVII, 290, 1. Est deus mercatorum et præses negotiationum, VI, 305, 2; X, 20, 1; XI, 750, 2. Deus est artis et fallaciæ, V, 266, 1. Ejus inventa, XVII, 290, 2. Ejus insigne cur virga, *ibid.* Ejus fabula moralizata, *ibid.* Unde dictus Hermes, 290, 1. Mercurius erat etiam viarum præses, VI, 305, 2; 307, 1. Effingebatur tunc trunco habitu ex vili lapide, 306, 1; 307, 2. Colebatur lapidis unius injectu ad acervum, 306, 1. Cur ita coleretur, et unde ritus iste dimanarit, 307, 1, 2. Mercurii acervus quis dicatur, VI, 305, 2. Mercurius cur dicatur dux gratiæ, X, 10, 2.

Mercurius mysticus quis sit Christianis, VI, 307, 2.

MERCURIUS pro planeta sumptus. Astrologi etiamnum multam vim ei ascribunt in eos qui eo ascendente nascuntur, XI, 750, 2.

MERCURIUS TRISMEGISTUS. Mercurii Trismegisti elogium, IX, 10, 1. Censuit deos ab hominibus fieri, *ibid.* A Mose SS. Trinitatem didicit, XVIII, 50, 1. Quare dæmones coli jusserit, 52, 1.

MERETRIX. 1° *Meretricum nomen.* Meretrix quid proprie significet, XXI, 325, 1. Meretrix vocatur mercatrix, cur, XI, 352, 2; 353, 1. Meretrix vocatur mulier mala et extranea, V, 172, 1, 2. Meretrix in Scriptura vocatur prostibulum, II, 135, 1. Vocatur ignis, V, 178, 1, 2 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.* Sunt, et vocantur vitulæ lascivientes, XIII, 419, 2 : *Ephraim vitula docta diligere triturам.* Etiam viri dici possunt ob abusum libidinis et naturæ, 346, 1 : *Ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant.*

2° *Meretricum indoles, habitus, artes, illecebræ, insidiæ.* Meretrix est impudens V, 264, 1. Est stulta et clamosa, 263, 1, 2 : *Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens.* Meretrices sunt garrulæ et vagæ, 189, 1 : *Et ecce occurrit illi mulier ornata meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula et vaga*, IX, 691, 1. Nequeunt domi consistere, V, 189, 2. Gaudent videri, 187, 2 ; *De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi; et video parvulos, considero vecordem juvenem qui transit per plateam juxta angulum, et prope viam illius graditur, in obscuro advesperascente die, in noctis tenebris, in caligine.* Ejus domus scatet jurgiis et litigiis, VI, 104, 2.

Meretricum habitus lascivus, V, 188, 1. Solent se ornatas amasiis suis exhibere, *ibid.* Mille norunt et excogitant artes ad incautos alliciendos, 189, 1. Aromatibus et floribus respergunt lectos suos, 192, 1 : *Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto. Aspersi cubile meum myrrha, et aloe, et cinnamomo.* Olim calceis addebant crepitaculum, 196, 2. Formam ostentant, 264, 1. Earum pulchritudo sæpe est aliena et fucata, 130, 1.

Meretricum artes et illicia, V, 130, 1, 2 : *Ne attendas fallaciæ mulieris, favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus;* 264, 1, 2 : *Sedet in foribus domus suæ, super sellam in excelso urbis loco.* Sunt callidæ, 188, 2. Earum illecebræ, *ibid.* et seq. Illarum blanda verba animos amasiorum ligant, V, 194, 1 : *Irretivit eum multis sermonibus, et blanditiis labiorum protraxit illum.* Meretricis sermo est mellitus, 132, 2; 174, 1, 2 : *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.* Ejus illecebrosa verba, IX, 284, 2 : *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt; colloquium enim illius quasi ignis ardescit.* Ejus blanda et oscula, et unguenta, V, 132, 2. Cantus earum sunt sibilus serpentum, V, 133, 2. Meretricis insidiæ, insidiatur ut latro, VI, 202, 2 et seq. : *Insidiatur in via quasi latro, et quos incautos viderit, interficiet.* Magna raptrix est, 203, 1. Vecordes juvenes et habitu et oculis meretrix dignoscit, V, 188, 1. Qua arte amasios suos detineat et illaqueat, VI, 201, 1. Meretricum in magnates imperium, V, 136, 1.

3° *Meretrices omnium vitiorum sunt receptaculum.* In meretrice omnium ferarum congeries, est vorax et velut siren, VI, 202, 2. Cur meretrices vocentur crudeles, V, 136, 2 : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli.* Sunt velut serpentes, 268, 1. Meretrices sunt scelerum spelæum, VI, 203, 2. Earum in turpitudine perseverantia, XII, 419, 1. In illarum domibus dominantur dæmones, VI, 267, 2 : *Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivæ ejus.*

4° *Quanta damna sibi inferant meretrices.* Meretricum probrum et infamia, XII, 29, 1. *Filii*

quoque Mempheos et Taphnes constupraverunt te usque ad verticem. Meretricum vilitas et propudium, et quam vile ejus sit pretium, V, 174, 1, 2 : *Pretium enim scorti vix est unius panis, mulier autem viri pretiosam animam capit.* Fœtum plerumque impediunt, 143, 1. Soboles sæpe supponunt, 144, 1. Indolem suam proli suæ communicant, XIII, 285, 1. Earum sordes et fœtor, V, 182, 1 : *Qui autem adulter est.... turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium illius non delebitur*, VI, 201, 2; XIV, 189, 2. Comparantur stercori, IX, 284, 1 : *Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus conculcabitur.* Est sordium cloaca, *ibid.* Sæpe lue venerea computrescunt, V, 349, 2 : *Putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.* Meretrix est inops et egena, 263, 2. Meretrices nunquam ex meretricio ditescunt, XIV, 69, 1, 2 : *Omnes mercedes ejus comburentur igne, quia de meretricibus congregata sunt, et usque ad mercedem meretricis revertentur.* Amasios et jam plangendo detinent, 71, 1. Meretricos ægre convertuntur ad Deum, V, 69, 2 : *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ.*

5° *Quanta damna suis amasiis meretrices præstent.* Primo. *Meretrix est profunda fossa in quam demerguntur omnia hominis bona*, VI, 157, 1 : *Fovea profunda os alienæ; cui iratus est Dominus, incidet in eam*; 201, 1 : *Fovea enim profunda est meretrix, et puteus angustus, aliena.* In eam incidit, cui Dominus iratus est, 157, 1. Meretricis os est quasi vorago profunda et Ætna, VI, 156, 2. Voragini maris assimilatur, XII, 667, 1. Meretrix est patrimonii vorago, IX, 282, 2 : *Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te et hæreditatem tuam.* Meretrices opes amasiorum suorum exhauriunt, V, 137, 2 : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena.* Pauca dant, ut majora accipiant. 194, 1. Meretrix opes amplissimas exhaurit, 174, 1, 2. Ipsa loculos exhaurit, et ad paupertatem redigit, *ibid.* Maritum devorat, 350, 1. Est limax, *ibid.* Meretricum amor est inhonestus, infaustus, brevis, illiberis, 145, 1; 146, 1. Non extinguunt æstum libidinis, 141, 1 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.*

Secundo. *Quæ damna animæ meretrices inferant; sex damna fornicationis*, V, 133, 1, 2. *Novissima..... illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps*, VII, 274, 2. *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus; vincula sunt manus illius : qui placet Deo, effugiet illam; qui autem peccator est, capietur ab illa.* Meretrix contraria est sapientiæ et virtuti, V, 262, 1, 2 : *Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens*, VI, 199, 2. Quem honorem homini meretrices auferant, V, 136, 1. Auferunt homini cor, XIII, 341, 2 : *Fornicatio, et vinum, et ebrietas auferunt cor.* Quibus rebus dementent amasios, XXI, 313, 2. Meretrix est pernicies, nugacitas, dolium perforatum, et puteus, 201, 2; 202, 1.

Meretrix animam viri perdit, V, 174, 1, 2 : *Pretium enim scorti vix est unius panis; mulier autem viri pretiosam animam capit.* Ejus domus ducit ad mortem, 68, 1 : *Inclinata est ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius.* Hæc item est domus gigantum, *ibid.* Ipsa mortem affert, 67, 2; 134, 1 : *Pedes ejus descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant.* Est mors et sepulcrum, 200, 1. In sphinge adumbratur, 194, 2. Viam sternit ad gehennam, 134, 1; 268, 2. Recta ad inferos deducit, VI, 447, 1. Est laqueus inferni, V, 268, 2.

6° *Meretrices quam fugiendæ et cavendæ.* Meretricium an licitum ante legem Mosis, XVIII, 293, 1 : *Neque fornicarii, neque adulteri, etc., regnum Dei possidebunt.* Meretricium quam fœdum sit, 296, 2 : *Omne peccatum extra corpus est : qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Meretricum aspectus cavendus, X, 361, 1. Remedium adversus earum illecebras, V, 133, 2. Meretrices publicæ an permittendæ sint, negatur, IX, 527, 1. Nec in hospitiis, *ibid.*, 2 (*Vide* LUPANAR). Meretricem ducere hoc fine ut turpitudini finem imponat, sanctum et honestum est, XIII, 284, 1.

7° *Varii usus populorum circa meretrices.* Meretrices olim ex pudore se palliolo aut velo tegere solebant, VII, 505, 2. Olim cocco utebantur, XI, 114, 1. Romæ habitum habebant a matronis diversum, V, 188, 2 et seq. Meretricum fornices erant in atris et mortuorum sepulcris, 134, 2 et seq. Meretrices secretæ habitant in secessibus et locis ignotis, *ibid.* Nomen suum non tantum cellis suis, sed et in fronte inscribebant, XII, 39, 1; XXI, 314, 1. Olim primitias lucri Veneri consecrabant, XIV, 69, 1. Meretricum regina Maacha, III, 634, 1.

MERGISAFER. Mergisafer locus conversionis S. Pauli dictus est : ejus celebritas, XVII, 209, 2.

MERGULI. Merguli imago sunt dæmones, XXI, 360, 2.

MERIDIES. 1° In meridie Adam peccavit, et Christus in cruce fixus, XV, 621, 1; 632, 1.

2° Meridies claram et universalem fidei prædicationem, quæ una est ex Ecclesiæ orthodoxæ notis, significat, VII, 502, 2 et seq. Est Ecclesiæ Romanæ symbolum, 503, 1. Meridies in Eucharistia, 594, 1. In cœlo, *ibid.* Beatæ æternitatis, *ibid.*, 2. Meridies summus contemplationis gradus, *ibid.* Est symbolum Jerusalem et Sionis, 503, 1. Christi nativitatem, et ejus crucifixionem adumbrat, *ibid.* Est symbolum ardentis persecutionis, 502, 1. Item afflictionis et calamitatis, XI, 302, 1. Item summæ claritatis et charitatis, VII, 502, 1. Meridies sunt charitate ferventes, 594, 1. Meridiari quid significet, 498, 1.

MERINTHUS. Merinthus Christianismo Judaismum agglutinari volebat, XIX, 518, 1, 2.

MERITUM. 1° *Meritum quid sit, ejus natura.* Meritum quid sit, VII, 312, 2. Merces correlativa est meriti, VIII, 479, 2 et seq. Meritum majus facit, non major labor, sed gratia major, XV, 440, 1, 2. Meritum consistit non in rei quantitate, sed in qualitate, XVII, 238, 1. Quomodo merita electioni Dei tribuantur, XVIII, 24, 2, Merita cujusque causa sunt electionis ad gloriam, X, 172, 1, 2. Ante eorum prævisionem nullum Deus pro libito eligit vel maledicit, 352, 1 : *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi ! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini ; et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Merita Christi sunt causa prædestinationis æternæ fidelium, XVI, 397, 1 : *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet : et eum qui venit ad me, non ejiciam foras.* Sine præviis meritis homo justificatur, XV, 65, 2. Merita nostra non sunt condigna vita æterna, nisi ex gratia, XVIII, 115, 1 : *Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.*

Merita beatæ Virginis prope infinita sunt, VI, 525, 1, 2 (*Vide* MARIA).

2° *Merita bonorum operum astruuntur*, IX, 464, 1 : *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum*, XVI, 230, 2 ; XVIII, 581, 2 : *Secundum duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei ;* 260, 1 : *Qui plantat et qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem ;* 445, 1 : *Id enim, quod in præsenti est, momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis ;* XIX, 472, 1, 2 : *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit ;* 485, 1 : *Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi : aspiciebat enim in remunerationem.* Meritum gloriæ per bona opera contra Calvinum astruitur, XX, 50, 2 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se.* Mereri quantum quotidie possimus, XXI, 87, 1. Merita singulis momentis adaugere possumus, IX, 512, 2 : *Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari : quoniam merces Dei manet in æternum.* Merita augendi bona praxis, XX, 583, 1, 2 : *Quidquid petierimus, accipiemus ab eo ; quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus.* Merita bonorum operum colligenda sunt in hac vita, VI, 48, 1, 2 : *Propter frigus piger arare noluit : mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi.* Mereri post mortem nihil possumus, IX, 422, 2 et seq. : *Da et accipe, et justifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam quoniam non est apud inferos invenire cibum* (*Vide* GRATIA, OPERA).

3° *Meritorum solidaritas vel reversibilitas quatenus extendatur.* Merita rectorum et plebium sibi invicem connectuntur, XII, 743, 2 : *Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus : Ecce judico inter pecus et pecus, arietum et hircorum.* Merita vel demerita parentum, aliquando in filios redundant, XV, 495, 2 : *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Merita bona patrum degeneres filios non juvant, XVIII, 193, 2 : *Dices ergo : Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas : noli altum sapere, sed time.* Merita aliena non juvant in judicio, 450, 2 : *Nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.*

MERLINUS. Merlinum aiunt per dæmonem incubum esse progenitum, IV, 294, 1.

MERODACH. Merodach commune fuit nomen regum Babylonis, XI, 484, 1, 2 ; XII, 317, 1. Quis fuerit ille qui legatos ad Ezechiam misit, IX, 484, 1, 2.

MEROPES. Meropes quinam dicantur, I, 176, 2.

MEROVEUS. Meroveus Chilperici regis Francorum filius quomodo e sacra Scriptura sortem suam didicerit, XI, 223, 2 ; 224, 1. In patrem Chilpericum contumax pœnas dedit justo Dei judicio, VI, 450, 1.

MERULUS (S.). S. Merulus assidue psalmodiæ intentus cœlitus fuit coronatus, X, 490, 1. Ex ejus sepulcro mira odoris fragrantia exhalavit, XIX, 376, 1.

MERUM. Merum bibebant antiquissimi, XXI, 279, 1 (*Vide* VINUM).

MESA. Mesa rex Moab qua occasione immolarit suis manibus proprium filium, non regis Edom, XIII, 549, 1.

MESOPOTAMIA. Mesopotamia sic dicta, quia in medio duorum fluminum sita, IV, 447, 2. Mesopotamia capitur pro omni regione quæ est trans Euphratem, XVIII 172, 1. Orientalis est Palæstinæ, XI, 510, 2. An e Mesopotamia venerunt Magi Christum natum adorantes, XV, 71, 2.

MESOROMASDES. Mesoromasdes Persis est sol, IV, 379, 1.

MESSALA CORVINUS. Messala Corvinus etiam proprii nominis oblitus est, XII, 35, 1.

MESSALINA. Messalina Claudii imperatoris uxor fuit infamis, XIII, 283, 1.

MESSANA. Messanæ an fuerit Paulus, XVII, 440, 1.

MESSIAS. 1° *Messia, multimodis promissus fuit Judæis, et quænam futura essent ejus munia et officia.* Messias idem est quod Christus, XVI, 320, 2. Ejus nomen erat *Siloach*, id est missus vel

mittendus a Deo, 461, 1, 2. Messiæ nomen nunquam per crasin contrahitur, XVI, 278, 1. Messias est maxima promissionum Veteris Testamenti, XVIII, 158, 2. Judæis primo promissus et revelatus est, 64, 2. Messiæ tempus multi Prophetæ in Veteri Testamento præcise indicarunt, XX, 254, 1. Messiæ adventum David efflagitat, *Psalm.* II, 102, 2 et seq. Messias cur regi Achaz promittatur, XI, 190, 1 et seq. Messiæ adventum Judæi et Prophetæ semper expectarunt, X, 233, 1; 234, 2; 237, 2; 556, 2. Is prædicitur versaturus in templo a Zorobabele ædificando, atque in hoc Christus Messias promissus docuit, ergo Messias frustra a Judæis expectatur, XII, 776, 1, 2.

Messias debebat esse non purus homo, sed etiam Deus, XV, 485, 1, 2. Ejus ortus an incognitus esse debebat, XVI, 423, 2. Messias quomodo filius et dominus David, *Psalm.* II, 253, 1, 2. Messiæ munia et officia quæ sint, XI, 714, 1, 2 et seqq. Messias legem novam inducet antiquata priore, XII, 232, 2. Ejus est miserorum misereri, XV, 454, 2. Messias non debuit esse pontifex terrenus, degens in templo Salomonis, XIX, 424, 1. Non soli Judæi ab eo vocandi erant, XVIII, 172, 1. Ejus tempus vocatur novissimum, XVIII, 343, 1; XIX, 222, 1; 298, 2; XX, 473, 1. Ejus tempus, lex et ætas in Scriptura vocantur novissima, XIII, 506, 1. Moriturus probatur, ideoque ab Hebræis vocatur *barnephili*, id est filius caduceus, *ibid.*, 643, 2.

2° Messiam jampridem venisse ostenditur contra Judæos eum expectantes, XII, 772, 1, 2; XIV, 323, 1, 2; 339, 1, 2 et seqq.; 617, 2. Eum jam debere venire sciebant passim Judæi, XVI, 363, 1. Messiæ tempus instare Judæis omnibus persuasum erat, XVII, 154, 1. Hic venit tempore deploratissimo regum Israel, XV, 41, 2. Tum ex Deo, tum ex Juda et Judæis natus est, XVIII, 65, 2. Se esse Messiam sensim Christus aperuit, XVI, 338, 1. Messiam esse Christum S. Petrus confitetur, XV, 365, 2. Hunc esse Joannem Judæi malebant quam Christum, XVI, 314, 1.

Qualem Messiam expectent Judæi et quando, XIV, 265, 1; 457, 2; 525, 1, 1, 2; XV, 364, 1; XVI, 514, 1, 2; 590, 2; XVIII, 174, 1, 2. Eum putabant Judæi fore æternum, nec moriturum, sed sinistre Scripturam intelligebant, XVI, 513, 2; 514, 1. Eum mutationem quamdam miram in frumento facturum agnoscunt Rabbini, XIII, 472, 1. Ejus tempore tradunt Rabbini animalia omnia munda fore, XVII, 235, 2.

MESSIS. 1° Messis quomodo per terræ laborem paretur, IX, 206, 2. Messis collocanda in congrua terræ cultura, XII, 109, 2. Messem parvam inferunt in horrea qui cultum Dei negligunt, XIV, 323, 1, 2. Messem impii comedunt alieni, *Job*, 128, 2. Messis quo mense in Judæa fieret, XVI, 365, 1. In Ægypto fit in maio, 660, 2.

2° Quæ sit messis spiritualis, XVI, 366, 1 et seqq. Messis vocatur multitudo populi parata ad recipiendum salutarem doctrinam, XV, 252, 2. Dominus messis est Christus, *ibid.* Messis illa vera est quæ semen suum reddit multiplicatum et novum, V, 328, 2. Messis in die judicii quæ futura, XXI, 284, 1.

MESSORES. Messores in æstate refrigerio indigent, VI, 269, 1.

METALEPSIS. Metalepsis crebra est apud Prophetas Minores, XIII, 237, 2.

METALLUM. Metallorum magna est inter se vicinitas, V, 297, 2. Metallorum mystica explicatio, *Job*, 546, 1.

METAMORPHOSIS. Metamorphoses variæ a gentibus factæ, IV, 427, 2. Metamorphosis Nabuchodonosoris in bestiam quomodo contigerit, XIII, 59, 1, 2 (*Vide* NABUCHODONOSOR).

METAPHORA. Metaphoris gaudent Hebræi et Syri, XVIII, 269, 2. Metaphoricæ locutiones Prophetarum, XIII, 223, 1 (*Vide* PROPHETÆ, SCRIPTURÆ SENSUS).

METATHESIS. Metathesis in littera R in variis linguis frequens est, XV, 678, 2. Eadem in multis vocibus variarum linguarum locum habet, XVI, 504, 1, 2.

METELLUS. Metellus Macedonicus quam fuerit sui secreti tenax, IV, 305, 1; IX, 276, 1.

METEMPSYCHOSIS. Metempsychosis Pythagorica quæ esset, XV, 688, 2. Metempsychosin Judæi teorumbant, XVII, 101, 1.

METEORA. Meadmitte causæ hominem latent, IV, 131, 1. Meteora potentian, Dei declarant, *Job*, 512, 2. Meteora ignea in fine mundi cadent de cœlo, non ipsæmet stellæ, XXI, 155, 2.

METHODIUS. Methodius martyr an sit auctor libri prophetici qui ejus nomine circumfertur; videtur suppositiius, XIII, 252, 2.

METHONENSES. Methonenses quomodo noxios Africi flatus sedent, V, 277, 1.

METIRI. Metiri se suo pede solet sapiens, VI, 217, 1.

METONYMIA. Metonymia crebra Prophetis æque ac poetis, XIII, 237, 2.

METOPA. Metopa vocantur quadrata spatia inter capita trabium, XII, 814, 2.

METRETA. Metreta quæ sit mensura, et unde dicta, XVI, 330, 2.

METROPOLIS. Metropoles Hebræis vocantur matres, et urbes reliquæ filiæ, XII, 618, 1. Metropolis fidem reliquæ urbes sequuntur, XVII, 33, 1.

METUS. 1° *Metus effectus.* Metuenti partes extremæ debilitantur et flaccescunt, XII, 554, 1. Metus levis pallorem, gravis nigrorem inducit, XIII, 493, 2. Metus pallorem membris inducit et linguæ silentium, XIV, 9, 2. In metu et pavore anxie lux et dies expectatur, XI, 333, 2. In metu misera est vita, XXI, 159, 1. Metus subitus parit in militibus inconstantiam, infidelitatem, etc., IV. 455, 1. Me-

tum sæpe Deus amicorum suorum hostibus immittit, XI, 464, 2.

2° *Metus in ordine ad salutem considerata.* Metus ab hæreticis pro diligentia perperam capitur, XIX, 31, 2 : *Itaque, charissimi, non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini.* Metus salutis fidem specialem hæreticorum excludit, 31, 2 ; 424, 2. Metus est fideli necessarius quoad salutem suam, XX, 552, 1. Metus stimulus est ad veram pœnitentiam, IV, 177, 1 : *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Metus tam est de futuro quam de præterito, *ibid.* Metus optimus justitiæ et gratiæ custos, IX, 89, 2 : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore.* Metus sanctorum esto sint in gratia, XX, 585, 2. Metus justus Tobiæ senioris de hædo furtivo ; et S. Sanctuli de pane sibi divinitus oblato, IV, 276, 1 (*Vide* Timor, ubi omnia quæ hic tantum indigitantur, fusius evolvuntur).

MEUM. Meum et tuum sunt causa discordiæ, IX, 670, 1.

MEXICANI. Mexicanorum feralia sacrificia, et crudelis idololatria in immolandis hominibus ; II, 117, 2; XII, 71, 1. Mexicani recens natos pueros in frigidam aquam cur immergebant, XII, 606, 1. Cur eorumdem ad fidem Christi conversio sit facilis, II, 117, 2.

MEZENTIUS. Mezentius atheus arma sua numina fecit, IV, 564, 1. Mezentius tyrannus quam fuerit atrox, IX, 289, 1. Mezentii insolentia quomodo compressa, XII, 715, 1.

MICA. Micas quare colligi jusserit Christus post multiplicationem panum; eas etiam colligunt morati Religiosi ; quæ miracula circa eas facta sint, XV, 359, 2.

MICCA. Micca Philodemi filia mori maluit quam a Leucio duce violari, XIII, 183, 2.

MICHA. Michæ idololatria quando contigerit, III, 217, 2. Micha idolum in urbe Dan erexit, XIII, 417, 1, 2.

MICHÆAS. Michææ fuere duo, XIV, 62, 1 ; 199, 2. Michæas Propheta fuit Morasthites, 62, 1. Fuit ex tribu Juda, 62, 2. Nominis ejus etymon, 64, 1, 2. Quando floruerit, XI, 59, 2. Quando cœperit prophetare, XIII, 255, 1. Quid scribat, 255, 1 ; XIV, 64, 1, 2. Ejus argumentum, XIV, 62, 2. Michæas Propheta suppar est Isaiæ, et ad verbum idem subinde cum eo dicit, XIII, 238, 1 ; XIV, 63, 2 ; 95, 1 ; 107, 1. Concisus est et plenus affectibus, XIV, 86, 1. Quando ediderit oraculum de Christo in Bethleem nascituro, 112, 2. Idque post vastationem per Assyrios, 107, 1. Ejus hieroglyphica, XIII, 260, 1. Ejus ænigmata, 266, 2. Ejus adagia, 271, 1, 2.

Michææ erga populum suum zelus, XIV, 57, 2; 85, 2. An nudus et spoliatus incesserit, et quare, 69, 2. Qua ratione se filiis Novi Testamenti annumeret, 97, 2. In se repræsentavit parvitatem et magnitudinem Bethleem, et Christi in Bethleem nati, 110, 1, 2. Michæas dura ab Achab passus est, XIX, 488, 1. Martyr occubuit, et Martyrologio ascriptus est, ejus corpus sub Theodosio seniore repertum, XIV, 62, 2. Ejus sepulcrum fuit in Morasthi, 62, 1.

MICHAEL (S.). 1° Michaelis etymon, nomen ejus idem sonat quod *quis ut Deus*, IV, 289, 2 ; XV, 403, 2 ; XX, 666, 1 ; XXI, 21, 2. Cur vocetur Deus, XIV, 383, 2. Ex quo ordine angelorum sit, XIII, 142, 2. An ex Archangelis, an ex Principatibus, *ibid.* Verius esse Seraphinum et primum inter Seraphinos, XIII, 143, 1 ; XVI, 14, 2 ; XXI, 22, 1, 2. An et quomodo Seraphinus sit simul et Cherubinus, XII, 503, 2. Michaeles duo non sunt, unus Seraphinus, alter Angelus Ecclesiæ custos, XIII, 143, 2. Michael est supremus omnium angelorum, XVI, 13, 1. Est princeps angelorum, etiam missus legitur, XIX, 363, 2 ; 364 1 ; XX, 666, 1. Est Angelus faciei Dei, XI, 733, 2.

2° S. Michael Luciferum principem dæmonum antagonistam habet, XIV, 381, 1. Ejus prælium triplex cum Lucifero fuit, XXI, 235, 1 ; 246, 1, 2. Ejus emblema, 21, 2 et seq. Ejus humilitas exaltata fuit, VI, 411, 1. Ipse humilis sedem Luciferi superbi in cœlis obtinuit, XI, 291, 2. Est princeps angelorum, qui in Dei obsequio, ac consequenter in cœlo perstiterunt, XXI, 246, 2. Est princeps exercitus Dei, III, 31, 2 ; 32, 1.

3° Illustrissimæ quæque Veteris Testamenti apparitiones S. Michaeli attribuuntur; quindecim numerantur, XIII, 165, 1, 2 et seq. An fuerit angelus exterminator, XVIII, 342, 2, 2. Tulit legem Hebræis et Decalogum Dei nomine proclamavit, XVII, 178, 2 ; XIX, 364, 2. Ejus altercatio cum diabolo de Mosis corpore, XX, 666, 2. Quomodo non est ausus diabolum blasphemiæ insimulare, 668, 2. An per os asinæ Balaam sit allocutus, 462, 1, Fuit Israelis protector et ductor, IV, 547, 1 ; XI, 733, 2. Fuit et protector et præses Synagogæ, uti uunc Ecclesiæ, IV, 347, 2 ; IX, 483, 2 ; XIII, 165, 1 ; XIV, 122, 2 ; 367, 1 ; 372, 1, 380, 2. Fuit angelus stans inter myrteta, et cur ibi steterit, XIV, 362, 2 et seq. Cur venerit in adjutorium Gabrielis certantis contra Angelum Persarum, XIII, 143, 2. Argonautas direxit et juvit, XVII, 325, 1 ; 327, 1.

4° S. Michael Christum in horto confortavit, XVI, 264, 2. An S. Petrum e carcere liberavit, XVII, 151, 2. Cur eum e carcere eduxerit, 263, 1.

5° Varia S. Michaelis in Ecclesia munia, XIII, 166, 1, 2. Est præses et princeps Ecclesiæ totius, IV, 347, 2 ; XIII, 143, 2 ; XIX, 132, 2 ; XXI, 246, 2. Tuetur et custodit summum Pontificem, XIV, 381, 1 et seq. ; XV, 403, 1. Est Mars Christianorum, et templa olim Marti dedicata varia, modo a Christianis ab ipso cognominantur, 165, 2. Quomodo Polonos contra Lithuanos juverit XIII, 166, 2.

Precibus oblationibusque fidelium præest, IV, 282, 1, 2; XVI, 14, 2.

6° S. Michaelis apparitio in monte Gargano et templum Colossis celebria sunt, XIII, 166, 2. Ipse ecclesiam suam in monte Gargano dedicavit, IV, 434, 1. Fuit a S. Joanne in Ecclesia celebratus, XIII, 166, 2. Ejus templum celebre Chonis, XIX, 96, 1. Turcæ etiam ipsum venerantur, XIII, 165, 1, 2.

7° S. Michael contra Antichristum pro Christo et Christianis in bellum descendet, XXI, 337, 2. Eum occidet, XIII, 164, 1, 2. Eum fulgure in tartara deturbabit, XXI, 341, 2. S. Michael cur vocetur signifer, XIII, 166, 1. Canet tuba novissima: cur pingi soleat cum statera, ea pictura propugnatur, V, 484, 1; XIII, 166, 1.

MICHAEL martyr. Michael martyr in Japone quam lætus in carcere fuerit, XII, 261, 2; XVII, 158, 1.

MICHAEL III imperator. Michaelis III imperatoris temulentia et feritas XI, 339, 2. Interiit ebrius, a Basilio et conjuratis interfectus, 339, 2; 340, 1.

MICHAEL Andronici filius. Michaelis Andronici imperatoris filii interitus divinitus præsignificatus, XIII, 71, 1.

MICHAEL STIFELIUS. Michaelis Stifelii Lutherani impostura et confusio, XI, 44, 2.

MICHAEL SERVETUS. Michael Servetus censuit deitatem reipsa in justos transfundi, XX, 410, 2. Ejus athea blasphemia, 451, 2.

MICHOL. Michol Davidem amat maritaliter, III, 387, 1. Ejus prudentia in procurando spatio ut fugiat David, *ibid.* et 2. Mentitur ut animam mariti salvet, 388, 1. Propter superbiam sterilitatis damnata fuit, 460, 1. Cæremoniarum Ecclesiæ irrisores repræsentat, 460, 2.

MICIPSA. Micipsa moriens filios ad concordiam est hortatus, V, 581, 1.

MIDAS. Midas rex asininus avarorum est symbolum, IX, 411, 2, Cur ei aures asininæ affictæ, X, 51, 1.

MIGMA. Migma proprie quid sit, XI, 420, 1. Cur migma et mixtio vocetur Eucharistia, *ibid.* et 2.

MIGRARE. Migrare temere ex uno loco in alium non est bonum, sed noxium, V, 336, 1, 2 et seq.

MILESIÆ. Milesiæ Virgines quomodo a spontanea nece quam sibi inferebant, deterritæ, XII, 116, 2; 638, 2.

MILES, MILITIA. I. MILITIA PROPRIE SUMPTA. — 1° *Quid sit, et quæ erant in militia usus.* Milites quo sensu olim dicerentur latrones, III, 443, 1; XIII, 378, 1. Militia omnem famulatum significat, XIX, 190, 2. Militia est afflictio, XI, 483, 2. Militum labores et patientia, XXI, 181, 2. Miles decrepitus et pauper res deploranda, X, 16, 1. Milites cum auctorabantur apud Romanos, in cute compungebantur, XII, 569, 1. Milites olim stigma impressum manu ferebant, quo se vel illius ducis esse profitebantur, XI, 541, 2; XXI, 260, 2. Milites Romani et Græci vestibus coccineis vestiebantur, XIV, 178, 1. Milites cur olim russatis uterentur vestibus, XV, 610, 1. Milites Chaldæi et Persæ purpura utebantur ad tegenda vulnera, IV, 432, 1. Milites nudatis pugnabant brachiis, XII, 533, 1. Militum Romanorum in castris durities et disciplina, XIII, 28, 1. Milites Romani diversimode exercebant, XIV, 20, 1. Milites arma poliunt ad ornatum et acumen, XI, 582, 2. Olim omnes opes suas ponebant in adornandis equis et armis, XIV, 543, 1. Milites, parta victoria, arma sua thyrsis vestiebant. IV, 544, 1.

2° *Milites quomodo ante pugnam exercendi.* Pacem non amant, cur, IV, 551, 1, 2. Quomodo exercitandi sunt, *ibid.* Non sunt nimis dure habendi, VI, 476, 2. In militia qualis disciplina servanda, multis docetur exemplis, II, 481, 1. Quare iis detur cingulum, XVIII, 677, 1. Militibus olim interdictum conjugium, XIX, 283, 2. Militum tria sunt vitia, quæ triplici remedio curantur, XVI, 93, 1. Varia eis dantur præcepta, 93, 1, 2.

3° *Quomodo milites Christiani se ad bellum parare, et in bello se gerere debeant.* Militare quando licitum sit, XVI, 93, 2. Milites in bello justo regi serviunt, etiam id expresse non cogitent, XII, 718, 1. Milites Deum potissimum in bello sibi propitium reddant, VI, 130, 1. Pugnæ præmittant confessionem, III, 158, 1. Sint similes agnis, 355, 1. A rapinis et criminibus se abstineant, IV, 554, 1. Miles quomodo virginem christianam a stupro vindicaverit, XI, 262, 1. De militum in bellis impietate, II, 362, 1. Milites non peccant dum urbem hostilem a duce in prædam datam capiunt et expilant, XIII, 318, 1. Milites præpropere ad spolia dilapsi cæduntur, IV, 431, 2.

4° *Quænam milites ad victoriam juvant.* Militum animi ante certamen explorandi, et ad ardorem excitandi, IV, 547, 2. Eorum fiducia multum valet ad victoriam, 438, 1. Resolutio et desperatio milites imperterritos reddunt, 432, 1. In acie primum locum ambiunt, cur, 433, 2. Miles quod facit, dux facit, III, 523, 2. Milites pauci, Dei robore instructi, facile prosternunt multos tanto robore destitutos, IV, 426, 1. Militum generosorum apophthegmata, II, 200, 1. De milite generoso axioma, IV, 455, 2. Milites Romani jurabant se nunquam locum deserturos, VI, 130, 1. Miles generosus mori optat in prælio, 457, 2. Militum superstitum et aliorum in acie nota quæ apud veteres esset, XI, 147, 2. Impossibile est ut semper vincant, et nunquam vincantur, IV, 457, 1, 2. Milites pro fide pugnantes et occumbentes martyres sunt, XX, 205, 1.

5° *Varia de militibus quorum vel in Scriptura vel in historia mentio fit.* Milites multi de castris se subtrahunt, et Judam deserunt, IV, 455, 1. Militum Judæ charitas, 538, 1.

Militum templi origo, IV, 434, 1. Videntur fuisse Levitæ, *ibid.*, 2. Ad horum similitudinem instituti sunt Jerosolymitani equites, et quando, *ibid.* Militia pro sacerdotum ministerio, XI, 361, 2.

Milites qui ad Christum capiendum venerant, percussi sunt ἀοράσίᾳ, XV, 576, 1. Uno ejus verbo in terram prosternuntur, *ibid.*, 2. Milites inhibentes volentem dare acetum Christo, an dixerint *Sine*, vel hic illis *Sinite*, 630, 2 et seqq. Miles latus Christi aperiens, quis fuerit, XVI, 620, 1. Videtur fuisse unus ex illis qui latronum crura fregerant, *ibid.*, 2. Cur milites servarint Christum in cruce fixum; ea custodia resurrectionem confirmaverunt, XV, 623, 1.

Militum christianorum zelus contra Julianum imperatorem ad idololatriam pellicientem, I, 728, 1. Milites christiani in quibus rebus Juliano Apostatæ parerent, et in quibus jussa detrectarent, XIX, 335, 2. Miles quidam defunctus, ad vitam rediens qualia se apud inferos vidisse narraverit, XI, 424, 1, 2.

II. MILITIA ALLEGORICE SUMPTA. 1° *Militia cœli proprie in Scriptura quid significet*, XI, 361, 2. Militia cœli sunt stellæ, 361, 2. Cur sic vocentur astra, XIV, 275, 1. Quomodo tabescere queat, XI, 447, 2. Eam Judæi astricolæ in domorum tectis cur adorarunt, XIV, 275, 1. Milites Dei sunt creaturæ omnes, *Psalm.* I, 304, 2.

2° *Militia spiritualis.* Quis miles spiritualis et christianus, XIX, 190, 1 : *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam.* Militia hominis super terram, XII, 531, 2. Militia nostra qualis, *Job*, 164, 2; 182, 2 : *Militia est vita hominis super terram : et sicut dies mercenarii, dies ejus.* Vita nostra militia est et tentatio, 179, 1, 2.

Militis christiani officia, XIX, 190, 1. Ejus cingulum est veritas, eaque quadruplex, XVIII, 678, 1 : *State succincti lumbos vestros in veritate.* Quæ ejus lorica, 679, 2 : *Et induti loricam justitiæ.* Ejus calcei, *ibid.* et seq. : *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.* Quis ejus agon, XIX, 261, 2 : *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus.* In militia christiana quam fortes et intrepidi esse debeamus, I, 550, 2. Miles Christi omnes sensus et animæ potentias in aciem educere debet, XIV, 20, 2. In militia præsertim spirituali semper timendæ insidiæ, *Job*, 164, 2. Miles Christi gaudet adversis, usque occurrit, 743, 2 : *Terram ungula fodit, exsultat audacter, in occursum pergit armatis.* Milites Christi fugiendo et tolerando tentationes vincunt, *Psalm.* I, 303, 1 : *Deus noster, refugium et virtus; adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis* (*Vide* BELLUM, CERTAMEN SPIRITUALE).

MILES episcopus. Miles episcopus Persicæ cuidam civitati cum malediceret, ipsa ab inimicis subversa est, XI, 707, 1.

MILETUM. Miletum urbs Ioniæ, XVII, 365, 2. Erat stragulis nobilis, XIX, 316, 2. Quando ibi fuerit Apostolus, *ibid.*

MILEVITANUM CONCILIUM. Milevitani Concilii quanta sit auctoritas, XVIII, 97, 2.

MILLE, MILLENARIUS, MILLESIMUS. Mille calami faciunt duo milliaria, exceptis mille pedibus, XII, 855, 2. Mille annis duraturus Mahometismus, XXI, 146, 2; 351, 1. Millesimus sexcentesimus trigesimus annus Mahometanis futurus fatalis, 351, 1, 2. Mille anni quibus cum Christo regnaverunt Martyres, quomodo intelligendi, 239, 2; 349, 1, 2. Item mille anni quibus ligandus est Satanas, 344, 2 et seq.; 346, 2. Cur Joannes ponat sexies *mille annos*, volens finem mundi consignare, 350, 2; 351, 1; 353, 1. Mille sexcenti numerus mystice exponitur, 288, 1. Mille anni quomodo Deo sint dies unus, XIII, 363, 2; XX, 478, 2 et seqq.; XXI, 352, 2.

Millenarius numerus est cubus denarii, VIII, 236, 2. Millenarius est numerus perfectus, XXI, 344, 1; 350, 2. In millenario omnes numeri perfecti complentur, 49, 2. Millenarius numerus symbolum Dei est, ejusque infinitatis, II, 414, 2. Christo proprie competit, VIII, 236, 2. Symbolum est virginitatis, *ibid.* Consummationem mundi significat, 237, 1.

MILLENARII. Millenarii putabant post diem judicii sanctos in terra cum Christo victuros in omnibus carnis deliciis per mille annos, et illis exactis in cœlum rapiendos, XI, 640, 1; XII, 771, 1; XIII, 524, 1, 2; XX, 244, 2. Eorum in hoc error, quis hujus erroris auctor, XXI, 345, 2 et seqq. Eorum error refutatur, 346, 1. Eorum multi in variis rebus fuere catholici, 253, 1, 2.

MILLIARE. Milliare quantum sit spatium, XVII, 63, 1. Milliare Romanum sunt mille passus, XII, 855, 2. Milliaria Palæstina, et Romana, et Græca inter se comparantur, XXI, 286, 1.

MILO. Milo Crotoniates vires corporis exercitio auxit, VI, 502, 2; X, 33, 1. In certaminibus invictus fuisse perhibetur, quod alectoria gemma uteretur, XIII, 442, 1.

MILTIADES. Miltiades spectaculo gallorum pugnantium suos ad prælium contra Persas exacuit, VI, 470, 2; XIX, 494, 1.

MILVUS. Milvus hibernis mensibus latet, VI, 138, 1. Milvus dicitur hebraice pius per antiphrasin, XI, 74, 2.

Milvus symbolum est boni nuntii et quare, V, 476, 1. Est rapacis hieroglyphicum, *Job*, 348, 2.

MIMUS. Mimi cujusdam veteris facetia et lepos, VI, 62, 1; X, 20, 1.

MINA vel MNA. Mina vel mna unde dicta, erat una Attica, altera Hebræa : quid utraque valeret, XII, 843, 2; XV, 529, 1; XVI, 251, 2.. Mina quantum continuerit, I, 757, 1. Mna est quasi li-

bra auri, IV, 485, 2. Mna erat quadruplex : prima quindecim siclorum, secunda viginti, tertia viginti quinque, quarta sexaginta; an una mna sacra, altera profana, an eadem, XII, 843, 2. Mina argenti quantum pretii esset Græcis, XX, 98, 1.

MINÆ, MINARE, MINARI. *Minare* et *minari* qui differant, XII, 422, 1. Minæ Dei certæ et efficaces sunt, hominum superbæ et vanæ, IV, 333, 2. Minæ Dei mystice sunt grando, X, 403, 2. Minæ evangelicæ junctim omnes recensentur, XV, 36, 1. Minæ Dei excidio Hierosolymitano præviæ, quæ, XXI, 152, 2. Minæ et pœnæ præsentes nonnisi stilla sunt, si cum pœnis inferni comparentur, XIII, 618, 1. Minæ Prophetarum et prædicatorum rugitui leonis, reti aucupis et clangori tubæ comparantur, 559, 1, 2. Minæ concionatorum sunt quasi pharmaca, quibus exciti peccatorum humores expelluntur, XII, 256, 2.

MINCHA. Mincha quale sacrificium esset, X, 215, 1; 275, 2. Mincha significat proprie sacrificium farreum ex farina vel pane, XIV, 561, 1; 562, 2. Ei thus imponebatur, 562, 1. Sal et oleum et thus cur in eo adolebantur, 563, 1. Mincha farreum sacrificium, siccum et incruentum, XVIII, 22, 1. Cum eo fere simul offerebatur carnea victima, X, 275, 2. *Mincha* hebræum quando jungitur cum incenso et sacrificio, nonnisi victimam significat, XIII, 33, 2. Mincha est Eucharistiæ typus, XIV, 562, 2.

MINERVA. Minerva cur e cerebro Jovis nata fingatur, IX, 52, 2. Cur ei olea sacra sit, 641, 2. Dea sapientiæ fingitur a poetis et gentilibus, oleæ inventrix, XIII, 530, 2. Minervæ e cerebro Jovis natæ mystica applicatio, V, 231, 1, 2. Minervæ quædam lampas toto anno sine oleo ardit, XIV, 398, 2.

MINIMUS. Minima terræ sunt sapientissima, VI, 459, 2 et seq. In minimis Dei sapientia elucet, et naturæ vis, *ibid.* Minimarum rerum curam an habeat Deus, XIV, 220, 2. Hæ non habent Angelos custodes, et alia Dei auxilia, *ibid.* Minimum est tum numerorum, tum magnitudinum, tum elementorum, corporumque omnium, basis et substantia, 404, 2. Ejus paradoxa axiomata, *ibid.*

Minimum mandatum Decalogi etiam est maximum, XV, 157, 1. Minima etiam perfecte et exacte facienda sunt, IX, 186, 1; 365, 1; X, 182, 1; 183, 1, 184, 1 (*Vide* Opera).

Qui minimus in regno cœlorum vocari dicatur, XV, 158, 1. Minimum sanctorum quomodo se dicat Apostolus, XVIII, 612, 1. Minimus quomodo futurus in millia, XI, 713, 1.

MINISTER, MINISTERIUM, MINISTRARE. 1° Minister peccati an sit Christus, XVIII, 531, 2. Quomodo minister sit circumcisionis, 237, 1.

2° Ministrantes angeli an alii sint ab assistentibus, et quibus in Apocalysi figurentur (*Vide* Angeli).

3° Ministeria sacra varie distributa sunt per Ecclesiam, XVIII, 372, 2. Ministri Ecclesiæ sunt duplices, episcopi et diaconi, 206, 2. His a suis sumptum accipere licet, et quo titulo is sumptus illis debeatur, 330, 1. Quomodo ministerium honorificetur, 191, 1. Ministrantes sibi, non Domino, qui sint, XII, 802, 2. Ministri Ecclesiæ exerceant ministerium suum virtute Dei, XX, 362, 1. Ministri hæreticorum sunt sponsi Penelopes, 460, 2 (*Vide* Episcopus, Presbyter, Sacerdos).

4° Minister regis intelligens quis dicatur, V, 443, 1. Ministri imprudentes sæpe sapienti obtin gunt, 278, 2.

5° Minister colaphum Christo impingens quis fuerit, XV, 583, 2. Ministrorum barbara sævities Christo illudentium, 587, 1; 589, 1. Quot ministri eum flagellarint, 607, 1.

6° Ministrantes morbidis, et in eo ministerio morientes, ab Ecclesia martyribus assimilantur, XIII, 443, 2.

7° Minister in Scriptura aliquando idem est quod auditor, X, 566, 2.

MINIUM. Minio olim ebur ungebatur, XII, 413, 2; 414, 1. Minium deorum est color, eo illitum Jovis simulacrum diebus festis : ejus color, 173, 1, 2. Minio tingebantur olim proceres et deorum simulacra, 668, 2. Refert id sanguinem, et cum cerussa mixtum ad vivum refert roseum carnis humanæ colorem, *ibid.*

MINOR. Minor in regno cœlorum major est Joanne Baptista, XV, 285, 1 et seqq. (*Vide* Joannes Baptista). Minora ferenda et superanda, ut majora ferri et superari queant, XII, 106, 1.

MINORES, MINORITÆ. Minores Fratres unde sic nominati, XIII, 217, 1. Minoritæ a Frederico II diversimode sunt exagitati, X, 83, 1.

MINOS. Minos legislator novennio cum Jove agens, est noster Moses diu in Sina cum Deo colloquens, XIV, 32, 1.

MINOTAURUS. Minotauri emblema quid denotet, XII, 505, 1.

MINUTA. Minuta duo cujus essent pretii, XV, 708, 2.

MIPHIBOSETH. Miphiboseth, quia filius Jonathæ amici David, accepit ab eo agros patris, III, 471, 1. Significat infirma mundi quæ verus David Christus elegit, 471, 2. Humiliat se coram David, 471, 1. In qua mensa comederit, *ibid.* Excusatur ab affectato regno, uti calumniabatur Siba, 500, 1; 545, 1, 2. Temere spoliatur a David omnibus suis bonis, 515, 2. Injuste dimidia parte bonorum spoliatur, 512, 2. Non videtur contra Deum murmurasse, *idid.* Orat David Gabaonitas ne occidant Miphiboseth cum suo filio, 521, 1.

MIRA, MIRABILIA. Mira duo quæ contigerunt insitione gentium in Judæos, XVIII, 194, 1. Mirabilia qualia Dei stabilia angeli et sancti jugiter enarrent, X, 376, 2. Mirabilia in Christo alia fuere intrinseca, alia extrinseca, X, 233, 2. Mirabilis Christus in sanctis suis, XI, 233, 2.

MIRACULUM. 1° *Quid sint miracula.* Miracula quid sint, XVII, 94, 2. Miracula signa, portenta, virtutes, quomodo differant, XIX, 366, 2 : *Quæ* (salus) *cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis et portentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus.* Miracula illustriora dicuntur virtutes, XVIII, 373, 2 : *Alii* (datur) *fides in eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in uno Spiritu ; alii operatio virtutum.*

2° *Miracula quis facere potest, et quo fine fiant.* Miraculum est opus Dei, XVI, 289, 2; 338, 1 : *Hic* (Nicodemus) *venit ad Jesum nocte, et dixit ei : Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister ; nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Ea nemo præter Deum facere potest, XIX, 157, 1. Miracula per se Deus operatur, IX, 483, 1. Miracula fiunt a sanctis vel prece, vel potestate, XVII, 119, 1 : *Et in fide nominis ejus hunc, quem vos vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus : et fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.* Ea soli edunt sancti qui vitæ austeræ et exagitatæ fuerunt, XVIII, 337, 2. Miracula qui faciunt, sunt velut manus Ecclesiæ, 376, 2 : Ea etiam per malos aliquando fiunt, XV, 213, 2 : *Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus ? Et tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos ; discedite a me, qui operamini iniquitatem.*

Miraculum est certum signum veritatis et rectæ fidei, XV, 214, 1. Miracula sunt veræ fidei, non fictæ, XX, 126, 2. Ea non faciet Deus ad confirmationem mendacii et hypocrisis, XVI, 464, 1 : *Respondit ille homo, et dixit eis : In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos ; scimus autem quia peccatores Deus non audit.* Miracula malo fine facere aliquis potest, tunc Deus concurrit quidem ad miraculum, sed non ad malum finem, XV, 214, 1. Miracula vera a falsis octo modis discernuntur, I, 495, 2. Miraculis infrenantur increduli, ut fidei credant, XI, 575. 2 : *Propter nomen meum longe faciam furorem meum : et laude mea infrenabo te, ne intereas.* Sine miraculis gentes non tenebantur credere Apostolis prædicantibus, XIV, 51, 2 et seq. Ea facere idem est quod prophetare, XVIII, 387, 2. Cur miraculorum potestas Apostolis a Christo data sit, XV, 259, 1 : *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite, gratis accepistis, gratis date.* Iis Apostoli suam confirmabant doctrinam, XVIII, 261, 1 : *Sermo meus, et prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis : ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei,* Miraculis fides probanda, 507, 2: *Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, et prodigiis, et virtutibus.* Miracula poscenda ab hæreticis, XVII, 106, 2. Miracula quotidiano usu talia videri desinunt, XIV, 469, 1.

3° *Miracula aliqua in Veteri Testamento relata.* Miracula Dei in deserto, VIII, 511, 1. Miracula Isaiæ, XI, 94, 1. Miraculum devorationis et ejectionis Jonæ propter Ninivitas factum est, XIV, 39, 1, 2. Quatuor miracula Jonæ in ceto concluso contigerunt, *ibid.*, 2.

MORES. 1° Morum veritas quid sit, XVIII, 678, 1 : *State succincti lumbos vestros in veritate.* Morum modestia, 569, 1. Mores ordinans est discipulus beatæ Virginis, V, 230, 2. Mores probi formosos condecorant, VI, 529, 2. Morum gravitas decet senes, 88, 1, 2 : *Exultatio juvenum fortitudo eorum; et dignitas senum, canities.* Morum compositio medicinæ pars, X, 128, 2. Quam morum mutationem fides adducat, XVIII, 596, 1 ; *Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus : illuminatos oculos cordis vestri, ut scialis..... quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus.* Morum imago vivacior quam verborum, XIII, 227, 2 Quos colores et odores habeant, XVIII, 429, 1 : *Christi bonus odor sumus, in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt : aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam;* XX, 332, 1 : *Cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem.*

Mores conjugum sint pares et congrui, VI, 19, 2. Mores suos ad viri mores prudens uxor componat, 20, 2.

Mores nationum diversarum valde diversi, VIII, 460, 1.

2° **Mores depravati sæculi pravi**, XX, 113, 2 et seq. Mores mali commercio malorum addiscuntur, XIX, 255, 1. Mores pravi difficile abolentur, *Job*, 424, 1 : *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ suæ, et cum in eo pulvere dormient.* Mores efferi ab humilitate vincuntur, IX, 171, 1 : *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi.*

MORIA. Moria qualis mons, I, 244, 2. Moria mons unde sic dictus, XVIII, 557, 2. Mons Moria cur vocatus, *Dominus videt*, I, 249, 2. In eo obtulit Abraham filium suum, XIX, 479, 1. Moria mons erat in Jerusalem eratque idem qui Sion, XI, 336, 2. Erat ad septentrionem Jerusalem, in quo ædificatum est templum, XIV, 528, 2. De ejus situ, fertilitate, etc., I, 244, 2. An sit mons Calvariæ, *ibid.* et seqq. Moria mons pene idem cum Calvaria, XV, 615, 2. Significat eum allegorice ob quinque analogias, I, 245, 1. Etiam Ecclesiam, *ibid.* Et beatam Virginem, *ibid.* Etiam animam fidelem, 245, 2. Ad montem Moria quomodo eundum tribulatis, 250, 1.

MORI, MORS. I. MORS NATURALIS, ID EST ANIMÆ ET CORPORIS SEPARATIO. — 1° *Quid sit mors, quid in Scriptura significet, quomodo vocetur et quibus rebus comparetur.* Primo. *Mortis definitio*, X, 345, 2. Ejus etyma, *ibid.* Mors quid sit describitur, XVI, 459, 1 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari;* Job, 598, 1. In morte fit separatio, non abolitio corporis et animæ, *ibid.* et 2 : *Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam; et si corruerint, salvabis.* Est somnus, III, 552, 1 : *Dormivit igitur David cum patribus suis et sepultus est in civitate David*, X, 582, 1. Est quasi longus somnus, IV, 554, 2 : *Considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.* Cur vocetur somnus, IV, 554, 2; XV, 248, 2 : *Dicebat* (Jesus) : *Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit;* 650, 2 : *Respondens autem angelus dixit mulieribus.... Non est hic* (Jesus); *surrexit enim, sicut dixit;* XVI, 486, 2 : *Hæc ait* (Jesus), *et post hæc dixit eis : Lazarus amicus noster dormit : sed vado ut a somno excitem eum;* 490, 2 : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet;* XVII, 187, 2 : *Et cum hoc dixisset* (Stephanus), *obdormivit in Domino;* Job, 85, 1 : *Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii?.... Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem;* 234, 1; 276, 1 : *Habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies. Requiesces, et non erit qui te exterreat.* Peculiariter mors justorum somno assimilatur, 234, 1. Mortis et somni affinitas, XVIII, 321, 2 : *Si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat : tantum in Domino;* XIX, 130, 1 : *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent.* Mortem Gentiles ut deam habuerunt, XI, 397, 1 : *Dixistis enim : Percussimus fœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum.*

Secundo. *Quid vox* mortis *in Scriptura significet.* Mors Hebræis morbum, pericula et quamlibet afflictionem gravem significat, XVIII, 126, 2. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* 422, 2 : *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos : qui de tantis periculis nos eripuit et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet.* Mors sæpe pestem significat, XXI, 144, 1. Item statum mortuorum, XVIII, 414, 2 : *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?*

Tertio. *Quomodo mors in Scriptura vocetur.* Ab Hebræis vocatur congregatio, XI, 203, 1, 2; XIII, 336, 1. Quare vocetur nihil, XIII, 605, 2. Vocatur nox, XVI, 459, 1. Cur vocetur resolutio, XIX, 309, 1 : *Ego jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat.* Cur vocetur dolorosa, XVII, 97, 2 : *Quem* (Jesum) *Deus suscitavit, solutis doloribus inferni.* Mortis regio confusa, *Job*, 259, 1 : *Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum....., antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam, et operiam mortis caligine, terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Mortis domus est proprie in inferno, VI, 102, 1. Tormentum mortis quinque significat, VIII, 329, 1 : *Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.*

Quarto. *Quibus rebus mors comparetur.* Ejus hieroglyphicum et figura, XIII, 622, 2. Recte comparatur unicorni, I, 91, 1. Crocodilo denotatur, VI 440, 1, 2. Cum vento comparatur, VII, 292, 1 : *Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis.* Vento urenti similis est, *Job*, 543, 2 : *Tollet eum ventus urens, et auferet, et velut turbo rapiet eum de loco suo.* Mortis symbolum aquilo, XII, 20, 1. Mortis tempus nocte, vitæ die significatur, *Psalm.* I, 121, 2 : *Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi.* Mors cur equo insidere fingatur, XXI, 144, 2 : *Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi Mors, et infernus sequebatur eum.* Mors in *Apocalypsi* inducitur quasi persona comica, XXI, 33, 2 : *Habeo claves mortis et inferni;* 360, 2 : *Et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant.* Morti comparatur amor, VIII, 218, 2 (*Vide* AMOR). Morti comparatur ambitiosus et avarus, XIV, 228, 1 (*Vide* AMBITIO, AVARITIA). Portæ mortis quæ, VIII, 594, 1 : *Tu es enim, Domine, qui vitæ*

et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis et reducis.

2° *Quæ sit causa mortis.* Primo. Mortem Deus non fecit per se, VIII, 291, 2 : *Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* A Deo non est creata, IX, 346, 1 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt.*

Secundo. *Unde mors in homine oriatur, est homini pœna, non natura,* X, 555, 2; XVIII, 98, 1 : *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit.* Mors est contra naturam, ideo eam sancti horrent, 447, 2 : *Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes;* XIX, 374, 2 : *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse participavit eisdem; ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum; et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.* Mors corporis et animæ est pœna peccati Adæ, I, 90, 2 : *Præcepitque* (Deus) *ei* (Adæ) *dicens : Ex omni ligno paradisi comede : de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas : in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Mors est peccati pœna, VIII, 292, 1. Est peccati comes, filia et stipendium, XVIII, 98, 1, 2; 100, 2: *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo;* 114, 2 : *Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo.* Mors est quasi peccatoris mater, 601, 2. Mors est administra et executrix divinæ justitiæ, X, 346, 2. Ob peccata juste infligitur, 347, 1. Stimulus mortis est peccatum, XVIII, 415, 2 : *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex.* Mortem gerimus in visceribus nostris, 98, 2. Mors primogenita dicitur, quia est peccati filia primogenita ejusque ex asse hæres, 99, 1. Non sola moriendi necessitas, sed et ipsa mors actualis in omnes homines pertransiit, 98, 1. Mors regnat etiam in eos qui actu non peccarunt, ut in infantes, 101, 1 : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.* Mors alias intentatur legem prævaricantibus, VI, 23, 2 : *Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.*

Tertio. *Mortis causæ subsequentes.* Mortem in se homo circumfert, XI, 600, 2. Mors a tristitia acceleratur, X, 281, 1 : *A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit verticem.* Mortem affert nimia tristitia, XVIII, 465, 1 : *Sæculi... tristitia mortem operatur.* Mortui sunt quidam ex nimia lætitia, XVI, 35, 1. Pene omnes gula morientur, X, 266, 2 : *Propter crapulam multi obierunt : qui autem abstinens est, adjiciet vitam.*

3° *Mors et certus dies mortis omnibus constituta.* Mors omnibus certa et inevitabilis, VIII, 307, 1 : *Umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertitur,* X, 556, 1. Mori omnibus statutum, XIX, 449, 2 : *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium.* Moriendum omnibus ex Dei decreto et moriendi necessitate, X, 283, 1 : *Memor esto judicii mei; sic enim erit et tuum; mihi heri, et tibi hodie;* 346, 1, 2; 347, 2; 348, 1 : *Noli metuere judicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, et quæ superventura sunt tibi; hoc judicium a Domino omni carni;* 556, 1. Omnibus mors certo impendet, IX, 416, 2; 417, 1 : *Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi, morte morietur,* XVI, 170, 1, 2. *Dixit autem illi Deus* (homini diviti) : *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te : quæ autem parasti, cujus erunt?* Omnes morientur, XXI, 341, 2. Mors est velut monarcha mundi invincibilis, VII, 293, 2. Per Adæ peccatum inducta, omnibus ejus posteris dominabatur usque ad Christi adventum, XIII, 462, 2. Omnes expugnat, etiam validissimos, 464, 1. Velut uncinus pomorum est quæ omnes hominis dotes, virtutes et vitia attrahit, 621, 1. Mors quomodo homines devoret, sed vivos retineat, XIV, 39, 1 : Ad mortem tendimus mox ut nati sumus, XVI, 315, 2. Mors defluens quæ vocetur, et quare, X, 555, 2 et seq. : *Pro morte defluente deprecatus sum.* Mors omnes sensim ex hac vita tollit, *ibid.* Cur mors vocetur testamentum sæculi, IX, 425, 1. Vocatur judicium ob tres causas, 283, 1. Mors et infernus insatiabiles sunt, VII, 46, 2 : *Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat.* Plusquam media pars hominum moritur ante annum vigesimum, XXI, 378, 1. Mortis luctus toti naturæ nostræ est communis, XVI, 488, 2. Xerxis et Saladini de morte sententia, I, 91, 1.

4° *Mortis dies est incerta,* IX, 417, 1, 2. Ubique et semper timenda, quia incerta, X, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Cuique immittitur modo et tempore decreto a Dei beneplacito, sed hominibus ignoto, X, 348, 2; 349, 1 : *Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni.* Mortis incertitudo, et quomodo diabolus ea utitur ad homines decipiendos, I, 99, 2 : *Dixit autem serpens ad mulierem : Nequaquam morte moriemini.*

Omnes in fine mundi morientur igne, XX, 478, 1 : *Cœli autem qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii et perditionis impiorum hominum.* Morituri an sint qui in fine mundi vivi obviam Christo rapientur, XVIII, 413, 1; *Omnes quidem resurge-*

mus, sed non omnes immutabimur. An omnes qui in fine mundi invenientur, sint morituri, 448, 2; XIX, 133, 2 : *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera.* Mors quos datura tunc mortuos, XXI, 360, 2 : *Et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant.* Mors novissima destruetur in resurrectione, XVIII, 404, 1 : *Novissima autem inimica destruetur mors.* Mors est quasi latro et fur nocturnus, XII, 153, 2 : *Adduces enim super eos latronem repente;* XV, 520, 1, 2 : *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia qua nescitis hora Filius hominis veniet,* XXI, 69, 2 : *Si non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te.* Mors homines capit sicut laqueus pisces, VII, 325, 2; 326, 1 : *Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.* Homo sibi crastinum promittere non potest, XX, 189, 2 : *Ecce nunc qui dicitis : Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus : qui ignoratis quid erit in crastino.* Mors repentina per multorum exempla probatur, XX, 192, 2; 193, 1 : *Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur.* Morte inopinato homines opprimuntur, XV, 520, 2. Plurimæ mortis viæ inopinatæ, *Job*, 449, 1 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendent.* Multiplex repentinæ mortis causa, *ibid.* Mors repentina inter magnas voluptates acerbior accidit, *ibid.* Mors repentina minus doloris habere videtur, sed eo quod improvisa magis affligit, XII, 410, 2; 677, 2. Mors subitanea olim erat genus felicitatis, *Job*, 447, 2. Impii mors, plerumque improvisa accidit, 447, 2. Baltasar in mensa mortis sententiam accepit, *ibid.* Reges et principes repentinis mortibus patent, 448, 1. Repentinæ diversorum regum ac principum mortes, 448, 2. Imperatorum repente morientium series, *ibid.* Mors tyrannorum plerumque violenta et improvisa, I, 562, 2; XIII, 541, 1. Mors nulli dedit inducias usque mane, X, 283, 1. Mori in tempore non suo, quid, tres expositiones, VII, 267, 2 : *Ne impie agas multum : et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Mors dilata est velut mora sponsi Christi, XV, 526, 1. Mortis dies multis sanctis revelata fuit, XX, 426, 2 : *Certus quod velox est depositio tabernaculi mei; secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi.* Paulus etiam præscivit mortem suam, XIX, 309, 1 : *Ego enim delibor, et tempus resolutionis meæ instat.* Exempla subitæ, sed sanctæ mortis, VIII, 363, 2 : *Justus autem, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Mors cita beneficium peccatoris, III, 354, 2. Mors cita est purgatorium, VIII, 363, 2 : Hæc est prædestinationis signum, 369, 1. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.* Mors sanctis nunquam improvisa, *Job*, 93, 1. Mors cito instans hominem ad fervorem spiritus incitat, XI, 506, 2.

6° *Mortis consectaria.* Primo. *Consectaria naturalia.* Per mortem homines in terram revertuntur, X, 330, 1 : *Omnia quæ de terra sunt, in terram convertentur, et omnes aquæ in mare revertentur.* Mors est tinea corporis, *Job*, 117, 2 : *Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea?* Mors est quædam putredo, XIV, 264, 1 : *Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum.* Mors tropologice est domus pulveris, XIV, 72, 2 : *In domo pulveris pulvere vos conspergite.* Mortem sequitur horror et tenebræ, XII, 115, 1 : *Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos : expectabilis lucem, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem* Mors omnes æquat, *Job*, 91, 1 : *Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo.* Mors privat omnibus bonis terrenis, 439, 1 : *Aperium erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.*

Mortis alia bona, quibus suavis sit, X, 346, 2; 347, 1 : *O mors, bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdit patientiam.* Mori in senectute bona, prospera et pacifica est extremum hujus vitæ bonum, IV, 311, 1 : *Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.* Mors malorum carentia est, XX, 426, 1. A quibus malis homo per mortem liberetur, X, 349, 1. Mors quo sensu melior vita miserrima, VII, 164, 1 : *Verti me ad alia, et vidi calumnias quæ sub sole geruntur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem; nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis mortuos quam viventes : et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.* Quomodo mors melior sit vita amara, X, 99, 2 ; *Melior est mors quam vita amara; et requies æterna quam languor perseverans.* Mors vitæ miseræ præferenda, *Job*, 92, 1 : *Quare misero data est lux, et vita his qui in amaritudine sunt.* Aufert invidiam, XX, 161, 1. Mori satius est quam calumnia impeti, X, 58, 1 : *Mors illius* (linguæ nequam) *mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa.*

Secundo. *Mortis consectaria spiritualia.* Mors claudit tempus merendi, XVI, 527, 2 : *Dum autem irent emere* (quinque virgines fatuæ), *venit spon*

sus; et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Mors sortes educit salutis vel damnationis cujusque nostrum, V, 519, 2. In morte piis et impiis pro meritis dabitur merces, IX, 358, 1 : *Facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas.* Mors est extrema perditio, VI, 351, 2. Ante eam nemo dicendus beatus, IX, 359, 1 : *Ante mortem ne laudes quemquam;* XXI, 281, 2 : *Et audivi vocem de cœlo dicentem mihi : Scribe : Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

7° *Quæ sit mors justorum et pro justis.* Mors justorum qualis sit, multis docetur exemplis, I, 413, 2 : *Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit* (Jacob) *pedes suos super lectulum, et obiit, appositusque est ad populum suum;* II, 321, 1 : *Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia.* Mors sanctorum qualis sit, IX, 635, 1. Mors justorum pretiosa et qualis sit, *Psalm.* II, 282, 1 : *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Mors sanctorum Deo curæ est, XVIII, 442, 1, 2. Mors viris justis est pax et tranquillitas, XI, 666, 2 : *A facie enim malitiæ collectus est justus.* Iis est mors suavis instar somni : inde sepulcra eorum cubilia sunt, et cœmeteria dicuntur quasi dormitoria, 382, 1 : *Vade, populus meus, in cubicula tua, claude ostia super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* Mors justorum finis laborum, XIX, 15, 1; 309, 1; 310, 1, 2 et seq. : *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex,* 375, 1. Mors sanctorum requies, *Job,* 85, 1; 234, 1; 276, 1. Justis est principium vitæ, eis est non interitus sed transitus, VIII, 330, 1 : *Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum; et quod a nobis est iter, exterminium; illi autem sunt in pace.* Mors est remedium omnium malorum, *Job,* 89, 2 et seq. : *Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi robore,* VIII, 302, 1. Mortis bona, XVI, 74, 1; XIX, 372. 5, Mors ducit ad veram vitam, IV, 458, 1. Per mortem fit ad meliorem vitam transitus, X, 350, 1. Mors est janua immortalitatis, quomodo, VIII, 424, 1. Mors justo læta, *Job,* 93, 2; 94, 1. Viri sancti mortem expectant, et ad eam anhelant, gaudent de mortis propinquitate, 93, 1, 2 : *Qui expectant mortem et non venit, quasi effodientes thesaurum : gaudentque vehementer cum invenerint sepulcrum.* Mors Christianis et justis optanda, nec timenda, I. 264, 1; VIII, 369, 2; *Job,* 785, 1, 2. Justi in vita et morte securi, *Job,* 275, 1. Fuit optata justis, *Job,* 86, 1; 93, 1; 94, 2. Mors in Domino est mors amoris, XXI, 282, 1. Mors spei fundamentum Jobo, *Job,* 305, 2 : *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Mortis lucrum est Christus, Christoque fruitio, XIX, 11, 2 : *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.*

8° *Quæ sit mors peccatorum et pro peccatoribus.* Mors peccatorum quare pessima, *Psalm.* I, 207, 2 : *Mors peccatorum pessima, et qui oderunt justum delinquent.* Mors impiorum qualis sit, V, 52, 1 : *Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis, id quod timebatis, advenerit; cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia.* Mors impii tristis, *Job,* 275, 1. Mors aufert memoriam præteritarum voluptatum, et cruciat sensu dolorum præsentium et futurorum, IX, 358, 2 : *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis, denudatio operum illius.* Mortis apprehensio sæpe magis maleficos affligit, quam ipsa mors, X, 345, 1. *O Mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis;* XXI, 159, 1, 2. Mortem horrent iniqui opum corrasores, VI, 101, 2 : *Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.* Mors calcat impios ut rex, *Job,* 392, 2 : *Avellatur de tabernaculo ejus fiducia ejus, et calcet super eum quasi rex interitus.* Mors impiorum plerumque improvisa, *Job,* 447, 2 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Deus non gaudet de morte peccatorum, VIII, 291, 1 : *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* Justis aliquando mors mala contingit, III, 625, 2.

9° *Erga mortem quomodo gerere nos debeamus.* Primo. *Mors semper cogitanda et præmeditanda;* III, 551, 1 : *Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens : Ego ingredior viam universæ terræ;* IX, 257, 1; 258, 2 et seq. : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis;* 478, 1 : *Memor esto quoniam mors non tardat;* X, 283, 2 : *Memor esto judicii mei, sic enim erit et tuum, mihi heri, et tibi hodie;* Job, 260, 2. In omnibus operibus est nobis præ oculis habenda, VI, 244, 1, 2 : *Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, et postea ædifices domum tuam.* Mortis memoriam quomodo quidam habuerint, I, 126, 2.

Mortis meditatio necessaria ad vitæ puritatem assequendam, *Job,* 87, 1. Mors attentius considerata mortem affert affectibus malis, X, 49, 2 : *Memento novissimorum, et desine inimicari; tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Mortis meditatio est remedium superbiæ, XVII, 292, 1, 2. Mortis cogitatio est præsentissimum concupiscentiæ antidotum, XVIII, 128, 2. De morte cogitans, cinere se cibat, XII, 387, 1 : *Fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.* Ejus memoria fugat spiritum acediæ et tristitiæ, VI, 284, 2. Mortis meditatio vitam parit spiritualem, *Job,* 381, 1; 382, 1 : *Putredini dixi : Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus.* Sic Job

in morte et putredine novam generationem philosophabatur, *ibid.* Mortis stimulus est efficax ad certamen et gloriam, XXI, 51, 1 : *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.* Mortis memoria bene mori docet, II, 322, 2. Est via ad cœlum, I, 252, 1 : *Cumque surrexisset* (Abraham) *ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens : Advena sum et peregrinus apud vos : date mihi jus sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum*, 703, 1.

Mortis memoria frontibus fidelium in die cinerum inscribitur, XII, 566, 1 : *Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem; et uniuscujusque vas interitus in manu ejus : vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, et atramentarium scriptorii ad renes ejus : et ingressi sunt, et steterunt juxta altare æreum.* Quod ex morte aliorum commodum capere debeamus, X, 283, 1. In morte aliorum cur plorandum, 278, 1, 2 : *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus, incipe plorare.*

Secundo. *Ad mortem per sanctam vitam nos parari oportet.* Ad mortem homo se parare debet, XII, 437, 2. Mors vitæ similis, *Job*, 424, 1. Mors bona et sancta vitam bonam et sanctam consequitur, II, 320, 2; V, 440, 2 : *In malitia sua expelletur impius; sperat autem justus in morte sua.*

Tertio. *Mors non timenda, sed contemnenda, imo exoptanda.* Eam Christiani timere non debent, X, 350. 1. Non est metuenda, X, 347, 2; XIX, 309, 2; 375, 1. Ejus contemptum parit amor Christi. XVIII, 678, 2. Ejus contemptus reddit hominem intrepidum ad heroica in bello facinora designanda, X, 348, 1. Ejus contemptus parit gloriam, XVI, 591, 2. Eam probatus quotidie expectat, sanctus desiderat, XIX, 14, 1, 2; 15, 1 : *Coarctor autem e duobus : desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.* Eam optare nonnunquam licet, *Job*, 236, 2 : *Si flagellat, occidat semel, et non de pœnis innocentium rideat.* Sancti ad mortem anhelant, X, 350, 1. Unde Christianis sit optanda, XVI, 74, 1 : *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Mori quidam maluerunt quam peccare, quod multis exemplis et sanctorum et Gentilium docetur, I, 352, 2. Mors omni loco expectanda, IV, 296, 2.

Quarto. *Mors excipienda est hilariter et aliquando pro Christi fide subeunda.* Excipienda est hilariter, X, 348, 2; 349, 1. Morientium variorum pia et sancta verba, I, 417, 1. Mors pro Christo generose subeunda est, XV, 277, 1 : *Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Mors in vita sita est, et vita in morte, quo sensu, 277, 2. Mors gloriosa est, pugnando pro fide, lege, et Deo occumbere, IV, 428, 2 : *Et ait Judas : Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati in mane, ut pugnetis adversus nationes has quæ convenerunt adversus nos, disperdere nos et sancta nostra. Quoniam melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostræ et sanctorum; si cui autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat;* 456, 1 : *Et ait Judas : Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis : et si appropiavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, et non inferamus crimen gloriæ nostræ.* Mortem sibi quemque inferre posse censebant Stoici, sed falso, XVII, 320, 1.

Quinto. *Quantum mors Christi ut nos ipsi mortem non timeamus, sed optemus et excipiamus, doceat et excitet.* Mors Christi fuit voluntaria, et non coacta, XVI, 475, 1; 476, 1 : *Animam meam pono pro ovibus meis.... Nemo tollit eam a me; sed ego pono eam a meipso.* Cur mortis suæ mentionem Christus apud Apostolos fecerit, XVI, 236, 1 : *Primum autem oportet illum* (Filium hominis) *multa pati, et reprobari a generatione hac.* Mors Christi manifestavit qui in Israele probi, qui improbi essent, 79, 2 ; *Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem in Israel, et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Judæi scandalizabantur, quia eum æternum fore vitalem putabant, XIX, 441, 2. Mors et infernus ante Christum idem quid erat, XVII, 96, 2. Mors Christi velut somnus fuit, et quare, XVI, 632, 1; 650, 2; *Psalm.* I, 20, 2 : *Ego dormivi, et soporatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me;* 269, 1 : *Verbum iniquum constituerunt adversum me ; numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?* Mors Christi fuit mundo velut nox, XVI, 458, 2 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari* (*Vide* Jesus Christus).

Mors Christi omnium sæculorum hominibus fuit proposita, XIX, 448, 2. Est necessaria ad Novi Testamenti confirmationem, 442, 1, 2 : *Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.* Morte sua Christus diabolum vicit, XVI, 511, 2 et seqq. : *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Christus dum ex morte et inferno resurgeret, de utroque triumphavit, XIII, 462, 2 : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne.* In mortem descendens, Christus eam occidit, XIV, 46, 1. Mortem quomodo devicerit, XVII, 97, 2. Christus suæ mortis nos memores esse jubet, XVIII, 454, 1. In Missa verbo et facto repræsentatur, XV, 557, 2; XVIII, 367, 2 : *Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (*Vide* Eucharistia). Ut mortem non horreamus, sua tristitia nos docuit Christus, XV, 568, 2. Mors Christianis jucunda per Christum facta est, XIX, 375, 1, 2. Mors Christi mortis nostræ remedium est, X, 176, 2.

19° *Variæ mortis adventus circumstantiæ.* Mo-

ritur homo sensim et quo ordine, III, 334, 2. Morituri subinde divinant, IV, 310, 1. Morti vicinos divinare censebant prisci philosophi, XIII, 247, 2. Moribundis sanctis Deus vel angeli sæpe multa revelant, *ibid.* In morte sapit quislibet insipiens, XIII, 383, 2. Morituris vinum datur, cur, VI, 485, 2. Morientibus dæmon forma horribili apparere solet, XXI, 204, 1. In morte an quilibet videant Christum crucifixum, boni ad exaltationem, mali ad confusionem, XIV, 510, 2. Mortis tempus tenebrosum est, VII, 375, 2 et seq. Morientes quomodo consolandi sint, X, 284, 2 et seq. Morientes animam Deo commendant, XX, 373, 1. Morientibus oculi claudi solent a charissimis, I, 380, 1.

II. MORS SPIRITUALIS SIVE MORS ANIMÆ PER PECCATUM. — Mors animæ in quo consistat, XX, 575, 2: *Qui non diligit, manet in morte.* Ea vera mors est appellanda, 576, 1. Dupliciter anima dicitur mori per peccatum, VIII, 292, 1. Mors animæ plerumque vitio linguæ incipit, V, 583, 2: *Mors et vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Mors in animam intrat per fenestras, id est per sensus, XII, 84, 2; 75, 1; *Ascendit mors per fenestras;* XIV, 279, 1. Mortem spiritualem a proximo avertat fidelis, XI, 227, 2: *Erue eos qui ducuntur ad mortem: et qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses* (*Vide* PECCATUM).

III. MORS SECUNDA SIVE ÆTERNA. — Mors prima et secunda quæ dicantur, XXI, 50, 2: *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda;* 352, 1; 356, 1, 2; *Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem.* Mors æterna vocatur opprobrium, XIII, 168, 1: *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt: alii in vitam æternam, et alii in opprobrium, ut videant semper.* Mors viva in gehenna, VIII, 376, 1: *Et erunt post hæc decidentes sine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum.* Mors gehennalis atrocior est quam corporalis, XV, 273, 1: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.* Mors infernalis pessima, quia erit vitalis, XVI, 380, 1. Mors impiorum non finienda, *Psalm.* 1, 323, 2: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos* (*Vide* INFERNUS).

IV. MORS MYSTICE SUMPTA, SEU MORS PECCATO. — Mors mystica justorum qualis, *Job*, 87, 2. Mors mystica peccato, quæ a Deo descendat, IX, 346, 1. Mors peccato quid sit, XVIII, 106, 1: *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?* 110, 2 et seqq.: *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro.* Mortuus mystice describitur, XIX, 102, 1, 2: *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Mori mundo et peccato diversimode possumus, XVIII, 580, 1: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Solus mortuus mundo et voluptatibus Deum videre potest, XVI, 313, 1.

MOROSUS. Morosi præveniendo curandi, XVII, 373, 2.

MORSUS. Morsus detractoris, et morsus serpentis quomodo similes sint, VII, 346, 1. Morsus aspidis qualis sit, *ibid.* Ille detractoris, serpentis morsu pejor, *ibid.*, 2 (*Vide* DETRACTIO, DETRACTOR).

MORTALIS, MORTALITAS. Mortales omnes sumus, X, 487, 2 (*Vide* MORS). Mortalitas et passibilitas in beatis conscindenda, non deponenda, *Psalm.* I, 172, 2 (*Vide* BEATI, SANCTI).

MORTARIOLA. Mortariola quid, III, 593, 1.

MORTICINA. Morticina quæ dicantur proprie, XII, 135, 2; 534, 2. Morticinum comedere Judæis vetitum erat, 838, 1.

MORTIFICATIO. 1° *Quid sit mortificatio, ejus excellentia.* Mortificatio est quasi viva mors, IV, 562, 1, 2. Est gladius sanctus, *ibid.* Mortificatio e diametro voluptati opponitur, V, 198, 2. Ejus elogium, XV, 96, 1: *Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos.* Ipsa potior est oratione, VI, 275, 1. Mortificatio continuum est martyrium, XIII, 443, 1, 2; *Job*, 376, 1: *Caligavit ab indignatione oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt.* Velut victima est, eaque quotidie immolanda, et vino orationis condienda, V, 253, 2: *Sapientia.... immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.* Per hanc corpus fit hostia vivens, XVIII, 200, 2: *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Mortificatus vir potest vocari spiritus contignati, V, 555, 2. Mortificatio et tribulationes sunt Christi opes et deliciæ, VIII, 91, 1: *Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Mortificatio Jesu est passio similis passioni Jesu Christi, XVIII, 441, 1: *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Mortificatio religiosorum quorumdam et sanctorum, III, 411, 2. Ejus officium et partes, XVIII, 209, 2.

2° *Mortificationis symbola.* Ejus symbolum erat altare holocaustorum, XIII, 500, 2. Mortificationi vacantium mens est altare holocaustorum, XII, 803, 2. Mortificatio passionum est velut bona uxor animæ, X, 243, 2: *Ubi non est sepes, diripietur possessio: et ubi non est mulier, ingemiscit egens.* Mortificatio per myrrham designatur, ejus vires et

effectus, IX, 645, 1, 2 : *Quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris;* XV, 82, 1 : *Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus, et myrrham.* Mortificatio carnis est lebes mystice, XIV, 545, 2 : *Et erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ.* Ejus symbolum est cingulum, XX, 258, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi.* Est velut calceus christiani militis, XVIII, 680, 1 : *Induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.* Per citharas seniorum repræsentatur, XXI, 129, 1. Mortificantes vitia, passiones et membra, plangunt tropologice Christum crucifixum, XIV, 514, 2.

3° *Mortificationis necessitas.* Mortificatio sectanda, et mundus ac caro relinquenda ad Christum transeuntibus, XV, 82, 2 : *Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Mortificandi sunt assidue carnis appetitus et prava desideria, IX, 377, 2 : *Non credas inimico tuo in æternum : sicut enim æramentum æruginat nequitia illius;* XV, 375, 1, 2 et seqq. : *Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me;* XVIII, 133, 1, 2 : *Ergo debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini : si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis;* XIX, 103, 2 : *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram.* Mortificationis gladio truncandæ sunt cupiditates, XI, 301, 1 : *Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.* Mortificatio præmittenda ad orationem accedenti, XIII, 500, 2 : *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo.* Orationem debet comitari, IX, 645, 1, 2. Mortificationis gladius adhibendus est, dum orationi, prædicationi, aliisque piis operibus insistitur, IV, 239, 1 : *Ædificantium in muro, et portantium onera, et imponentium, una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium. Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes.* Præmittenda est sacræ Synaxi, XVI, 525, 1; 527, 1 : *Dicit ei* (Jesu) *Petrus : Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit ei Jesus : Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus : Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus : Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.* Mortificatio affectuum communicanti necessaria est et Eucharistiæ effectus, VI, 178, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam : et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Mortificationi jugiter incumbendum, XXI, 130, 1, 2. Mortificatio sensim et continuo est facienda, XIX, 104, 1. Animose excipienda est, XV, 277, 1.

4° *Mortificationis effectus et fructus.* Mortificatio ultro assumpta, animæ prodest, VI, 334, 2. Viam sternit ad gratiam impetrandam, 522, 2. Frigus animæ et gelu corporis dissolvit, X, 411, 2 : *Medicina omnium in festinatione nebulæ : et ros obviam ab ardore vehementi humilem efficiet eum.* Mortificatio facit sanctum et sapientem, IX, 628, 2. Mortificatio remedium est cupiditatis, XVI, 194, 2. Castitatem tuetur, IX, 638, 2. Est cithara et mater ac nutrix virginitatis, XXI, 272, 1. Mortificatio appetituum et sensuum dat cordis munditiem, XX, 95, 1. Quietem affert, *Job*, 90, 1. Est mater pacis, VI, 387, 1, 2. Mortificatio cupiditatum liberum reddit a plagis, XXI, 165, 2 et seqq. : *Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi, et clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ et mari, dicens : Nolite nocere terræ et mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Mortificatio omnia difficillima perrumpit, V, 84, 1, 2. Mortificatio plus docet in sacris Litteris quam lectio, I, 14, 2. Mortificatio est via arcta ad cœlum ducens, XV, 209, 2 et seq. : *Intrate per angustam portam : quia lata porta, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam;* XVI, 509, 1 : *Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

MORTUUS. 1° *Mortuorum status. Mortuus est,* omnium epitaphium, I. 126, 2 Omnes qui ante nos fuerunt, mortui sunt, V, 326, 2. Mortui silent, XII, 67, 2; 701, 1. Non curant res mundi, *Job*, 333, 1. Mortui a sæculi curis liberati, 90, 1. Mortui vivunt quoad animam post mortem, XX, 350, 2. Mortui carni vivunt Deo, *ibid. Mortui nihil sciunt,* quo sensu verum sit, VII, 312, 2. Mortui quo sensu non laudant Deum, IX, 493, 1 : XII, 433, 2. Mortuos cur consulerent divini, XI, 223, 1. Mortui cur Deum laudare negentur, *Psalm.* II, 85, 1. Mortuorum an Deus curam gerat, *Psalm.* II, 83, 1. Mortuis quomodo Christus prædicarit, XX, 349, 1 et seqq. Mortui in Domino qui sint, XXI, 281, 1. Mortui Israel qui dicantur, XII, 438, 2.

2° *Quæ sint officia erga mortuos adimplenda.* Mortuis varia a vivis debentur, IX, 254, 2 : *Gratia dati in conspectu omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam.* Mortuis quæ justa funebria debeantur, X, 278, 1 et seq. : *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare.* Quare eorum mors ploranda, *ibid.* Eorum corpora sudario et linteo involvenda, terræque mandanda sunt, 279, 1 : *Et secundum judicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius.* Honesta sepultura pro ritu patriæ eis procu-

randa, *ibid.*, 2. Mos priscus circumeundi funus, VII, 395, 2 et seq. Mortuis olim oleum infundebatur, XVIII, 334, 1. Cur mortuis cupressus adhibeatur, X, 540, 1. Mortuos exhumare, inhumanum est, XIII, 549, 2. Post mortem, mortui gaudent de parentum vivorum consolatione, X, 285, 2: *In requie mortui requiescere fac memoriam ejus, et consolare illum in exitu spiritus sui.* Eorum requies est quintuplex, 284, 2 et seq. Eorum ad vivos oratio et commonitio, 284, 1 : *Memor esto judicii mei ; sic enim erit et tuum : mihi heri, et tibi hodie.*

Mortuorum luctus moderandus, X, 279, 1; 282, 1 : *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te, et memento novissimorum, noli oblivisci : neque enim est conversio, et huic nihil proderis, et teipsum pessimabis*, 285, 1 : Mortui nimio luctu non sunt lugendi, idololatrarum more qui in luctu carnes suas incidebant, II, 127, 1, 2. Mortuorum consanguineorum luctus quomodo sit temperandus, multis docetur exemplis, 134, 2. Idem exemplis Gentilium docetur, 135, 1. Mortui non nimium lugendi ob quinque causas, XII, 171, 2 : *Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu.* Mortui Christiani non sunt lugendi, XIX, 12, 1; 130, 1 2 : *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent;* 375, 1. Quot diebus mortui plorandi sint, et quo ritu, IX, 583, 1, 2 : *Supra mortuum plora, defecit enim lux ejus; et supra mortuum plora, deficit enim sensus. Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit. Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui* (*Vide* Funus, Sepultura).

Mortui contactus olim contaminabat, X, 211, 1. Mortuum tangentes, aut funeri præsentes, Judæis immundi erant, XIII, 401, 1.

Mortui, etiam in fama et corpore ob scelera plecti possunt, IV, 86, 1 ; XV, 372, 2.

3° *Mortui resuscitati, aut resuscitandi.* Mortuus naturæ viribus ad vitam revocari nequit, *Job*, 324, 1 : *Quomodo si recedant aquæ de mari, et fluvius arefactus arescat : sic homo cum dormierit, non resurget; donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec consurget de somno suo.* Mortui cur dormire dicantur, XIX, 131, 1. Mortui e sepulcris vocandi, *Job*, 327, 1 : *Vocabis me, et ego respondebo tibi; operi manuum tuarum porriges dexteram.* Mortuos Dominus suscitat imperando, XVI, 119, 2 : *Et accessit* (Jesus) *et tetigit loculum* (*hi autem qui portabant, steterunt*), *et ait : Adolescens, tibi dico, surge.* Mortui tres a Christo ad vitam revocati, cujus rei sint symbolum, XV, 249, 2 et seq. ; XVI, 120, 1. Si mortui non resurgunt, Christiani sunt hominum miserrimi, XVIII, 402, 1 : *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus. miserabiliores sumus omnibus hominibus.* Mortui omnes qui sunt, a morte resurrecturi in die judicii, XIII, 167, 1, 2 : *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt : alii in vitam æternam, et alii in opprobrium, ut videant semper.* Eorum resuscitatio erit opus Filii Dei, XVI, 380, 2 *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent.* Quomodo audient vocem ejus, *ibid.* Mortui ad vocem archangeli resurgent, 381, 2: *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Quomodo audient vocem Dei et tubæ sonum, XIX, 132, 1 : *Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo.*

4° *Mortui spiritualiter intellecti.* Mortui alii sunt corporaliter, alii spiritualiter, XV; 232, 2; 333; 1, 2. Mortui corporaliter sunt imago peccatoris, IX, 582, 2. A mortuo baptizari quid, X, 210, 2 (*Vide* supra Mors spiritualis).

MORUS. Morus arbor scribitur Græcis per *omicron* et per *omega*, XIII, 616, 2. Est arborum omnium prudentissima et sapientissima, unde dicta sit, XIII, 617, 2; XVI, 230, 1; 257, 2. Morus arbor cur sapiens sit, XVII, 56, 1. Est symbolum Evangelii crucis, XVI, 230, 1. Morus arbor unde dicta fatua, XV, 517, 1. Dicta est a græco μῶρος, id est fatuus, XVI, 247, 2. Est etiam diaboli symbolum, 230, 1.

MOSAICUS. Mosaici Cherubini effecti sunt etiam quadriformi facie, XII, 480, 2 (*Vide* Cherubini).

MOSCOVITÆ. Moscovitæ ebrios verberant, VI, 213, 1.

MOSERA. Mosera et Moseroth an eadem sit, mansio Hebræorum in deserto, II, 438, 1.

MOSOCH. Mosoch sunt Cappadoces, XII, 698, 1; 766, 2; 770, 2.

MOTIO. Motio et concitatio Dei catachrestice vocatur legatus, XIV, 6, 2. Motio aquæ in piscina Probatica quando ab angelo fieret, XVI, 373, 1. Quomodo illa ægros sanaret, *ibid.* (*Vide* Piscina).

MOTUS. 1° *Motus naturalis elementorum.* De motu naturali tria axiomata physicorum, XII, 485, 2. Motus principium est a parte dextra, V, 126, 2. Motus librationis terræ, unde, VII, 33, 1. Motus solis ad austrum et ad aquilonem quomodo accipi queat, 40, 1. Motus maris est ab oriente in occidentem, X, 414, 1. Motus orbium cœlestium an recte vocentur itinera æternitatis, XIV, 253, 1, 2. Motus cœlorum in fine mundi alius per angelos futurus quam modo, XXI, 156, 2. Motus cœlorum in fine mundi cessabit, XX, 484, 2.

2° *Motus entium anima præditorum.* Motu carentia, carent et sensu, cur, XV, 461, 2. Motus angeli et animæ triplex est, V, 63, 1, 2. Motum Cherubinorum qui imitentur, XII, 485, 2. Moveamur quomodo in Deo, XVII, 334, 2. Motus calorem virtutis et charitatis acuit.

MOTUS CONCUPISCENTIÆ. Motus concupis-

centiæ venereæ sunt homini connaturales, VI, 57, 1, 2. Motus primi et involuntarii concupiscentiæ, rationem prævenientes, non sunt peccata, sed voluntarii et deliberati, XV, 165, 2; XVIII, 119, 2. Motus concupiscentiæ in appetitu sensitivo per se et sine voluntatis consensu non sunt peccata venialia, XX, 57, 2. Hi non sunt in hominis potestate, 57, 1. Non sunt liberi, sed solum imaginationes, et appetitus sensitivi, *ibid.*

Motibus primis concupiscentiæ statim resistendum, XX, 58, 1. Motus concupiscentiæ non sunt sequendi, IX, 377, 2. Sunt mortificandi, et quare, XVIII, 128, 1. Motus pravi reprimendi et timendi, *Psalm.* I, 25, 1 (*Vide* CONCUPISCENTIA).

Motus desperationis in parte et appetitu inferiori Christi non poterant esse, XIX, 395, 1. Motus omnes ab eo sunt libere assumpti, 391, 1.

MOYSES seu MOSES. 1° *Ejus nativitas, infantia, educatio in aula Pharaonis.* Mosis mater fuit Jochabed, I, 438, 1. De eo nascituro vaticinium, *ibid.*, 2. An in utero matris sanctificatus fuerit, I, 439, 1; XII, 15, 2. Quo anno mundi natus sit, I, 438, 1. Quot annis ante Christum, *ibid.* Fuit ante tempora Homeri, 439, 1. Quo tempore vixerit, 27, 2. Erat eleganti facie, XIX, 482, 2. Ejus elegantia fuit plusquam naturalis, fuit etiam supernaturalis, I, 439, 1; XVII, 176, 2. Per fidem parentum occultatus est, XIX, 482, 2. An parentibus eum exponere volentibus arriserit, I, 439, 2. Fuit imago Christi pueri, *ibid.* Aquis expositus, quid allegorice significet, 440, 1. Quomodo in aula regis Ægypti fuerit educatus, I, 440, 2; XIX, 483 1, 2. Quare Deus eum voluerit in aula regis educari, I, 440, 2. Educatus fuit in omni sapientia, *ibid.* et seq. Quibus disciplinis imbutus, et a quibus, XIX, 483, 1, 2. Studuit edomandis affectibus, *ibid.* Quid nomen ejus significet, I, 441, 2 et seq. Ejus nominis aliæ deductiones, 442, 1. Mater eum aquis exponens quid allegorice et tropologice significet, *ibid.* et 2. Fabula de ejus annulis memoriæ et oblivionis, *ibid.*, 2. Moyses conficit bellum Æthiopicum, si credimus Josepho, *ibid.* In Æthiopes castra moturus, quomodo a serpentibus fuit illæsus, XIII, 438, 2. Æthiopes ad pacem an coegerit, 641, 1. Moyses dictus est miraculum naturæ, I, 443, 1. De ejus statura et forma, 445, 1. Quomodo occiderit Ægyptium opprimentem Hebræum, 443, 1. An juste eum occiderit, *ibid.* et seq. Quid hæc occisio allegorice significet, 443, 2.

2° *Mosis fuga, matrimonium, et in Madian commoratio.* Quomodo se negarit filium filiæ Pharaonis, XIX, 483, 2. Maluit affligi cum populo Dei, quam deliciis abundare, XVIII, 278, 1; XIX, 484, 1. Ejus fuga in Madian, I, 444, 1. Mosen Deum sequentem tentationes invadunt, *ibid.* 2. Mose agente in Madian, diluvium Deucalionis contigit, item Phaethontis incendium, *ibid.* In Madian filias Jethro defendit, 445, 1. Cohabitat Jethro, 445, 2. Accipit ejus filiam uxorem, 445, 2, et seq. Accipiens uxorem alienigenam, quid significet symbolice, 471, 1. Æthiopissam ducens, figura fuit Christi carnem nostram assumentis, XIII, 286, 2. De filiis ejus ibi natis, I, 445, 2. Cur unum vocaverit Eliezer, *ibid.* Quid Moses quadraginta annis in Madian egerit, 449, 1. Non Deus, sed angelus Mosi apparuit in Horeb, 451, 2. S. Michael hic apparuit Mosi, *ibid.* Nullam angeli formam vidit Moses, *ibid.* Rubum videt qui non comburebatur, 452, 1. Deus suum concursum igni subduxit, ne rubum adureret, *ibid.*, 2. Quid sit ignis in rubo allegorice et tropologice, anagogice et symbolice, 452, 2; 453, 1, 2. Cur Moses calceos exuere jubetur, 454, 1, 2. Quod hoc symbolice et tropologice significet, 455, 1. An postea Moses calceos non induerit, *ibid.* Quomodo principatum detrectet, 457, 1, 2. Virga ejus patrat miracula, I, 463, 1; IV, 566, 1. Quid hæc virga in colubram conversa significarit ad litteram, quid symbolice, quid allegorice, quid anagogice, quid tropologice, 463, 1, 2. Manus leprosa Mosis significabat populum sub Mose afflictum, 464, 1, Symbolice, manus leprosa vitia Hebræorum significabat. *ibid.* Allegorice manus leprosa est Synagoga incredula Judæorum, *ibid. Secundo* est Christus moriens et resurgens, *ibid.* Aqua versa in sanguinem significat litteraliter infanticidium et suffocationem Ægyptiorum, *ibid.*, 2. Tria Mosis signa trinam virtutem Dei significant, *ibid.* De impedimento linguæ Mosis, 465, 1. Fuit quintuplex, *ibid.* An fuerit vitium a natura, 465, 1, 2. Quintuplex Mosis excusatio, 466, 1. Moses non petiit mitti Aaronem, nec Josue, *ibid.* An Christum, *ibid.* An Moses peccarit toties se excusando, *ibid.* et 2. Videtur peccasse venialiter, *ibid.* Moses fuit quasi intellectus concipiens, Aaron quasi os eloquens, 467, 1. Virga Mosis thaumaturga fuit baculus pastoralis ejusdem, 468, 1. De Mose circumcidente filium, 468, 2 et seq. Cur angelus voluit Mosen occidere, *ibid.* Cur Moses filium suum in Madian non circumciderit, 469, 1. Quia junior erat et tenellus ad iter, *ibid.* Unde Sephora hanc causam intellexit, *ibid.* Cur petrino cultreo Sephora filium circumcidit, *ibid.* Solus Eliezer hic fuit circumcisus, *ibid.*, 2. Quomodo Moses fuerit Sephoræ sponsus sanguinum, 471, 1. Moses liberaturus populum Israel, uxorem remittit in Madian, 471, 2.

3° *Moyses constituitur a Deo liberator, dux, legislator Hebræorum.* De primo ejus accessu ad Pharaonem, I, 473, 2. Mosis invictum animi robur, 475, 2. Deus loquitur Mosi per angelum, vel potius per internam inspirationem et ei revelat nomen suum, 477, 1, 2. Quomodo nomen *Jehova* primo Moysi indicarit Deus, 480, 2 et seq. Excusat se iterum ob linguæ impedimentum, 483, 1. Quomodo eum Deus constituerit deum Pharaonis, 486, 1. Fecit hoc ejus humilitas, *ibid.* Dominans passionibus vocatur deus, X, 452, 1. Precibus suis plagas et signa cessare fecit, *ibid.* Factus

est gloriosus coram regibus, fuit Dei ad populum internuntius, 452, 2; 454, 2. Per eum Deus timorem incussit inimicis Israelis, 452, 2. De Moyse plagam ranarum immittente, I, 501, 1. Quomodo cessare fecerit hanc plagam, 502, 1. De immittente plagam ciniphum, 502, 2. De immittente plagam vesicarum et ulcerum, 508, 1. De triplici victoria ejus contra magos, 509, 1. De immittente grandinis plagam, 510, 2. De immittente plagam locustarum, 514, 1. Ejus mira tolerantia in ferendis injuriis, 515, 1 et seq. De immittente plagam tenebrarum, 517, 1 (*Vide* ÆGYPTI PLAGÆ). Fide fugit ex Ægypto cum populo Israelitico, XIX, 484, 2. Oratio Moysis ad populum, I, 557, 1. Ejusdem oratio ad Deum, ante maris Rubri divisionem, 558, 2. Moyses primus, Aminadab secundus mare Rubrum est ingressus, 560, 2. De Moysis cantico post maris Rubri transitum, 565, 1, 2. Mosis canticum quod sit, XXI, 292, 2. Ejus in Hebræorum murmure patientia, 577, 1. Ei solebat Deus loqui tribus locis, 578, 1. Fuit interpres populi ad Deum, XI, 538, 2. A Dei colloquio factus est propheta, X, 258, 2. Magno multiplicique a Deo donatus fuit spiritu, XI, 734, 1, 2. Pugnante populo, oravit extensis manibus, I, 588, 1. Levans manus et remittens quid significet, 588, 2. Gessit typum Christi crucifixi, *ibid.* Fuit in hoc symbolum vitæ contemplativæ, 589, 1. Quomodo manus ejus erant graves, *ibid.* Quid hæ significent, 589, 1. Cur manibus ejus nunc immissa gravitas, nunc levitas, *ibid.* Quomodo Moyses tunc altare Domino ad laudem Dei ædificarit, 590, 1. Quam impudenter hoc neget Calvinus, *ibid.*

4° *Per Moysen lex a Deo data in monte Sinai.* De Moyse ascendente montem Sina, I, 597, 1. Fuit angelus qui cum eo in monte loquebatur, 601, 2. Descendit iterum de monte quatuor de causis, 602: 1. Ferit fœdus cum populo nomine Dei, 627, 2. et seq. Quo ritu populum lustraverit, 628, 1. Fuit quadraginta diebus cum Domino in monte, 631, 1. Quid hoc symbolice significet, 632, 1, 2. Bis tantum, non ter, quadraginta diebus jejunavit, II, 436, 2. Mosis et Eliæ jejunium, XIII, 13, 1. Moses vidit cœleste tabernaculum, 653, 1. Quomodo consecrarit Aaron et filios ejus in sacerdotes, 700, 1 et seq. Eminenter fuit pontifex, XIX, 379, 2. Sed Aarone pontifice constituto, apostoli tantum vices obtinuit, *ibid.* Non successerunt ei posteri ejus in sacerdotio, et quare, II, 203, 1. Fuit mediator populi apud Deum zelosissimus et efficacissimus, XII, 124, 2. In dubiis Deum consulebat, X, 259, 1; 305, 2. Fuit mediator Dei et hominum, et eo mediante lex data, XVIII, 545, 1; XIX, 198, 2. Dedit ei Deus legem per seipsum, X, 454, 2. Fuit legislator divinus, 455, 2. Egregius fuit ethices magister, IX, 6, 1. Est auctor legis, XV, 4, 1. Fecialis est Testamenti Veteris, Christus Novi, XIX, 427, 1. Mosis pro peccante populo zelus, XIV, 58, 1. Orat magno cum zelo pro populo suo post idololatriam, I, 725, 1, 2. Ejus oratio est a Deo exaudita, *ibid.* Quo sensu hic optarit deleri de libro vitæ, 729, 2. et seq. Ejus erga populum ingratum charitas, XVII, 389, 2. Sæpe Deum populo irascentem reconciliavit, XII, 113, 2. Ejus recessus a tabernaculo ad castra quid tropologice denotet, I, 735, 1, 2. Quomodo sibi petierit ostendi Dei faciem, *ibid.* Quam gloriam Dei videre petierit, 737, 2. Quomodo hæc ejus petitio exaudita fuerit, 738, 1. Quomodo allegorice Dei posteriora visa sint, quomodo tropologice ea videamus, *ibid*, 2. An hic viderit Christi humanitatem, *ibid.* An gloriam ejus passionis, et eum flagellis cæsum et coronatum spinis, *ibid.* et seq. Ex hac visione non colligitur eum divinam essentiam vidisse, 741, 2. An Dei essentiam viderit, et eum facie ad faciem sit allocutus, XVIII, 502, 1; XIX, 265, 1. Non vidit Dei essentiam, sed tantum quoddam corpus luminosum ab angelo assumptum, XV, 385, 2; XVI, 313, 1. Vidit Dei majestatem, non essentiam, X, 452, 2. Quomodo hæc posteriora videns, nomen Domini invocaverit, I, 742, 2. Quadraginta etiam diebus secunda ejus in monte Sina mansio duravit, 745, 2. Chronologia horum quadraginta dierum conficitur, *ibid.* Sua mansuetudine Moses meruit Dei colloquium, XVIII, 571, 2; XIX, 286, 2. Audivit Deum loquentem, et cum eo locutus est, X, 454, 2. Ex colloquio assiduo Deo accepit cornua, id est radios lucis, 646, 2. Ex gloria Dei fuit faciei ejus cornuta visa, XVIII, 434, 1; 502, 1. Ei cur Deus hæc cornua affixerit, I, 747, 1. Fuit doctor stellatus, XIII, 172, 2. An hæc cornua ei fuerint perpetua, *ibid.* Hinc postea loquens ad Israelem faciem suam velabat, I, 748, 1; XVIII, 434, 2. Quid ea velatio allegorice et tropologice significet, I, 748, 1 et seqq. Moysi senes septuaginta dantur a Deo adjutores, II, 245, 1. Quomodo Deus abstulerit aliquid de ejus spiritu et dederit septuaginta senioribus, 246, 1. Ob uxorem ejus Æthiopissam Maria ejus soror murmuravit, 251, 1. Ejus mira in injuriis perferendis mansuetudo, III, 251, 2; X, 452, 2; 454, 2; XI, 522, 2. Quare hanc ipse de se testatus sit, II, 252, 1. In quo omnibus præcelluerit Prophetis, 253, 1; 538, 2. Fuit princeps principum, pontificum, prophetarum, X, 432, 1. Fuit Deo et hominibus dilectus, 451, 1. Æquiparatur summis patriarchis, *ibid.*, 2. Per eum Deus terrorem inimicis Israelis incussit, 452, 1. Virga sua aquam e petra populo educit, II, 300, 1. Ejus in hoc actu quæ fuerit incredulitas, et qualis, 300, 2. De Dei promissis cur dubitaret, XIV, 491, 1. Cur Deus hunc ejus lapsum permiserit, II, 301, 1. Propterea terra promissionis exclusus est, *ibid.*, 2. Ob hæsitationem morte a Deo in deserto punitus est, XX, 41, 2. Surrogat Josue in locum suum, II, 350, 1. In principatus successione extraneum Josue suis filiis prætulit, III, 5, 1. Ejus posteri non fuerunt sacerdotes, XIV, 571, 2. Ejus vox miraculose ab omnibus exaudita in iterata legis promulgatione, II, 394, 1.

Quinque ejus privilegia præ Aarone, 400, 2. Populo Israel benedictiones et maledictiones imprecatur, 497. 1. Cur canticum suum vocet canticum, cum sit potius acris populi objurgatio, 523, 2 et seqq. Moriturus populo etiam benedicit, 525, 1 et seq.

5° *Moysis mors.* Ejus mors ex Josepho narratur, II, 534, 1, 2. Quo anno mundi et ante Christum sit mortuus, 527, 2. Mortuus est vegetus et validus, *ibid.* Unde natus hic vigor, *ibid.* Vox ejus stentorea sub mortem, 538, 1. Mortuus est in februario, 535, 1. Quidam censent eum non esse mortuum, *ibid.* Sed de fide est eum esse mortuum, et ejus animam ivisse ad limbum patrum, II, 535, 2; XX, 666, 2. Ei Deus animam exemit, II, 536, 1. Cur secreto a Deo vel ab angelis sepultus sit, I, 13, 1, 2; II, 536, 2; XX, 666, 2; 667, 1. Eum alioquin Hebræi coluissent ut numen, *ibid.* Cur ejus corpus diabolus sepeliri noluerit juxta Phogor, II, 536, 2 et seq. Ejus reliquias angeli venerati sunt, Eas angeli transtulere per aera in vallem Moab, *ibid.*, 2. An statim e morte resurrexit, 535, 2. Non in Christi transfiguratione resurrexit, sed cum eo resurgente, *ibid.* Cur apparuerit cum Elia in Christi transfiguratione, XV, 385, 2 et seqq. Idque in propria persona, 386, 1. Et in gloria, 386, 2. Quid sint cum eo locuti, *ibid.* Unde sint a Petro agniti, 387, 1. Non veniet in fine mundi contra Antichristum, 385, 2; XXI, 224, 1.

6° *Mosis elogia, laus et scripta,* VI, 424, 1; X, 455, 2. Moyses quis et qualis fuerit, I, 22, 1. Fuit fidelis servus Dei, VI, 51, 2. Et legatus fidelis, 269, 2. Nonnisi est servus respectu Dei, XIX, 25, 2. Fuit princeps politicus et ecclesiasticus simul, I, 701, 2; *Psalm.* II, 9, 2. Ejus modestia in suo ducatu, I, 630, 1. Ejus humilitas et mansuetudo, 23, 1. Ejus charitas et prudentia in persuadendo Hobab, II, 238, 1. Hominum laudes non est moratus, XII, 146, 2. Eum quomodo laudet *Ecclesiasticus*, I, 22, 1. Quomodo S. Paulus, *ibid.* Quomodo S. Stephanus et Ambrosius, *ibid.* Quomodo Constantinus Magnus, *ibid.* Quomodo SS. Patres, *ibid.* et seq. Ejus et Christi antithesis in novemdecim rebus, 25, 1 et seq. Quomodo eum etiam laudent Gentiles, *ibid.*, 2. Fuit ab Ægyptiis vocatus Deus et Mercurius, 487, 1. Fuit habitus ab ethnicis ut magus, XVII, 176, 2. Mosen Gentiles in Minoen transformarunt, IV, 427, 2. Moyses liberator Hebræorum et cæsor Pharaonis typus fuit Cyri liberatoris Judæorum per cædem Baltasaris, et uterque typus Christi liberatoris fidelium per stragem diaboli, XIV, 262, 1. In toto *Pentateucho* Christum præfiguravit, XVI, 387, 2. Huic Christus opponitur et anteponitur, 312, 1 et seqq. Moses, Aaron et Maria an sint tres pastores a Deo succisi, XIV, 489, 2. Moses est tribunus fidelium testium Dei, XIII, 441, 1. Moses et Elias an intelligantur per duo illa animalia in quorum medio cognoscendum Christum ait Propheta, XIV, 244, 2 et seq. Hi ambo assistentes Christo vocatur filii olei, 411, 1, 2.

Moses in quo fuerit minor Joanne Baptista, XV, 285, 1. Summæ apud Judæos auctoritatis erat, 482, 2. Cur ejus testimonio potius sit usus Christus contra Sadducæos, quam aliorum Prophetarum, *ibid.* Moyses non mandavit repudium, sed permisit tantum, 420, 1, 2. Mosis lex quot annis durarit, XXI, 351, 1.

Moses est auctor *Pentateuchi*, I, 27, 1. Scripsit eum in deserto, *ibid.*, 2. Ejus historia de creatione mundi debet intelligi ut sonat, 28, 1. Moyses fuit psalmographus, 22, 1. An sit auctor aliquorum Psalmorum, II, 107, *in titulo. Mosis ascensio* liber dictus est apocryphus, XX, 666, 2.

MOYSES (Pseudo). Pseudomoyses quidam quomodo Judæos deceperit volendo eos in terram promissionis ducere, I, 559, 1. Moses iste Cretensis quomodo Judæis imposuerit, XIV, 497, 2.

MOYSES abbas. Moyses abbas qua visione sit ad generose contra tentationes certandum animatus, I, 313, 1.

MOYSES eremita. Beatus Moyses eremita ex latrone factus eremita lasciviam carnis edomare nullo modo potuit, V, 151, 2.

MOYSES rabbinus. Moses rabbinus Ægyptius excusat fornicationem Judæ cum Thamare a peccato, quod lex lata nondum esset, XVIII, 293, 1.

MUGITUS. Mugitus est vox horrisona boum, per catachresin animalibus aliis, item homini terræ et mari attribuitur, XIV, 578, 1.

MULA. Mula pariens fuit Zopyro Medo omen capiendæ Babylonis a Dario Hystaspis, XIII, 72, 1. Ea pariente, expugnata est Babylon a Dario Hystapsis, XIV, 375, 2.

MULCASSES. Mulcasses rex Tunetanus quomodo cladem quam ex astris sibi impendere didicerat, fugiens in eam inciderit, XII, 90, 1. Mulcasses rex Tunetanus coram Carolo V, humi sedens prandebat, IV, 344, 1.

MULIEBRI. Muliebri forma cur Fortuna dea pingeretur, XI, 749, 2.

MULIER, FEMINA. I. MULIERIS ORIGO, NATURA ET FINIS. — Mulier quare ex viro formata, I, 93, 1: *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem, et adduxit eam ad Adam.* Femina est quasi dimidium viri, quomodo, XIV, 579, 2: *Hæc particeps tua, et uxor fœderis tui. Nonne unus fecit, et residuum spiritus ejus est?* Mulier, tanquam posterior et inferior, facta est ex costa viri, illique similis creata est, XVIII, 354, 2: *Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum;* 664, 1: *Viri debent diligere uxores suas ut corpora sua..... Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam; quia membra sumus corporis ejus,*

de carne ejus et de ossibus ejus. Et cur, et quomodo, 295, 1 : *Erunt enim, inquit* (Scriptura), *duo in carne una*; 664, 1. Cur condita sit facie venusta et cur stulta effecta post formæ venustatem, V, 333, 1. Mulier est creata ut virum adjuvaret, IX, 477, 2 : *Creavit* (Deus) *ex ipso* (homine) *adjutorium simile sibi*; X, 242, 2 : *Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem, adjutorium secundum illum est, et columna ut requies.* [Mulier quatuor in rebus viro est in adjutorium, I, 91, 2 : *Dixit quoque Dominus Deus : Non est bonum hominem esse solum ; faciamus ei adjutorium simile sibi.* Mulier quomodo viro sit gloria, XVIII, 354. 2 : *Mulier autem gloria viri est.* In quibus mulier viro sit imperfectior, XVIII, 396, 2. Eas esse aliud hominum genus dicebat Plato, XIX, 245, 1. Et eas esse quasi mares occasionatos, sed negatur, XVIII, 631, 2. Feminæ secundum priscos fuerunt monstra, VII, 276, 2. Definitio feminæ, VII, 276, 2 : *Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unum et alterum, ut invenirem rationem quam adhuc quærit anima mea, et non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni*, XIX, 213, 1. Mulier dicitur a *mollitie*, mulier quasi *mollier*, X, 9, 1.

Mulieres necessariæ sunt ad prolis propagationem, et consequenter ad speciei humanæ conservationem. Mulierum infelicitas est sterilitas, *Psalm.* II, 269, 2. Quomodo mulier salvabitur per filiorum generationem, XIX, 206, 2 : *Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate.* Quidam hæretici feminas non salvari crediderunt, VII, 277, 1. Mulierem *tangere* vel *cognoscere* Hebræis est exercere actum conjugii, XVIII, 299, 2 : *De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere.* Feminam humiliari dicunt Hebræi cum cognoscitur et violatur, XI, 668, 2 : Semen quoque ad conceptionem prolis subministrat femina, XIX, 477, 1 : *Fide et ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit; etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum qui repromisit.* Mulierum parturientium quam gravis sit dolor, I, 107, 2 : *Mulieri quoque dixit : Multiplicabo ærumnas tuas et conceptus tuos, in dolore paries filios.* Mulierum Ægyptiarum fecunditas, I, 429, 1. Mulieres quædam sanctæ cur steriles fuerint, I, 266, 1. Mulieris abortientis emblema est equa calcans lupi vestigia, IX, 397, 2.

Feminæ an in sexu virili resurrecturæ sint, XV, 482, 1. Non resurrecturæ in sexu virili, sed in suo, XVIII, 631, 2.

II. MULIERUM NATIVÆ DOTES, ET AD QUÆ VITIA NATURALITER PROPENSÆ. — Mulieris qualitates recensentur, X, 3, 2. Earum encomia qui descripserint, X, 11, 9 et seq. Mulierum descriptio, IX, 682, 1; 683, 2; 684, 2; 685, 1. In vitiis fortiores sunt viris, XIX, 300, 1.

1° *Feminæ dos pulchritudo*, VII, 535, 1. Ejus ornamentum capillus, et dedecus calvitium, XI, 139, 2. Mulieres pulchræ sine dote nubunt, V, 326, 1 : *Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias.* Eæ apud homines sunt in gloria, *ibid.* Mulier pulchra gratiæ est symbolum, X, 241, 1. Mulieres Persicæ sunt cæteris pulchriores, IV, 364, 2.

2° *Mulier natura est superba et iracunda*, 18, 1, 2 : *Dolor patris, filius stultus; et tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier*, VI, 168, 2. Mulier si dives sit, vult viro suo præesse, IX, 689, 2 : *Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.* Eam viro suo dominari, res indigna est, IX, IX, 689, 2 ; X, 180, 1 : *Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua.* Si viro suo imperet, ei erit contraria, IX, 689, 1. Mulier est iræ, præcipitantiæ et furori obnoxia, IX, 688, 1. *Mulieris ira, et irreverentia, et confusio magna.* Est appetens vindictæ, 688, 2.

3° *Mulierum levitas, infirmitas, inconstantia et fragilitas*, X, 9, 1. Mulier est avida libertatis, IX, 691, 1. Passionibus tota agitatur, 681, 2 : *Omnis plaga, tristitia cordis est : et omnis malitia, nequitia mulieris.* Etsi subinde viros superet animo et constantia, *ibid.* Est natura mollis et timida, VI, 489, 1, 2 : *Mulierem fortem quis inveniet ? procul et de ultimis finibus pretium ejus.* Mulieres incidunt in terrores panicos magis quam viri, X, 2, 2. Mulier est viro petulantior, X, 10, 1. Mulieres sine delectu sæpe nubunt, X, 240, 2 : *Omnem masculum excipiet mulier, et est filia melior filia.* Mulieres natura sua sunt desidiosæ, segnes et pigræ, X, 2, 2. Mulier negotia sua deterius gerit quam vir, 371, 1, 2.

4° *Mulieres plerumque zelotypæ sunt, et sibi placentes*, X, 5, 1 : *Dolor cordis et luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.* Mulieres facile zelotypiam concipiunt, IX, 279, 1 : *Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.*

5° *Mulier inconstans et garrula est*, XIV, 144, 2. Feminæ sunt loquaces, XVIII, 396, 2. Quidquid sciunt, statim effutiunt, VI, 49, 1.

6° *Mulieres in omni genere animantium astutiores et insidiosiores sunt maribus*, V, 535, 1, 2. Mulier imposturæ intenta est, etsi prima fronte probitatem præ se ferat, X, 371, 2. Maxime nocet, dum amorem simulat, X, 6, 1. Scorpionis et mulieris octo analogiæ, *ibid.* : *Sicut bonum jugum quod movetur, ita et mulier nequam; qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.* Similis est igni, magneti, basilisco, 370, 2.

7° *Mulieres ornatus et cultus sunt studiosæ*, XIX, 203, 1. In pulchritudine corporis decus suum ponunt, et ea superbiunt, VI, 528, 1. Cur tantopere sint ornatus et fuci studiosæ, duæ dantur causæ, XII, 672, 1, 2 : *Miserunt ad viros venien-*

es de longe, ad quos nuntium miserant: itaque ecce venerunt: quibus te lavisti, et circumlinisti stibio oculos tuos, et ornata es mundo muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata est ante te, thymiama meum et unguentum meum posuisti super eam.

2° *Mulieres sunt illecebrosæ*, XV, 166; XXI, 58, 1. Mulier compta et fucata mirum libidinis illicium, IX, 283, 2 : *Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam.* Mulieri species quam illecebrosa, X, 241, 2 : *Species mulieris exhilarat faciem viri sui, et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* Mulierum illecebræ quam sint noxiæ, XX, 672, 1. Mulieris forma fallax, *Job*, 622, 1. Femina formosa illicique nihil illecebrosius, IV, 365, 1. Mulier instar sirenis mentem etiam sapientium incantat, V, 65, 2 : *Ut eruaris a muliere aliena, et ab extranea quæ mollit sermones suos.* Habet quid serpentinum, 130, 2 : *Ne attendas fallaciæ mulieris : favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus; novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps.* Mulieris illecebrosæ descriptio, 69, 1. Ejus oculis inest fascinum, 173, 1 : *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.*

8° *Mulier natura salax est et ad libidinem prona*, X, 9, 1. Feminæ omnium pene animalium magis lascivæ sunt quam mares, et quæ hujus rei ratio physica, XIII, 348, 1. Cur virum naturaliter appetant, XIX, 213, 2. Cur in libidinem pronæ sint, XX, 312, 2.

III. MULIERIS MALÆ IDEA ET VARIÆ SPECIES. — 1° *Mulier mala.* Mulieris malæ varia epitheta, III, 212, 2; V, 190 1, 2; X, 372, 2. Mulier mala quam grave sit malum, IX, 681, 2 : *Omnis plaga, tristitia cordis est, et omnis malitia, nequitia mulieris;* 672, 2 : *Et omnem plagam, et non plagam videbit cordis, et omnem nequitiam, et non nequitiam mulieris : et omnem obductum, et non obductum odientium : et omnem vindictam, et non vindictam inimicorum;* 684 1, 2 : *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris. Commorari leoni et draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.* Ea serpenti comparatur, 683, 1, 2. Ejus invidia serpentina, *ibid.* Est velut furia, 685, 1 : *Nequitia mulieris immutat faciem ejus : et obcæcat vultum suum tanquam ursus : et quasi saccum ostendit.* Reddit maritum luridum et melancholicum, 685, 2; 689, 2 : *Cor humile, et facies tristis, et plaga cordis mulier nequam;* X, 3, 2. De ejus morositate vir non multum audet queri præ pudore, IX, 685, 1. Mulier mala obtingit plerumque peccatori in pœnam, 686, 1 : *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam.* Viri vires enervat, 690, 1 : *Manus debiles et genua dissoluta mulier, quæ non beatificat virum suum,* X, 1, 2. Mulier mala virum suum contabescere facit, V, 349, 2 : *Mulier diligens corona est viro suo; et putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.* Est viro suo sæpe causa damnationis, X, 2, 1. Eum confundit, 3, 2. Totum conjugium conturbat, 5, 2. Hæc castiganda est a marito exemplo virtutis et prudentiæ et lenitate, IX, 682, 1. Debet a viro castigari, 686, 1. Non est ei indulgendum, vel in modico, 690, 2.

2° *Mulier rixosa.* Mulier rixosa omnes cœli tempestates exprimit, VI, 104, 1 : *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.* Est similis vento impetuoso, VI, 346, 1 : *Tecta perstillantia in die frigoris et litigiosa mulier comparantur : qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, et oleum dexteræ suæ vocabit.* Mulier rixosa nequaquam compesci potest, 345, 1, 2. Mulier rixosa est feris sævior, VI, 116, 2 : *Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa et iracunda.* Ei præfertur præsens corporis periculum, 104, 1. Viro causa est damnationis æternæ, *ibid.* Mulier odiosa quæ vocetur, 456, 1 : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere : per servum cum regnaverit : per stultum cum saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta; et per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.* Mulier rixosa quomodo tractanda, XVIII, 667, 2.

3° *Mulier stulta et fatua.* Mulierem fatuam dedecet nec convenit pulchritudo, V, 331, 2 et seq. : *Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.* Hæc sui comparatur, *ibid.* Analogiæ utriusque, *ibid.* Mulieres stultæ facile abortiuntur, IX, 534, 2 : *A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.*

4° *Mulier ebriosa.* Mulier ebriosa plerumque iracunda est, X, 7, 1 : *Mulier ebriosa ira magna, et contumelia et turpitudo illius non tegetur.* Quantum illa malum et probrum sit, *ibid.*, 1, 2. Plerumque impudica est, 7, 2; 8, 1. Mulier ebria olim a puero concepit, XI, 340, 1, 2. Mulieres impudicæ sæpe viris venena propinant, V, 350, 1.

5° *Mulier impudica.* Mulier impudica formæ pulchritudinem deturpat, V, 332, 1. Hæc nonnisi lasciviam cogitat, 332, 2. Est impudens et indocilis, *ibid.* Mulier impudica per oculos se prodit, X, 8, 1 : *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum* (cernitur), *et in palpebris suis agnoscitur.* Ejus gestus et incessus, *ibid.*, 2. Libidine non satiatur, VI, 441, 2; 444, 1 (*Vide* MERETRIX). Huic custodia est adhibenda, 366, 1 : *Super mulierem nequam bonum est signum.*

6° *Mulier zelotypa.* Mulieres plerumque zelotypæ sunt, X, 5, 1 : *Dolor cordis et luctus mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.* Mulier facile zelotypiam concipit, IX, 279, 1. Mulier zelotypa multa in virum machinatur mala, *ibid.* Mulier zelotypa marito dolorem cordis affert, X, 5, 1. Eum turbat, 5, 2.

Suam amicitiam quibusvis communicat et exponit, 5, 1. Exemplum quoddam mulieris zelotypæ, *ibid*, 2.

IV. MULIERIS BONÆ DESCRIPTIO ET VARIÆ SPECIES. — 1° *Mulier bona quæ dicatur*, V, 585, 2: *Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum, et hauriet jucunditatem a Domino.* Ea rara est, *ibid.* Ejus opera et dotes, 586, 1. Sollicite servanda est, 586, 2: *Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, stultus est et impius.* Mulier bona, sancta, sedula, honesta, beat virum, ejusque vitam adauget, X, 1, 1: *Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex;* 3, 2: *Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.* Mulier bona datur viro bono pro mercede operum bonorum, X, 2, 2. Talis est peculiare Dei donum, 3, 1; 11, 1: *Disciplina illius* (mulieris bonæ), *datum Dei est.* Ea virum suum exhilarat, et eum impinguat, 3, 2; 10, 1, 2: *Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, et impinguabit ossa ejus.* Quanti sit pretii, *ibid*, 2; 12, 1: *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Soli comparatur, 13, 2: *Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus.* Fecundat domum et rempublicam, *ibid.* Per candelabrum repræsentatur, 14, 1, 2: *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super staturam stabilem.* Gerit oculos demissos, 8, 1.

2° *Mulier diligens.* Mulier diligens quænam sit, 348. 1 2: *Mulier diligens corona est viro suo.* Hæc virum ornat, tegit, roborat, lætificat, *ibid.*

3° *Mulier prudens.* Mulier prudens ædificat domum suam, quo sensu, 401, 1, 2 et seq.: *Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque destruet.*

4° *Mulier fortis.* Mulier fortis difficilis inventu, quænam sit, VI, 489, 1, 2: *Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium ejus.* Est res rara, *ibid.* Ejus pretium, 490, 1. Vir in ea confidit, nec is indigebit spoliis, 491, 1, 2: *Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.* Quod bonum illa huic reddat, 493, 1, 2: *Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ suæ.* Operata est linum et lanam quæ ipsa quæsivit, 494, 2: *Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Ejus et navis variæ analogiæ, 498, 1, 2: *Facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum.* Ante auroram surgit ut suis de cibo prospiciat, 499, 2: *Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis.* Ejus in hoc discretio, 500, 1. Emit agrum et vineam, 501, 1: *Consideravit agrum, et emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam.* Cur lumbos cingulo succingat, 502, 1: *Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum.* Nullum opus mulieribus convenientius, decentius, honestius, dignius, utilius, quam nere et texere, 505, 1, 2: *Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum.* Mulieris fortis in indigos beneficentia, 507, 1: *Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem,* 519, 1, 2. Suis de duplici et de multiplici veste prospicit, 508, 1: *Non timebit domui suæ a frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Paravit in domus ornamentum pretiosa stragula, 511, 1: *Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum ejus.* A viro nobilitatur, eumque vicissim nobilitat, 513, 2: *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ.* Cur sindonem vendiderit, 514, 1, 2: *Sindonem fecit et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo.* Induit fortitudinem et decorem, 515, 2 et seq.: *Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo.* Ejus ornatus internus virtutum, *ibid.* Ejus gravitas, maturitas, vigor animi: hinc semper gaudet, 517, 2 et seq: In senectute fruitur laboribus suis, 518, 1. Est in verbis sapiens, clemens, gratiosa, 519, 1: *Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in ore ejus.* Familiam in pace conservat, 519, 2. Sancta et pia loquitur, *ibid.* Domum suam sedula circumlustrat, 521, 1: *Consideravit semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit.* Suos labori assuefacit, 522, 1. Est a filiis dilaudata, et prædicata a viro suo, 522, 2 et seq.: *Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt, vir ejus, et laudavit eam.* Eleemosynis opes sibi paravit, *ibid.* Paravit sibi robur, decus et gloriam, 524, 1: *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu superegressa es universas.* In timore Dei decus suum posuit, 528, 1; 530, 1: *Fallax gratia, et vana est pulchritudo; mulier timens Dominum ipsa laudabitur.* Et eum laudavit, 530, 2. Meretur frui suis laboribus, 532, 2: *Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis operæ ejus.* Lingua sua non est abusa, 533, 1. Laudatur palam ob opera, *ibid.* Mulier sensata quanti facienda, IX, 240, 2: *Noli discedere a muliere sensata et bona, quam sortitus es in timore Domini; gratia enim verecundiæ illius super aurum.*

V. QUÆ SINT MULIERUM VIRTUTES ET OFFICIA SECTANDA. — 1° *Viro suo obediens sit mulier.* Ejus caput est vir quatuor modis, XVIII, 352, 2: *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir: caput vero Christi Deus,* XIX, 108, 1. Mulieris est obsequi viro, IX, 691, 2: *Si non ambulaverit* (uxor tua) *ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum suorum;* XIX, 108, 1: *Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino.* Viris non imperent, IX, 279, 2 et seq.: *Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, et confundaris.* Dominantes viris monstrum sunt, XX, 311, 2: *Similiter et mulieres subditæ sint viris suis, ut et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant.* Mu-

lier negotia sua deterius gerit quam vir, X, 371, 1. Honorent viros suos, 317, 1 : *Sic enim aliquando mulieres. sperantes in Deo, ornabant se subjectæ propriis viris. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cujus estis filiæ benefacientes, et non pertimentes ullam perturbationem.* Mulierem esse caput Ecclesiæ quam sit indecens, XVIII, 396, 2; XIX, 305, 2 : *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.*

2° *Mulieres in ornatu et moribus sint modestæ et pudicæ,* VI, 516, 2. Mulieris christianæ ornamentum ad intus esse debet, *Psalm.* I, 299, 1 : *Omnis gloria ejus, filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Interne potius ornatæ sint, quam externe, XIX, 204, 1 : *Similiter et mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa : sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.* Se nimis ornantes opus Dei corrigere velle videntur, ac sunt in Deum contumeliosæ, 204, 2. Moderate comantur et ornentur, 203, 1. Mulieri non licet incedere nudo capite, sed debet velari, XVIII, 353, 1, 2 : *Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum ;* 356, 1 : *Debet mulier potestatem habere super caput suum propter angelos.* An ex præcepto mulieres comam alere teneantur, 357, 1. Eas decet in cultu honestas et modestia, XXI, 152, 1. Mulier sit verecunda et pudorata, X, 12, 1 ; *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Feminas decet pudor et timor, IX, 72, 2. Mulieris castæ exemplum, II, 98, 2. Nonnullæ se deformarunt studio castitatis, VI, 528, 2. Feminæ deformes virtutis ornamento pulchræ sunt, 516, 1. Mulier dona suspecta recipiens, quomodo hoc intelligendum, I, 258, 1.

3° *Mulieres domi manere debent, et silentii amantes esse.* Debent manere domi, I, 323, 2 : *Egressa est autem Dina, filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem, filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam, et rapuit.* Eas decet murus aut maritus, XIX, 245, 2 : *Simul autem et otiosæ discunt circuire domos : non solum otiosæ, sed et verbosæ et curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* Iis ethnici dabant præfectos, ne vagarentur, 245, 1. Ne vir assideat uxori alterius, præsertim in mensa, in eodem lectulo, recumbendo in sinu illius, IX, 285, 1 : *Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.* Ipsis Parthopersæ convivia et virorum aspectum interdicebant, IV, 365, 1.

Mulier taceat in solemni consessu, X, 371, 1, 2. In ecclesia taceat, XVIII, 353, 1 ; 396, 2 : *Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit ;* XIX, 205, 2 : *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Quid et quos et ubi docere debeat, XIX, 330, 1 : *Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes : ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant.* Mulier garrula et loquax homini quieto est molesta, IX, 686, 2 : *Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto.*

4° Mulieres semper occupari debent, XIX, 245, 2. Quid eas deceat, 330, 1. Multis pœnitentiis caput et corpus non frangant, 250, 1. Mulieri non nimis multa, nec magna sunt committenda, X, 180, 1.

VI. Quam cavendæ mulieres. — 1° *Mulier est causa ruinæ totius generis humani, et omnis mali initium* ; IX 690, 2 : *A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur.* Ab ea omnia mala nascuntur, IX, 285, 1. Est omnium malorum pessimum, V, 199, 2 ; XII, 667, 1. Est metropolis omnium scelerum, XIV, 419, 1. Variæ de mulierum improbitate et de periculis gnomæ, *ibid.* Femina cur morte sit amarior, VII, 274, 2 : *Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, et sagena cor ejus, vincula sunt manus illius : qui placet Deo, effugiet illam ; qui autem peccator est, capietur ab illa.* Cur laqueus et sagena sit, *ibid.* et seq. Mulier malum necessarium est, V, 585, 2. Mulier infidelibus malum necessarium, fidelibus liberum, XV, 422, 1, 2. Mulier quam perniciosa, III, 210, 2.

2° *Mulieris qualis sit dominatus, potentia, et fortitudo,* XI, 138, 2 : XIII, 341, 2 ; XIV, 580; 2. Mulieres quantopere pietati vel obesse vel prodesse possunt, XVII, 285, 2. Mulieres omnium fere calamitatum causa fuerunt viris, id probatur exemplis, XII, 592, 2. Multæ viros perdiderunt, XIV, 144, 2 : *Noli credere amico, et nolite confidere in duce ; ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Deceperunt multos sapientes, IX, 526, 2 : *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos ;* X, 369, 2 : *Omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli commorari ;* 373, 2. Mulieres dominatæ sunt Salomonis, 496, 1. Mulieres propagant idololatriam et hæresim, III, 630, 1. Mulieres origo idololatriæ in Israel, III, 219, 1. Aliquarum infidelitas et malitia, III, 202, 1, 2; 212, 1. Quam severe Dominus in judicio suo inquiret in eas per quas hæreses sunt propagatæ, XIX, 300, 1, 2. Mulier etiam senes et castos per omnem vitam perdit, V, 199, 1 : *Multos enim vulneratos dejecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* Perdit regum opes, famam, robur, vitam, VI, 481, 2 : *Ne dederis mulieribus substantiam suam, et divitias tuas ad delendos reges.* Mulieris amoribus implicatus, difficillime se ab eis expedit, V, 69, 1 : *Omnes qui ingrediuntur*

ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vitæ. Mulierum causa major pars hominum damnatur, V, 268, 1; VI 203, 2.

3° *Feminarum consortia, conversationem, tactum, aspectum, vitare oportet.* Primo. *Earum consortia vitanda*, I, 324, 1; II, 343, 2; X, 280, 2 et seq.: *Ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, nec forte pereas in efficacia illius*; 365, 1: *A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis*; 524, 1; XVI, 363, 2: *Et continuo venerunt discipuli ejus; et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?* Mulieres adeuntur minori fructu et majori periculo, XIX, 313, 1. Mulierum etiam quarumvis cum viris cohabitatio est periculosa, I, 233, 2. Earum fuga suadetur, XVII, 29, 1. Arcendæ sunt castis, XX, 372, 1.

Secundo. Feminarum colloquia vitanda, XX, 672, 1. Earum conversatio quam sit noxia, V, 177, 1; X, 370, 1: *De vestimentis enim procedit tinea, et a muliere iniquitas viri.* Mulierum colloquia separata cavenda sunt, XVI, 629, 1.

Tertio. *Tactus mulieris maxime periculosus, Job*, 615: *Ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina.* Ne res quidem aut vestes mulierum aut formosulorum tangendæ temere, *ibid.* Immundities maxime tactu contrahitur, 616, 1. Mulieris tactus venenatus est, IX, 285, 1: *Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: et non alterceris cum illa in vino.*

Quarto. *Mulierum aspectus vitandus*, IX, 686, 2: *Ne respicias in mulieris speciem, et non concupiscas mulierem in specie.* Feminarum aspectus quam sit periculosus, illecebrosus et perniciosus, IV, 339, 1: *Et cum audissent viri illi verba ejus* (Judith), *considerabant faciem ejus, et erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis*; X, 362, 1: *Ne respicias mulierem alieni viri, et ne scruteris ancillam ejus, neque steteris ad lectum ejus*, XV, 165, 2. Mulierum oculi quam intoxicent, XIII, 180, 2: *Et videbant eam* (Suzannam) *senes quotidie ingredientem, et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam ejus.* Mulieris forma est quasi ignis in sinu, V, 176, 1; 178, 1. Earum visio quatenus sit peccatum, XV, 165, 2: *Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Mulieris tam nuptæ quam innuptæ concupiscentia vetatur, *ibid.* Mulier vincitur fuga aspectus et colloquii, V, 66, 2:

Quinto. *A quibus præsertim vitandæ mulieres.* Mulierum consortium præsertim sacerdoti vitandum, XIX, 212, 2 et seq. Mulierum etiam piarum consortium sacerdoti declinandum, XV, 154, 2. Mulieres omnes a viris etiam spiritualibus separentur, XX, 467, 2. Mulier nulla S. Fiacrii monasterium intrare potest, XI, 685, 1, 2. Feminæ quomodo viro apostolico curandæ sint, XVI, 363, 2.

VII. Varii apud priscos usus qui ad mulieres spectant.—1° *Apud Judæos.* Feminæ hæredes parentum, deficiente prole mascula, jubentur nubere in familia eadem, et cognatione proxima, XVI, 95, 2. Feminæ ut viro suæ tribus nubant, quomodo intelligendum, II, 387, 1. Feminæ apud Judæos quando viro contribuli, quando alteri nubere potuerint, XV, 56, 2. Feminæ Judææ cur ungi solitæ, IV, 369, 2. Mulieres Sioniæ colores sacerdotales in vestibus imitabantur, XI, 141, 1.

Mulieres excubantes in ostio tabernaculi quales erant, I, 755, 2. Cur excubarent, tropologice causa datur, I, 714, 2. In templo Judaico habebant atrium distinctum, XIX, 240, 1. Apud Judæos incapaces erant sacerdotii, sed non regni, XIX, 417, 1.

2° *Apud alios populos.* Feminæ olim nomen capiebant a viro, 146, 1. Feminæ cum feminis fœde apud Gentes commiscebantur, XVIII, 53, 1. Hinc peccatum mollitiei committere possunt, 54, 1. Mulieres gentiles in luctu capillos solvebant, et genas etiam laniabant, II, 127, 2. Feminæ apud Ægyptios et Lycios olim imperabant, IX, 689, 1. Mulieres olim in domibus habitare separatim solebant, I, 258, 1. In cœna sedebant, viris discumbentibus, XII, 672, 1, 2. Feminæ apud Hebræos sicut et apud Græcos, a viris in convivio, oratione, aliisque actibus publicis separabantur, XIV, 513, 2. Mulieres olim in conviviis unguenta spargebant, XVI, 124, 1. Mulieribus Romanis olim vinum prohibitum erat, VII, 467, 1. Mulieres olim vinum bibentes apud Romanos intemperantes et impudicæ habebantur, *ibid.* Mulieres Romanæ in tutorum potestate erant, X, 371, 2.

3° *Apud Christianos.* Apud priscos Christianos etiam fores et locum distinctum in ecclesiis habebant, XIX, 240, 1. Communicaturæ olim in dominicali, seu in mundo linteo Eucharistiam excipiebant, itaque ori admovebant, XVIII, 370, 1; XIX, 201, 2.

VIII. Mulieres quædam de quibus specialius agitur in Scriptura, vel quæ in exemplum ex historia ecclesiastica in medium producuntur. —1° *Mulieres Veteris Testamenti.* Mulier Sarephtana viris præfertur, 644, 1, 2. Mulieres prophetissæ, III, 133, 1, 2. Mulier Holda in reprehensione virorum consulitur, IV, 81, 2.

2° *Mulieres Evangelii.* Cur in genealogia Christi, nonnisi mulieres meretrices nominentur, XV, 54, 2. Hæ miro modo viris suis copulatæ sunt, *ibid.* Mulier inclinata per quindecim et decem annos, quos repræsentat, XVI, 189, 1.

Cur mulieres piæ Christum sequebantur, et quæ, XVI, 132, 1, 2 et seq. Mulieres piæ super Christum euntem ad supplicium lamentabantur, XV, 614, 2. Earum fides et constantia in astando cruci Jesu,

637, 2. Cur earum meminit Evangelista, *ibid.* Stabant nec procul, nec omnino prope, sed paulo remotius, 638, 1. Quid speculatæ sint, *ibid.* Erant hæ quæ Christum de suis facultatibus aluerant, *ibid.* Cur ab eo sepeliendo abstineant, 641, 2, Uncturæ eum sepultum, in fine Parasceves incœperunt aromata comparare, ut summo mane diei Dominicæ ad sepulcrum venirent, 644, 1, 2 et seqq. Cur in aurora venerint, 645, 1. Nescierunt de custodia militum et sepulcri obsignatione, 646, 1. Sed Deus utrumque impedimentum iis amovit, *ibid.* Viso sepulcro vacuo, ad Apostolos recurrerunt, 650, 1. Cur ipsæ præ aliis de resurrectione inaudierint, 651, 2. A sepulcro redeuntes, partim timuere, partim gavisæ sunt, 652, 2; 717, 1. Quid discipulis de resurrectione nuntiarint, 652, 2. Cur iis Jesus se spectandum dederit, 653, 1. Cur tenuerint pedes ejus apparentes, et eum adorarint, *ibid.*, 2. Fuerunt apostolæ Apostolorum, 654, 1. Nec ad Christi divinitatem, nec ad ejus resurrectionem attendebant, 717, 1.

3° *Mulieres historiæ ecclesiasticæ.* Mulieris cujusdam generosæ martyrum sub Dunaan tyranno, XVIII, 492, 1. Feminarum martyrum filios ad sui mitationem incitantium exempla, IV, 523, 1. Mulieris cujusdam a petulante dæmone incredibili libidine vexatæ, per S. Bernardum liberatæ exemplum, 294, 2. Mulier quædam adulterii falso accusata, septies icta occidi non potuit, XIII, 187, 2. Mulieris cujusdam insignis pudicitia in expugnatione Romæ urbis per Gothas, XIII, 183, 2.

IX. *Mulier mystico et allegorico sensu sumpta.* Mulier mystice est voluptas, VII, 275, 2. Mulier symbolum est infirmitatis et concupiscentiæ, XIV, 419, 1. Mulier cur metaphorice dicatur terra, XII, 38, 1. Feminæ dicuntur molles, impii et hæretici, XI, 761, 1; XXI, 201, 2. Mulier in amphoræ medio cur sedeat apud Zachariam, et quomodo id concipiendum, XIV, 419. 1. Mulieres impietatem in Babylonem inferentes, quid significent, 421, 1, 2.

MULLUS. Mullus priscis speculis nitorem restituit, XX, 86, 1.

MULSUM. Mulsum quam sit salubre, VI, 230, 1.

MULTILOQUIUM, MULTILOQUI. Multiloquium quod vetetur, quale sit vitium, et in quo situm, V, 295, 2 : *In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Multiloquium quotuplex, sit, VII, 195, 1 : *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo.* Multiloquium est causa peccati, et multiloqui facile labente lingua in peccatum labuntur, V, 295, 2; 296, 1. Semper ad defectum tendit, 428, 2: *In omni opere erit abundantia; ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Multiloquii noxa, VI, 293, 1, 2: *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Cur prohibeatur, VII, 196, 1, 2. Multiloquus est stultus, 348, 1 : *Stultus verba multiplicat.* Multiloquii damna, IX, 548, 1, 2 : *Homo sapiens tacebit usque ad tempus; lascivus autem et imprudens non servabunt tempus.* Multiloquus peccat diversimode, *ibid.* (*Vide* LINGUA, LOQUACITAS).

Multiloquium coram Deo quid significet, et pro quo sumatur, VII, 195, 1, 2. Multiloquium in oratione reprehenditur, XV, 184, 1.

MULTIPLICATIO. Quæ multiplicatio bona, quæ noxia, IX, 268, 2. Multiplicatio impiorum cur noxia sit reipublicæ, VI, 404, 2.

MULTITUDO. 1° Multitudinis quanta sit vis, etiam rerum imbellium, XXI, 207, 1.

2° Multitudo angelorum, beatorum, stellarum et creaturarum magnificentiam Dei ostendit, V, 433, 1 Multitudo maris ad Ecclesiam confluxura quæ intelligatur, XI, 702, 2. Multitudo sanctorum quanta sit, XII, 455, 2.

3° Multitudo ordinata regum est decus, non incomposita et ordinata, V, 433, 2. Multitudini nemo se accommodare debet, IX, 226, 1. Nec eam offendere, 227, 1. In multitudine non multum loquendum, X, 153, 1.

MULTIVOLUS. Multivola est meretrix, IX, 280, 2 (*Vide* MERETRIX).

MULTUS. 1° *Multi* sæpe capitur pro *omnes*, XV, 453, 1, 2; XX, 355, 2. Multi sunt vocati, pauci vero electi, quomodo sit intelligendum, XV, 445, 2 et seqq.; 476, 2.

2° Multa non sunt simul suscipienda, IX, 341, 1; 342, 1; 352, 2. Multa paucis complecti, magni viri est, et ingenii, IV, 507, 1.

MULUS. 1° Muli, nec equi sunt, nec asini, sed tertia species : erant frequentes apud Judæos, XIII, 489, 2. Mulus, licet sterilis, tamen ardet libidine, IV, 294, 2. Mulorum aliud genus in Cappadocia et Syria quod parit et procreat, *ibid.* Mulus cur sit longævus, XII, 616, 2. Muli qui Judæis vetiti, et quare, II, 122, 2.

2° Mulum quare Plato vocarit Aristotelem, II, 299, 1.

MUNDANA. Mundana omnia sunt mera mendacia, V, 46, 2 : *Usquequo, parvuli, diligetis infantiam, et stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, et imprudentes odibunt scientiam,* XIII, 30, 2. Mundana felicitas in statua aurea Nabuchodonosoris repræsentatur, 38, 2. Mundana quam sint instabilia et vana, IV, 382, 2; IX, 515, 1 : *A mane usque ad vesperam immutabitur tempus, et hæc omnia citata in oculis Dei.* Sunt umbratica et fugacia, V, 571, 2. Mundana omnia et alta cito evanescunt, XI, 357, 1, 2 : *Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte;* 406, 2 : *Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel.* Mundana omnia in comparatione Dei nihil sunt, XIV, 337, 1. Mundana diligenda non sunt, XX, 547, 1 : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.... quoniam omne quod*

est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Mundana in morte amittit impius, V, 318, 2, 2 : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit.*

MUNDANI. Mundani respuunt scientiam, *Job*, 556, 1 : *Unde ergo sapientia venit, et quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet.* Mundani censent pietatem vanitatem esse, XIV, 601, 2 : *Et dixistis : Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui servit Deo : et quod emolumentum quia custodivimus præcepta ejus, et quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum?* In terrenis sunt lyncei, in divinis talpæ, XII, 48, 1 : *Stultus populus meus me non cognovit; filii insipientes sunt et vecordes : sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.* Hi solertiores sunt in temporalibus bonis sibi providendis, quam sancti in spiritualibus, XVI, 216, 2 : *Filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.*

Mundani terrenas voluptates cœlestibus proponunt, VI, 336, 1 : *Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Mundani in rebus divinis parci sunt, sed in iis quæ spectant pompam aut ventrem, profusi sunt, XIII, 569, 2. Mundanorum hominum vanitas, quæ in excusationibus invitatorum ad cœnam patet, XVI, 198, 1. Mundanorum inania studia et contentiones, XIV, 376, 1. Mundani telas aranearum texunt, XI, 691, 1, 2 : *Ova aspidum ruperunt, et telas aranex texuerunt..... Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis; opera eorum opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum.* Sua vitia nomine virtutum palliant, VI, 94, 2 : *Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus.* Mundani evanida cur habeant consilia, XI, 339, 1 : *Congregastis aquas piscinæ inferioris, et domos Jerusalem numerastis, et destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris : et non suspexistis ad eum, qui fecerat eum, et operatorem ejus de longe non vidistis.* Non sunt capaces Spiritus sancti, XVI, 548, 1 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclelum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum; spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.* Nec Deum videbunt, *ibid.*, 2. Mundani sunt cives Babylonis, XX, 402, 1. Eorum vita plena est triplici concupiscentia, 545, 1, 2. Eorum duplicitas describitur, 44, 1, 2 : *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.* Eorum stultitia simili stultitia pellitur, VI, 298, 2. Mundani terrenis inhiantes ea simul et æterna amittunt, V, 318, 2; VI, 72, 2 : *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.*

MUNDARE. *Mundare sanguinem* significat *vindicare sanguinem*, cur, XIII, 528, 1, 2.

MUNDITIA, MUNDITIES, MUNDUS. Mundities cordis est triplex, XV, 148, 1 : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Quod ejus sit indicium, *ibid.*, 2. Munditia quæ salutaris sit, *Job*, 483, 2 : *Salvabitur innocens : salvabitur autem in munditia manuum suarum.* Mundities cordis quæ amicet regem, VI, 152, 1 et seq.: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.* Illa ut et munditia oris perplacet Deo, 153, 1, 2. Munditiam etiam externam amat Deus, II, 481, 2. Mundities animæ appropinquare Deo facit, XX, 183, 2 et seqq. : *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores; et purificate corda, duplices animo.* Munditiæ cordis visio Dei promittitur, XV, 148, 1. Munda quomodo omnia mundis, XIX, 326, 1 : *Omnia munda mundis; coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum mens et conscientia.* Munda omnia sunt humili, *ibid.* Quomodo ad munditiem cordis perveniatur, 148, 1. Mundi cordis habendi varia media, XX, 94, 2 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo* (*Vide* ANIMA, COR).

MUNDUS. Mundus tripliciter accipitur : *primo*, proprie et physice significat mundum hunc creatum, puta orbem hunc sublunarem ; *secundo*, accipitur pro hominibus mundanis mundique bona et illecebras sectantibus ; *tertio*, mundus sumi potest pro ipsa mundana vita, vel mundana concupiscentia in genere, XX, 545, 1, 2; 547, 1, 2.

I. MUNDUS PROPRIE ET PHYSICE SUMPTUS. — 1° *Mundi creatio.* In animo cogitandum quid sit, quomodo sit, et cur sit, I, 75, 2. Mundus non est æternus, XVI, 603, 2 : *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* Non est æternus, nec immortalis, XX, 474, 2 : *Ex quo enim patres dormierunt* (dicunt impii), *omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius, et terra, de aqua et per aquam consistens Dei verbo : per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cœli autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii.* An mundum alia tempora præcesserint, XIX, 320, 2 : *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia.* Mundus quo anni tempore et quo die fuerit productus, I, 57, 1, 2. Mundus creatus est, secundum quosdam, in septembri, VII, 40, 2. Mundus totus Dei est, et non diaboli, XV, 127, 1 ·

Et dixit (diabolus) *ei* (Jesu) : *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Non est factus ab angelis, XVIII, 613, 1 : *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit.* Mundus corporeus non est malum, ut aiunt Manichæi, 517, 1 : *Gratia vobis, et pax a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam.* Eum ex materia subjecta conditum docuere Valentiniani, XIX, 86, 1 : *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum.* Eum ait Plato factum ex cubo ternarii, XVIII, 597, 1; XIX, 84, 2. Mundus factus est ex materia invisa, qua, VIII, 518, 1 : *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia invisa, immittere illis multitudinem ursorum aut audaces leones.* Mundi creatio per partes exponitur, X, 311, 2 : *In verbo ejus stetit aqua sicut congeries, et in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum.* Sex diebus conditus est, XXI, 352, 2. Mundus quomodo dicatur immensus, cum sit creatus et finitus, XII, 443, 1 : *O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus! Magnus est, et non habet finem : excelsus et immensus.* Quomodo sit in Deo, et Deus in mundo, XIX, 76, 2 : *Omnia per ipsum, et in ipso creata sunt.* Sicut aqua in spongia, sic mundus est in Deo. Deus est adamas mundi, *ibid.* Mundus totus est in Deo, sicut spongia in mari, X, 417, 1 : *Consummatio autem sermonum, ipse* (Deus) *est in omnibus.* Mundus exemplaris vocatur a Timæo, Deus, XIII, 576, 1. Mundus sublunaris vocatur conglobatio, vel globus elementaris, item fasciculus, 638, 2 : *Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, et fasciculum suum super terram fundavit.* Ejus a Deo creatio et gubernatio quæ primo Symboli articulo traditur, recte per jaspidem adumbratur, XXI, 384, 2.

2° *Mundi compositio, finis, mira pulchritudo, Deum annuntiat et prædicat.* Mundi pulchritudo consistit in rerum varietate, ordine, universitate; in rerum connexione, in rerum antipathia et sympathia; in rerum proportione; in optima ejus administratione, I, 74, 2. Tum quia homini omnia serviunt, 75, 1. Tum quia Deus mala omnia ordinat in bonum, *ibid.* Mundi finis est Christus et Maria, IX, 617, 1. Mundus creatus est ad usum fidelium, et totus fideli servit, V, 526, 1. Eam possidet, qui Deum habet, *ibid.* Creatus est etiam propter impios, VII, 73, 1. Mundus disputationi hominum traditur, *Job*, 283, 1. Datur disputationi, qua ratione, VII, 140, 2 : *Cuncta fecit* (Deus) *bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum.* Ejus miracula, X, 381, 1 : *Omnia hæc vivunt, et manent in sæculum et in omni necessitate omnia obaudiunt ei.* Mundus in manu Dei est ut momentum stateræ, XI, 499, 1 : *Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt : ecce insulæ quasi pulvis exiguus.* Coram Deo est quasi gutta, VIII, 522, 2 : *Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta roris antelucani quæ descendit in terram.*

Mundus est quædam musica, IX, 429, 1. Mundus est musica suavissima modulatoris Dei. I, 75, 1. Mundus est carmen et canticum Dei, XIII, 576, 1; XVII, 328, 1; 329, 2. Mundus ex S. Antonio est liber divinitatis, I, 1, 1; VII, 509, 2. Liber est divinitatis, et speculum divinorum in quo seipsum depinxit Deus, XVIII, 51, 1 : *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.* Mundus cum omni sua perfectione Creatoris perfectionem exprimit, IX, 1, 1. Est velut liber Dei majestatem repræsentans et exponens, X, 415, 1. Mundus est umbra Dei, VIII, 547, 1 : *A magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* Est scintilla et stilla divinitatis, X, 380, 1 : *Quam desiderabilia omnia opera ejus, et tanquam scintilla, quæ est considerare!* Mundus ostendit nomen aliquod esse suo ordine et rerum varietate, I, 75, 2. Ex mundi opificio naturaliter potest nosci Deus unus in essentia, XVI, 304, 2 : *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.* Mundi opificium et omnes creaturæ conditorem suum prædicant, et in ejus notitiam nos ducunt, *Job*, 283, 1, 2 et seq. : *Nimirum interroga jumenta et docebunt te; et volatilia cœli, et indicabunt tibi. Loquere terræ, et respondebit tibi : et narrabunt pisces maris.* Mundi elementa sunt quasi quatuor evangelia, 283, 2; 559, 2. Creaturæ hymnis et concentibus Deum laudant, 284, 1. Omnis creatura mundi clamat creatorem Deum, 284, 2 : *Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit? in cujus manu anima omnis viventis, et spiritus universæ carnis hominis.* Cognitio Dei ex mundi creaturis, 285, 1, 2 : *Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis saporem : in antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia?* Mundus est schola sapientiæ, *Job*, 559, 2 : *Quando ponebat pluviis legem, et viam procellis sonantibus; tunc vidit illam* (sapientiam), *et enarravit, et præparavit, et investigavit.* Mundus Dei artificium et templum, *ibid.* Illius laudem resonat, 560, 1. Mundus totus est domus Dei, V, 248, 1; XII, 442, 2. Est quasi templum Dei, I, 692, 1; VIII, 632, 2; XXI, 113, 1. Est fanum Dei sanctissimum, XIV, 335, 1. Est templum Dei in quo et pro quo orat episcopus, XIX, 195, 1.

Mundus totus per dispositionem castrorum Hebræorum in deserto significabatur, I, 199, 2. Mundus est quasi magnum quoddam animal, XIV,

261, 2; XVII, 329, 2. Est velut magnus homo, X, 414, 2. Ejus membra describuntur, XII, 542, 2. Est quasi navicula, VIII, 558, 1. Assimilatur currui cherubino, XII, 511, 5. Triplex mundus physicus triplici templo figuratur, 805, 1 (*Vide* CREATIO, CREATURA, DEUS.)

4° *Mundus quando durabit, et quomodo consummabitur.* Mundus sine intercessione sanctorum non tamdiu subsisteret, *Psalm.* II, 224, 2. Quamdiu durabit, et quot annos stabit, XIV, 242, 2 : *Domine, opus tuum in medio annorum vivifica illud. In medio annorum notum facies;* XV, 517, 2 : *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus Pater;* XIX, 135, 2 : *De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet,* XXI, 146, 2; 352, 2. Ejus dies et anni annumerari queant, IX, 54, 1. *Arenam maris, et pluviæ guttas, et dies sæculi quis dinumeravit?* Juxta multos, verbi gratia, S. Hieronymum, per sex millia annorum stabit, quia sex diebus creatus est, dies autem unus pro mille annis apud Deum computatur, XX, 480, 1 : *Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus.* Mundus senescere et ad occasum tendere videtur, XXI, 353, 2. Ejus ad finem vergentis multa sunt indicia et argumenta, 352, 2 et seqq. Mundi finis instat, XX, 352, 1 : *Omnium autem finis appropinquavit;* 547, 2 : *Cœli autem qui nunc sunt, et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii, et perditionis impiorum hominum.* Igne conflagrationis peribit, XIV, 615, 1, 2; 483, 1, 2, usque ad 489, 2 : *Adveniet autem dies Domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur.* Ejus consummatio fiet noctu, 482, 2. Non statim finietur, signis præviis jam cessantibus, XV, 519, 1. Mundi regeneratio in die judicii fiet, XVII, 121, 2 : *Quem* (Jesum) *oportet cœlum suscipere usque in tempore restitutionis omnium.* Mundi excrementa, illo jam igne expurgato, in locum inferni colligentur, X, 321, 1 : *Ignis, grando, fames et mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt; bestiarum dentes, et scorpii, et serpentes, et rhomphæa vindicans in exterminium impios.*

II. MUNDUS PRO HOMINIBUS MUNDANIS ACCEPTUS. — Primo. *Quid sit mundus et ejus spiritus.* Mundus subinde capitur pro hominibus mundanis vel carnaliter viventibus, XVI, 304, 2 : *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit,* XX, 94, 1 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem..... immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Qui sint homines de hoc mundo, XVI, 442, 1 : *Et dicebat illis* (Jesus) : *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Quis mundi spiritus sit, XVIII, 263, 2 : *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.* Mundi judicia perversa sunt, XV, 604, 1. Mundus Christum incarnatum non cognoscit, XVI, 304, 2. Sapientia ejus a Deo reprobata; vicissim ei odiosa sapientia Dei, XVIII, 254, 1 : *Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* Mundus viros sanctos putat insanire, cur, VIII, 380, 2 : *Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore;* XVII, 421, 1 : *Hæc loquente eo, et rationem reddente, Festus magna voce dixit : Insanis, Paule : multæ te litteræ ad insaniam convertunt.* Est ipse senex fatuus, IX, 671, 2 : *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum : Pauperem superbum; divitem mendacem; senem fatuum et insensatum.*

Secundo. *Mundi agendi ratio erga pios et bonos.* Mundus miratur, non diligit eos qui de mundo non sunt, *Psalm.* II, 357, 1 : *Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis.* Cur oderit pios, XVI, 569, 1 : *Si de mundo fuisselis, mundus quod suum erat, diligeret : quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Odit sanctos ob quinque causas : *primo,* propter morum dissimilitudinem; *secundo,* ob invidiam; *tertio,* quod mundani videant sanctos se separasse ab eorum consortio; *quarto,* quia sancti carpunt et redarguunt pravos mores mundi; *quinto,* quia mundani pleni sunt amore sui; cui contrarii sunt sancti, utpote pleni amore Dei, XX, 574, 1, 2 et seq. : *Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.* Mundus tyrannicus dominus, XIV, 21, 1. Nobis ingratus est hospes, X, 84, 1 : *Hospitabitur, et pascet, et potabit ingratos, et ad hæc amara audiet : Transi, hospes, et orna mensam : et quæ in manu habes ciba cæteros. Exi a facie honoris amicorum meorum : necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.*

Tertio. *Mundus iniquitate et periculis plenus.* Cur mundi rectores vocentur dæmones, XVIII, 674, 1 : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.* Mundus totus in maligno, id est sub diabolo est, XIV, 187, 1 : *Væ, civitas sanguinum, universa mendacii dilaceratione plena, non recedet a te rapina;* XX, 622, 1, 2 : *Scimus quoniam ex Deo sumus, et mundus totus in maligno positus est.* Mundus est plenus pravitate et iniquitate, *ibid.*, 2. Est concupiscentia plenus, *Job,* 782, 1 : *Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, et ponet quasi cum unguenta bulliunt.* Mundus laqueis et retibus plenus, VII, 576, 1; IX, 289, 2 : *Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis.* Mundus est mare, homines pisces, piscatores sunt Christus

et diabolus, XII, 715, 2. Mundus cur sit mare, XIII, 86, 1 : *Videbam in visione mea, nocte, et ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.* Mundi typus est mare Mortuum, XII, 853, 1. Malis et peccatis redundat, 561, 2. Ejus angustiæ sunt Tyrus, 692, 2. Mundus sanctos inquinat, XX, 238, 1. Mundus viro spirituali est desertum, VIII, 5, 2; XXI, 311, 1. Mundus est terra deserta, invia et inaquosa, *Psalm.* I, 400, 1 : *In terra deserta, et invia et inaquosa : sic in Sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.* Mundi lubricitas et pericula, XX, 623, 2. Mundus habet noctes suas, et non paucas, imo totus ipse nox est, totusque versatur in tenebris, VII, 605, 2. Ejus illecebræ blande ingrediuntur, sed misere tandem hominem in interitum demergunt, XIV, 228, 1. Mundus dicitur Ægyptus, XI, 316, 1, 2. Mundi tentatio pluvia denotatur, XV, 217, 1. An iste mundus in bestia maris repræsentetur, XXI, 254, 2. Mundus, id est cœlum impiorum per bestiam coccineam significatur, 311, 2. Item mundus, id est complexio hominum mandanorum mari vitreo mixto igne comparatur, 103, 2; 290, 2. Mundus quia celsa spectat, et humilitatis negligit fundamenta, hinc cito ruit, V, 542, 1. Quomodo a Spiritu sancto redarguendus sit, XVI, 576, 2 et seq. : *Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia et de judicio.* Mundus stat meritis sanctorum, quibus tamen non est dignus, XIX, 490, 1.

III. MUNDUS SUMPTUS PRO IPSA MUNDANA CONCUPISCENTIA. — Mundi plena definitio, XI, 357, 2; XIV, 196, 1, 2; XX, 544, 2: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Mundus Ninivæ comparatur, quoad pompam, opes, vires, gloriam, illecebras, fucum, fraudes, vanitates et excidium, XIV, 196, 1, 2. Mundus est vanitas vanitatum, VII, 16, 2. Mundi vanitates duodecim, 18, 2; 19, 1, 2. Mundus est civitas vanitatis, XI, 357, 2. Est plenus fuco, 356, 1. Mundi inconstantia et mutabilitas, VII, 29, 2; XIV, 49, 2. Ejus vanitas est instar puncti brevissima, XIV, 77, 1, 2. Mundus cito pertransit, et quare, XX, 547, 2; 548, 1 : *Mundus transit et concupiscentia ejus.* Mundi gloria quam sit brevis et fallax, I, 562, 2. Mundi fallacia, IV, 382, 2. Mundi hujus fallacis descriptio, XIV, 188, 2; 190, 2. Ejus pompa et voluptas mendax est, VI, 181, 2 : *Ne desideres de cibis ejus, in quo est panis mendacii;* Job, 603, 2, Mundi et mundanorum quanta inconstantia, I, 444, 1; XII, 727, 1, 2. Ejus gaudium breve et fallax, XVIII, 316, 1 : *Reliquum est ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint, et qui emunt, tanquam non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Mundus est domus mendacii, et omnis mundana hæreditas, præsertim iniquæ acquisita, XIV, 76, 1. Mundi hujus gloriæ est calix aureus, XII, 326, 2.

Mundi gloriam optime repræsentat pavo et pardus variegati, XIII, 89, 1. Mundi honor omnis et gloria est stella cadens, 591, 2. Ejus potentia et regna similia vasis figulinis, XXI, 61, 1.

Mundus locus est lacrymarum, non risus, IX, 571, 1. Mundi gaudia mixta sunt dolori, X, 417, 2 et seq. : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Quæ ejus rei causa, *ibid.* In mundo plausus sæpe in planctum vertitur, IV, 459, 1 (*Vide* MUNDANA).

IV. QUOMODO PII ET SANCTI ERGA MUNDUM SE GERERE DEBEANT. — (Sive erga homines mundanos, sive erga ipsam mundi concupiscentiam). 1° *Mundus non est diligendus,* XX, 544, 2 : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Ejus amor parit odium Dei, *ibid.* et seq. : *Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.* Ejus amor est adulterium, 175, 1 : *Adulteri, nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Dei?* Ejus amicitia quæ, 175, 2. Mundus est hostis Dei, *ibid.*

2° Mundus contemnendus est, utpote senescens, XXI, 355, 2. Ejus omnes opes, pompæ, prosperitates nobis contemnendæ sunt, XIV, 204, 2. In mundo nulla re lætandum, IV, 398, 2 : *Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ et gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, et detester illud quasi pannum menstruatæ, et non portem in diebus silentii mei..., et nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum usque in præsentem diem, nisi in te, Domine Deus Abraham.* In mundo vivant sancti ut in exilio, 309, 1. Mundus mentem satiare nequit, VI, 35, 1. Mundi vanitatem agnoscentes quid petant a Deo, *Psalm.* I, 254, 1, 2 : *Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero.* Mundo quomodo homini pio crucifigatur, quomodo is mundo, XVIII, 579, 1 et seqq. : *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Mundum vincit obedientia, VI, 142, 2. Hunc ejusque principes vincunt fideles, XVI, 588, 2 : *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Mundum vincit fides, XX, 608, 2 : *Et hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra,* Mundum quomodo vicerit Christus puer, XI, 214, 2; 215, 1.

3° *Mundus fugiendus.* Ex eo velut ex Babylone fugiendum, XIV, 375, 2 : *O, O, fugite de terra Aquilonis..... O Sion, fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis.* Ex eo luto quis fugit, XX, 175, 1; 623, 1. Mundum oblivisci quid sit, *Psalm,* I, 298, 1 (*Vide* CONCUPISCENTIA, etc.).

V. MUNDUS PRO UNIVERSA HOMINUM COLLECTIONE ALIQUANDO SUMITUR. — Ipsa mundi conversio soli Dei potentiæ ascribenda, XI, 556, 2; 557, 1. Ejus quatuor plagas Christus in cruce fixus complexus est, XV, 619, 1. Mundus universus S. Petro regendus commissus est, 371, 1. Mundus universus vasi lineo S. Petro apparenti comparatur, XVII, 234, 2. Mundus est velut ager, in quo verbum Dei

seminatur, XV, 331, 2 (*Vide* ECCLESIA, HOMINES).

MUNICIPES. Municipes qui dicerentur, XVII, 385, 2.

MUNIFICENTIA. Munificentia cur vocetur gratia, XVIII, 470, 1.

MUNITIO. Munitiones Hierosolymorum quomodo dejecerint Chaldæi, XII, 242, 2 (*Vide* JERUSALEM).

MUNSTERUS. Munsteri hæretici testimonium pro suffragiis defunctorum, III, 417, 1.

MUNUS. 1° *Variæ munerum species* Munus æstimatur ex animo donantis et dandi celeritate, IX, 144, 2 : *Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.* Munus iniquum perit, et in terram redit, VI, 330, 2 et seq. : *Omne munus, et iniquitas delebitur, et fides in sæculum stabit.* Quæ munera prava in sacrificio dicantur, X, 222, 2. Munera quæ Christo placent, *Psalm.* I, 467, 2. Muneribus symbolicis modimperatorem convivæ cohonestabant, X, 148, 1. Munus in sinu quid sit, VI, 110, 1 : *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.* Ipsum in sinum irati ingerendum, *ibid.* Qualia Jobo oblata, *Job*, 792, 2. Munera hamata quæ dicantur, XIV, 219, 1, 2. Munera detestans vitam agit quietam, V, 472, 1 : *Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam; qui autem odit munera, vivet.* Munera regum contemnentes, regibus fuere superiores, 472, 2.

2° *Munera accipere periculosum et judicibus vetitum.* Ea accipere quam periculosum, IX, 558, 1, 2; 559, 1 : *Xenia et dona excæcant oculos judicum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.* Clam data principi, vel judici, sedant eorum iras, eosque excæcant, VI, 109, 2; 110, 2; 483, 1. Munera comparantur pisciculo torpedini, 110, 1. Excæcant oculos judicum, et reddunt eos mutos, et capistratos, IX, 558, 1, 2; *Job*, 352, 1. Munera corrumpunt judices, *Job*, 683, 2 : *Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas; nec multitudo donorum inclinet te.* Munera oculos et os claudunt, 684, 1. Sapientia et justitia muneribus corrumpuntur, *ibid.* Munera sunt judicum fræna, quæ eos cogunt obmutescere, *ibid.* Munera judicem inclinant, *ibid.* Judicum manus inficiunt, 612, 2 : *Si declinavit gressus meus de via, et si secutum est oculos meos cor meum, et si manibus meis adhæsit macula, seram, et alius comedat : et progenies mea eradicetur.* Tollunt libertatem, et qui munera accipit, libertatem vendit, 352, 2 : *Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.* Munerum acceptio, causa iniquitatis, *Psalm.* I, 148, 1 : *In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.* Infatuant accipientes, V, 529, 2 et seq.

Munera omnia a se abdicet judex, XI, 442, 2 : *Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus.* Munera judicibus interdicta, *Job*, 351, 2; 352, 1. Non recte dantur judici in causa iniqua, V, 549, 2 : *Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii.* Ea dans plerumque injustam fovet causam; ea accipiens, iniquam pronuntiando sententiam, impius est, *ibid.* Habent vim etiam in judices æquos, *ibid.* Ea quibus judicum gratia quæritur, sunt vetita, non illa quibus, ad obtinendum jus sibi debitum, via ad magnates sternitur, 575, 2 : *Donum hominis dilatat viam ejus; et ante principes spatium ei facit.* Munera spernenda etiam confessario et prædicatori, XVII, 373, 1 : *Argentum et aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.*

Munera respuere sanctitatis indicium est, III, 326, 1 : *Dixit autem Samuel ad universum Israel... Loquimini de me coram Domino, et coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum; si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, et contemnam illud hodie, restituamque vobis.* Muneribus quomodo quidam corrumpi non potuerunt, I, 385, 1 et seqq.

MUPHAS. *Muphas* dicitur quasi *meophas*, id est exophas, XII, 91, 2.

MURÆNA. Muræna qualis piscis, VII, 518, 1. In cauda animam habet, IX, 257, 2.

MURÆNULÆ. Murænulæ puellarum quidnam sint, VII, 518, 1; XI, 140, 1, 2. Earum varia symbola, VII, 519, 1, 2 et seqq.; 512, 1, 2.

MURITA diaconus. Muritæ diaconi præclarum facinus, VII, 318, 1. Murita Elpiphodorum apostatum suggillat, XVIII, 108, 1. In exilium actus cum clericis quingentis Carthaginensibus, lætus Domino cecinit, XIX, 463, 2.

MURMUR, MURMURARE, MURMURATOR. Murmuratio Deo maxime displicet, XVIII, 342, 2. Murmur contra superiores quantopere Deo displiceat, XX, 673, 1. Murmuris peccatum quam sit grave, 1, 578, 1 : *Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israel : Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti; et mane videbitis gloriam Domini : audivit enim murmur vestrum contra Dominum : nos vero quid sumus, quia mussitatis contra nos?* Murmurare proprie servorum et ancillarum est, XIX, 331, 2. Murmurare Hebræis fuit solemne, XVI, 397, 2 : *Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset : Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi.* Murmurationes Judæorum in deserto, XIX, 381, 1. Ob ea sunt terra promissa exclusi, 383, 1. Murmuris pœna, II, 266, 1; *Omnes qui numerastis a viginti annis et supra, et murmurastis contra me, non intrabitis in terram.* Ejus congrua pœna est lepra, 253, 2. Murmurandum non est contra Deum punientem, XIII,

608, 2. Murmurationem expellit timor Dei, IX, 80, 2. Murmur fratris filii prodigi quid et quos denotet, XVI, 212, 1. Murmur vocatorum prima hora contra vocatos ultima in vineam, unde notum sit, XV, 440, 2; 441, 2; 444, 2. Murmuris viduarum Græcarum quæ esset origo, XVII, 160, 2.

MURUS. 1° Murus calce illinitur ut sit elegantior et contra nimbos et procellas firmior, XIII, 612, 1. Muri civitatis olim Gentilibus erant sacri, IV, 236, 1, 2. Murorum Babyloniorum crassities et altitudo, XIII, 63, 2. Muri urbium aliquando eversi in vehementis cladis et luctus testimonium, XII, 373, 2.

2° Muri urbis Jerusalem quanto temporis spatio fuerint reædificati, IV, 244, 1. Quando et quo ritu dedicati, 258, 1, 2. Muro triplici distinctæ erant tres regiones urbis Jerusalem versus septentrionem, XIV, 279, 2. Murus externus templi totius erat tertius, XII, 783, 2. Muri domus sanctæ interioris qui, IV, 460, 1. Murus ædificatus a Tito circum urbem Jerusalem, ut eam ad extrema redigeret, XIV, 529, 1.

3° Murus fortitudinis symbolum, VIII, 233, 1. Muri tres templi quid anagogice significent in Ecclesia christiana, XII, 784, 1. Murus quomodo mystice dicatur Christus Dominus, 793, 2. Muri civitatis dicuntur viri perfecti, *Psalm*, I, 316, 2. Muri Jerusalem quosnam reædificari postulat David, 343, 1. Murus notat constantes, ostium vero leves et mobiles, VIII, 230, 1. Muro cur comparetur sponsæ soror, 228, 2 et seq. Murus piorum duplex est, legis custodia et Dei protectio, VI, 366, 2. Murus et antemurale varie et mystice accipiuntur, XI, 393, 1, 2.

4° Murus civitatis cœlestis quam esset altus, XXI, 378, 2 et seqq. Quid is repræsentet, 379, 2. Cur fiat ex jaspide, 380, 2.

MUS, MURES. Mures quas clades subinde intulerint, III, 292, 1.

MUSA virgo. Musam virginem quid monuerit beata Virgo, IV, 281, 1. Musa puella ad cœlum a beata Virgine est invitata, XXI, 414, 1.

MUSACH. Musach sabbati est conopeum regium cui rex insidebat, dum sacris intererat, IV, 281, 1.

MUSÆ. Musæ olim rosis coronabantur, IX, 637, 2.

MUSÆUM. Musæum Serapium et Isæum fuit Alexandriæ, XIV, 191, 2.

MUSCA. 1° Musca et hirundo cicurari nequeunt, IX, 364, 1. Musca quomodo præstantior sole sit, XIV, 191, 2. Musca præstat sole, quia animata est, 375, 2. Muscæ mortuæ perdunt unguentum, VII, 331, 1.

2° Muscarum symbola, VII, 331, 2 et seq. Musca hieroglyphicum impudentiæ, 1, 504, 1. Muscæ cur vocentur Ægyptii, XI, 207, 2. Musca oleo se immergens quid repræsentet, VII, 331, 1, 2. Ea hieroglyphicum importunitatis Ægyptiis, 333, 1, 2. Muscæ morituræ quid sint secundum S. Bernardum, 333, 1. Muscarum comparatio cum curiosis, proditoribus, 331, 1.

MUSCULUS. Musculus piscis est ductor balænæ, X, 413, 1.

MUSICA. 1° Musica apud veteres Hebræos, Gentiles et Christianos erat in usu, XI, 159, 2. Maxime in mensis et conviviis, XI, 159, 2; 357, 1; XIII, 398, 1; XVIII, 659, 2. Cur musica olim conviviis adhibebatur, IX, 580, 1; X, 149, 1; 150, 2; 151, 2. Ejus et vini sympathia, X, 150, 2; 335, 1. Musicæ instrumenta aliquando lasciviæ fomenta, *Job*, 446, 2. *Musice vivere* quid sit proverbium, XII, 737, 2. Eam olim soli servi tractabant, XVIII, 556, 1. Cur puer eam discere debeat, VI, 159, 2. Ejus elegantia in quo consistat, X, 150, 2. Musicorum tonorum efficacia, XXI, 129, 2. Musica est concordiæ symbolum, 128, 2.

2° Musica excitat animi affectus, III, 368, 2. Musica instrumenta mentes sanctorum in Deum elevant, IV, 15, 2. In templis recte adhibetur, et commendatur, X, 149, 1, 2; XVIII, 392, 1. Musica non oblectat mœstos, VI, 281, 1. Ejus vis ad sanandos morbos, X, 150, 1. Lethargum ex tarentulæ morsu curat, III, 369, 1.

MUSORITÆ. Musoritæ hæretici a muribus, III, 292, 1.

MUSSAL. Mussal urbs Tigri adjacens an sit Ninive vetus, XIV, 49, 2.

MUSSITATORES. Mussitatores vocantur Judæi, XI, 410, 2 (*Vide* MURMURATORES).

MUSTELA. Mustela et mus quare animalia immunda, II, 69, 2. Mustelas edunt Itali, XV, 97, 1. Significant tropologice pauperum fraudes, II, 69, 2.

MUSTUM. Mustum vini generosi quam sit potens, VI, 420, 1; XIV, 471, 2. Mustum cur statim hominis cerebrum occupet, et hominem ebrium faciat, XIII, 342, 1, 2; 411, 2; XVII, 92, 2. Mustum minus sanum est, et minus gratum appetitui, IX, 286, 2.

MUSULMANI. Musulmani unde dicantur Turcæ, XIX, 409, 1; XXI, 145, 2 (*Vide* MAHUMETANI, TURCÆ).

MUTABILITAS, MUTARE, MUTATIO. 1° Mutari nequit Deus, XX, 67, 1 : *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* (*Vide* DEUS, CAP. III, ARTIC. II, § VII). Mutari cur nequeat Deus, XIV, 596, 1, 2. *Ego enim Dominus, et non mutor*. Mutatio omnis mortis est imitatio, XIV, 597, 1; XX, 67, 2. Mutatio cœlorum et angelorum quæ, VII, 145, 1, 2. Mutationes cœlorum et astrorum an fiant et fieri possint, XI, 449, 1, 2.

2° Mutationi homo est obnoxius, X, 169, 1. Mutamur semper quamdiu vivimus, IX, 360, 1, 2. Mutabilitas animi vento repræsentatur, VI, 270, 2. Mutantes leviter vitæ genus optime conferuntur labruscis, XI, 153, 2.

3° Mutatio locorum vana, *Psalm*. I, 59, 1, 2 : *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ : Transmigra in montem sicut passer*. Mutare locum e necessitate utile est, VI, 336, 1, 2 : *Sicut*

avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. Mutatio officii et loci homines a suis cupediis et amoribus amovet, XIV. 283, 2.

4° Mutationes cordis perversi in melius miraculis potiores sunt, XIII, 582, 2. Mutatio peccatoris qualis in justificatione, XIX, 276, 1 (*Vide* JUSTIFICATIO). Qualis mutatio in Corinthiis e prædicatione Pauli, XVIII, 371, 2.

MUTATORIA. Mutatoria in vestibus quid sint, XI, 141, 1. Mutatoriæ vestes quæ dicantur et sint, XIV, 385, 2. Quid symbolice repræsentent, 386, 1, 2.

MUTILA. Mutila non sunt Deo offerenda, XII, 673, 1 (*Vide* OBLATIO, SACRIFICIUM, VICTIMÆ).

MUTIUS SCÆVOLA. Mutius Scævola manum errantem flammis injecit, XVIII, 380, 1.

MUTIUS (S.). S. Mutius abbas solem occumbere volentem stitit, X, 470, 2.

MUTIUS abbas. Mutius quidam abbas exemplo Abraham paratus filium, ex præcepto superioris, occidere, an peccaverit, I, 247, 1.

MUTUARI, MUTUATARIUS, MUTUUM. 1° Mutuare et commodare qui differant, XVI, 161, 1 : *Mutuum* vox unde derivetur, 115, 2,

2° Mutuum dare est actus misericordiæ, X, 67, 1 : *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo.* Est species eleemosynæ et beneficentiæ, *ibid.* Id dantes magno animo sint oportet, 67, 2. Mutuum in necessitate negare, peccatum est, 68, 2 : *Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis, et iterum redde proximo in tempore suo;* XV, 174, 1, 2 : *Qui petit a te, da ei, et volenti mutuari a te, ne avertaris.* Mutuum dantium exempla, *ibid.* Stimuli ad mutuandum, X, 71, 1 : *Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum.* Mutuans sæpe a mutuatario fraudatur, mutuatarii fraudes, 69, 1 ; 70, 1 : *Multi quasi inventionem æstimaverunt fœnus, et præstiterunt molestiam his qui se adjuverunt. Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus humiliant vocem suam : et in tempore redditionis postulabit tempus, et loquetur verba tædii et murmurationum, et tempus causabitur; si autem potuerit reddere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, et computabit illud quasi inventionem : sin autem fraudabit illum pecunia sua, et possidebit illum inimicum gratis : et convicia, et maledicta reddet illi, et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam.* Non propterea desinat mutuari, 66, 2 ; 70, 2 ; 71, 1 : *Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt;* 71, 2 ; 72, 1 : *Perde pecuniam propter fratrem et amicum tuum, et non absondas illam sub lapide in perditionem,* 73, 1.

3° Mutuanda sunt propria, non aliena, XV, 174, 2. Mutuum ita dandum, ut nulla compensatio inde speretur, XVI, 115, 2 : *Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia..... benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes.*

4° Mutuo accipiens, sive mutuatarius, fit quasi servus mutuantis, VI, 145, 2 : *Dives pauperibus imperat, et qui accipit mutuum, servus est fœnerantis.* Mutuans accipit quasi jus et potestatem in mutuatarium, X, 68, 2. Quando mutuatarius erubescat et pallescat, VI, 146, 2. Qui mutuum petunt, ære alieno gravantur, X, 67, 2. Mutuatarius quid debeat mutuanti, 68, 2 ; 69, 1. Qui mutuum non reddunt, vel sunt pauperes, vel ingrati, XVI, 115, 2. Id reddere negantes, contra justitiam peccant; X, 68, 2 (*Vide* FŒNUS, USURA).

MUTUS. Mutus dicitur a *mussando*, IX, 558, 1. Mutus non semper est surdus, XV, 251, 1. Muti nati sunt surdi, et vice versa, XVI, 13, 1. Mutus in spiritu quando curetur, XV, 251, 2,

MUZE. Muze primi sunt fructus Palæstinæ, similes ficubus, sed his longiores, XIV, 141, 2.

MYCTERISMUS. Mycterismus apud Prophetas frequens est, XIII, 238, 2.

MYGALE. Mygale quale animal sit, II, 69, 2.

MYODES. Myodes erat Deus Arcadum, XVIII, 271, 2.

MYOPS. Myopes dicuntur qui inde ab initio ortus sui nisi admotis oculis contueri nequeunt, a μυωπάζειν venit, XX, 419, 2.

MYRIAS. Myrias est decies mille, XXI. 132, 2 ; 210, 1.

MYRICA. Myrica duplex est, hortensis et sylvestris, hæc dicitur maledicta, quia sterilis est, XII, 139, 1. Ipsa symbolum hominis vilis, humilis et abjecti, XI, 624, 1, 2 ; XII, 139, 1, 2. Item peccatoris sperantis non in Deo, sed in homines, XII, 139, 1, 2.

MYRMEDONES. Myrmedones populi unde ita dicti sunt, V, 158, 2.

MYRMICOLEON. Myrmicoleon quale sit animalculum, IV, 547, 2 ; VI, 155, 1, 2. Myrmicoleon cibo formicarum insidiatur, eamque in hieme comedit, V, 157, 2 et seq. Myrmicoleon quid symbolice designet, IX, 228, 1. Est typus diaboli, VI, 155, 1, 2; *Job*, 109, 1.

MYROGENES. Myrogenes monachus hydropicus, de exteriori hydrope non laboravit, de interiori sollicitus, XVIII, 443, 2 et seq.

MYRRHA. 1° Myrrha arbustus describitur, exsudat stacten, VII, 526, 1, 2 ; IX, 645, 1. Myrrhæ liquor myrrha dicitur, VII, 526, 1, 2. Ejus virtutes et effectus, VII, 528, 2 ; IX, 645, 1. Myrrhæ amarities quanta sit, XI, 387, 1. Myrrha soporem discutit, VIII, 109, 1. Cadavera a putrefactione præservat, XV, 640, 1. Myrrhatum vinum idem est quod felle mixtum ; et tale propinatum Christo ante mortem, XV, 616, 1.

2° Myrrham Christo magi obtulere velut homini morituro et sepeliendo, XV, 81, 1. Convenit Christo variis de causis, VII, 527, 1. Myrrha Christi quadruplex, VIII, 90, 2.

3° Myrrha symbolice significat pœnitentiam, baptismum, martyrium, VIII, 90, 2. Mortificationem et compunctionem significat, VIII, 2, 2; IX, 645, 1. Myrrha et aloe significant fortitudinem et temperantiam, mortificationem et tentationum amaritudinem, continentiam et castitatem, martyrium et pœnitentiam, VIII, 81, 1. Myrrha et thus significant mortificationem et orationem simul esse jungendas, 56, 1.

MYRTITES. Myrtites vinum quas vires habeat, XIV, 364, 1.

MYRTUS. 1° Myrtus ob siccitatem amat loca demissa et irrigua, XIV, 362, 2. Est myrtus etiam si sit inter urticas, IV, 269, 2; 368, 1. Semper viret, ejus oleum astringit et indurat, XIV, 364, 1. Est herbarum pulcherrima, IV, 368, 1. Ejus succus quam sit præstans et efficax, XIV, 364, 1. Ejus baccis olim pro pipere utebantur, *ibid.* Ex ejus baccis fit vinum, ejus odor, 363, 2. Valet ad conciliandos dissidentium animos, *ibid.*, 2 et seqq. Est brevis vitæ, sed celeris fructus, *ibid.*

2° Myrtus quia solaciam juvat, Veneri sacra erat olim, XI, 654, 2; IV, 363, 2. In festis et ludis Romani myrto tempora cingebant, XIV, 364, 1. Sacris olim adhibebatur, *ibid.* Ex ea fiebat corona principum, 363, 1. Myrti ramo circumlato olim mos erat convivas ad cantandum in conviviis excitare, 362, 2. Ea horti et villæ sepiri solebant, 364, 1.

3° Myrtus est symbolum lætitiæ et hilaritatis, IV, 368, 2; XIV, 362, 2. Justorum est symbolum ob soliditatem, pulchritudinem et fragrantiam bonorum operum, XIV, 363, 1. Est symbolum beatæ Virginis, item omnium justorum, 363, 1, 2.

MYSIA. Mysia unde dicta, an duplex, XVII, 307, 2. Mysi quam fuerint viles, *ibid.*

MYSTÆ. Mystæ unde dicti, XVIII, 262, 1.

MYSTERIUM. 1° *Mysterium proprie quid sit, et mysteria quæ dicantur;* IX, 209, 1: *Sapientiæ enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta;* XVIII, 262, 1 : *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Mysteria multa captum humanum superant; IX, 131, 1: *Altiora te ne quæsieris et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus ejus non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.* Mysteria quænam nostræ fidei sint difficillima, XII, 631, 2. Mysteria Dei inscrutabilia, *Job*, 688, 2: *Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere : Operatus es iniquitatem? Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri. Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram : numerus annorum ejus inæstimabilis* (*Vide* DEI INCOMPREHENSIBILITAS). Mysterium SS. Trinitatis, VII, 113, 1. Mysteria Trinitatis et Incarnationis Dei sunt incomprehensibilia, XI, 171, 1. Mysteria Incarnationis et Eucharistiæ inter se comparantur, 201, 2. Mysteria omnia vitæ Christi prodigia, X, 232, 1 (*Vide* EUCHARISTIA, INCARNATIO, JESUS CHRISTUS, TRINITAS.)

2° *Quomodo revelata varia fidei mysteria.* Mysteria fidei apertissime docentur in Evangelio, XV, 4, 2. Ea absconduntur superbis et prudentibus, sed revelantur parvulis imperitis, simplicibus, 292, 1; 293, 1 : *In illo tempore, respondens Jesus, dixit : Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Mysteria cœlestia fidei clariuti sunt revelata apostolis in Novo Testamento, quam Mosi et prophetis, XXI, 93, 1. Mysteria vitæ Filii qualiter beata Virgo ignorarit, XVI, 84, 1 : *Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.* Mysterium vocationis Gentium prophetis paucis obscure revelatum, id passim miratur Apostolus, id ei primum innotuit, XVIII, 4, 1; 610, 2; 611, 1 : *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis : quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi : prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi : quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus, et prophetis in Spiritu. Gentes esse cohæredes, et concorporales, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium.* Hinc et mysterium vocat judicium Dei de secutura Judæorum conversione, 194, 1: *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret.* Quod mysterium habere dicantur diaconi, XIX, 216, 2 : *Diaconos similiter pudicos..... habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Mysteria *Apocalypseos* nullus hominum vel angelorum cognovit, nisi Deus et Dei Filius, XXI, 122, 1: *Quis est dignus aperire librum, et solvere signacula?* Mysterium et sigillum libri signati quomodo differant, 120, 1.

3° *Mysteria divina non sunt humano sensu rimanda,* VI, 183, 2 : *Noli laborare ut diteris; sed prudentiæ tuæ pone modum.* Divina mysteria non sunt superbe scrutanda, *Job*, 688, 2 et seq.

4° *Quibus mysteria fidei committenda.* Rudi plebi non sunt revelanda, VI, 254, 1, 2 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Mysteria arcana fidei non sunt insipientibus committenda, 189, 2 : *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam tuam.* Mysteria fidei olim nefas erat scripto committere, XVIII, 575, 2.

5° *Mysterium iniquitatis quid sit,* XIX, 152, 2: *Nam mysterium jam operatur iniquitatis,* 153, 1. Est figura Antichristi, 154, 1. Mysterium iniquita-

tis quomodo appellentur Roma et Romani imperatores, XXI, 306, 2; 314, 1, 2 : *Et in fronte ejus* (mulieris) *nomen scriptum : Mysterium : Babylon magna, mater fornicationum, et abominationum terræ.*

MYSTICA SCIENTIA ET THEOLOGIA. Mystica scientia et doctrina quæ sit, IX, 209, 1, 2. Mystica theologia qualis, *Job*, 112, 2. Mystici theologi a Deo erudiuntur, 673, 2.

MYTHOLOGI, MYTHOLOGIA. Mythologi sunt apologorum scriptores, IX, 554, 2; 555, 1. Mythologia quam sit antiqua, 385, 2.

N

N et L, quia labiales, sæpe inter se commutantur, et N sæpe liquescit in L, VIII, 161, 1; XI, 562, 2; XV, 359, 2.

NAAMAN. Naaman leprosus a Deo humiliatur, IV, 25, 2. Famulorum suorum pater erat, *ibid.* Ad Deum convertitur per sanctitatem Elisei, 26, 2. Ab idololatria excusatur, et a scandalo, 27, 1, 2. Fit fidelis, non Judæus, et salvatur extra judaismum, IV, 281; XVIII, 62, 1.

NAAS. Naas misericordiam fecit cum David fugitivo, III, 472, 1, 2. Fuit typus diaboli et in quo, XIV, 382, 1; XX, 396, 2.

NABATHÆI. Nabathæi ignavos oderant, XXI, 83, 1.

NABO. Nabo erat nomen idoli Chaldæorum, IV, 318, 1. Nabo Deus Babyloniorum unde dictus, XI, 562, 2; XII, 298, 1. Videtur idem esse quod Merodach, *ibid.* Nabo urbs etiam Moab in tribu Ruben, unde Nabuthæi, IV, 459, 1; XII, 298, 1.

NABONASSAR. Nabonassar pater Mardokempadis, XI, 485, 1. Nabonassar quando in Babylone regnare cœperit, XII, 476, 1. Idem est qui Baladan, *ibid.* Constituit æram Babylonicam, *ibid.* et 2.

NABONITUS. Nabonitus an fuerit Darius Medus ex sententia Scaligeri, XIII, 76, 1.

NABOPOLASSAR. Nabopolassar nomen unde componatur, XIII, 17, 2. Ab anno primo Nabopolassar publica auctoritate constituta est æra Babyloniorum, XII, 475, 2. Quot annis regnarit, *ibid.* Fuit is pater Nabuchodonosoris, *ibid.* Vocatus est et Nabulassar, 476, 1. Ipse evertit Niniven, et transtulit in Babylonem Assyriorum monarchiam, *ibid.* et 2.

NABOTH. Naboth fuit vir probus, III, 666, 1, 2. Typus fuit Christi, *ibid.* Lapidatur et ejus filii occiduntur, 667. 1.

NABUCHODONOSOR. I. NABUCHODONOSORIS NOMEN, ET QUI EO NOMINE APPELLATI SUNT. — Nabuchodonosor nomen est babylonium et chaldæum, IV, 314, 2. Et commune fuit regibus Chaldæorum, 317, 2. Quid significat hebraice, 318, 1. Nabuchodonosoris nomen compositum ex tribus, XIII, 17, 2. Nabuchodonosores fuere duo, pater et filius, sive Senior, et Junior aut Magnus, XII, 205, 1.

II. NABUCHODONOSOR SENIOR. Nabuchodonosor Senior, alio nomine dictus Nabonassar vel Nabopolassar, an everterit Niniven : fuit pater Nabuchodonosoris Magni qui evertit Jerusalem, XIV, 173, 2; 174, 2. Reipsa evertit Niniven, XII, 12, 2. Auctor fuit monarchiæ Babyloniæ translatæ ab Assyriis, 476, 2. (In *Commentariis in Nahum*, XIV, 174. 2, Cornelius asserit e contra Niniven excisam esse post Jerusalem excidium a Nabuchodonosore juniore. Ob hanc contradictionem, aliqua laborant obscuritate quædam Nabuchodonosori vel Seniori, vel Juniori, ab eodem auctore assignata.)

Nabuchodonosor qui misit Holofernem quis, IV, 314, 2; 317, 1, 2. Videtur gente et origine fuisse Babylonius, 318, 1. Vocatur Assyrius, ut distinguatur ab altero, *ibid.* Vincit Arphaxad et victoria tumet, *ibid.*, 2. Non fuit Xerxes, *ibid.*, 1. Ejus mandata Holoferni data, 320, 1, 2. Quantus fuerit ejus terror, 323, 1. Deo ac divinitati bellum indicit, ipseque vult haberi et coli ut Deus, 322, 2. Sed falso, 326, 2. Voluit solus ut Deus coli, 322, 2.

III. NABUCHODONOSOR JUNIOR DICTUS MAGNUS. — 1° Nabuchodonosor Magnus ille Chaldæorum quando se fecerit monarcham, IV, 311, 2. Non est hic qui misit Holofernem cum exercitu, 314, 1. Quo sensu dicatur Babyloniam condidisse, 317, 1. Quomodo dicatur Assur, cum esset Chaldæus, XI, 616, 2. Chronologia vitæ Nabuchodonosoris, XII, 717, 2; XIII, 17, 2.

2° Nabuchodonosor Junior primo Niniven, deinde Syriam et Judæam occupavit, XII, 20, 1. Ejus cum Pharaone rege Ægypti bellum describitur, 176, 2. Ægyptiis profligatis Jerusalem cepit et succendit, 627, 2. Quando primo, quando secundo obsederit Jerusalem, 247, 1. Quatuor ejus expeditiones in Judæam significantur per erucas, locustas, bruchos, rubiginem, XIII, 483, 1, 2. Tres tantum ipse expeditiones in Judæam fecit: *primo*, anno regni sui tertio invasit eam; sed paucos, puta Danielem cum sociis, abduxit; *secundo*, anno regni sui octavo rediit et Joakim regem occidit, filiumque ejus Joachin sive Jechoniam cum multis aliis captivos in Babylonem abduxit; *tertio*, anno regni sui decimo octavo, Jerusalem cepit et evertit, Sedeciam regem exoculavit, filios ejus aliosque principes occidit, cæteros omnes in Babyloniam transtulit, XIV, 219, 1. Ejus omen per sagittas

quale sit, XII, 656, 2. Quoto anno Joakim venerit in Jerusalem, XIII, 1, 2. Ter cepit et vastavit eam, 9, 1. Vasa templi quænam Babylonem transtulerit cum Sedecia, XII, 205, 2. Ad eum Epiphaniæ agentem ductus est Sedecias rex. 270, 1. Quomodo eum infidelitatis arguerit et castigarit, *ibid.*

3° Nabuchodonosor Magnus cum suo exercitu illæ succensæ comparatur, XII, 10, 1. Dictus est leo ob ferociam, lupus ob avaritiam et voracitatem, et pardus ob dexteritatem et celeritatem, 53, 1, 2; 312, 1. Recte vocatur lupus vespertinus et nocturnus, 53, 2. Cur dicatur leo et leæna, XIII, 86, 2. et seq. Per aquilam repræsentatur, XII, 625, 1, 2. Ejus exercitus mystice sunt pennæ aquilæ. *ibid.* Cur alas aquilæ et evulsas quidem habere dicatur, XIII, 86, 2. Assimilatur leoni, VI. 466, 1, 2; XIV, 85, 1. Ejus insatiabilis rapacitas, XIV, 218, 2. Fuit latro, id est prædo, XII, 153, 1. Fuit Dei miles quasi mercede conductus ad ejus vindictam peragendam, *ibid.* Non ex se, sed Dei jussu Judæos invasit, XI, 76, 1. Dictus est sator et messor, cur, XII, 319, 2. Est piscator Dei, XIV, 214, 1. Ejus exercitus vocatur hamus, sagena, rete, 219, 1. Piscatori cur comparatur, 219, 2; 220, 1. Item ebrio, 228, 1. Austro comparatur, XII, 700, 2. Ulciscens pauperum oppressionem an fuit typus Christi, XIV, 225, 1. Comparatur inferno et morti, 228, 1. Minister fuit et typus diaboli, 211, 1. Qua in re Antichristi fuerit typus, 422, 2. Nabuchodonosor et Nubuzardan denotantur per duas mulieres impietatem in Babylonem abripientes, 421, 2. Nabuchodonosor an designetur per currum Dei, XII, 498, 1.

4° Nabuchodonosor post captam Jerusalem invasit Ammon, Moab, Edom, Tyrum, XIII, 547, 2. Ejus victoriæ, XIV, 174, 2. Dei instinctu videtur Tyrum invasisse bello justo, XII, 718, 1. Tredecim annis Tyrum obsedit, XIII, 544, 1. Ægyptum occupaturus prædicitur, XII, 281, 2; 292, 2. Quando Ægyptum vastaverit, XI, 310, 1; XIII, 17, 1. Anno regni sui non vigesimo quinto sed trigesimo quinto, expugnasse Ægyptum probatur, XII, 717, 1. 2. Quando Cœlesyriam vastarit, 296, 2. Idumæam quomodo subegerit, 311, 2. Quo anno Persas subegerit non constat, 314, 1, 2. Quando subegerit Æthiopes, XIV, 292, 2. Vastavit etiam Arabiam, XI, 334, 2. Moabitas vastavit, et quando, 297, 1; 304, 1.

5° Nabuchodonosoris regni amplitudo et diuturnitas, XII, 625, 1, 2. Dictus est rex regum: ejus fortitudo et rerum gestarum magnitudo, 688, 2. Quo anno regni viderit somnium de statua, XIII, 17, 1. An juste ariolis mortem intentarit, nisi veritatem sui somnii exponerent, 18, 2. Ejus et Babyloniorum gloria et felicitas, 22, 2. Danielem cur et quomodo adorarit, 33, 2. Quo anno regni statuam auream erigi jusserit, 38, 1. Ejus inconstans et volubile ingenium, *ibid.* Cur statuam auream erigi jusserit, *ibid.* Maluit adorari in statua ut Deus, IV, 372, 2. Est exemplum regis impii, *Job*, 342, 2. Non videtur plane prodigio trium puerorum ad Deum conversus, sed tantum vetuit ne quis eum blasphemaret, 52, 2. Quo anno regni sui viderit visionem de arbore magna, 54, 2; 55, 1.

6° Quo anno regni Nabuchodonosor mutatus sit in bestiam, XIII, 55, 1. Cur Danielem vocet collegam suum, *ibid.* Nabuchodonosor ob extollentiam a Deo est punitus, IX, 174, 1; 188, 2. Ob superbiam in belluam mutatus est, XIV, 211. 2. Cum primum in amentiam versus est, a suis est vinculis astrictus et inclusus, sed monitu Danielis solutus et dimissus vivit in silvas, XIII, 57, 1, 2. Historia hæc non fuit parabolica, sed vere contigit, *ibid.* An vere Nabuchodonosor in belluam sit mutatus, 57, 2 et seq. Factus est velut uri vel bisontis, *ibid.* An per melancholiam, 58, 2. Tamen mansit vere homo, 59, 1. Mutatus in bestiam fuit, quia hoc ipse imaginabatur, quia complexio ejus fuit efferata, quia fuit amens, *ibid.* Quia habitu erat ferino, reptabat ut fera, cum feris herbas comedebat, mugiebat ut bos, *ibid.* et 2. An habuerit cornua, *ibid.* Ejus mutationis vix meminere Gentiles, *ibid.* An per eleemosynam dilata sit ad annum Dei contra eum sententia. 62, 2. Eo ejecto, quinam regnum ejus administrarint, 63, 1. Quomodo capilli ejus in similitudinem aquilarum excreverint et cur, 63, 2. Apte habuit pilos aquilæ, et ungues avium rapacium, 64, 1. Ejus fastus, Dei oblivio et contemptus, 62, 2. Septem annos integros cum bestiis vixit, 64, 2. Postea ad se rediens videtur conversus et salvatus, etsi auctor de ejus conversione et salute dubitet, *ibid.* Cur Nabuchodonosoris Deus misertus sit, non Pharaonis, XVIII, 169, 2.

NABUZARDAN. Nabuzardan an dicatur lupus, XII, 52, 2. Jeremiæ munera dedit et libertatem, 127, 2. Qua dignitate apud Nabuchodonosorem fungeretur, 270, 2.

NÆNIA. Næniam et lamentum etiam significat parabola, XIV, 82, 1.

NÆVIUS. Nævius poeta, coævus Judæ, Jonathæ et Simoni Machabæis, IV, 405, 1.

NAHAR. *Nahar* hebraice tam lumen quam flumen significat, XVI, 461, 1, 2.

NAHUM. Nahum nomen quid sonet hebraice, XIV, 155, 2. Ex Elcese viculo Galilææ ortus fuit, 158, 2. Quando floruerit, XI, 58, 1. Quo tempore prophetarit, XIII, 255, 2; XIV, 198, 1. Post Jonam quot annis, 154, 2. Quid tractet, XI, 59, 2; XIII, 255, 2. Qua occasione contra Niniven prophetet, XIV, 154, 1. Quando ejus prophetia completa, 154, 2 Ejus ostenta quæ prodantur, 155, 1. Misit prophetiam suam ad Ninivitas per epistolam, 158, 1. Vocat prophetiam suam *onus* et *visionem*, cur 157, 1, 2; 158, 1. Ejus prophetia contra Niniven comparatur pluviæ serotinæ, et prophetia Jonæ pluviæ matutinæ, 158, 2. Ejus ænigmata, XIII, 267, 1. Ejus adagia, 272, 1, 2.

NAIM. Naim civitas ubi sita, et unde sic dicta, XVI, 118, 1.

NAIRES. Naires Calecutani quam sint arrogantes, VI, 439, 2.

NANEA. Nanea dea Gentilium quæ, IV, 499, 1.

NANTINUS. Nantinus comes Engolismensis misere mortuus est, II, 322, 1.

NAPEÆ. Napeæ florum deæ unde dictæ sint, XII, 546, 1.

NAPHAT. *Naphat* est regio, provincia, IV, 502, 1.

NAPHTA. Naphta est genus bitumini liquidi, et ignis pabulum, IV, 502, 2; XIII, 43, 2.

NARCISSUS flos. Narcissus flos torporis est symbolum, VI, 22, 2.

NARCISSUS. Narcissi domus Romæ cur a Paulo salutata, XVIII, 243, 1.

NARCISSUS episcopus Hierosolymæ. Narcissi episcopi Hierosolymitani falsi accusatores quas pœnas dederint, II, 468, 1.

NARDUS. 1° Nardus pistica quæ sit, XVI, 503, 2 et seqq. Describitur, habet spicas et folia et, ejus spicæ et folia unguentum dant, VII, 524, 1; XV, 713, 1; XVI, 503, 2 et seq. Amara est et odora, VII, 524, 1. Ex ea unguentum odoratissimum fiebat, XV, 545, 1. Calefacit, exsiccat, viret perpetuo, VII, 524, 2. Herba humilis est et despecta, *ibid.*

2° Nardus est Christus, VII, 525, 2. Est humilitas Mariæ, *ibid.* Ejus symbola, VIII, 80, 1. Symbolum est humilitatis, fidei, pœnitentiæ, orationis, virtutum omnium, VII, 524, 1, 2 et seq.

NARES. Nares latæ et arctæ longanimitatem vel iracundiam denotant, VI, 11, 2; 273, 1; XIV, 159, 2. In naribus maxime ira se prodit, XIX, 307, 2. Nares latas habentes, tarde irascuntur, et cito placantur, XIII, 496, 1. Narium longitudo signum est sapientiæ, VI, 13, 1. Signum sunt lenitatis, vel excandescentiæ, V, 422, 2 (*Vide* NASUS).

NARRATIO. Narratio Dei quæ vocetur, IX, 217, 1. Narratio iterata, dum per varia corda et ora transit, suam formam et speciem mutat, 531, 2; 532, 1. Narratio importuna gravis est audienti, 581, 1, 2. Narrationes senum non sunt despiciendæ, 268, 1, 2.

Narratio S. Lucæ de Angelis Magdalenæ et mulieribus apparentibus, an alia sit a narratione S. Matthæi, XV, 649, 1; 652, 1.

NARSES. Narses erat eunuchus imperatoris Justiniani, et dux victoriis celebris, XII, 9, 2. Ejus pietas, II, 470, 1. Narses beatæ Virginis mire fuit studiosus, V, 213, 2. Unde hæc insignes ei de Gothis victorias dedit, II, 263, 1; V, 217, 2. Contumeliam imperatricis per gravem Romani imperii eladem vindicavit, VI, 496, 2. Ab æmulis accusatus, et contumeliose ab imperatrice habitus, Longobardos in Italiam evocavit; sed hæc historia fide caret, XXI, 231; 329, 2.

NASIM. *Nasim*, id est *oblivio*, cur vocetur hebraice femina, XXI, 244, 1.

NASTURTIUM. Nasturtium unde dicatur, est symbolum divitis pauperes emungentis, IX, 388, 1.

NASUS, NASUTUS. Nasorum et nasutorum physiognomia, VIII, 180, 1. Nasi officia, *ibid.* Nasus magnus index magni judicii et animi, 179, 2. Nasus indicat animi passiones, IX, 541, 2; 542, 1. Nasus pro iracundia, *Psalm.* I, 100, 2. Nasus index iræ et irrisionis. XIII, 238, 2. Nasutus dicitur qui alios irridet, 239, 1. Nasus est dicatus subdolæ irrisioni, V, 52, 2, et seq. Nasus providentiam significat, VIII, 180, 2. Est discretio, 181, 1.

Nasus sponsæ in *Cantico* qua ratione turri comparetur, VIII, 179, 1, 2. Nasi et turris comparatio, *ibid.*, 2.

Naso suspendere quid sit, XIII, 238, 2. Nasum nimis emungens, elicit sanguinem, quid, VI, 474, 2; 475, 1 (*Vide* NARES).

NATALIA (S.). S. Natalia Adrianum conjugem vocabat dominum, IX, 642, 1. Non modo eum ad fidem, sed et ad martyrium obeundum provexit, XVIII, 306, 2 et seq.; XIX, 205, 1.

NATALIS dies. Natali die amicos læsos inaurium donatione placabant amici offendentes, VI, 268, 1.

De natali Messiæ inquirere Judæi neglexerunt, variis alioqui signis ejus visis, de solo natalis loco dubitantes, XVI, 428, 1 Natalem Christi quam devote celebrare nos oporteat, XX, 512, 1, 2.

Natalem unius Joannis Baptistæ celebrat Ecclesia, XVI, 43, 2. Hic et natalis Christi in diverso contingens solstitio, quid symbolice innuat, 350, 1. Natalis martyrum quis dicatur, XX, 373, 2.

NATATILIS. Natatiles aves pedes habent continuos, cur, I, 523, 1.

NATHAN propheta. Nathan propheta est alius a Jonatha, III, 523, 1. Nathan a Deo pro insigni dono Davidi datus, X, 482, 1, 2. Datus ei ad prophetandum et monendum, *ibid.* et seq. Ejus sinceritas et integritas, *ibid.*, 2. Fuit Davidi perfamiliaris et assiduus, *ibid.* Fuit ita amatus a Davide ut filium suum ejus nomine vocarit, III, 481, 1. Nathan fabricam templi ex seipso, Deo non consulto prædicens, erravit, III, 462, 1; XIII, 250, 2.

NATHAN, filius Davidis. Nathan filius David ex Bersabee, alius est a Nathan propheta, XVI, 98, 1. Nathan fuit verus et naturalis Salomonis frater, V, 106, 2. Nathan quidam fuit e majoribus Christi, XIV, 513, 2. Ex eo descendit beata Virgo per matrem, XVI, 96, 1, 2.

NATHANAEL. Nathanael erat a Cana Galilææ: quomodo sit a Philippo ad Christum adductus, XVI, 322, 1. Quis fuerit: est verisimile fuisse S. Bartholomæum, *ibid.* Erat legis studiosus, non doctor, *ibid.*, 2. Audito Philippo, ad Jesum cum eo venit, eumque agnovit esse Christum, 323, 1, 2. Ubi requiescat: nominis ejus etymon, 322, 2.

NATHINÆI. Nathinæi, templi servi, qui et quales fuerint, IV, 210, 1.

NATIO. Natio sumitur pro generatione et successione hominum, IX, 102, 1. Natio a gentilibus

etiam habita ut dea, 102, 2. Natio sapientum qui vocentur, 113, 1. Nationem nationi princeps non præferat, III, 517, 1, 2.

Nationes barbaræ desertæ cur dicantur, *Psalm.* I, 165, 2. Nationes bellicosæ sunt bibaces, VI, 44, 2. Nationes omnes semper sacerdotes habuere et sacrificia, XIX, 393, 1. Nationes diversissimæ quomodo in unam Ecclesiam conveniant, XVIII, 631, 2; XIX, 105, 2.

NATIVITAS. Nativitas Christi in quotum mundi annum inciderit, XXI, 355, 1. Nativitas Christi e Virgine fuit mirabilis, X, 233, 2. Nativitatem duplicem, imo triplicem Christus habet, XIV, 116, 2; XVI, 62, 2 (*Vide* Jesus Christus).

Nativitas hominis duplex, carnalis et spiritualis, XVI, 339, 1, 2.

NATURA. I. Natura Dei.—Naturam divinam essentialiter habet solus Deus, personaliter solus Christus, accidentaliter justi, XX, 410, 2 et seq. Naturæ divinæ obscuritatem immensam Ægyptii significabant per tenebras, I, 604, 1, 2 (*Vide* Deus). Naturam et personam philosophi non distinguebant, IX, 488, 2.

II. Natura divina et humana in Christo. — Naturæ duæ in Christo fuere impermixtæ, XVI, 306, 1. Natura divina et humana Christi ab Apostolo probatur, XIX, 23, 2. Natura Christo et nobis est communis, 373, 1. Christi natura humana ortum habuit in Bethleem, divina fuit ab æterno, XVI, 423, 2; 428, 1. At divina rebus omnibus creatis est major, 479, 1. Naturæ humanæ vitia non assumpsit Christus, XIX, 376, 3 (*Vide* Jesus Christus).

III. Natura rerum *pro principio omnium creatore sumpta.* Natura rerum codex S. Antonii, *Job*, 134, 1; 283, 2. Natura est organum divinitatis, X, 272, 1. Tria naturæ summe mirabilia, 409, 1. Natura opus suum sensim perficit, VI, 401, 1. Ejus vis in minimis se exerit, 460, 1. Natura generat omnes pauperes et nudos, XI, 157, 2. Natura est perfectior arte, XV, 201, 2. Ejus viribus non fiet resurrectio, XVIII, 409, 2.

IV. Natura humana. — 1° *Natura humana in genere.* Natura humana communis est, eademque in singulis individuis, X, 168, 1. Natura omnes pares sumus, dives æque ac pauper, VI, 134, 2; 136, 1. Natura humana quasi vinculum omnium existit, et cum omnibus deliciatur, XIV, 243, 2. Natura humana non vilis apud Deum, *Psalm.* I, 469, 1. Natura humana est objectum amoris naturalis, IX, 373, 1, 2. Ejus dotes sunt velut folia, 425, 2. Natura hominum varietate gaudet, IV, 567, 2. Natura eadem manet in damnatis, XVI, 999, 9.

2° *Natura pro instinctu generali hominum sumpta.* Natura paucis est contenta, VI, 358, 2; X, 79, 2. Necessaria postulat et non delicata, VI, 358, 2. Contra naturam operantur, qui opes coacervant et diligunt, X, 116, 2. Naturam suam quisque examinet in statu, officio et occupatione deligendis, V, 411, 1. Ipsa est ut dux sequenda, VI, 307, 1, 2. Natura fervida ad magna se extollit, XVIII, 2 1; 521, 2.

3° *Naturæ humanæ per peccatum lapsæ status.* Naturæ humanæ per peccatum corruptio, XVIII, 71, 2. Naturæ corruptæ mala, *Psalm.* I, 79, 1, 2 et seqq. Ex natura humana corrupta pullulant quatuor hominum propensiones ad malum, XVIII, 63, 2. Naturæ vulnera quatuor et eorum contraria, *Psalm.* II, 233, 2. Natura humana peccato Adæ collapsa vocatur tabernaculum David, XIII, 643, 2. Naturæ humanæ in peccato jacentis profunditas mystice per lacum repræsentatur, e quo Christus vinctos eduxit, XIV, 461, 2 (*Vide* Peccatum originale).

Naturæ lapsæ infirmitas, V, 69, 1. Propter fragilitatem infanti a parentibus neglecto comparatur, *Psalm.* I, 154, 2. Naturæ viribus ad Dei cognitionem pertingere possumus, XVIII, 49, 2. Non tamen leges supernaturales implere, 62, 2. Nec Deum videre, vel beari, 115, 1. Nec ullum motum et conatum in actum supernaturalem fidei facere, 281, 1. Ejus viribus Pelagius tribuit merita, sed falso, XIX, 323, 2. Natura a gratia perfici debet, VI, 217, 2.

4° *Naturæ lex.* Naturæ legis vis et ortus, XIII, 281, 1, 2. Naturæ lex fere bis mille annis duravit, XXI, 353, 1 (*Vide* Lex).

5° *Naturæ bona.* Naturæ bona sæpe Deus in hac vita justis negat, improbis et inimicis suis confert, XIX, 474, 1, 2 (*Vide* Bona).

NATUS. Nati sunt omnes ex uno, cur, XVIII, 329, 1. Nati recens infantes abluuntur, XII, 606, 1. Et saliuntur, *ibid.* et 2 (*Vide* Infantes, Pueri). Natus ex Deo quomodo peccare non possit, XVIII, 266, 1.

NAUCLERUS. Naucleri partes et munia, V, 27, 2. Eaque gubernatoribus rerumpublicarum accommodantur, *ibid.*

NAUFRAGUS. Naufragus quidam Deo duce salvus post viginti trium dierum jactationem ad littus appulit, X, 165, 1. Naufrago assimilantur damnati, XI, 370, 1.

NAUTA. Nautæ quid faciant in tempestate, XV, 234, 1, 2. Nautæ infideles crebro utuntur sortibus, XIV, 34, 2. Omnes in tempestate qua Jonas jactatus est, quisque Deum suum invocabat, 32, 2. Cur miserint sortes dormiente Jona, 33, 1. Quid a Jona percontati sint, 35, 1. Cur timore magno timerent, *ibid.*, 2. Eorum zelus in eo salvando, 36, 1. An ad verum Deum conversi, et vota voverunt, 37, 2.

Nautarum christianorum patroni qui sint, XVII, 438, 2. Nautæ eleemosynam negantes divinitus sunt in mercibus castigati, IX, 146, 1. Nauta quidam patronum Genuensium triremium, a quo ad laqueum rapiebatur, ad Dei tribunal citavit post semestre, quo tempore elapso, patronus morte sublatus est, XII, 143, 2 et seq.

NAVARCHUS. Navarchus dormiens in mediis fluctibus symbolum est ebrii qui rationem perdidit, VI, 210, 2 et seq.

NAVIGANS. Navigantium pericula, XII, 375, 2; 376, 1; XVIII, 431, 2 et seq. Navigantes haud procul a periculo absunt, XIV, 30, 2. Gnomæ de navigationis periculis, VIII, 559, 2. Navigantium audacia, XII, 725. 2. Navigantes habent animas in mari, XXI, 193, 2. Navigantium patroni, VIII, 557, 1.

NAVIS. 1° Navium usus quam sit antiquus, II, 503, 1, 2. Naves fabricare didicerunt homines a natatu piscis, XIV, 215, 2. Navis inventor quis, VIII, 557, 2. Naves maximæ etiam onustæ a mari feruntur, X, 413, 2. Navem accingere quid, XVII, 428, 2. Navis mare sulcans est velut avis sulcans aera, V, 28, 1. Equo comparatur, XX, 141, 1. Navis, malo, clavo, rudentibus maxime gubernatur, VI, 210, 1. Navis et naufragi mira gubernatio Dei nutu, XI, 532, 1. Christus effecit ut navis quam ascendebat, in porto Capharnai esset in momento, XVI, 391, 1, 2. Naves Æthiopicæ cur dicantur cymbalum, 310, 2. Naves Tharsis quæ sint, 129. 2. Navis Pauli cur pessumierit, non homines. XVII, 430, 1. Navem conscensuri olim Eucharistiam secum sumebant, XVI, 405, 1, 2.

2° Navis symbolum Christi est, VI, 453, 2 et seq. Navis Ecclesiam mystico sensu significat, XII, 701, 2. Navis symbolica quæ sit, *ibid.* Navis mystica hominis, VI, 211, 1; 212, 1, 2. Navis et mulieris strenuæ analogiæ, 498, 1, 2. Navi comparatur tyrannis, XI, 445, 2. Navi Manichæi solem et lunam assimilant, X, 392, 1.

NAZARÆUS. Nazarei quinam et quales essent, II, 217, 1; XII, 411, 1. Nazaræus *separatum, consecratum, coronatum* significat, I, 411, 2 et seq., II, 217, 2. Nazaræus, id est consecratus, cur et unde dictus sit Christus, XV, 91, 1, 2. Nazaræi tales fuere Joseph et Samson, 91, 1. Joseph sextupliciter fuit Nazaræus, et cur, II, 529, 2. Non talis Christus, XV, 91, 1. Idem dictus est Nazaræus, id est floridus et germinans, 92, 1. Utraque sententia conciliatur, *ibid.*, 2. Alii erant contemplantes, alii pœnitentes, II. 217, 1. Alii erant perpetui, alii ad tempus, *ibid.* Non poterant uvas passas comedere, *ibid.* Nazaræi erant Religiosi veteris legis, vino et sicera abstinebant, et cæsariem intonsam gestabant. IV. 428, 1; VI, 210, 1; XIII. 553, 2; XIV, 172, 1, 2. XVIII. 129, 2; XIX, 438, 2. Nazaræi quia abstinentes, sapientes erant, XIII, 13. 1. Nazaræi quomodo consecrati dicantur, *Psalm.* II, 386, 2. Alebant comas, et quare, II, 217, 1. Per comam quam alebant, a vulgo separati et quasi Deo consecrati erant, XIV, 195, 1. Non poterant interesse funeri patris, II, 217, 1. Polluebantur si quis coram iis moreretur, 219, 1. Nazaræi voto se obligabant, IX, 253, 1. Nazaræatus votum fecit S. Paulus, XVII, 345, 2. Quid ipsum includeret, *ibid.* et seqq.; 381, 2. Erat id commune Judæorum votum, 345, 2. Quando et quomodo terminabatur, 381, 2. Nazaræus mortuo pollutus votum denuo incipiebat, 346, 1. In fine voti offerebant omnis generis victimas, II, 220, 1. Capilli eorum Deo cremabantur, et quare, *ibid.* Nazaræi candidi unde dicantur, XII, 411, 1. Iis assimilantur sacerdotes et levitæ, *ibid.* Vultum habebant splendidum, sed purpureo rubore inspersum, 414, 1. Dicuntur stare coram Deo, 252, 2 et seq.

NAZARÆI HÆRETICI. Nazaræi hæretici quinam essent, XVII, 403, 1. Nazaræi sectarii sacrificia rejiciebant. et animatis abstinebant, XIX, 43, 2.

NAZARENUS. Nazarenus idem est quod custos vel custoditus, XV, 93, 1. Nazarenus cur dicatur Christus, XI, 255, 1, 2. Nazareni nomen Gentibus et Judæis videbatur vile et exile, ideo multi nolebant Christum ut Messiam agnoscere, XV, 92, 2.

Nazareni quomodo Christum mirarentur, et simul essent increduli, XV, 687, 2; 688, 1. In Christum acerbiores fuere, XVI, 104, 1, 2; 106, 1, 2. Et ideo derelicti, 105, 2 et seqq. Nazareni olim ad Christi fidem conversi legem Mosis quoque servabant, ideoque ab Ecclesia ejecti, Evangelium S. Matthæi depravarunt, XV, 11, 2.

NAZARETH. Nazareth civitatis descriptio et elogium, XV, 90, 2. Quantum a Jerusalem distet, XVI, 28, 2. Erat vicina Canæ Galilææ, sed locus obscurus et ignobilis, 322, 2. Nazareth putabatur patria Christi, quia in ea conceptus, et ejus mater cum Josepho ibi habitabat, etsi in ea natus non fuisset, XV, 15, 1. Cur ibi suam prædicationem Christus non inceperit, XV, 129, 2.

NEAPOLIS. Neapolis urbs erat in confinibus Thraciæ et Macedoniæ, XVII, 309, 2.

NEBO. Nebo mons, ex quo Moyses moriturus Terram sanctam vidit, IV, 504, 1. In eodem arca Testamenti deposita fuit, *ibid.*

NEBRIDIUS. Nebridii patritii elogium, XVIII, 232, 1; XX, 315, 2. In aula nutritus, aulam despexit, et ne in aula mutaretur, ea se subduxit, IX, 268, 1; XII, 279, 2.

NEBULA. 1° Nebula quid proprie sit. X, 402, 2. Est nubes sine aqua, XX, 462, 2 Ejus proprietates, IX, 622, 1. Nebulæ sunt quasi aves Dei, X, 402, 2. Nebula matutina magnam Dei potentiam et sapientiam ostendit, cur: nebulæ mirabilia, XIII, 575, 2. Nebula symbolum est tenebrarum et noctis. IX, 622, 1 (*Vide* Nubes).

2° Nebula in templo Salomonis Deum tegit et repræsentat, III, 597, 1, 2. Qualis fuerit, *ibid.*

NECESSARIUS. Necessarii vocantur amici, et amicitia necessitudo. IX, 202, 2; 203, 1.

Necessaria, Jacobi exemplo, petenda, non superflua, I, 290, 2. Necessaria quærenda, non superflua, VI, 433, 1, 2; XX, 124, 1. Iis etiam subinde caret Religiosus, VI, 434, 2.

NECESSE. Necesse est justum aliquando peccare, moraliter, non physice, XX, 136, 1, 2 (*Vide* Justus, Peccatum).

NECESSITAS. 1° Necessitas Hebræis est quidquid angustiat, XVIII, 312, 2. Necessitas instans quid a Paulo dicatur, *ibid.* Necessitas probat justum, IV, 274, 1. Necessitates Deo revelandæ, *Job*, 675, 1. In necessitate gravi constituto eleemosynam dare obligamur, X, 76, 1.

2° Necessitas duplex est, una actum antecedens, altera consequens, XVII, 95, 1. Necessitas præscientiæ tempore, altera consequens causalitate, *ibid.*, 2.

3° Necessitas peccandi in omnes homines pertransiit, XVIII, 98, 1. Necessitas gratiæ Dei, *Psalm.* I, 24, 1; 30, 1 (*Vide* GRATIA).

NECROMANTIA. Necromantia quid sit, XI, 223, 1, 2.

NECTARIUS. Nectarius Patriarcha quare publicam sustulerit confessionem, XVIII, 353, 2.

NECTENABUS. Nectenabus rex Ægypti corona redimitus in medio procerum, I, 840, 1.

NEGATIO. 1° Negatio prima ad sequentes omnes sententiæ partes apud Hebræos sæpe extenditur, VI, 423, 2. Negatio adjecta affirmationi significat auxesin, XII, 383, 2.

2° Per viam negationis melius ad Dei cognitionem pervenimus, quam per viam affirmationis et comparationis, XIV, 237, 2.

3° Negans peccatum dupliciter quasi peccat, IX, 547, 1. Negatio numinis ad quid impellat hominem, VII, 204, 2.

Negationum Petri ordo, XV, 590, 2; 591, 1. Negatio Christi an sit character Antichristi futurus, XXI, 261, 1.

4° Negatio petitionis consensu sæpe utilior, *Job*, 233, 1.

NEGLECTUS, NEGLIGENTIA. 1° Neglectus Dei quantum malum, XVIII, 55, 2. Neglectum verbi sui quomodo Deus ulciscatur, XX, 86, 1, 2: *Si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.*

2° Negligentia in officio est res erubescenda, X, 358, 2. Negligentia maxima est parentum circa filios, 95, 1 (*Vide* FILIUS, PARENTES). Negligentia in operibus ad animæ salutem spectantibus est perniciosa, XIX, 397, 2: *De quo* (Christo Pontifice) *nobis grandis sermo et ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.* Negligentiæ mater est securitas, VII, 269, 2: *Qui timet Deum, nihil negligit.* Negligentes temere præsumunt de Dei auxilio, *Job*, 596, 1. Negligentibus dormit Christus, VII, 570, 2. Negligentia in re familiari et publica quantopere noceat, V, 568, 2: *Qui mollis est et dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Negligentiam omnem homo evitare nequit, XX, 136, 1 (*Vide* OTIUM, PIGER, PIGRITIA).

NEGOTIATIO. Negotiatio clericis prohibita, XIX, 216, 2 (*Vide* CLERICUS, ECCLESIASTICUS, EPISCOPUS, SACERDOS).

NEGOTIUM. 1° Negotium quibusdam est otio utilius, V, 357, 2: *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem sectatur otium, stultissimus est.* Negotia simul multa suscipienda non sunt, IX. 341, 1, 2: *Fili, ne in multis sint actus tui.* Negotia periculosa, vel valde laboriosa, non sunt capessenda, X, 161, 2: *In via ruinæ non eas, et non offendes in lapides: nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum.* Negotia varia simul multi exsequi possunt, 286, 2: *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: et qui minoratur actu, sapientiam percipiet.* Negotium sapientiæ est in otio, *ibid.*

2° Negotia sæcularia quænam dicantur, XIX, 283, 1: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Quinam ea fugere debeant, et quare, 283, 2; 494, 1.

NEHEMIAS. Nehemias quis, IV, 229, 1. An unus Nehemias, 229, 1, 2. Cur multi putarint Nehemiam Esdræ socium esse alium ab eo qui est auctor libri secundi Esdræ, 229, 2. Verius est fuisse eumdem, *ibid.* Qualis fuerit, *ibid.* Fuit pincerna Artaxerxis, *ibid.* Fuit e tribu Levi, 229, 1. Est auctor libri secundi Esdræ, 229, 2. Nehemias ter Babylonem vel Persidem adiit, ter in Jerusalem rediit, licet grandævus et senex, eamque ingenti labore et zelo reædificavit, 230, 1. Ter missus fuit in Judæam a rege Persidis, 500, 1, 2. Quando ei missus fuerit ignis de cœlo, IV, 500, 2. Cur ei præ aliis coævis suis missio illa contigerit, *ibid.* Cur Artaxerxi tam fuit carus, 232, 1. Deum orat ut regem sibi benevolum, et postulationi suæ annuentem reddat, 233, 2. Item ne pœnam impœnitentibus et in culpa persistentibus condonet, 238, 1. Nehemiæ in patiendo lenitas, et in animando constantia, 238, 2. Cur noluerit accipere annonam a civibus Jerosolymitanis quibus præerat, 241, 2. Ab Artaxerxe fuit constitutus dux Jerusalem per annos duodecim, *ibid.* Jerusalem reædificavit tam quoad muros, quam quoad domos privatas, X, 528, 2. Ejus continentia, charitas ac liberalitas in cives suos, IV, 242, 1. Non mansit duodecim annis in Jerusalem, *ibid.* Magnus et magnificus fuit dux, *ibid.*, 2. Criminantur eum quod se velit regem facere, 243, 1. Ejus magnanimitas, *ibid.*, 2. Quo pacto Deum oret ut inimicos suos castiget, *ibid.* Nehemias libere magnates oppressores populi reprehendit, XII, 735, 2. An potuerit Jaddo pontificem videre, IV, 257, 2. Vidit eum puerum, sed non pontificem, *ibid.* Darium Codomanum non vidit, 258, 1.

NEMRIM. Nemrim oppidulum ubi situm, XII, 304, 2. Ejus aquæ amaræ erant, cur, 305, 1. Aquæ illæ quomodo dulces conservarentur, *ibid.*

NEMROD. Nemrod quid significet, fuitque primus rex et tyrannus, I, 167, 1. Fuit Belus pater Nini, auctor fuit turris Babel, I, 167, 2; XIV, 121, 2. Nemrod primus orbis rex dominabatur Assyriæ, imperii sedem posuit Babylone, XIV,

121, 2. Nemrod fuit magnus venator, id est tyrannus, XII, 731, 2. Nemrod cum fabris turris Babel pios persecutus est, XXI, 317, 1. Fideles secunda mundi ætate afflixit, XIX, 154, 1 et seq.

NEMUS. Nemora inter montes sita unde amœna sint, XII, 546, 1.

NEOMAGENSES. Neomagenses cives catholici deprehendentes heterodoxorum metum, hæreticos urbe expulerunt, IV, 438, 1.

NEOMENIA. Neomenia apud Judæos quid esset, XI, 112, 2 Erat Hebræis prima dies et Kalendæ, II, 354, 1, 2; IV, 415, 2; XIII, 355, 1. Et ita dicebatur ipse mensis, XIII, 624, 2. In ea tubis clangebant, II, 354, 1, 2. Neomenia non semper incipiebat eadem hora qua novilunium, *ibid.* Eam Deus in lege Moysis instituit: *primo*, ad recolendum gubernationis divinæ beneficium; *secundo*, ut Hebræi primitias tam temporis quam frugum Deo dependerent; *tertio*, ut initio mensis fausta deprecarentur, *ibid.*; *quarto*, ad legem Dei pro mense sequenti audiendam, II, 355, 1; XI, 766, 2.

NEOPHYTUS. Neophytus cur sacerdotio arceatur, XIX, 215, 2. Et quam sit turpe talem ordinari, *ibid.*

NEPHTHALI. 1° Nephthali quid significet, I, 298, 1. Nephthali urbs vocatur Thesbe, estque patria Tobiæ et Eliæ, IV, 269, 1. Nephthalim quomodo et quando Christus alleviarit, XI, 225, 2; 226, 1. Ex Nephthali urbe prognati fuere plures Christi discipuli et Apostoli, IV, 269, 1.

2° Nephthali symbolice est futurorum bonorum speculatio, I, 300, 1. De benedictione ejus, I, 407, 2; II, 532, 1. Cur vocetur servus, I, 407, 2. Quid allegorice hæc benedictio significet, 408, 1. Nephthali S. Andream apostolum repræsentat, XXI, 397, 1.

NEPHTHAR. *Nephthar* interpretatur purificatio, IV, 502, 1, 2.

NEPOTES. Nepotes probi sunt decus et corona senum et avorum, V, 513, 1, 2; 527, 1, 2. Per lucernam repræsentatur, VI, 70, 1.

NEPOTIANUS. Nepotiani clerici elogium, XVII, 36, 2.

NEPTUNUS. Neptuni etymon, X, 405, 2.

NEQUAM. Nequam vox unde formetur, IX, 191, 1; XV, 332, 1, 2. Nequam quid proprie sit. Nequam subinde est miser, IX, 497, 1; 505, 1. Aliquando capitur pro molesto, X, 78, 1. Nequam quando dicatur sæculum, XVIII, 517, 1.

NEQUITIA. Nequitia semper timida, *Job*, 343, 2. *Sonitus terroris semper in auribus illius est, et cum pax sit, semper insidias suspicatur.* Nequitia improbis supplicium est, IX, 585, 2 : *Arenam, et salem, et massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem et fatuum, et impium.*

NERE. Nere est opus mulieres decens, VI, 505, 1.

NERIO. *Nerio* verbum Sabinum quid significet, XVII, 6, 1.

NERIUM. Nerium quid sit frutex, IX, 648, 1.

NERO. 1° Nero quo anno et quomodo ad imperium pervenerit, XVII, 42, 2 et seq. Nero initio imperii mitis fuit, ejus tunc clementia, I, 739, 1; VI, 86, 2; XI, 521, 2. Ejus mitissima vox initio imperii, XVIII, 508, 2. Ejus in imperio commutatio quo portento designata, XXI, 139, 1. Ejus descriptio, XVII, 413, 1.

2° Nero quanti coronam olympicam faceret, XXI, 89, 2. Pugnas gladiatorum spectabat interposito viridi smaragdo, V, 530, 1; XXI, 388, 2. Delectabatur magia et magis, XXI, 250, 2. Statis diebus nonnisi porro utebatur, erat enim vocis canoræ avidissimus, XXI, 394, 1.

3° Totam Romam deliciis aut ambitioni suæ servire fecit, XI, 155, 2. Ejus luxus in fabricis, et illius egestas inde secuta, XII, 172, 2. Ejus cubicula unionibus erant instructa, XI, 643, 1. Ex aurea pyxide barbam Jovi Capitolino consecravit, XIV, 79, 1. Ejus omnia sibi arrogantis vox, IX, 288, 2. Consilium senatus in nulla re exquisivit, hinc a senatu damnatus, V, 324, 1; XXI, 100, 2.

3° Neronis crudelitas, XIII, 540, 2. Cur dicatur leo, XIX, 316, 1. Fuit velut leo ob iracundiam, VI, 15, 2. In animalia crudelis erat, IX, 242, 2. Matrem necans velut vipera fuit, X, 176, 2. Romæ varios senatores occidit, XVII, 7, 2.

4° Nero primam in Christianos persecutionem movit, XV, 504, 1; XIX, 316, 1; 488, 2. Ejus persecutio prima in Christianos quando excitata, XVII, 7, 2. Ejus quanta fuerit persecutio, XIII, 157, 1. Quam in Christianos acer et dirus fuerit, XX, 365, 2. Cur in Apostolos sit grassatus, XVII, 7, 2. SS. apostolos Petrum et Paulum necari jussit, XVIII, 11, 2; XXI, 141, 2. An viderit Paulum mortuum, XVIII, 12, 2.

5° Quo viso mortem sibi Nero imminere senserit, V, 158, 1, 2. Ejus somnium de gubernaculo navis sibi extorto, quid portenderet. XI, 701, 2. Ejus futurus interitus unde cognitus, XIII, 72, 1, 2. Sibi mortem conscivit, VI, 477, 2. Quam misere perierit, ejusdem fuga et mors infamis, XI, 593, 1, 2; XVII, 8, 2; 446, 1. Eum aliqui putarunt necdum mortuum, et fore Antichristum, XIX, 152, 2. An futurus collega Antichristi in Occidente, 153, 1. Quam Parthis favorabile nomen ejus fuerit, *ibid.* Vere occisus est, nec venturus, *ibid.* Non est futurus Antichristus, XXI, 255, 1.

6° Ejus imperium an per equum rufum repræsentetur, XXI, 137, 2. An ejus persecutio in *Apocalypsi* repræsentata, 250, 2. Ejus typus fuit Nabuchodosor rex, XIII, 38, 2. Mysterium fuit iniquitatis, an typus Antichristi, XIX, 152, 2.

NERVA. Nerva imperator nunquam risit, IX, 572, .

NERVUS. 1° Nervi sunt instrumentum tactus, eorum fons in cerebro, XV, 610, 1, 2. Nervorum a cerebro ortorum contractio gravis dolor, XV, 221, 1.

Nervus et caro Jacob in lucta læsi quid allegorice significent, 1, 318, 2.

2° Nervus vinculi genus quid, *Job*, 313, 1. Nervus dicitur vinculum quo cervices et pedes impediuntur, XII, 158, 1, 2. Unde dicatur ad vinculum nervus, *ibid.* Id instrumentum describitur, *ibid.* Erat potius pedum quam colli, *ibid.* Erat id ingens tormentum, *ibid.*

NESCIENTIA. Nescientia Dei, qua nescire reprobos asserit, summum malum est, XV, 528, 1.

NESROCH. Nesroch templum Ninives in ejus excidio solo tenus dirutum est, XIV, 181, 2.

NESTOR. Nestor eloquentia pollebat, *Job*, 298, 2.

NESTORIANISMUS. Nestorianismus confutatur, XVII, 47, 1; 242, 1.

NESTORIUS. Nestorii hæresis quid doceret, XII, 108, 2. Duas in Christo posuit personas, asseruit Christum non solum naturam hominis, sed et personam assumpsisse, et hinc negavit hominem esse Deum, ac beatam Virginem esse Deiparam, XVI, 20, 2; 308, 1; XVIII, 110, 2; XIX, 23, 2; 87, 1; 220, 2; 370, 2; XXI, 133, 1; 196, 2. Nestorius ponens duas personas in Christo fuit ut cornu Ecclesiam impetens : succisum id fuit a concilio Ephesino, XIV, 371, 2. Nestorius beatam Virginem blasphemans punitus fuit, III, 455, 2. Ejus blasphema lingua a vermibus corrosa contabuit, XIV, 539, 1; XX, 155, 1; XXI, 342, 1. Ejus dira mors, II, 165, 1.

NEUTRUM. Neutrum genus plenius masculino omnimodam universalitatem significat, XIX, 419, 2. Cur usurpetur τὸ *Cherubim* et *Seraphim* in neutro genere, XIX, 435, 1, 2.

NICANOR. Nicanor contra Judam cum copiis missus pacem cum eo init, sed monitus a rege ut Judam caperet, cæsus et capite truncatus est, IV, 447, 2. Blasphemat templum, legem et Deum, 448, 1. Quam Judæos vilipendat, 537, 1. Quo animo erga Judam Machabæum esset, 560, 1, 2. Cur suaserit Judæ ut uxorem duceret, *ibid.* Se Deo æquat, 563, 1, 2. Ejus lingua minutim concisa, 448, 1. Sui et suorum strages per Judam facta, quanta, 448, 2.

NICANOR. Nicanor diaconus fuit vir sanctus, XVII, 165, 1. Quando sit occisus, 187, 2 et seq.

NICÆAS, etc. Nicæas, Nicander, Nicanor, Nicephorus, Nicetas, Nicetius, Nicostratus, Nicomedes, Nicon, sunt martyres varii in Asia, XXI, 46, 1.

NICÆNUM. Nicænum concilium doxologiæ SS. Trinitatis hæc verba addidit : *Sicut erat*, XVIII, 199, 1.

NICEPHORUS martyr. Nicephorus martyr Antiochenus Sapricii deficientis coronam accepit, XXI, 75, 2

NICEPHORUS imperator. Nicephorus imperator iconoclasta horrende a Deo est punitus, XI, 182, 1.

NICOBULUS. Nicobulus ob parvitatem uxorem despiciens reprehenditur, XVIII, 33, 1, 2.

NICODEMUS. Nicodemus idem sonat quod *victor populi* : hinc ipse metum Pharisæorum superans, in Christum credidit : erat vir primarius inter Judæos, XVI, 337, 1, 2 et seq. Cur venerit ad Jesum nocte, *ibid.* A Christo viam ad regnum cœlorum petit, 338, 2. Spiritualia ejus mysteria non intelligebat, XVI, 342, 1. Fides ei deerat, *ibid.* Hinc Christus eum docet, 342, 2. Quomodo eum apud collegas suos tueatur, et inauditum condemnari vetet, 429, 2. Nicodemus ad sepeliendum Christi corpus unguenta attulit et illud copioso unguento perfudit, XV, 640, 1; XVI, 622, 2. Ob hoc pietatis officium semimartyr factus est, XVI, 622, 2. Catalogo Sanctorum ascriptus est, 338, 1.

NICOLAITÆ. Nicolaitæ unde dicti, quæ ipsorum hæresis, et qua occasione orta, XXI, 45, 2. Comparantur Balaamo, 52, 1. An dici possint Jezabel, 57, 2. Legem cum Evangelio miscere volebant, 59, 2. Ea hæresis sub Ludovico Pio, Caroli Magni filio, repullulavit, 45, 2.

NICOLAUS (S.) Myrensis episcopus. S. Nicolaus an in utero matris sanctificatus, XV, 58, 2. S. Nicolaus adhuc infans jejunavit, VI, 59 1. Divino judicio ordinatus est episcopus, XIX, 190, 1. Quam sancte in episcopatu vixerit, II, 283, 1. Absens nautis se invocantibus apparuit, XVII, 269, 1. Tempestatem patientibus invocatur, XIX, 378, 2. Ejus corpus suavem liquorem emittit, XI, 762, 2.

NICOLAUS (S.) Tolentinas. S. Nicolaus Tolentinas qua occasione mundum deseruerit, XX, 176, 2. Vidit stellam, quæ quotidie ipsum recto motu usque ad altare anteibat, XIII, 172, 2. Semestri ante mortem angelorum concentum audivit, II, 321, 1; VI, 289, 1; IX, 67, 1. Sub mortem miro gaudio perfusus est, XV, 532, 1. Ei morienti apparuit Christus, XVII, 186, 1. Ejus morientis ultima verba, V, 441, 2.

NICOLAUS IV Pontifex. Nicolaus IV Pontifex erga cognatos suos carnaliter affectus non erat, XII, 836, 2. Ex Franciscano creatus Pontifex aiebat se malle esse fratrum coquum, quam cardinalem, XXI, 65, 2.

NICOLAUS V Pontifex. Nicolaus V Pontifex adferenti ad se Evangelium Hebraicum S. Matthæi quinque mille ducatos promisit, XV, 50, 2.

NICOLAUS diaconus. Nicolaus diaconus an auctor et causa hæresis Nicolaitarum, XVII, 165, 1. Quare factus hæreticus, XIX, 192, 2. Qualem hæresim excogitarit XXI, 45, 2. Cur Martyrologio non sit ascriptus XVII, 165, 1. Fuit proselytus, *ibid.*, 2.

NICOLAUS abbas. Nicolaus abbas pro adolescente captivo redimendo seipsum obtulit, XII, 265, 2.

NICOLAUS LYRANUS. Nicolaus Lyranus unde dictus : breve ejus elogium, XVI, 292, 1, 2. Plus æquo fabulis Judaicis consentit, *ibid.*

NICOMEDES (S.). S. Nicomedes corpus S. Feliculæ martyris sepeliendo, coronam martyrii adeptus est, IV, 273, 1.

NICOMEDIENSES. Nicomediensium Christianorum constantia in festo Natalis Domini mori malentium, quam thus Jovi adolere, II, 10, 2. Quam læte Deo se in martyrium obtulerint, XIII, 43, 1.

NICOPOLIS. Nicopolis quænam sit, et quantum distet a Jerusalem, IV, 427, 1. Nicopolis duplex erat civitas, unde dicta, XIX, 340, 1.

NIDUS. Nidus avium homines quod doceat, V, 501, 1. Nidus fidelium est Ecclesia, X, 245, 1.

NIGER, NIGREDO. 1° Nigri apud Orientales et Meridionales pulchri habentur, albi vero deformes, VII, 493, 1. Nigra et formosa cur dicatur Ecclesia, *ibid.* Nigredo oculorum signum est copiæ humoris aquei, V, 184, 2. Ea necessaria est ad colores videndos, congregandos, *ibid.* Niger color visum nimis congregat et stringit, X, 337, 1. Quibus nigra est cauda, de his gustari vetabat Pythagoras, XIII, 640, 2. Nigris clerici et multi monachi vestiuntur, XIV, 429, 1.

2° Niger color est symbolum infelicitatis, XXI, 334, 2. Nigror symbolum est rei contemptæ, XIV, 429, 1. Niger vocatur invidus, detractor, calumniator, XIII, 640, 2. Niger color tenebriones, calumniatores, improbos denotat, XXI, 143, 1.

NIHIL, NIL. *Nil novum sub sole*, quo sensu sit accipiendum, VII, 62, 1. Nihil sine Deo factum est, XIII, 605, 2. In nihilo lætatur peccator, *ibid.* Nihil agendo male discis agere, XIX, 172, 1, 2. Nihilum dicitur pro re tenui, XI, 307, 1.

NILAMON. Nilamon monachus episcopatum fugit, XIX, 209, 1, 2.

NILUS. *Nili* unde derivetur vox, XI, 311, 1. Nominis *Nili* litteræ efficiunt totidem quot sunt in anno dies, XXI, 264, 1, 2. Nilus cur dicatur Niger et Gehon, XII, 29, 2; XIV, 306, 1. An idem qui Gehon, IX, 660, 1, 2. Nili ortus ubi, IX, 660, 1, 2. Nilus quomodo dicatur mare, XI, 316, 2. Ejus rivi, XIII. 714, 1. In septem rivos se dividit, quibus per totidem ostia in mare influit, XI, 272, 1; XIII, 628, 2. Vocatur flumina ob illos septem rivos, XI, 311, 1. Nilus fluvius turbidus, III, 72, 2. Ratione cujusdam sui rivi est terminus Terræ promissæ, 73, 1. Quotannis exundans Ægyptum oblimat, impinguat et fœcundat, fertilemque reddit vice pluviæ, I, 359, 1; III, 73, 1; XI, 348, 1; XIII, 628, 1. Semen secum vehit, XI, 348, 1. Ejus incrementa, XIII, 628, 1. Totum Ægyptum everrit, *ibid.* Quando hæc inundatio fiat, I, 512, 1. Hujus exundationis causa, I, 512, 1; IX, 59, 1; 660, 2. Cur fiat in æstate, I, 512, 1. Illa inundatio a Deo provenit, XVII, 293, 1.

NILUS (S.). S. Nilus fundator monasterii Cryptæ ferratæ Romæ, IX, 307, 1. Ejus libera ad Leonem comitem vox, XXI, 368, 2. Quid de Salomonis salute censeret, X, 497, 2; XXI, 368, 2.

NINIVE. Ninive quod sonet, et unde vox dicta, XIV, 28, 1. Sonat idem quod speciosa, 293, 2. Quandoque vocatur Ninus, quandoque Nina, 28, 1; 110, 1. Cur vocetur civitas Jonæ, 298, 1. In ea Assyrii monarchiæ sedem fixere, est eorum metropolis, ad Tigrim est sita, a quo condita fuit, IV, 309, 1; XIV, 28, 1; 48, 1. Condita fuit loco humido, et paludoso, 182, 1. Ejus scelera vindictam clamabant, XIV, 28, 1. An in eam a ceto Jonas ejectus: ejus distantia a mari, 44, 1. In eam a Judæa facilis est via, *ibid.* Ejus magnitudo quanta, I, 168, 2; XIV, 48, 1, 2. Ipsa iter tridui continens quid mystice repræsentet, 49, 1, 2. Quomodo collapsa et destructa sit, *ibid.* Ejus subversio a Jona fuit prædicata, fuit conditionata, 51, 1, 2. Ninive ad Jonæ prædicationem pœnitens, postea ad scelera rediit, 154, 1. Non est excisa ob primam in scelera recidivam, sed ob aliam posteriorem : quando ab Arbace Medo et Beloso Babylonio subacta : postea rursus efflorescens varios et potentes habuit reges, 154, 1; 172, 2. Ejus excidium prædicit ipse Tobias, IV, 310, 1, 2. Sæpius fuit vastata, *ibid.* Quando contigerit excidium ejus quod a Tobia prænuntiatum, *ibid.* Ei excidium iterum intentat Nahum, XIV, 154, 1, 2. Quando ipsum contigerit, *ibid.* Ejus excidium describitur, 161, 2 et seq. Ad ejus excidium variæ gentes confluxerunt, 164, 1. Inundatione Tigris capta et obruta est, 164, 2. Dum convivaretur, oppressa est, 167, 2. Quando id contigerit, 172, 2 et seq.; 293, 2. Quando et a quibus eversa, XII, 1, 2. An sub initium regni Manassis, XIV, 173, 1. An a Cyris et Persis, *ibid.* Vere capta et eversa est a Cyaxare Medorum rege, et Nabuchodonosore rege Babyloniorum, *ibid.* Id pluribus probatur, *ibid.* et seqq. An ante, an post excidium Hierosolymæ expugnata sit, 173, 2. Ostenditur expugnatam fuisse post excidium Jerusalem a Nabuchodonosore juniore, 174, 2. Sæpius rebellans a Medis et Chaldæis regibus capta est, *ibid.* Quamdiu a Cyaxare obsessa sit, 173, 2; 175, 2. Ejus imperium quot annis steterit, 175, 2. A Deo ipsa castigata, quia Israelites sæpe injurans irrogavit, 176, 2. Ejus opes, 182, 2. Erat velut lustrum leonum, 184, 2. Gentes sibi subditas coegit ad idola et scelera sua, et eas in mancipia vendidit, 188, 2. Ninive est imago mundi perituri et exscindendi, 196, 1.

NINIVITÆ. Ninivitæ, regem suum imitati, ventri et veneri vacabant, XIV, 24, 1. Quomodo ad prædicationem Jonæ in Deum crediderint, XIV, 51, 2. Indixere publicum jejunium, 52, 1; 53, 2. Id quadraginta diebus servaverunt, *ibid.* Hac pœnitentia multi eorum fuere justificati, et salvati quicumque in justitia perstiterunt, 54, 1, 2. Deus iis pœnam et culpam condonavit, *ibid.* Fuere vere contriti, *ibid.* Dubitant de remissione non culpæ, sed pœnæ, dicentes : *Quis scit si*, etc., 55, 2. Quanta fuerit vis pœnitentiæ eorum, *ibid.* An statim ad Jonæ prædicationem pœnituerint, 56, 1. Ninivitæ ad prædicationem Jonæ pœnitentiam ege-

runt, sed mox relapsi et ad vomitum reversi a Medis et Chaldæis excisi sunt, IV, 310, 2; XIV, 24, 2; XV, 313, 1.

NINUS. Ninus per Assur in *Genesi* intelligitur, XIV, 28, 1. Ninus conditor Ninives quot annis ante Abraham vixerit, et quamdiu ejus monarchia in Ninive steterit, 175, 2.

NIOBE. Niobes ob fœcunditatem superbia, XII, 714, 2. Niobe se Latonæ ob proles præferens, in lapidem mutata est ob interfectos ab Apolline filios septem et totidem filias, XIII, 407, 2.

NISAN. Nisan erat primus mensis anni sacri, XIV, 317, 1; 446, 1. Erat mensis paschalis, 317, 1. Nisan mensis partim martio, partim aprili nostro respondet. IV, 548, 2; XII, 844, 2. Nisan mensis elogia. I, 524, 2.

NISI. *Nisi* interdum capitur pro *sed*, XVIII, 532, 1. *Nisi* aliquando idem est quod *sed tantum*, XVI, 377, 2. *Nisi* est Hebræis formula juramenti execratorii, XI, 156, 1, 2; XII, 343, 1; XIX, 405, 1.

NISIBUS. Nisibi institutæ scholæ S. Scripturæ, I, 10, 1.

NITOCRIS. Nitocris hortos pensiles in Babylone construxit, ejus sepulcrum, XIV, 173, 2.

NITRUM. Nitri natura et vires describuntur, VI, 279, 2. Unde conficiatur, 280, 1. Unde dicatur, *ibid.* Est nomen hebræum, *ibid.* Non est alumen, *ibid.* Non multum a sale distat, ejus vis, unde oriatur, XII, 31, 1. Ejus usus cum aceto, VI, 280, 2. Valet ad decorem conciliandum, maculas eluendas, pustulas ac nævos tollendos, *ibid.* Est tristitiæ symbolum, XII, 31, 1.

NIX. 1° Nix cur sit frigidissima, candida, ejus generatio, VI, 512, 2. Nix fulget et candet, XV, 384, 2. Mirus ejus candor, copia, quantum aquæ progignat, X, 407, 1. Ejus causa, est mollior quam pruina, siccior quam aqua, *ibid.*, 2. Causa candoris ejus est aer et frigus, *ibid.* Albor ejus verus est, non apparens, *ibid.* Cur vocetur visio et apparentia XIV, 476, 2. Nix hiemi congruit, non æstati, VI, 295, 1. Nix et pluvia dispensantur a Deo, *Job*, 697, 2. Nix et grando sunt arma Dei, 719, 2. Nix modica quomodo oppidum obruerit, IX, 526, 1. Nix Deo prompte obedit, X, 401, 1. Nix est similis lanæ, 401, 2; 407, 1. Nivis commoda, IX, 522, 1; X, 401, 1. Ejus densitas terram operit, ceu agmina locustarum vel avium, 406, 2. Terram fovet et fœcundam reddit, *ibid.* Nives terram diu obsidentes eam fœcundant, et dant frugum copiam, et cur, XII, 476, 2. Nix æstatis quæ sit, VI, 268, 2. A divitibus vino in æstate admiscetur, VI, 268, 2. Nivis usus ad potus delicias reprehenditur, X, 407, 2. Nix Libani de petra deficiens quid sit, XII, 150, 2.

2° Nives vocantur mystice apostoli et prædicatores, XII, 476, 2, 477, 1. Nix quid mystice denotet, X, 401, 2 Symbolum est tribulationis et tentationis, *ibid.*

NO. No primo dicta est Alexandria, XIV, 191, 1, 2.

NOADIA. Noadia pseudoprophetissa subornata a Sanaballat contra Nehemiam, IV, 244, 1.

NOBE. Nobe urbs a quo nomen sortita sit, II, 269, 1.

NOBILITAS, NOBILIS. 1° Nobilis dicitur quasi noscibilis, VI, 513, 1 : *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ.* Nobilitas omnis ignobile principium habuit, I, 349, 2; III, 310, 1. Nobilitas generis sæpe dat animi nobilitatem, XVII, 318, 2. *Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas si hæc ita se haberent.* Nobilitatis effectus, VII, 352, 1.

2° Nobiles mundani sunt tumidi, VI, 439, 2 : *Generatio, cujus excelsi sunt oculi, et palpebræ ejus in altum surrectæ.* Nobilitatem generis olim jactantes vocabant se filios Jovis, XX, 644, 1. Nobiles Romani et Chaldæi toti erant in armis et equis et frenis adornandis, XIV, 179, 1. Nobiles foris splendidi, domi tenues suggillantur, V, 379, 2: *Est quasi dives, cum nihil habeat, et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Nobiles soliti olim artem mechanicam discere, XIX, 169, 2 : *Non inquieti fuimus inter vos : neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus.*

3° Nobiles in christianismo non est quod se ignobilibus præferant, XIV, 506, 1, 2 : *Salvabit Dominus tabernacula Juda, sicut in principio ; ut non magnifice glorietur domus David, et gloria habitantium Jerusalem contra Judam.* Majora habent impedimenta virtutis exercendæ quam nobiles, *ibid.*, 2. Nobiles et sapientes pauci ad fidem vocati, XVIII, 257, 1 : *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.* Nobiles imitentur Salomonem orantem utroque genu flexo, III, 598, 2. Nobiles sint bene morati, V, 105, 1.

4° Nobilitas vera quæ sit, et nobilis quis dici debeat, VII, 351, 2 : *Beata terra cujus rex nobilis est, et cujus principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, et non ad luxuriam.* XI, 318, 1 : *Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni : Filius sapientium ego, filius regum antiquorum ?* Vera nobilitas in virtute et justitia consistit, I, 136, 1 : *Hæ sunt generationes Noe : Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit ;* 360, 2 : *Dixit ergo ad Joseph* (Pharao) *: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem et consimilem tui invenire potero ? Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet : uno tantum regni solio te præce-*

dam; VI, 439, 2; VII, 189, 2; IX, 319, 1, 2; 320, 2: *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini*; XV, 54, 2. Nobilitas vera sita est in labore, non in desidia et otio, V, 354, 2 : *Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane.* Nobilitas vera est virtus et eruditio, XIII, 10, 2: *Ait rex Asphenez præposito eunuchorum, ut introduceret de filiis Israel, et de semine regio et tyrannorum, pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos omni sapientia, cautos scientia, et doctos disciplina.*

NOCERE. *Noceo* olim accusandi casum regebat, XVII, 343, 2. Nocens adhuc nocere quomodo jubeatur, XXI, 411, 1.

NOCTU, *vide* NOX.

NOCTUA. 1° Noctuæ non ferunt platani foliorum contactum, IX, 642, 1. Noctuæ genus nummi Attici, XI, 663, 1.

2° Noctua est figura hæreticorum et Gentilium tenebras diligentium, II, 68, 1. Noctuis comparantur peccatores et mundani, XII, 48, 1, 2.

NOCTURNUS. Nocturnorum ecclesiasticorum origo, VI, 503, 1; XII, 379, 1; XVII, 312, 1. Nocturnæ preces et vigiliæ cur olim indictæ fuerint, XIII, 512, 1. Nocturnarum vigiliarum divisio, XVI, 178, 1.

NOD. Nod terra quæ fuerit, I, 121, 1.

NOE. Noe unde ita dictus, XII, 663, 2. Noe idem sonat quod Nahum, XIV, 155, 2. Noe idem est quod quies et consolatio, I, 130, 2. Quinque modis fuit consolator, *ibid.* Per eum sublati quadruplices labores, 131, 1. Fuit Henochi abnepos, X, 444, 1. Ejus laus et nobilitas a timore Dei, IX, 319, 1. Fuit justus et ævi sui phœnix, *ibid.* Factus est hominum reconciliator et reconciliatio, X, 444, 2. Fuit typus Christi Redemptoris, X, 444, 2; XI, 643, 1. Quomodo fuerit suppositicius pro impiis sui sæculi, X, 444, 2. Ejus sanctitas, X, 445, 1; XII, 599, 2. Fuit Deo charus, XIX, 475, 1. Ejus fortitudo, spes, constantia, *ibid.* Fuit hæres justitiæ Adami, Abel et novi mundi, *ibid.*, 1, 2. Fuit præco pœnitentiæ, I, 133, 2. An fuerit perfectior Henocho, 135, 2. Hominibus diluvium est comminatus, ut resipiscerent, X, 444, 1. Fuit propheta, XI, 43, 1. Significat Ecclesiæ rectores, X, 445, 1; XI, 601, 2. Fide arcam compegit, XIX, 475, 1. Noe cur centum annis arcam fabricarit, XIII, 561, 1.

2° An exiverit de arca in januario, I, 142, 1. Ejus constantia in octo tentationibus, 145, 1. Quid egerit in arca, *ibid.*, 2. Deus cum eo pactum iniit de non amplius orbi diluvio immittendo, X, 445, 2. Post diluvium fuit continens, I, 159, 1. Non invenit vitem, sed vinum, 159, 2. Primus vites excoluit, et vinum ex uvis expressit, X, 136, 2. Ejus ebrietas venialis tantum fuit, I, 160, 1. Cur solum maledicit Chanaan, non aliis filiis Cham, 161, 2. Fuit post Mathusalem longævissimus, et cur, X, 445, 1. Tempore Abrahami vixit et Abrahamum vidit, I, 163, 1; XIX, 409, 2. Interfuit fabricæ turris Babel, I, 173, 1. Noe fuit doctor sapientiæ, an in Italia gymnasium erexerit, X, 566, 1, 2. Ejus vita et mors ex Beroso, 163, 2. Quoto anno Abrahæ mortuus, XI, 641, 2. Noe dictus fuit a Gentilibus Janus bifrons, X, 136, 2; 441, 1.

NOEMI. Noemi quinque virtutes, III, 235, 2.

NOLA. Nolæ in Campania primum majores factæ campanæ, inde et nomen acceperunt, minores quoque campanulæ dictæ Nolæ, XIII, 499, 1.

NOMADES. Nomades, qui et Arabes, unde sic dicti, IV, 152, 1.

NOMEN. I. NOMEN DEI (*Vide* DEUS, Cap. IV, NOMINA DEI). Nomen Domini est ipse Dominus, qui per nomen invocatur, et symbolice ejus virtus, gloria, potentia, et omnis perfectio, XIII, 512, 1. Nomen Dei Hebræis est ineffabile, XVIII, 325, 1. Nomen Domini cur dicatur sanctum, *Psalm.* I, 199, 1, 2 : *Quia in eo lætabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus.* Nomen Dei quo Christus suos pascit; *primo*, est honor, fama et gloria Dei; *secundo*, potentia et auxilium Dei; *tertio*, professio et invocatio nominis; *quarto*, ipse Deus metonymice, XIV, 121, 1 : *Et stabit et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui.* Nomen Domini est turris, ad quod confugiens justus exaltatur, V, 570, 1 : *Turris fortissima, nomen Domini : ad ipsum currit justus, et exaltabitur.* Ipsum asylum est, *ibid.* Id est ipse Deus, *ibid.* Item omnipotentia ejus et protectio, *ibid.* Item nominatio Dei, *ibid.*, 2. Nomen Dei est nostra spes, XVIII, 683, 1 : *Nomen Domini invocare* et *in nomine Domini invocare* idem, *Psalm.* I, 111, 1, 2 : *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.* Nomen Dei super aliquem invocari, quid sit, XII, 122, 2 : *Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.* In funeribus nominare et invocare nomen Domini, XIII, 602, 2 : *Et dicet ei : Tace, et non recorderis nominis Domini.* Nomen Domini invocare ad salutem sufficere credunt Simoniani et moderni hæretici, XIX, 292, 2. Nomen Spiritus sancti proferre nequit Simoniacus, XVII, 200, 1. Nomen Dei quomodo blasphemetur a Judæis, XI, 617, 1 : *Dominatores ejus inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.* Quomodo ab hæreticis et a Turcis, dum vident Christianos, et præsertim clericos, impure vivere, *ibid.* Nomen Dei temere nominari non debet, IX, 600, 1, 2 : *Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis.*

II. NOMEN CHRISTI. — *Vide* JESUS CHRISTUS, Cap. IV, art. II. In nomine Christi petere, quid sit, XVI, 585, 1, 2 (*Vide* ORATIO).

III. Nomen sumptum pro appellativo nomine. — 1° *Quid sunt nomina, variæ nominum in Scriptura acceptiones.* Nomina sunt quasi omina rei naturam, virtutem, aut proprietatem aliquam præsentem aut futuram significantia, IV, 208, 1, 2. Nomina in Scriptura sæpe significant personam aut rem nominatam, V, 570, 1; XI, 706, 2; XII, 859, 2; XIV, 536, 1; XVIII, 661, 1; XX, 616, 2; XXI. 69, 1. Aliquando pro prole et sobole, XI, 658, 2; XXI, 69, 1. Item capitur pro debito et debitore, XXI, 69, 2. Aliquando pro jussu et auctoritate, XX, 208, 1. Pro nominibus propriis interpres Scripturæ et Septuaginta sæpe vertunt eorum significata, VIII, 145, 1. Nomina parentum apud Hebræos sæpe patronimice sumuntur pro filiis et posteris, XIII, 332, 1. Nomina patrum aliquando juvant ad Prophetæ intelligentiam, 221, 1. In nominibus propriis Prophetæ sæpe ad eorum significata alludunt, 236, 1. Per nomina gentium barbararum Judæis hostilium, designant Prophetæ gentes a Christo subigendas, XI, 69, 2. Nomina sæpe per aphæresim apud Hebræos et Belgas decurtantur, XI, 333, 1. Nomina arborum, florum, gemmarum sunt complexæ significationis et communia multis speciebus apud Hebræos, VII, 546, 1; XIII, 480, 2. Nomina dualia et pluralia apud Hebræos, quæ carent singulari, vel magis usitata sunt in duali vel plurali quam in singulari, tam singulare, quam plurale significant, V, 294, 1. Nomina propria in *Paralipomenon* libris differunt a nominibus quæ in aliis libris ponuntur, IV, 95. 1. Vertuntur etiam in significata latina, 101, 1. Nomina mensium Hebræorum, IV, 228, 1.

2° *Varii usus in nominibus attribuendis observati.* Primo. *Apud veteres.* Novi nominis imposito in Scriptura quomodo fieri intelligatur, I, 30, 1. Nomen novum solebant Hebræi imponere ab eventu : item Romani et Græci, et Germani et Belgæ, I, 30, 1, 2; XXI, 302, 2. Deus quomodo aliquem ex nomine norit, XII, 451, 2. Nomina a Deo fuere sex præclaris viris ante nativitatem imposita, I, 209, 1. Nomen filiis in Veteri Testamento dabat pater, XI, 197, 1. Nomen infanti in circumcisione dabatur, XVI, 43, 2. Maxime cognatorum et patrum illustrium, 44, 1. Nomina nonnullis indita ab eventu præsenti vel futuro, 44, 1. Nomina multa habebant tam viri quam feminæ olim, I, 30, 2. Nomina generosorum non quadrant ignavis, XVII, 251, 1. Nomina infamia usu honestantur, XI, 397, 2. Nomina sceleratorum olim vitabantur, X, 354, 1.

Secundo. *Apud Christianos.* Nomina ut ovibus, sic dantur fidelibus, XVI, 470, 1. Nomina christiana danda pueris, non Gentilium, XIII, 593, 2. Nomine Christi vocari quam gloriosum est, 645, 1, 2. Nomen in Confirmatione vel ingressu Religionis mutare fas est, et cur id fiat, 295, 1. Cur nomina ordinandorum olim publice proponerentur, XIX, 216, 1.

3° *Nomina de quibus in Scriptura aliqua quæstio.* Nomina septem primariorum angelorum, XXI, 21, 1. Ea revelata beato Amadæo, *ibid.* Nominibus inter se carent angeli, sed ea assumunt pro ratione ministerii quod obeunt, XXI, 21, 2 (*Vide* Angeli). Nomina septem fratrum Machabæorum ex Josephi editione græca, IV, 526, 1. Nomina mutata tribus pueris, XIII, 11, 2. Nominis Job interpretatio et mysteria, *Job*, 4, 2. Christo congruunt, 5, 1. Nomen soli Petro ex Apostolis cur Dominus mutarit, XVII, 256, 1. Nomina Apostolorum quomodo in fundamentis civitatis sanctæ, XVIII, 607, 2. Nomen suum auctor sacer libro suo non præfigebat, sed ab aliis ad calcem adhibebatur, X, 548, 1, 2. Nomen suum cur S. Joannes initio epistolæ non ponat, XX, 50, 2, et seq. Nomen Antichristi quale futurum, XXI, 263, 2. Nomen Antichristi est ignotum, XIX, 161, 2. Id futurum character Antichristi, XXI, 261, 1. Nova nomina quæ res fidei clarius explicant, non damnat Apostolus velut profanas vocum novitates, XIX, 268, 2.

IV. Nomen sumptum pro fama. — Nomen bonum quanti faciendum et quare, X, 354, 2; 355, 1. *Curam habe de bono nomine : hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi et magni.* Diu id permanet, *ibid.* Nomen bonum est melius quam divitiæ, VI, 132, 1 : *Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ; super argentum et aurum gratia bona.* Ipsum procurandum, 132, 2. Nomen bonum est unguento simile, VII, 238, 2 : *Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatis.* Nominis boni memoria est merces virtutis, *Job*, 395, 1 : *Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen ejus in plateis.* Nomen impiorum statim post mortem delebitur, X, 354, 1 : *Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur.*

Anima appetit nomen æternum, quia ipsa est immortalis, X, 439, 2 : *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.* Nomen æternum habent docti, IX, 440, 2 : *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Nomina virginum et confessorum olim etiam in Missæ Canone continebantur, jam sola martyrum, X, 429, 2. Nomina sanctorum olim priore in Ecclesia annuntiabantur, quorum natalitia postridie celebranda erant, *ibid.* Nomen novum beatorum quod sit, XII, 455, 2. Nomen melius quod sit, quod virginibus Deus dandum promittat, XI, 658, 1, 2 : *Dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus : nomen sempiternum dabo eis quod non peribit.* Nomen novum quod sit, quod Christus vincentibus promittat, XXI, 56, 2 : *Vincenti dabo manna absconditum, et dabo illi calculum candidum ; et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Nomen Dei et Jerusalem novæ et nomen novum quomodo

Deus super vincentes scribat, XXI, 78, 1 : *Qui vicerit; faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius ; et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem..., et nomen meum novum.*

NOMI. Nomi, id est præfecturæ, in Ægypto erant sexaginta sex, XI, 316, 2.

NONA HORA. Nona hora quando inciperet Hebræis, XVII, 232, 2. Nona hora cur orarent Judæi, XIII, 80, 1.

NONNA (S.). S. Nonna, S. Gregorii Nazianzeni mater, Gregorio marito et filiis fidei et pietatis fuit magistra, VI, 20, 1; 513, 2; XIX, 273, 1. Tota erat in domesticis procurandis et divinis, VI, 179, 1. Quam esset in templo modesta, XVII, 112, 2. Fuit strenua mulier, VI, 489, 2; 515, 1. De sola anima exornanda laboravit, 530, 1. Ejus in pauperes munificentia, VI, 507, 1; X, 120, 1.

NONNUS (S.). S. Nonnus an idem qui Hippolytus, et episcopatum Antiochenum deseruerit, XXI, 66, 1.

NONNUS abbas. Super caput Nonni abbatis stella fulgere visa, XIII, 173, 1.

NONNUS Panopolitanus. Nonnus Panopolitanus S. Joannem versibus heroicis elegantibus expressit, XVI, 291, 2.

NON ULTRA. *Non ultra*, *non amplius* in Scriptura, sæpe non æternitatem, sed longitudinem, id est tempus immemoriale significat, XI, 613, 1; XIII, 250, 2; 501, 9.

NORBERTUS (S.). S. Norbertus quomodo Antichristi adventum imminere existimaverit, XXI, 352, 1, 2.

NORIMBERGENSIS. Norimbergensis ager abietum ferax, XII, 725, 2. Norimbergensium matronarum prisca et mira in vestitu simplicitas, XI, 145, 2. Norimbergenses cur præceptum confessionis a Carolo V publico decreto sanciri vellent, XVII, 355, 2.

NOSSE, NOTITIA. 1° Notitia qua Deus pollet qualis, *Job*, 247, 1, 2. Non pendet a tempore uti nostra, nec est successiva, sed simultanea, *ibid.*: *Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris?* Notitia Dei, qua quem novit aut non novit, non speculativa, sed practica et affectuosa, XV, 215, 1.

2° Notitia quam habemus de Deo ex creaturis qualis, Deus nonnisi obscure ex creaturis cognosci potest, sed minime comprehendi, *Job*, 265, 2 : *Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies?* Est obscura, 688, 2 : *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram : numerus annorum ejus inæstimabilis.* Per negationes perfectior, 113, 2 : *Stetit quidam cujus non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, et vocem quasi auræ lenis audivi.* Notitia Dei perfecta mystice per arborem vitæ significatur, V, 343, 1. Nosse Deum beata vita est, XIII, 334, 2. Notitia sola legis non sufficit ad justificationem, XVIII, 60, 1 (*Vide* Deus).

3° Notitia sui ipsius necessaria, *Job*, 150, 1. Nosse seipsum quanti referat, VI, 3, 1 (*Vide* Cognitio).

NOTA. Notæ Scripturæ occultæ et arcanæ, XI, 407, 1, 2 (*Vide* Scriptura).

NOTABILIS. Notabiles res asserit Joannes per affirmationem et simul contrarii negationem, XVI, 290, 2 (*Vide* Evangelia).

NOTIO. Notiones Dei sunt quædam sigilla rerum creandarum, IX, 64, 2.

NOTSERIM. *Notserim* dicuntur milites Nabuchodonosoris per crasin, XII, 47, 2.

NOVACULA. Novacula cur dicantur Assyrii, XI, 207, 2. Novacula acuta quam vidit Isaias, quid denotaret, XIII, 609, 2. Novacula Ezechielis quid denotet, XII, 540, 1, 2.

NOVALE. Novale est novus ager, cum is, excisis herbis noxiis, primo colitur, V, 391, 1; XIII, 422, 1. Novale tripliciter dicitur, V, 397, 1. Novalia sunt typus instructionis puerilis, VI, 143, 1.

NOVANTES. Novantibus libros Machabæorum e canone expungentibus, quid respondendum, IV, 450, 1. Novantes quam in Joannem Baptistam injurii et iniqui, XI, 492, 1, 2.

NOVATIANUS. Novatianus quare schisma ab Ecclesia fecerit, XX, 453, 2. Novatianus Antipapa perditor fuit animarum, XVII, 304, 1. Fuit tantum pastoris idolum, XIV, 498, 2.

NOVATUS. Novatus rejiciens Confirmationis sacramentum fuit a dæmone correptus, XVII, 199, 1. Novatus lapsos ad pœnitentiam non admittebat, XIX, 400, 2; 461, 2. Aiebat in Ecclesia non esse malos, 293, 2.

NOVEMBRIS. In Novembri magna cœli inconstantia est et intemperies, quam inducit Orion oriens, XIII, 581, 2.

NOVEM. Novem sorores unius partus omnes fuere sanctæ et martyres, X, 223, 2.

NOVENARIUS. Novenarius numerus imperfectus est, IX, 675, 2.

NOVERCA. Novercæ cum privigno nuptias omnes aversati sunt, XVIII, 285, 1.

NOVILUNIUM. Novilunium apud Hebræos erat prima dies mensis, I, 524, 2. Noviluniis notabilis sentitur rerum mutatio, quia luna rebus sublunaribus dominatur, XI, 571, 2 (*Vide* Luna).

NOVISSIMUS. 1° *Quo sensu vox* novissimus et novissimum *accipiatur in Scriptura*, XI, 121, 1, 2. Novissimus et novus idem est quod postremus, XX, 549, 1. Idem etiam quod pessimus, 49, 1, 2. Novissimum in Scriptura accipitur pro eo quod posterius est, et sequitur, IX, 97, 1. Novissimum dicitur tempus legis gratiæ et Messiæ, XX, 473, 1 ; XXI, 353, 2. Novissima quænam tempora intelligat Paulus, XVIII, 282, 1. Novissimi primi et primi novissimi qui sint, XV, 437, 2 et seq.; 439, 1 ; 442, 1; 445, 2. Novissimos Apostolorum quos vocet Paulus, XVIII, 284, 1.

2° *Novissima sumpta pro morte, judicio, gehenna, et cœlesti gloria.* Novissima sua obliti sunt homines, XI, 570, 1 : *Et dixisti : In sempiternum ero domina ; non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui.* Novissima impiorum bona non erunt, VI, 238, 1 : *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Novissimorum memoria habenda in omnibus, IX, 257, 1 : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.* Quantum hæc afferat boni, *ibid.*, 2. Hæc est regula omnium agendorum, *ibid.* Ea cogitanda quasi vicina, *ibid.*, 2 ; 258, 2. Eorum recordatio iram deponi suadet, X, 49, 1, 2 : *Memento novissimorum, et desine inimicari : tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Eadem concupiscentias imminuit, 112, 1 : *Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam.* Novissimorum meditatio est optimum collyrium animæ, XXI, 86, 1, 2 : *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, et vestimentis albis induaris, et non appareat confusio nuditatis tuæ, et collyrio inunge oculos tuos, ut videas* (*Vide* Mors, Judicium, Infernus, Cœlum).

NOVITAS. 1° Novitas rei magnæ et difficilis, præsertim inopinatæ, ingens ciet in mente pathos, XV, 405, 2.

2° Novitas in doctrina est explodenda, XVIII, 518, 1, 2 : *Sed, licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Novitas profana est, XIX, 268, 1 : *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiæ.* Ea signum et nota est hæreseos, XIX, 268, 1 ; XX, 440, 2 : *Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.* Novitas et nuperitas hæreticorum, XXI, 566, 1 : *Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei.* Novitas vocum quæ sit, XIX, 268, 1 ; 288, 1 : *Profana autem et vaniloquia de vita ; multum enim proficiunt ad impietatem* (*Vide* Doctrina, Hæresis).

3° Novitate vitæ Christo resurgenti similes efficimur, XVIII, 168, 1 : *Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate ambulemus.* Quænam illa novitas vitæ sit, 202, 2 : *Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri* (*Vide* Novus Homo).

NOVITIATUS, NOVITIUS. 1° Novitii Religionum sunt primitiæ Deo oblatæ, II, 20, 2. Sunt velut viridis seges, X, 337, 2. Et vineæ florentes, X, 338, 1. A novitiatu pendet tota deinceps vita in Religione, VI, 99, 2.

2° Novitii in Religionem admittendi cum delectu, XII, 189, 2 ; 190, 1. Novitii quomodo in Religione probentur, IX, 158, 1. Sunt leviter tractandi, XV, 245, 2 et seq. Novitiis in Religione nihil dicendum quo ad sæculum repetendum moveantur, XIII, 380, 1. Novitiorum in Religione quæ fiat mutatio, VI, 117, 2. Novitii Religionum quam ferventes sint, XIV, 266, 2. Ne sint initio nimis ferventes, VI, 401, 1. Eorum fervores nimii non sunt durabiles, V, 385, 2. Novitii in Religione et fide primo tentari solent gula et carnis stimulis, et his superatis ad vanam gloriam, XV, 122, 1. Novitios in Religione a tentationibus præservat Deus, XVI, 575, 2. Cogitationes suas et tentationes superiori aperiant, V, 471, 2. Novitiorum stultitia quæ sit, VII, 266, 1.

3° Novitios a Religione avertere quam sit grave scelus, I, 590, 1 ; III, 354, 2. Quomodo et a quibus in captivitatem ducantur, XII, 356, 1.

NOVUS. 1° Novum altare thymiamatis, mensam propositionis et candelabrum fecit Salomon pro templo, III, 578, 1, 2 (*Vide* Altare, Candelabrum), etc). Novi orbis conversio Hispanis et Lusitanis gloriosa est, XIV, 19, 1.

Nova et exotica delectant, XV, 338, 1. Novi cœli quomodo futuri post resurrectionem, XX, 489, 2. Novum quare sit virginum canticum XXI, 273, 2. Cur dicatur canticum seniorum novum, 130, 2 et seq.

2° Novus homo quis sit Paulo, XVIII, 640, 1 : *Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.* Ejus partes et membra opposita partibus et membris veteris hominis, 642, 2. Nova creatura in Christo quæ sit, XVIII, 454, 1, 2 : *Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* Novus homo induendus est, veteri deposito, VII, 509, 1.

NOX. 1° Nox non est in cœlo empyreo, XXI, 181, 2 ; 403, 1. Nox quomodo in cœlo reperiatur, *Psalm.* II, 386, 1. Nox quieti deputata, *Job*, 386, 1. De nocte tamen laborandum est, VI, 503, 1. Nox est piscationi aptissima, XVI, 641, 1. Noctem Hebræi in quatuor partes dividebant, XV, 716, 1. Noctes variæ et pessimæ, VII, 605, 2. Noctes quæ festivæ sint, *Job*, 81, 1.

Nox orandi tempus maxime opportunum, *Psalm.* II, 386, 1. Nocte orandum, die laborandum esse exemplo suo docet Christus, et multi anachoretæ, XVI, 80, 2 ; 113, 1 ; 259, 2. Nox apta compunctioni, XII, 353, 2. Revelationibus accommodata, *Job*, 110, 2. Et visionibus accipiendis aptior, XIV, 361, 2.

Cur de nocte Judas ad productionem perficiendam exiverit, XVI, 533, 2. Noctibus tribus quomodo Christum in sepulcro fuisse comprobatur, XV, 312, 1, 2.

2° Nox symbolice designat mentis tenebras, XVI, 553, 2. Nox propria est impii, V, 114, 2. Nox vo-

catur tempus ante Christum, XVIII, 224, 1, 2. Nox aliquando significat tempus quo abest lux gratiæ, *Psalm.* II, 278, 2. Nox aliquando mortis tempus, sicut dies tempus vitæ designat, *Psalm.* I, 121, 1; 122, 1. Nox symbolum calamitatis, *Job*, 663, 2. Nox signum mali ominis, III, 560, 1. Symbolum est refrigerii et refugii in calamitate, XI, 302, 1.

NOXA. Noxa caput sequitur, quam verum sit, liquet in Amano, IV, 379, 2. Noxa præsto est temere spondenti, X, 79, 1.

NOXIUS. Noxium sequitur sua pœna, XVIII, 455, 1, 2; XIX, 251, 1, 2. Noxii ad exemplum aliorum sunt puniendi, VI, 41, 2 (*Vide* PECCATUM, PŒNA).

NUBERE. *Nubo* proprie mulieris est, apud antiquos etiam viri, XV, 481, 1. Præstat nubere quam uri, XVIII, 304, 1, 2 : *Si non se contineant, nubant, melius est enim nubere quam uri.* Nubendum est pari, IX, 689, 1, 2 : *Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.* Nubere in Domino quid sit, XVIII, 322, 1 : *Quod si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat: tantum in Domino.* Nubentes olim velabantur, 355, 1; 491, 1, 2 (*Vide* CONJUGIUM MATRIMONIUM, NUPTIÆ).

NUBIS. 1° Vox *Nubis* unde dicatur, X, 402, 2. Nubes ad nutum Dei agitantur et oriuntur, *ibid.* Nubes sapientia Dei concrescunt, V, 92, 2. A Deo sunt in aere suspensæ, 235, 1. Nubium pondus quale, *Job*, 701, 2. Nubes superne candida et splendida est inferne atra et obscura, VI, 287, 1. Aquas continet quas deinde Dei jussu in terram depluat, 426, 1. Nubes sunt pluviæ vehiculum, XIII, 349, 2. Quomodo vocentur flumen aereum, XIV, 41, 2. Nubes gignunt pluviam, XVI, 24, 1. Terram fecundant, X, 402, 2. Cur nubes ab occasu imbrem in Judæa nuntient, XVI, 184, 1, 2. Secus in aliis locis, *ibid.* Nubes tonantes sunt quasi leones rugientes, XII, 92, 2.

2° Nubes et caligo in Scriptura vocantur latibulum et quasi vestimentum Dei, 290, 1 ; XII, 813, 1. Sunt symbolice thronus gloriæ Dei, IX, 622, 1; *Job*, 523, 2. Sunt Dei thronus et cursus, *Job*, 523, 2; 691, 2. Sunt currus Dei, domus, tentorium, *Psalm.* I, 95, 2. Nubes sunt quadriga Dei, XIV, 257, 2. Sunt currus regalis Dei triumphantis, XII, 574, 1. Nubes lucida est symbolum divinitatis, XIII, 96, 1. Nubes repræsentat gloriam Dei, et quidem proprie dicta, XII, 575, 1, 2. Nubes est velum gloriæ Dei, XV, 388, 2. Nubes magna Dei iram significat, XII, 478, 1. Nubes vocatur in Scriptura Dei lux, XIX, 265, 1. Nubes deitatis est humanitas Christi, XII, 574, 2. Nubium significatio propria est divinitatis et providentiæ Christi quasi per velum ostensio, *ibid.* Nubes levis in Isaia quid sit, XI, 315, 2. Est corpus Christi, item beata Virgo, 316, 1.

3° Per nubem Deus passim apparebat Moysi, et Raphael angelus Tobiæ, IV, 290, 1. In nube cur Deus apparere soleat, XII, 574, 1. In nube cur soleat Deus præsentiam suam exhibere, et simul eodem se occultare, *ibid.*

Quid sit nubes sub qua patres fuerunt, XVIII, 338, 2. Nubes lucida in monte Thabor quos et cur obumbraret, XV, 388, 1. Undenam et cur illa facta sit, 388, 2. Cur fuerit lucida, 389, 1. Nubes quæ et qualis susceperit Christum in cœlos ascendentem, XVII, 60, 1. Nubi insidebit Christus et sancti ad judicium venientes, XIX, 134, 2. Cur in nubibus venturus sit Christus ad judicium, XV, 515 2.

4° Nubes sunt symbolum promptæ obedientiæ, *Job*, 701, 1. Symbolum protectionis, 687, 2; 691, 2; 692, 1. Nubes symbolice sunt angeli, XII, 574, 2. Nubibus comparantur fideles, XI, 704, 2. Item prædicatores, XI, 704, 2; 705, 1; XII, 574, 1; *Job*, 692, 1. Iis assimilantur apostoli et viri apostolici, XIV, 477, 1. Nubes mystice sunt viri sancti, VII, 367, 1.

Nubes et venti symbolum sunt multa spondentis et nihil dantis, VI, 270, 1. Item arrogantiæ et mutabilitatis, 270, 2. Sunt symbolum celsitudinis et ambitionis, X, 404, 1. Item vanitatis, *Job*, 189, 1; 592, 1. *Nubes post pluviam* in *Ecclesiaste* quid repræsentent, VII, 384, 2. *Nubes sine aqua* sunt hæretici, XX, 674, 1 et seqq.

NUDARE, NUDITAS, NUDUS. *Nudare* in Scriptura subinde *tondere* significat, XIV, 261, 2. Nudari, feminis ignominiosissimum, XII, 116, 2. Nuditas pedum ad quid hominibus utilis sit, VII, 190, 1, 2. Nudi mundum ingressi, nudi eodem exibimus, XIX, 257, 1.

Nuditas Israelis quæ vocetur, 306, XIII, 1. Nuditas triduana Isaiæ symbolum fuit triennii spoliationis Ægypti et Æthiopiæ, XI, 324, 1, 2. Nuditatis triumphus qualis, *Job*, 41, 1; 45, 1, 2.

NUDIPEDES. Nudipedes incesserunt veteres, XVIII, 264, 1. Nudipedes erant, qui aliorum ossa legebant, XIII, 602, 1. Nudipedes sacrificabant Judæi, I, 454, 1. Nudipedes signum sunt captivitatis, XVIII, 680, 1. Nudipedum Religiosorum laus, III, 244, 2.

NUDIUS QUARTUS. *Nudius quartus* vox unde dicatur, XVII, 239, 2.

NUGACITAS, NUGÆ. Nugæ vox ab hebræo *nuge* derivata est, idemque significat, XIV, 309, 1, 2. Nugæ vocantur homines et res nugaces et nihil, XIV, 309, 1. Nugacitas hominum quanta sit, 309, 2. Nugæ vocantur nugaces, XIII, 260, 2. Nugacitas meretricum, VI, 201, 2 (*Vide* MERETRIX). Nugæ quantopere fideli vitandæ sint, XIV, 310, 2. Nugis non opertet aures intendere, XX, 72, 2.

NUMA. Numa Pompilius populum Romanum ferum religionis institutione et utilibus legibus domuit, XIII, 413, 1; XIV, 321, 2. Numa Egeriæ se maritum jactavit, IV, 499, 2. Numa primus idola Romam invexit, XI, 543, 1. Primus usus est chlamyde, XV, 609, 2. Numæ libri chartacei, quia cedro erant illiti sub terra, quingentis et triginta quinque annis durarunt, XII, 620, 2.

NUMANTIA. Numantia ob discordiam excisa, XIV, 303, 1.

NUMANTINI. Numantini in Hispania per quatuordecim annos obsessis Romanis reconciliari noluerunt, IV, 537, 2.

NUMEN. Numen esse colligitur ex constanti inconstantia mundi, XX, 474, 1. Numen omne negabant Epicurei, XVII, 319, 2. Numinis metus et reverentia homines a peccato avocat et ad bonum impellit, XIII, 332, 2 (*Vide* DEUS).

NUMENIUS. Numenius legatus a Simone Machabæo ad Romanos, IV, 489, 1, 2.

NUMENIUS PHILOSOPHUS. Numenius philosophus cur castigatus, XI, 81, 2.

NUMERUS. 1° Numerus rotundus et integer assignatur in Scriptura, etiamsi ei aliquid desit vel supersit, III, 172, 1; XV, 27, 1; XVII, 173, 1; 280, 2. Numerorum minutias non curant scriptores, solidos integrosque tantum numeros consignant, XII, 716, 2. Numeros certos Scriptura exacte ponit, nec in iis ludit, XXI, 349, 2. Numerus definitus in Scriptura ponitur pro indefinito XV, 27, 1. Numerus cardinalis sæpe capitur pro ordinali, XIII, 111, 2; XIV, 317, 2. Numerus septenarius sumitur pro *frequenter*, Psalm. II, 332, 2. Numerus denarius et septenarius Hebræis erat familiaris, XVIII, 187, 1. Numerus capitur pro paucitate, X, 355, 2, Numeri dies sunt iidem qui pauci et breves, *ibid.* Numerus sumitur etiam pro ordine et composita harmonia, XI, 502, 1, 2.

2° Numerus Angelorum est maximus, XIII, 93, 1, 2. Numerus omnium filiorum Israel qui cum Jesu et Zorobabele in Jerusalem redierunt, IV, 209, 2. Numerus electorum an sit certus ante præscientiam finalis perseverantiæ, XXI, 74, 1, 2. Numerus beatorum etsi ingens est tamen numerabilis, 170, 2. Numerus damnandorum et electorum an sit par, XX, 116, et seqq.

3° Numerorum mysteria in Scriptura occurrunt plurima, XI, 751, 1, 2. Numeri vigesimi quinti mysteria varia, XII, 840, 2. Numerus sexagesimus est perfectus, et quare, VIII, 8, 1. Numerus quadringenta nonaginta decem Hebræis erat celebris, XIII, 116, 1. Per numerum nominum divinabant veteres, XIV, 34, 1. Numerus hominis quis dicatur, XXI, 262, 2. Numerus hominis Antichristi quis sit, *ibid.* et seqq.

NUMERORUM LIBER. *Numerorum* liber unde dicatur, II, 191, 1. Quænam ejus libri materia, *ibid.* Quot annorum gesta contineat, *ibid.*, 2.

NUMMULARIUS. Nummularii sunt campsores et usurarii, XV, 532, 1. 2.

NUMUS. Numus dictus quasi νόμος, id est lex, V, 272, 2. Unde dictus sit moneta, *ibid.*

NUNC. *Nunc* diversimode accipitur, V, 135, 1.

NUNTIUS. Nuntius fidelis oblectat eum a quo missus est, VI, 268, 2 : *Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit illum, animam ipsius requiescere facit.* Cur frigori in messe comparetur, 269, 1. Nuntium bonum non tantum aures mulcet, sed et mentem recreat, V, 476, 1; VI, 288, 1, 2 : *Aqua frigida animæ sitienti et nuntius bonus de terra longinqua.* Nuntium stultum mittens perinde facit ac si claudum, tardum, ineptum, impotentem mitteret, 300, 2 et seq. : *Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Quæ mala is mittenti creet, *ibid.* Nuntius piger molestiam et noxam iis qui miserunt eum, creat, V, 306, 1 : *Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger iis qui miserunt eum.* Comparatur aceto et fumo, *ibid.* Nuntius infidelis infideliter agens a rege sæpe plectitur, at fidelis sibi incolumitatem conciliat, 391, 1, 2 : *Nuntius impii cadet in malum; legatus autem fidelis, sanitas.* Item qui fraudes maligni annuntiat, iis detectis ipse dat pœnas, *ibid.*, 2. Nuntii habent lumbos accinctos, XVI, 174, 1.

NUPH. *Nuph* quam multa significet, IV, 502, 2.

NUPTA. Nupta nova olim viri januam lana coronabat, V, 348, 2.

NUPTIÆ. 1° Nuptiarum definitio et unde dicantur, XIV, 578, 2; XVI, 327, 1. Nuptiæ dicuntur a *nubendo*, quocirca pudicæ et verecundæ sint, I, 260, 1. Earum ritus apud Gentiles, XIV, 578, 2. Earum præses Juno, *ibid.* Nuptiarum ritus triplex erat apud Romanos, IX, 434, 2. Olim nuptias a sacrificio inchoabant, XV, 474, 1, 2. Nuptiæ a priscis noctu celebrabantur, XXI, 335, 2. Nuptiarum festa dulciariis et deliciis condiuntur ad inescandum sponsæ affectum, VIII, 91, 2. *Nuptiæ Ægypti* proverbialiter de nuptiis infaustis dicitur, XVIII, 385, 1.

2° Nuptiarum est conciliator et vindex Deus, XIV, 578, 2 : *Dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti : et hæc particeps tua, et uxor fœderis tui.* Nuptias Christus sua præsentia honoravit, XVI, 328, 1. Nuptiæ in Cana quo die et anno contigerint, 326, 1, 2. Nuptias esse spernendas docuerunt olim pseudoapostoli, XVIII, 290, 1. *De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat.* Nuptiæ sic peragantur ut Deus non offendatur, IV, 300, 2 : *Cumque omnes dixissent : Amen, accesserunt ad convivium; sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* Nuptiarum die ac nocte conjuges sobrietati studeant, *ibid.* Ab iis abesse debent rixa et iracundia, XIV, 578, 2. Nuptiæ secundæ licitæ sunt, XVIII, 322, 1 : *Quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino.* Nuptiæ secundæ olim licitæ repudianti et repudiatæ, sed non jam, XV, 167, 1 : *Ego autem dico vobis : Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, et qui dimissam duxerit, adulterat.* Nuptiæ Religiosorum permanens sacrilegium sunt, vel adulterium, XVIII,

804, 1. Nuptiæ non erunt in cœlo, erunt tamen mulieres, 631, 2 et seq. (*Vide* CONJUGIUM, MATRIMONIUM, NUBERE).

Nuptiæ Christi cum Ecclesia quæ sint, et quomodo is ab nuptiis istis dicatur reverti, XVI, 177, 1. Nuptiarum sponsi et sponsæ cœlestis quis sit finis, *Psalm.* I, 300, 2. Nuptiæ Christi cum Ecclesia inchoatæ sunt in incarnatione, in cœlo consummabuntur, XV, 474, 1.

Nuptiæ spirituales quæ, XV, 474, 1, 2. Quomodo eæ fiant, XVI, 332, 2 et seq.

3° Nuptiæ mundanæ et spirituales quomodo differant, XVIII, 492, 1 : *Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Nuptiarum spiritualium prandium et cœna, 490, 1, 2. Nuptiæ spirituales animæ cum Deo habent aliquando defectum vini, id est gratiæ, XVI, 329, 1.

4° Nuptiæ typus et exemplar sunt ingentis gaudii, XII, 193, 2. Iis comparatur cœlestis electorum felicitas, XV, 528, 1.

NUPTIALE CONVIVIUM. Nuptiale convivium a Christo in parabola propositum est mensa evangelicæ doctrinæ, et maxime Eucharistiæ, V, 252, 2.

NUTUS. Nutu suo Deus terram et montes concutit, X, 404, 2 (DEUS). Nutus oculorum sunt luxuriæ internæ nuntii, 8, 1 (*Vide* OCULI).

NUTRICIUS. Nutricius Ephraim cur se vocet Deus, XIII, 428, 2.

NUTRIX. Nutricum indolem et mores infantes sugunt, XIII, 286, 2.

NUX. 1° Nux dicitur a *nocendo*, V, 192, 2. Nuces, quæ duro cortice sunt, an pomorum nomine comprehendantur, XIII, 620, 1. E nucibus fit oleum et unguentum, V, 192, 2.

2° Nux significat virtutem perfectam, VIII, 156, 2. Ejus descriptio, et quid repræsentet, 157, 1. Nucem enucleare est conscientiam examinare, *ibid.*, 2. Nux sacra Scriptura, *ibid.* Hæc patientiæ typus, 156, 2.

NYCTICORAX. Nycticorax symbolum est mortis, XII, 153, 2. Cur sit Ægyptiis et aliis symbolum mortis, XXI, 69, 1.

NYMPHA, Nympha et domestici ejus fideles erant Colossis, XIX, 111, 2.

O

OBDUCTIO, OBDUCTUS. Obductus et obductio, idem est quod calamitas, IX, 137, 1.

OBDURARE, OBDURATIO. Obduratio quid, *Job*, 287, 2 et seq. Quid sit aliquem obdurari aut a Deo despici, 288, 1 : *Si destruxerit, nemo est qui ædificet : si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.* Obduratio duplex, XI, 182, 1, 2 : *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava; et oculos ejus claude, ne forte videat oculis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat et convertatur, et sanem eum.* Obduratio peccantium describitur, V, 561, 2 : *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit : sed sequitur eum ignominia et opprobrium.* Obdurare Deum homines impie docet Calvinus, I, 448, 1 : *Ego indurabo cor ejus* (Pharaonis) *et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Ægypti;* XVIII, 168, 2 : *Ergo cujus vult miseretur et quem vult indurat.* Neminem Deus obdurat positive, I, 488, 1 et seqq. Variis modis Deus dicitur obdurare hominem, 499, 2 et seqq. (*Vide* PHARAO). Obduratio quomodo homini, quomodo Deo tribuatur, XVIII, 25, 1; 168, 1. Obdurationis suæ causa Chananæi, non Deus, III, 68, 2. Obduratio Judæorum, XVIII, 435, 1. Obduratos quomodo Deus tractet, I, 491, 2 et seqq. Obduratos homines potest Deus emollire, XV, 103, 1 : *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Obdurati, si velint, possunt se ad Deum convertere, XVI, 516, 1. Obduratis eleemosyna suadenda quasi ultimum remedium, sicut eam Nabuchodonosori suasit Daniel, XVIII, 477, 2. Obdurationis in peccatum quæ sint causæ futuræ in impiis sub finem mundi, XXI, 212, 2 : *Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, et simulacra aurea et argentea..... Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis* (*Vide* COR DURUM, DURITIES CORDIS).

OBEDEDOM. Obededom Gethæus fuit Levita, III, 455, 2 et seq. Qua benedictione benedictus propter arcam, 456, 1.

OBEDIENS, OBEDIENTIA. 1° *Obedientiæ natura et proprietates.* Primo. *Obedientia vera in qua re sita sit,* XIV, 327, 2. Obediens verus quis sit, V, 474, 1 : *Mens justi meditatur obedientiam; os impiorum redundat malis.* Obedientia plena quæ sit, quæ non sit, XXI, 68, 2 : *Non invenio opera tua plena coram Deo meo.* Ejus perfectio in quo sita sit, IX, 114, 2 : *Filii sapientiæ, ecclesia justorum; et natio illorum obedientia et dilectio.* Obedientiæ perfectæ schema quod sit, XII, 577, 1. Obedientia manca quæ sit, XIV, 559, 2 : *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? et si offeratis claudum et languidum, nonne malum est?* Obedientiæ gradus, V, 474, 1. Obedientiæ filii qui dicantur XX, 260, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in*

revelationem Jesu Christi ; quasi filii obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis. Obedientiæ descriptio, XIX, 397, 1.

Secundo. *Obedientiæ veræ septem proprietates, obedire prompte, simpliciter, hilariter, humiliter, utiliter, indifferenter, perseveranter,* I, 183, 2 et seqq.: *Dixit autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi..... Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus.* Obedientia quam debeat esse prompta, 218, 1 : *Tulit autem Abraham Ismael filium suum, et omnes vernaculos domus suæ, universosque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ : et circumcidit carnem præputii eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Dominus.* Obediendum statim Deo vocanti, XIV, 30, 2. Obediendum statim Deo ad perfectionem vocanti, X, 132, 1 : *In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.* Obediendum Deo statim in arduis et periculis, III, 134, 2; 140, 2: *Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.* Obedientia perfecta debet esse indiscreta, I, 99, 1 : *Qui* (serpens) *dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?* Obedientia debet esse patiens, XX, 301, 1 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.* Obedientis in obediendo certamina, V, 33, 2. Obedientia fulguri debet esse similis, prompta, agilis, fortis, efficax, infatigabilis, *Job,* 725, 1, 2; 726, 1 : *Numquid elevabis in nebula vocem tuam et impetus aquarum operiet te? Numquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi : Adsumus?* Obediendi ratio, V, 474, 1, 2.

Obedientia ex dilectione oritur, IX, 114, 1. Obedientia charitatis quæ dicatur, XX, 268, 2 et seq. : *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis.*

Tertio. *Obedientiæ symbola et figuræ.* Obedientia est monile, VII, 515, 2 : *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis ; collum tuum sicut monilia.* Per inaurem repræsentatur, VI, 268, 1 : *Inauris aurea, et margarita fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedientem.* Obedientiæ symbolum et deditionis oliva est, XIII, 471, 1 : *Et erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani.* Per thus repræsentatur, XV, 82, 1. Obediens fulguri comparatur, *Job,* 725, 1.

2° *Ad obedientiam sequendam motiva et incitamenta.* Primo. *Obedientiæ præstantia,* XVI, 84, 2 et seqq. : *Et descendit cum eis* (Jesus), *et venit Nazareth, et erat subditus illis.* Obedientia melior est victimis, III, 358. 1 : *Et ait Samuel : Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimæ, et auscultare magis quam offerre adipem arietum,* VII, 19, 2 et seq. : *Multo enim melior est obedientia quam stultorum victimæ.* Obedientia est sacrificium mysticum, IX, 114, 1. Ipsa nobilissimas hominum potentias offert in holocaustum, XVI, 84. 2 et seqq. Obedientia martyrium est, XIII, 443, 1, 2.

Obedientia et subjectio est tessera veræ fidei, XX, 297, 2 : *Subjecti igitur estote omni creaturæ propter Deum.* Tessera est sapientiæ et justitiæ, X, 114, 1. Cæteris virtutibus est præferenda, XVI, 526, 2 : *Dixit ei* (Jesu) *Simon Petrus : Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput.* Vincit alias virtutes, VI, 125, 1; 126, 2 et seqq. Obedientia est vera sapientia, V, 473, 2 : *Mens justi meditatur obedientiam; os impiorum redundat malis.* Non obedire Deo stultissimum est, III, 336, 2. Dixitque Samuel ad Saül : *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi.* Obedientiæ commendatio, I, 677, 2 et seqq. Obedientiæ perfectæ documentum et commendatio, XI, 181, 2 : *Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixit : Ecce ego, mitte me.* Ejus elogium, V, 33, 1.

Secundo. *Obedientia a Deo requiritur,* Psalm. II, 146, 1, 2 : *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Eam tota Scriptura nobis inculcat, XIX, 455, 2 : *In capite libri scriptum est de me : Ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obedientia mandatorum tributum est quod Deus pro collatis in suos bonis exigit, *Psalm.* II, 215, 2 : *Et dedit illis regiones gentium, et labores populorum possederunt. Ut custodiant justificationes ejus, et legem ejus requirant.* Deo obaudiunt omnia creata, X, 381, 1 : *Omnia hæc vivunt, et manent in sæculum, et in omni necessitate omnia obaudiunt ei.* Ab ea obedientia nos non eximit christiana libertas, XVIII, 25, 2. Obedientiæ necessitas, V, 474, 1. Obediendum Deo magis quam hominibus, XVII, 152, 2 : *Respondens autem Petrus et Apostoli, dixerunt : Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Obedientiæ quanta sit vis, *ibid.* Obediendum magis Deo quam regi, XII, 842, 1.

Tertio. *Obedientiæ exempla,* I, 678, 1, 2. Etiam apud Gentiles, *ibid.* Obedientia Abraham quanti a Deo æstimatur, IV, 421, 2 : *Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, et reputatum est ei ad justitiam?* Obedientiæ Abrahæ merces, XVIII, 84, 2 : *Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi : sed per justitiam fidei.* Obedientiæ promptæ exemplum fuere Abraham et Isaac, XIX, 480, 1. Obedientia rara Estheris reginæ et imperatricis, IV, 370, 2 : *Quidquid enim ille* (Mardochæus) *præcipiebat, observabat Esther : et ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat.* Obedientia Rechabitarum, XII, 252, 2. *Prævaluerunt sermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis ut non biberent vinum : et non bibe-*

runt usque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui.

Obedientiæ Christi erga parentes erat quoad naturam humanam non divinam, XVI, 84, 2 : *Et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis.* Ejus obedientia in morte oppetenda, 476, 1, 2 : *Nemo tollit eam* (animam) *a me, sed ego pono eam a meipso, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.* Obedientiæ Christi fructus, XVIII, 103, 2 : *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi.* Fuit ea singularis et promptissima ; XIX, 455, 2 et seq. : *In capite libri scriptum est de me : Ut faciam, Deus, voluntatem tuam, superius dicens : Quia hostias, et oblationes et holocautomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi : Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam : aufert primum, ut sequens statuat.* Quomodo eam didicerit, 396, 2 : *Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam : et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ* (*Vide* Jesus Christus).

Obedientia Deiparæ cruci filii astantis, XVI, 615, 1 : *Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, Maria Cleophæ, et Maria Magdalenæ.*

3° *Quibus sit obediendum.* Obediendum regibus, si Deo contraria non præcipiant, XIX, 335, 2 : *Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Obedientia regibus, prælatis et magistratibus debetur, XVIII, 219, 1, 2 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo : quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt,* XIX, 335, 1. Obediendum etiam malis prælatis justa jubentibus, XV, 488, 1, 2 : *Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos, dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite : secundum opera vero eorum nolite facere : dicunt enim, et non faciunt.*

4° *Obedientiæ effectus, fructus et merces.* Primo. Obedientiæ sex effectus, XII, 440, 1 : *Dereliquisti fontem sapientiæ : nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus : ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum, et pax.* Obediendum Deo ut caro nobis obediat, III, 337, 2 : *Dixitque Samuel ad Saül : Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum ; sed nequaquam regnum tuum ultra consurget.* Obedientia sæpe est in causa ut carnales entationes sint in obedientibus imminutæ, I, 188, 2. Obediens Deo pacatas habet omnes animæ suæ potentias, V, 491, 2 : *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.* Fructus obedientiæ est obedientem custodire ab omni malo, VII, 288, 2 : *Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali.*

Secundo. *Obedientia est mater virtutum,* XVI, 85, 2. Castitati servandæ conducit, XX, 269, 1 : *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis.* Suadet omnigenas virtutes, V, 32, 2 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ : ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.* Est corona virtutum, VII, 516, 1. Obedientia ornat obedientem, V, 32, 2. Omnia opera ex ea facta, facit meritoria, XVI, 85, 1, 2 : Obediens loquitur victorias, quo sensu, VI, 123, 2 et seqq. : *Testis mendax peribit ; vir obediens loquetur victoriam.* Vincit dæmones, 124, 1. Mundum, carnem, 124, 2. Seipsum et homines, 125, 1, 2. Mare, ignem, terram et bestias, 126, 1, 2. Cœlos, infernum, *ibid.*, 2. Tentationes, mortem et gehennam, Deum, 126, 2 et seq. In obedienti Deus manet quintupliciter, XX, 584, 1 : *Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in Deo.* Obedientia facit homines divinos, IX, 114, 1. Obediens superiori, a Deo recta dirigitur ad portum salutis, X, 257, 2 ; XVI, 85, 2. Obedientia est portus tutissimus, VII, 516, 2. Obedientia et fides in Christum causa est quod gentes sint electæ ad justitiam, XVIII, 173, 2.

Tertio. Obedientia facit nos in Deo omnipotentes, VI, 127, 1, 2. Obedientiæ fructus est ut Deus ipse vicissim homini obediat, III, 64, 2 : *Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis et pugnante pro Israel.* Ex obedientia fluit gratia miraculorum, VII, 521, 2.

Quarto. Obedientiæ fecunditas et messis vitæ æternæ, XI, 637, 2 : *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.* Obediens verus non potest mori, I, 248, 2. In cœlis coronatur, V, 33, 1.

OBJECTIO. Objectiones variæ contra auctoritatem libri quarti *Esdræ*, IV, 262, 1, 2 ; 263, 1 (*Vide* Esdras). Objectiones contra *Ecclesiasten*, VII, 1, 1 (*Vide* Ecclesiastes).

OBJECTUM. 1° Objectum formale fidei est revelatio Dei, XIX, 122, 1. Objectum amoris justi et sapientis virtus est, VII, 137 et seq. Objectum servitutis Pauli erga Deum, XIX, 319, 2. Objectum peccati ad peccandum allicit, X, 28, 2.

Objectum duplex epistolarum Pauli, dogmaticum et ethicum, XIII, 19.

OBJURGATIO. Objurgatio acris vitiorum rubiginem detergit, VI, 282, 2. Æquo animo est admittenda, 293, 2 (*Vide* Correctio, Correptio, Increpatio).

OBLATIO, OFFERRE. 1° Oblationes pro templo quare vocentur initia sanctorum, IX, 254, 1 : *Datum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificatio-*

nis offeres Domino, et initia sanctorum. Oblationes quas fideles offerunt sacerdotibus, non intelligit Apostolus per altare, ut vult Beza, XIX, 519, 1 : *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt.* Oblatio munda quæ nomini Dei offerenda promittitur, quænam sit, XIV, 560, 2. Ostenditur esse sacrificium eucharisticum, 561, 1, 2 et seq. Oblatio mystica quænam hæreticis sit, 561, 1 (*Vide* EUCHARISTIA).

2° Oblatio ut Deo placeat, octo ad eam requisita, X, 222, 2 : *Da Altissimo secundum datum ejus, et in bono oculo adinventionum facito manuum tuarum; quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi.* Oblationes iniquorum sunt irrisiones Dei, 205, 1 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes justorum.* Eas ipse reprobat, *ibid.*, 2; 206, 2: *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudines sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis;* 207, 1 : *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris;* 210, 1. Offerens spolia pauperum quinque gravia scelera committit, 207, 2. Victimat quodammodo Christum, 208, 1. Oblatio tristi animo oblata Deo displicet, XIII, 401, 2 : *Non libabunt Domino vinum, et non placebunt ei : sacrificia eorum quasi panis lugentium; omnes qui comedunt eum, contaminabuntur.* Oblationes Christianorum vim suam habent ex opere operantis, V, 453, 2 : *Victimæ impiorum abominabiles Domino; vota justorum placabilia.*

3° Oblationes spirituales, et holocausta, quæ sint dicenda, *Psalm.* I, 343, 2 : *Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium, oblationes et holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* Oblatio summa est obedire Deo, VII, 193, 1 : *Multo enim melior est obedientia quam stultorum victimæ.* Perfecta animæ oblatio in quibus sita sit, XVIII, 202, 1 : *Obsecro itaque, vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta.*

OBLECTATIO. Oblectatio lucis, VII, 374, 2.

OBLIQUUS. Obliquæ quomodo dicantur fuisse templi fenestræ, XII, 812, 2. Obliquæ fenestræ thalamorum mystice designant mentes contemplativas, 796, 2.

OBLIVISCI. OBLIVIO. 1° Oblivio rei nullius proprie in Deo est, XIII, 292, 1 : *Oblivione obliviscar eorum.* Oblivisci quomodo conveniat Deo, *Psalm.* I, 287, 2 : *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ, et tribulationis nostræ?* Oblivionis subitæ exempla, XVIII, 189, 2.

2° Oblivio sui et Dei est grande malum, XII, 613, 2 : *Et post omnes abominationes tuas non es recordata dierum adolescentiæ tuæ.* Oblivio Dei radix peccatorum, *Psalm.* I, 55, 1 : *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.* Oblivio extremorum periculosa, *Job*, 229, 1. Oblivio propositi sui sæpe lapsus est occasio, XV, 593, 2. Oblivio beneficii summus gradus ingratitudinis, *Job*, 210, 2 : *Sic viæ omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritæ peribit.* Oblivionis mira exempla, sed longe major est peccatoris, XII, 35, 1 : *Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus vero meus oblitus est mihi diebus innumeris.*

3° Oblivisci injuriæ heroicum est, IX, 299, 2 : *Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ;* XVIII, 217, 1 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Oblivisci mundum, quid, *Psalm.* I, 298, 1 : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum et domum patris tui.*

OBMUTESCERE. Obmutescere pro *mori* capitur interdum, XII, 701, 1.

OBNUBERE. Obnubere antiquis quid esset, XVI, 327, 2.

OBODA. Oboda rex Syriæ quomodo et quando obierit, XI, 206, 1. Ejus typus fuit Nasis rex Damasci, *ibid.*

OBOLUS. Obolus veterum erat stuferus, I, 713, 2.

OBRIZUM. Obrizum aurum quod sit, XII, 91, 1. Obrizum aurum unde, III, 602, 2.

OBSCURITAS. 1° Obscuritas ad impinguationem animalium conducit, XIII, 597, 2.

2° Obscuritas ortus animæ quanta, VII, 372, 1. Obscuritas libri Danielis unde pateat, XIII, 4, 2; 5, 1. Obscuritas Oseæ prophetæ et aliorum, 235, 1; 277, 1, 2. Obscuritas in explicando Ezechielico templo, XII, 776, 1, 2. Obscuritas eruta parit dulcedinem, V, 29, 2.

OBSECRATIO. Obsecratio quod sit proprie, XVIII, 684, 1; XIX, 192, 2 (*Vide* ORATIO).

OBSEQUIUM. Obsequium rationabile quid sit proprie, XVIII, 201, 2. Obsequii prompti symbolum est cingulum, XII, 112, 2. Obsequia similia sunt ficui, VI, 48, 1, 2.

OBSERVARE, OBSERVANTIA, OBSERVATIO. 1° *Observans ventos non seminat*, quid sit, VII, 369, 2. Observandæ sunt opes domesticæ propter fures, X, 367, 1.

2° Observatio legis et mandatorum est tacita oratio, X, 213, 1. Item mysticum sacrificium, *ibid.* Observatione mandatorum amorem nostrum in Deum testamur, XX, 535, 1; 536, 2 (*Vide* AMOR DEI, MANDATA, ORATIO).

3° Observantias quas damnet Apostolus, XIX, 97, 1. Quousque legis Mosaicæ observantia durarit, XVIII, 230, 2.

4° Observantia regularis potior est sanitate et vita, IV, 420, 2.

OBSESSUS, OBSIDIO. Obsessis nil atrocius accidit quam sitis, IV, 230, 2. Obsidio Jerusalem prædicitur futura per Nabuchodonosorem, XII, 536, 1, 2. Obsidio Judæorum a Tito quam fuerit arcta, XI, 612, 1 (*Vide* JERUSALEM).

OBSTETRIX. Obstetrices Hebræorum in Ægypto erant Ægyptiæ, I, 433, 2. An fuerint mentitæ, 435, 1. Quas domos Deus eis dedit, 436, 1 et seqq. Obstetrices mentientes acceperunt a Deo domos, sed non propter mendacium, IV, 335, 2.

OBSTINATIO, OBSTINATUS. 1° Obstinatio est peccatum ad mortem, XX, 620, 1, 2 : *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.* Obstinatio mentis quinque signa, XVIII, 190, 1, 2 : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis; oculos ut non videant, aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.* Obstinatio hæreticorum, XX, 671, 1 : *Væ illis, quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt !* Obstinati sunt indociles, VI, 354, 2 et seq. : *Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.* Obstinati in malo sæpe, dum consilium quærunt, non inveniunt, V, 408, 2 : *Quærit derisor sapientiam, et non invenit; doctrina prudentium facilis.* Obstinatio in peccatis designatur per talentum plumbi, XIV, 421, 1. Obstinati et superbi, cur cedro similes, *Psalm.* I, 164, 2.

2° Obstinatos detestatur Deus, IX, 531, 1 : *Qui gaudet iniquitate, denotabitur; et qui odit correptionem, minuetur vita.* Obstinatio sæpe tractum Dei impedit, XVI, 399, 2 : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum.* In gravia etiam peccata et scandalosa corruunt obstinati, VI, 391, 2 : *Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur.* Et tandem ea quasi virtutes defendunt, 392, 1. Plerumque male pereunt, et a Deo deseruntur, 391, 2.

3° Obstinati non sunt suavi monitione mulcendi, sed acriter contundendi, VI, 282, 2. Sunt dure increpandi, XVIII, 571, 1; XIX, 325, 2 : *Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide,* 334, 1 : *Hæc loquere et exhortare, et argue cum omni imperio.* Obstinati similes sunt porcis et canibus, nec corripiendi nisi ad aliorum bonum, XV, 207, 1 : *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos* (*Vide* OBDURATIO).

OBTRECTATOR. Obtrectator est etiam qui alienis verbis aliquem defert, IX, 532, 1 Obtrectationis mala, XVIII, 565, 1 (*Vide* DETRACTIO).

OBTURARE. Obturare aurem idem est quod non audire, VI, 108, 2.

OBUMBRARE, OBUMBRATIO. Obumbrare quomodo dicatur Deus in Scriptura, XX, 68, 2. Obumbratio Spiritus sancti quomodo intelligenda, XVI, 23, 2 et seqq.

OCCASIO. 1° Occasio est tempus actionis opportunum, ejus definitio, V, 558, 2 : *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.* Occasionis descriptio, XVIII, 577, 2 : *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fides.* Occasionis emblema, IX, 160, 1. Occasio in actionibus observanda, *ibid.* : *Fili, conserva tempus, et devita a malo.* Occasio bene agendi non est negligenda, sed captanda, VI, 506, 1 : IX, 420, 2 : *Non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te prætereat;* 421, 1; X, 27, 2; XVII, 55, 2 : *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Occasio rei bene gerendæ æstate denotatur, V, 279, 2 : *Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius confusionis.* Dum ea est obvia, apprehendenda est, 260, 1, 2 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Occasio captanda est persuadere aliquid conanti, VI, 265, 2 : *Mala aurea in lectis argenteis, verbum dictum in tempore suo.* Occasionibus serviendum, XVIII, 223, 2 : *Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere.* Occasionem patiendi fugere licet, XX, 373, 1.

2° Occasio peccati fugienda, IX, 134, 2 : *Cor durum male habebit in novissimo : et qui amat periculum, in illo peribit.* Occasiones peccati etiam charissimæ, rescindendæ, XV, 166, 2 : *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde et projice abs te; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Occasiones lapsus cavendæ, quod exemplo Davidis in adulterium lapsi, probatur, III, 478, 2. Occasiones peccatorum non vitantes quam stolidi sint, XIII, 384, 2 : *Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Occasiones peccati ponit Deus pro fine, XVIII, 52, 2. Occasio omnium scelerum sunt opes, VII, 101 (*Vide* DIVITIÆ).

OCCIDENS. Ad occidentem templi nulla porta erat, XII, 782, 1. Occidentis pars in castris Hebræorum quid significet, II, 200, 2.

OCCIDENTALIS. Occidentales Christiani cur feria VI et sabbato carnibus abstineant, XV, 245, 2 et seq.

OCCIDERE, OCCISOR. Occidere seipsum quam ob causam liceat, ob quam non, IV, 561, 1, 2. Longe hoc est difficilius quam necem ab alio illatam sustinere, 561, 2. Occisores suiipsius aliquot laudantur, excusantur alii, 561, 1, 2.

Occidit impios Deus, dum eos facit pios, XIV, 124, 2.

OCCULTA. Occulta cordium Deus cognoscit, XII, 102, 2. Occulta Deo aperta sunt, *Job*, 264, 1. Res occultas reddit Deus manifestas, 294, 1; 650, 1.

Occulta peccata hominis quo fine diabolus manifestet, III, 473, 1. Deus autem ea manifestat congrua talione, 482, 1. Occulta etiam peccata cavenda, XVIII, 438, 1 (*Vide* DEUS, PECCATUM).

OCCULTARE. Occultari volunt sancti, V, 289, 1, 2. Occultat se a nobis aliquando Christus, VII, 576, 2.

OCCUPATIO. Occupationi nulli certæ se applicantes suggillantur, X, 83, 1 et seq. : *Vita nequam hospitandi de domo in domum; et ubi hospitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os.* Occupatio magna et honesta expellit spiritum tristitiæ, 107, 1 : *Multos enim occidit tristitia; et non est utilitas in ea.* Est divitiarum seminarium, 187, 2 : *Mitte illum in operationem ne vacet : multam enim malitiam docuit otiositas* (*Vide* LABOR, OTIUM).

Occupatio sumitur subinde pro *molestia*, 324, 1 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Occupatio pessima quæ homini data, VII, 66, 2 et seq. : *Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum ut occuparentur in ea.*

OCHOZIAS. Ochozias rex Israel cadit, IV, 3, 1. Ejus lapsus lapsum hæreticorum significat, *ibid.* Ei Elias mortem intentavit, IX, 507, 2. Morte percutitur ob consultum dæmonem, IV, 3, 2. Ochozias, Joas et Amasias cur in Christi genealogia sint prætermissi, XV, 55, 1, 2.

OCTAVIA. Octavia, uxor Neronis, quando ab eo necari jussa, XVII, 7, 1.

OCTAVIUS. Octavius unde dictus Augustus, XVII, 416, 1. Præsagia imperii ejus, *ibid.* Cur vocari dominus noluerit, 417, 1, 2 (*Vide* AUGUSTUS).

OCTAVUS. Octava quid, *Psalm.* I, 32, *in titul.* Octava dies Scenopegiæ erat tam solemnis ac prima, XVI, 426, 1. Per octavum numerum dies æterni judicii et carnis resurrectio designatur, XII, 799, 2.

OCTO. Per octo primates homines, quos Michæas intelligit, XIV, 122, 2. Octo morsus hominum mystice quid sint, *ibid.*, 2.

OCTONARIUS. Octonarius felicitatis æternæ et resurrectionis symbolum est, X, 222, XX, 2; 340, 1. Octonarii numeri triplicati perfectio, XXI, 264, 2.

OCTOGINTA. Octoginta anni sunt dies vitæ hominis, XI, 245, 2.

OCULUS. I. OCULI PHYSIOLOGICE SUMPTI. — 1° *Oculorum natura, proprietates et usus.* Oculi unde dicti, XI, 479, 1; XVII, 393, 1. Eorum fabrica, IX, 478, 1, 2 : *Consilium, et linguam, et oculos, et aures, et cor dedit illis excogitandi, et disciplina intellectus replevit illos.* Oculorum physionomia, VIII, 124, 1, 2. Inter membra corporis mobiliora oculus computatur, XVIII, 375, 1 : *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.* Oculi proprietates, IX, 589, 1. Oculo nihil tenerius et impatientius, X, 121, 1. Oculorum usus, et in quo homini conducant, IX, 478, 2. Dirigunt oculi hominem incedentem, VI, 199, 2. Oculorum anguli cur dicantur hirci vel hirqui, XIII, 102, 1. Oculorum visio quot modis sumatur, VII, 230, 1, 2 : *Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias.* Ab iis quæ odiosa nobis sunt, oculos avertimus, et contra, XIV, 213, 1 : *Mundi sunt oculi ne videas malum.* Oculorum quanta sit recreatio, XXI, 382, 1. Viridibus maxime oculus capitur, X, 337, 1, 2 : *Gratiam et speciem desiderabit oculus tuus, et super hæc virides sationes.* Oculis officium aurium et linguæ tribuitur, *Psalm.* II, 321, 2 : *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes : Quando consoleberis me?* Oculus hominis centum morborum genera habet, XIII, 622, 2. Ad oculorum caliginem dispellendam valet cinis cum melle, item fel, et stercus frigidum, IV, 274, 1. Oculus quanta cura custodiatur, XIV, 378, 1 : *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Oculi ultimum vivens, primum moriens, cur, III, 434, 2; VII, 387, 1 : *Memento Creatoris tui in diebus juventulis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni, de quibus dicas : Non mihi placent : antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna, et sol et stellæ... quando.... tenebrescent, videntes per foramina,* XII, 753, 1. Oculorum elogium, VII, 155, 1. Oculi fonti comparantur, XI, 478, 2. Cur eos primum corvi lanient, VI, 448, 2.

2° *Oculi omnium passionum animi sunt indices.* In oculis quanta vis, XXI, 338, 1 : *Oculi ejus sicut flamma ignis.* Cur ita inflammescant, 31, 2; 32, 1. Iis quanta insit vis animorum, XVII, 279, 2 : *Saulus autem, qui et Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum, dixit : O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.* In oculis animus inhabitat, VIII, 30, 1 : *Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum, absque eo quo intrinsecus latet.* Oculi et cordis similitudines et sympathia, VI, 199, 2 : *Præbe, fili mi, cor tuum mihi; et oculi tui vias meas custodiant;* IX, 589, 1 : *Pungens oculum deducit lacrymas, et qui pungit cor, profert sensum.* Oculi sunt indices affectionum animi, *Job*, 339, 1 : *Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos?* 602, 2 : *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine* Oculi sunt indices constitutionis tam corporis quam animæ, 605, 2. Per eas omnes affectus animi indicantur, VI, 447, 2 : *Oculum, qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquilæ.* In iis elucent ira et invidia et aliæ passiones animi, IX, 413, 1, 2 : *Nequam est oculus lividi, et avertens faciem, et despiciens animam suam.* Oculi sublimes, elati, ignei, deno-

tant vel superbiam et fastum, vel arrogantiam et impudentiam, vel impudicitiam, V, 167, 1 : *Sex sunt quæ vidit Dominus, et septimum detestatur anima ejus : oculos sublimes, linguam mendacem*, etc., VI, 97, 1 : *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis : lucerna impiorum peccatum* ; 205, 1, 2 : *Cui væ? cujus patri væ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? Cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis?* IX, 596, 2 : *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte a me* ; X, 8, 1 : *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, et in palpebris illius agnoscitur* ; XI, 245, 2 : *Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus.* Oculi quales qualia vitia denotent, X, 8, 1. Oculi modesti, modestam indicant mentem, VIII, 176, 2 : *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.*

3° *Oculorum vis ad cor vulnerandum*, V, 125, 1 : *Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Oculorum damna quæ, XII, 85, 1, 2 : *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras.* Sunt fenestræ animarum per quas mors intrat, XX, 460, 1 : *Oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis delecti ; Job*, 603, 1. Oculorum porta cur dicatur porta Piscium, XIV, 379, 1. Sunt cupiditatum illices et internuntii, VI, 351, 2 et seq. : *Infernus et perditio nunquam implentur, similiter et oculi hominum insatiabiles.* Oculi sunt libidinum proxenetæ, *Job*, 604, 1. Seducunt animam, 603, 2. Sunt peccati mediatores, IX, 283, 2 : *Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Sunt prima adulterii tela, V, 172, 2 : *Non concupiscat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius.* Quare oculis homines annuant, 285, 2 : *Qui annuit oculo, dabit dolorem ; et stultus labiis verberabitur.* Maxime id faciunt lascivi et libidinosi, *ibid.* Oculi sunt ostia mortis et animæ hostes, XII, 403, 1. Oculus curiosus deprædat animam, XII, 402, 2 : *Oculus meus deprædatus est animam.* Innata est ei videndi curiositas, *Job*, 603, 2. Oculi sunt duces in amore tam bono quam malo, I, 351, 2 : *Erat autem Joseph pulchra facie et decorus aspectu. Post multos itaque dies injecit domina sua oculos suos in Joseph, et ait : Dormi mecum* ; III, 475, 1 : *Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ ; viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum ; erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier* ; V, 125, 1 ; IX, 282, 1 : *Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius* ; 687, 2 : *Ne respicias in mulieris speciem, et non concupiscas mulierem in specie* ; X, 361, 1 ; *Erubescite..... a respectu mulieris fornicariæ* ; XII, 543, 2 ; XIII, 180, 2 : *Et videbant eam* (Suzannam) *senes quotidie ingredientem et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam ejus* ; XX, 459, 2. Oculi feminei quanta vis, V, 173, 1, 2 ; VIII, 29, 2. Per eos tacita fiunt colloquia, X, 369, 2 : *Omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli commorari.*

4° *Quanta cura oculi custodiendi sint et regendi.* Oculus maxime custodiendus, *Job*, 602, 1 ; 603, 1 ; 605, 2. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis?* De eorum custodia documentum morale, I, 102, 1 : *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis aspectuque delectabile, et tulit de fructu illius, et comedit : deditque viro suo, qui comedit* ; VII, 107, 2 : *Et omnia, quæ desideraverant oculi mei, non negavi eis : nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur.* Eas custodiat tam vir quam virgo et omnis casta vivere volens, IX, 281, 2 : *Ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius* ; 282, 1, 2 ; 606, 1 : *Et homo nequam in ore carnis suæ non desinet donec incendat ignem*, X, 369, 2. Oculi custodiendi sunt, aut castitas est impossibilis, III, 475, 1. Oculi maxime coercendi sunt castis, XV, 165, 2 : *Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Avertendi sunt a conspectu rei turpis et meretricis, VI, 209, 1, 2 : *Oculi tui videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.* Oculi feminarum cavendi, IX, 687, 2 : *Ne respicias in mulieris speciem, et non concupiscas mulierem in specie.* Oculi a vanitatibus avertendi, *Job*, 603, 2. Ad eos regendos apologus et tria dogmata, V, 173, 2. Cura oculorum magna apud veteres Christianos, *Job*, 605, 2. David per incautum aspectum lapsus in crimen adulterii, *Job*, 604, 2. Seneca libidinum fugam cæcitatis emendam censuit, 605, 1. Joseph gaudebat carcere cæco concludi, ut non videret Ægyptiam, *ibid.*, 2. Isæi et Alexandri oculorum continentia, *ibid.*

Oculi vini splendore et colore alliciuntur ad ejus potum, VI, 206, 2 : *Ne intueris vinum, quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus ; ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.* Ab eo sunt avertendi, *ibid.* Oculi ebriorum suffunduntur, suffodiuntur, confunduntur et obtunduntur, quo sensu, 205, 1, 2. Videntur natare, *ibid.*, 1.

Oculorum concupiscentia est avarita, concupiscibile opes, XX, 545, 2 : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt..... Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ.*

II. Oculi symbolice vel allegorice sumpti. — 1° *Oculos quomodo Deo Scriptura attribuat, et quid sint*, IV, 217, 1, 2. Oculi Dei, sunt providen-

tia, favor, gratia, ira, indignatio, vindicta; illi sunt in omni loco per essentiam, præsentiam et potentiam; hi oculi sunt mens et intuitus Dei, V, 449, 2: *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos et malos.* Oculus mundi est Deus, 448, 2. Oculus baculo vel sceptro insistens Dei est hieroglyphicum et symbolum providentiæ divinæ, XIII, 274, 1; XIV, 282, 2; 390, 1; XX, 379, 2. Oculus Dei omnia videt, XIX, 389, 2 et seq. Oculi Dei lucidissimi et justissimi sunt, X, 202, 1: *Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super timentes eum.* Omnia pervident et penetrant, X, 312, 1: *Opera omnis carnis coram illo, et non est quidquam absconditum ab oculis ejus.* Oculus Dei super homines excubat dupliciter, IX, 480, 2 et seq.: *Posuit* (Deus) *oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum.* Isque luce sua omnia illuminat et conspicua reddit, 481, 1. Est velut oculus domini et magistri, *ibid.* Eum nemo potest fallere, 607, 1: *Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, et dicens: Quis me videt? Tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.* Oculi Dei quam scientiam servent, VI, 154, 1: *Oculi Domini custodiunt scientiam, et supplantantur verba iniqui.* In oculis Dei versantes, modesti simus oportet, XX, 324, 1.

2° *Oculus corporis in Scriptura oculum mentis, puta intellectum sæpe significat.* Oculus mentem et sensum internum denotat, XV, 197, 2: *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Oculi intentionem rectam belle significant, VII, 538, 1. Oculus intellectum aliquando significat, anima voluntatem, venter memoriam, *Psalm.* I, 178, 1: *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor; conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.* Oculus vitæ est sapientia, VII, 114, 2. Oculi sapientis ubinam sint, et ubi oculi stultorum, 114, 1, 2: *Sapientis oculi in capite ejus: stultus in tenebris ambulat.* Spiritales oculi eorum qui vacant vitæ contemplativæ sunt in capite, 116, 1. Quis oculus simplex dicatur, quis oculus nequam, XV, 197, 1; *Job*, 7, 1. Oculus bonus et bonus oculo dicitur de benignis et liberalibus, VI, 148, 1. Oculi mentis in Deum jugiter intendere debent, VII, 115, 2. Oculi cordis et mentis maxime sunt coercendi, V, 125, 1: *Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Oculus considerationis ubique nobis est adhibendus, 157, 1, 2. Oculi timentium Dominum quomodo in conspectu ejus benedicantur, X, 200, 2: *Spiritus timentium Deum quæritur, et in respectu illius benedicetur; spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se.* Oculum dextrum quomodo nobis eruat diabolus, XIV, 382, 1.

Oculus nequam est oculus avari et invidi, X, 121, 2; 122, 1: *Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie lacrymabitur, cum viderit.* Oculus avari est invidus, VI, 383, 1. Oculus malus avari semper ad malum fertur, IX, 415, 1: *Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane, sed indigens, et in tristitia erit super mensam suam.* Oculos mentis avertere a Deo, malorum omnium initium est, *Psalm.* I, 352, 1: *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam; et non proposuerunt Deum in conspectum suum.* Oculi impiorum in morte aperientur, *Job*, 454, 2: *Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.*

3° *Vocis* oculi *variæ acceptiones, necnon de oculis variæ locutiones.* Oculi nomine vocant Hebræi colorem, VI, 206, 2. Oculus capitur pro colore et specie subinde, XVIII, 28, 1; XXI, 95, 1. *Oculos levare* symbolum est spei et invocationis, XII, 671, 1. *Oculos ad idola levare* symbolum erat eorum adorationis, XII, 737, 2.

4° *Oculi varia symbola*, VIII, 65, 1. Symbolum sunt: *primo*, cognitionis et fidei; *secundo*, spei; *tertio*, amoris, *ibid.* Oculus benignus gratiæ et favoris signum est et symbolum, IV, 217, 1, Oculi sunt symbolum circumspectionis et vigilantiæ, VIII, 125, 1: *Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima.* Per oculos columbæ quidnam significetur, VII, 537, 2. Oculi columbini dotes quinque, *ibid.*, 1. Oculi Ecclesiæ sunt Prophetæ, unde Videntes dicti sunt, VIII, 31, 2. Oculis comparantur episcopi, 177, 1. Angeli cur vocentur oculi, XIV, 390, 1. Oculi dici possunt stellæ, XII, 491, 2. Oculi flammantes iram significant, XXI, 338, 1. Oculorum aversio est signum iræ, *Job*, 674, 2.

Oculi sponsi in *Cantico*, quales, VIII, 124, 1. Oculi flammantis Christi Joanni apparentis quid denotent. Oculi beatæ Virginis pulcherrimi, 148, 2 et seqq.

Oculi in rotis ad litteram quid significent, XII, 576, 2. Oculi rotarum et Cherub an veri fuerint, an vero symbolici, 492, 1, 2. Oculi sapphirini Nazaræorum, XII, 414, 1. Oculi in candelabro Zachariæ quid sint, XIV, 407, 1. 2. Quid significent, 408, 1. Oculi septem lapidis a Zacharia visi quales sint, an ei incisi vel affixi fuerint, an vero a lapide separati, sed in eum respicientes, 390, 1, 2. Ostenditur ei fuisse affixos vel incisos, *ibid.* Qualiter in lapide concipiendi sint, *ibid.*, 2. Quid significent, *ibid.* Hi tropologice sunt septem dona Spiritus sancti, 391, 1. Oculi in animalibus Joannis cur apparuerint, apud Ezechielem vero in rotis, XXI, 109, 2. An fuerint veri oculi, *ibid.*

ODARES. Odares unus e ducibus Bacchidis a Jonatha Machabæo cæsus, IV, 461, 1.

ODILO (S.). S. Odilo benedicta aqua lunaticum curavit, II, 294, 2.

ODIUM. 1° *Odium quotuplici sensu sumatur, et ejus natura.* Primo. Odium in Scriptura aliquando vocatur minor amor, XIV, 553, 1 : *Nonne frater erat Esau Jacob, et dilexi Jacob, Esau autem odio habui ?* Odio habere Esau significat negligere, minus diligere, XVIII, 163, 2. Odisse subinde idem est quod minus diligere, XVI, 200, 1 : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.* Odium aliquando capitur pro despectu, fastidio, minore amore, V, 424, 2: *Etiam proximo suo pauper odiosus erit; amici autem divitum multi.*

Secundo. Odium simile est carbonibus cinere tectis, V, 423, 1. Odii radix morum dissonantiæ, VIII, 317, 2 : *Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius.* Causa odii impiorum in pios est quod eorum impietas horum pietate coarguatur, VIII, 315, 2 : *Circumveniamus ergo justum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.* Odium in conjugio provenit a diabolo, VI, 21, 1. Odia omnia, sive naturalia, sive voluntaria, per binarios exercentur, X, 177, 2 : *Contra malum bonum est, et contra mortem vita : sic et contra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo et duo, et unum contra unum.* Odia fraterna cur sint acerrima, XIII, 544, 2. Odium in dominos videtur servis insitum, VI, 406, 2 : *Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.* Odium patescens melius est quam occultum, V, 294, 2 : *Abscondunt odium labia mendacia : qui profert contumeliam, insipiens est.*

2° *Odium illicitum, et quanta mala producat.* Odio nemo habendus, etiam inimicus, XV, 175, 1, 2: *Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos.* Odiens alios quomodo sit homicida, XX, 576, 1, 2 : *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* Occidit quoque animam suam, *ibid.*, 2 : *Non habet vitam æternam in semetipso manentem.* Odientes aliquem semper ei nocere volunt, IX, 683, 1. Odium varias nocendi artes in se complectitur, VI, 321, 2 : *Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei : quoniam septem nequitiæ in corde illius.* Odium est magnes odii, 351, 1. Odium mater est jurgii et vindictæ, X, 52, 1 : *Absline te a lite, et minues peccata : homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam.* Odium proximi charitatis est dissolutio, XVIII, 223, 1 : *Dilectio proximi malum non operatur.* Odium suscitat rixas, et eo laborans æmulum semper carpit, V, 287, 2 : *Odium suscitat rixas : et universa delicta operit charitas.* Ob odium uxoris, non erat Judæis repudium licitum, XIV, 581, 1 (*Vide* MATRIMONIUM, REPUDIUM).

Odiens corripientem odit medicinam, IX, 535, 1, 2; 565, 2 : *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris.* Odium corripientis de peccato Deo displicet, 565, 1.

3° *Odium contra Deum, Christum, Christianos et pios.* Odium Dei nullatenus potest esse bonum aut licitum, XIII, 281, 1, 2 : Odium dæmonis erga Deum, XI, 385, 2. Causæ odii Judæorum in Christum, VIII, 316, 2. Odium Judæorum in Christum quantum fuerit, XV, 714, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS, JUDÆI). Duodecim causæ odii impiorum in Christum, VIII, 317, 1. Odii Judæorum in Christianos quæ sit causa, XIV, 5, 1. Odia infidelium contra fideles sunt velut ignis, ea Christus occasionaliter excitavit, XVI, 181, 1. Odium mundanorum erga pios, sanctos et religiosos, XVI, 569, 1 ; XX, 574, 1, 2. (*Vide* MUNDUS, SANCTI).

4° *Odium erga peccatum.* Odio infinito Deus peccatum omne odit, XIV, 213, 2 : *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum.* Odium peccati inculcatur, XVIII, 209, 2. Est id efficax testimonium quod quis sit filius Dei, 135, 1, 2 : *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei* (*Vide* PECCATUM).

ODOLLA. Odolla, quæ et Adulla et Adolla dicitur, urbs fuit magna, antiqua et regia, XIV, 77, 2. Ejus uberior descriptio, *ibid.* et 78. Odollam speluncæ descriptio, III, 400, 1.

ODOR, ODORATA. 1° Odorata omnia sunt calida, VI, 338, 2. Sapore sunt amaro, 339, 1. Odores animam oblectant et cerebrum confortant, 338, 1, 2. Augent homini judicium, 339, 1. Odoratis rebus vires in animi syncope maxime restaurantur, XIV, 215, 1 ; 364, 1. Odor quietis suavissimus odor, XVIII, 650, 2. Odorata aliquando nocent, V, 192, 2. Odor ignis capitur interdum pro afflatu, vertigio, indiciove incendii, XIII, 52, 1 (*Vide* UNGUENTA).

2° Odor suavitatis e victimis ad Deum ascendebat, X, 219, 1. Quomodo dicatur Deus sacrificia odorari, XIX, 68, 1, 2. Odor ex oblatis arietum carnibus, cur suavissimus diceretur, *Psalm.* I, 419, 1. Odor suavitatis quis sit, XII, 650, 2. Odor symbolum est famæ, VII, 478, 1.

3° Odorem etiam habent mores, I, 475, 1. Odor morum quis, XVIII, 429, 1 (*Vide* MORES).

ŒCOLAMPADIUS. Œcolampadii expositio de labiorum Isaiæ pollutione rejicitur, XI, 176, 2. Ejus in Romanum sedem sycophantia, 243, 1.

ŒCONOMIA. 1° Œconomia duo significat, XVIII, 612, 2. Œconomia in aula regia prima dignitas, IV, 270, 2. Œconomiæ ratio quæ sit optima, *Job*, 150, 1.

2° Œconomia vitæ Christi plena est paradoxis, XIII, 251, 2.

ŒCONOMUS. Œconomi principum quomodo in re sibi concredita se gerere debeant, X, 367, 1 : *Ubi manus multæ sunt, claude; et quodcumque trades, numera et appende : datum vero et acceptum omne describe.* Œconomi boni descriptio, I, 310, 1, 2 : (Dixitque Jacob ad Laban) *Pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis, et judicent inter me et te..... Oves tuæ et capræ steriles non fuerunt : arietes gregis tui non comedi; nec captum a bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam : quidquid furto peribat, a me exigebas : die noctuque æsto urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua servivi tibi.* Œconomi boni fiunt boni politici, VI, 172, 2 : *Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Œconomi sunt velut pedes Ecclesiæ, XVIII, 376, 2 et seqq.

ŒNIANDUS. Œniandi episcopi in fide catholica tuenda constantia adversus Anastasium imperatorem, II, 277, 2; XIII, 83, 2.

OFFENDERE. Offendere ad montes caliginosos quid sit, XII, 114, 2.

OFFENDICULUM. Offendiculum quid proprie sit, XVIII, 232, 1. An idem cum scandalo, *ibid.* Offendiculum accipitur interdum pro eo qui offendit, lædit, pungit, XII, 528, 2.

OFFENSA. 1° *Offensa Dei.* Offensa Dei summa est et infinita, X, 46, 1. Offensa Dei duplex est in peccatore, XIV, 147, 1 (*Vide* PECCATUM).

2° *Offensæ quibus alii alios offendunt.* Offensas mutuas condonat charitas, tam in offenso quam in offendente, XX, 356, 2 et seqq. : *Ante omnia, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Offendens simul et offensus, sive jure, sive injuria, reconcilientur invicem, antequam adeant communionem, XV, 163, 1 : *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo; et tunc veniens, offeres munus tuum.* Offensa omnis proximo remittenda, idque ex animo, 412, 2 et seqq. : *Tunc accedens Petrus ad eum* (Jesum) *dixit : Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? Dixit illi Jesus : Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies;* 416, 2 : *Sic et Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Offensa condonanda Dei imitatione, XVIII, 648, 2 : *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis;* 649, 1 : *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos.* Offensus offendenti reconcilietur, XVI, 139, 2. Offensum prævenire, quam decorum sit, XIII, 434, 1. Offensæ memoria ex animo deponenda, X, 49, 1, 2 : *Ipse* (homo) *cum caro sit, reservat iram, et propitiationem petit a Deo, quis exorabit pro peccatis illius? Memento novissimorum, et desine inimicari : tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Offensæ oblivione sepultæ si refricentur, recrudescunt, V, 532, 2 : *Qui celat delictum, quærit amicitias; qui altero sermone repetit, separat fœderatos.*

OFFERTORIUM. In Offertorio cur cantores vocibus et organis personent, X, 543, 1.

OFFICIALES. Officiales regem suum imitari solent, VI. 85, 1. Quales ab eo seligendi sint, 172, 2. Officiales pauperes mire populum vexant et exsugunt, 365, 1, 2 : *Vir pauper, calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames.*

OFFICIUM. 1° Officium significat omne quod alteri exhibere debemus, IX, 147, 1. Officia duo justitiæ christianæ, V, 70, 1 : *Ambules in via bona; et colles justorum custodias.* Officium hominis est bonum facere et mala declinare, XIV, 133, 2 : *Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te : utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.*

2° Officia tria angelis, apostolis et doctoribus communia, illuminare, purgare, et perficere, XVIII, 612, 2 : *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit.* Officia duo pastorum, prædicatio, et sacramentorum administratio, XVIII, 252, 2. Officium sacerdotis, quod, VII, 203, 1. Superiorum erga subditos, 343, 2 : *Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, et post industriam sequetur sapientia.*

3° Officium regendi alios ambiens, sibi accersit ruinam, V, 541, 2 : *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam; et qui evitat discere, incidet in mala.* Ob id dolendum, non ridendum est, 544, 1 : *Stultus homo plaudet manibus suis, cum sponderit pro amico suo.* Ad officia statu celsiora non est aspirandum, VI, 186, 1, 2 : *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere; quia facient sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cœlum.* Officium periculosum vel onerosum nimis, non est suscipiendum, X, 161, 2 : *In via ruinæ non eas, et non offendes in lapides : nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum.* Officio est privandus, qui ob hoc ipsum extollitur, II, 89, 1. Officia humilia exercere, ad humilitatem via est, XVI, 196, 1.

4° Ad officia promovens ineptum graviter in rempublicam peccat, VI, 40, 2 : *Testis iniquus deridet judicium, et os impiorum devorat iniquitatem.* Rex iniquus habet ea venalia, 377, 2 : *Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Quæ inde damna sequuntur, *ibid.* et seq.

OFFICIUM ECCLESIASTICUM. Officium ecclesiasticum per horas distributum recitare tenentur sacerdotes, X, 461, 1. Officium de Sancto recitari jubetur, dum solemniter canonizatur, 429, 1 (*Vide* HORÆ CANONICÆ).

OGGANNIRE. Oggannire quid sit, XI, 245, 2.

OGYGES. Ogygis diluvium pro diluvio Noe, IV, 427, 2,

OLAUS. Olai Magni liber multa fabulosa continet, XII, 695, 2.

OLEA, vel OLIVA (pro arbore sumpta). 1° Olea inter arbores principatum tenet, VI, 117, 2. Est arbor speciosa similiter et fecunda, et pinguis, X, 539, 2; XXI, 277, 1. Speciosa est caudice, fronde, fructu, IX, 641, 1. Ejus ubertas, XII, 98, 2. Ejus folia nunquam defluunt, XXI, 227, 1. Frondes habet viles, at fructum præstantem, XXI, 227, 1. Olivarum duarum prodigia, XXI, 277, 2. Olea solum saxosum amat, II, 517, 2. Victores in stadio olea coronabantur, VII, 482, 2. Oleis abundantes regiones an præ aliis viros sapientes gignant, XIII, 530, 1, 6.

2° Quarum rerum olea sit symbolum, IX, 641, 1, XVII, 62, 2. Symbolice Ecclesiam et quemlibet sanctum significat, XII, 92, 2; XIII, 471, 1. Olivæ assimilatur Ecclesia, oleastro Gentilitas, XVIII, 193, 1. Typus est sapientiæ et castitatis : Minervæ erat sacra, IX, 641, 2. Symbolum est pacis, IV, 560, 1; XXI, 226. 2. Item pacis studium denotat, hinc Palladi sacra, XIV, 411, 2. Olivæ fructiferæ justus comparatur, impius ligno arido, *Psalm.* 1, 347, 2. Symbolum est misericordiæ, XII, 815, 1 ; XXII, 226, 2. Item deditionis, subjectionis et obedientiæ, XIV, 527, 2. Oliva pacis figurativa, I, 149, 1, 2. Quia incorrupta et lignum solidum symbolum est victoriæ, felicitatis et æternitatis, XII, 98, 2; XIV, 527, 2; XXI, 226, 2.

Olivæ duæ apud Zachariam symbolice diversimode accipiuntur, XIV, 410, 2; 411, 1. Earum descriptio, 397, 1. Quid symbolice denotent, 398, 1, 2.

OLEUM. 1° *Olei proprietates, usus et effectus naturales.* Oleum non tantum ex olivis, sed ex quolibet flore, herba aromate distillatur, VII, 479, 2. A medicis quinta essentia vocatur, *ibid.* Olei proprietates, V, 132, 2; IX, 641, 1. Habet nitorem, fomentum ignis et pinguedinem, XIV, 411, 1. Est cibus, lux et medicina, IX, 317, 1; 539, 2. Oleum est aereum, et multum spiritus continet, ideoque aquis supernatat, VII, 482, 1. Ejus usus quadruplex, VI, 117, 1. Olei effecta et vires, XX, 216, 1. Olei et unctionis effectus varii, 708, 2. Oleo olim athletæ mortui inungebantur, XVIII, 342, 2. Olei usus in vulneribus, XVI, 152, 2. Oleum æruginem, IX, 377, 1. Oleo arma corrumpuntur, XI, 250, 1. Oleum optimum est in summo vasis vel dolii, VI, 276, 1; XI, 368, 1. Oleum Samariæ excellebat sicut hodie Tiburtinum, oleo carebat Ægyptus, XIII, 446, 1. Olei Tiburtini præstantia, I, 517, 2.

2° *Olei usus sacri.* Oleo sacro inungebantur reges Juda, sed non sacerdotali, III, 547, 1, 2. Oleum quo sacerdotes Mosaici inungebantur, tria significat, I, 700, 2. Olei proprietates pontificibus et regibus adaptantur, XIV, 411, 1. Olei inunctio in mundatione leprosi quid significet, II, 94, 1. Olei lucernarum in tabernaculo descriptio, I, 672, 2.

Oleo olim baptizandi ungebantur, XVIII, 334, 1. Ex oleo et balsamo fit chrisma, XVII, 198, 1. Oleum olivarum est materia sacramenti Extremæ Unctionis, XX, 216, 1. Oleo sancto ab episcopis benedicto nullus laicus ungit, sed solus sacerdos, 215, 2.

3° *Olei effectus supernaturales.* Olei fons Romæ e terra profluxit per totum diem ante Christi ortum, VII, 482, 1; XI, 152, 2; XIV, 333, 2; 517, 1. Eo in loco ecclesia erecta fuit, XIV, 333, 2. Oleum ante sepulcra martyrum in lychnis ardens multis salutare fuit, XVII, 352, 2. Per oleum benedictum olim sancti anachoretæ dæmones expellebant, IV, 298, 1. Oleo a se benedicto multi sancti ægros sanabant, XV, 588, 1; XX, 216, 1. Cur sancti nonnulli post mortem oleum stillent, X, 540, 2. Oleum fluere solet e corporibus S. Euthymii et S. Elisabeth Hungaricæ, XI, 762, 1.

4° *Olei symbolicæ significationes.* Oleum quarum rerum sit symbolum, XVII, 62, 2. Oleo designatur Dei auxilium, XI, 250, 2. Misericordiam Dei repræsentat, XIV, 563, 1. Oleum est typus nominis Jesu Christi, XIX, 29, 2 et seq. Oleum effusum nomen Christi quid, VII, 480, 1. Oleo Spiritus sancti gratia significatur, XII, 225, 1 Oleum symbolum est sanctorum, XXI, 226, 2. Varia ejus symbola, nempe tranquillitatis, gratiæ, caloris, odoris, hilaritatis, deliciarum, roboris, medicinæ, *ibid.* et seq. Oleum symbolum est misericordiæ, item eleemosynæ, gratiæ et charitatis et consolationum spiritualium, II, 15, 2; VI, 117, 2; X, 318, 1; XVI, 432, 1. Oleum et misericordia, nomina sunt apud Græcos affinia, videlicet ἔλαιον et ἔλεος, VII, 482, 1. Oleum gratiarum et virtutum symbolum est octo de causis, 1, 290, 1. Oleum charitatis, et consuetudinis et consolationis figura, XI, 250, 2. Per oleum recte significatur consolatio et lætitia, XI, 718, 1, 2. Symbolum est fecunditatis, charitatis, misericordiæ, lenitatis, obedientiæ, pacis, deditionis et splendoris virtutum, XIII, 471, 1. Oleum gaudii quod dicatur, XI, 718, 1. Oleum exultationis est oleum gloriæ, XIX, 361, 1. Oleum symbolum est abundantiæ, VI, 117, 1. Item lucubrationis et studii, *ibid.* Item adulantium, V, 132, 2. Oleum in Scriptura quidquid est pingue tam in aromatibus quam in epulis significat, VI, 113, 2; 338, 2. Oleum capitur pro *deliciis*, XI, 152, 1. *Oleum dexteræ* quid significet, VI, 345, 1, 2.

OLFACTORIOLA. Olfactoriola puellarum quænam sint, XI, 140. 2.

OLIVA (pro oleæ fructu sumpta). 1° Oliva quomodo enecetur et fiat edulis, IX, 641, 2. Olivæ

parvæ sunt Romæ, XIV, 409, 1. Olivarum nucleos cur puellæ amantes comburerent, XII, 463, 1.

2° Oliva fructus, sicut olea ex qua producitur, misericordiæ, pacis, amoris, concordiæ, imo supplicationis et spei hieroglyphicum fuit, XII, 462, 2; 463, 1.

OLIVETI MONS. Oliveti mons qualis et ubi situs, vocatur sanctus et inclytus, quid in eo gestum, XIV, 527, 2. Quando et quomodo scissus sit, 528, 2 et seq. Ex eo Christus in cœlum ascendit, 528, 1. In monte Oliveti quæ miracula Christo in cœlum ascendente contigerint, XVII, 62, 2 et seq. Mons Oliveti est symbolum Ecclesiæ Gentilium, XIV, 527, 2. Inde Christus Antichristum deturbabit, et illuc ad judicium veniet, 528, 1 (*Vide* Jesu Christi Ascensio, Mons).

OLLA. 1° Olla in qua carnes martyrum elixabantur, qualis, IV, 527, 1.

2° Olla succensa quam vidit Jeremias quid fuerit, XII, 19, 1. Est Nabuchodonosor, *ibid.* Quid denotaret, XII, 19, 1; XIII, 608, 1. Eamdem vindictam significat quam virga vigilans, sed graviorem, XII, 19, 1, 2. Significat tropologice ollam gehennæ, *ibid.*, 2. Item animam peccatricem, *ibid.* Orbis in fine mundi ceu olla ardens erit, 676, 2. Ollæ imagine repræsentatur Jerusalem, sicut carnium in ea coctarum cives, et coquorum Chaldæi, 675, 1. Carnes hæ per partes explicantur, *ibid.* Olla rubigine plena significat Jerusalem sceleribus et cædibus repletam solo igne purgandam, *ibid.* et 2. Olla capitur quoque pro sobole vel progenie, *ibid.*, 2. Symbolice olla est sceleris ac carnalis vitæ symbolum, *ibid.* Olla hæc item tartarum et ollam Vulcaniæ repræsentat, *ibid.* Olla atra diabolus est mystice, et quotquot in eo spem reponunt, XIV, 184, 2.

OLUS. Olus unde dictum, VII, 95, 1. Olera cum charitate apposita, potiora sunt vitulo saginato ex odio, V, 462, 1.

Olus manducare quid sit Paulo, XVIII, 228, 2. *Olera olla legit* adagium de quibus dicatur, XII, 675, 2.

OLYMPIADES. Olympiadum initium, IV, 12, 1. Cœperunt anno quadragesimo Oziæ regis, XIII, 254, 2. Omnes historiæ ante olympiades incertæ, IV, 72, 1. Ab olympiadibus cœpit apud Græcos scriptores fides constare, XIII, 254, 2.

OLYMPIAS. Olympias ex quo Alexandrum conceperit, XIV, 455, 2.

OLYMPIAS (S.). S. Olympias, neptis Ablavii præfecti, omnia sua in pauperes erogavit, XIII, 371, 1. Vidua magna constantia nuptias Elpidii rejecit, XIX, 237, 2. Ejus virtutum rara exempla, 241, 2. Ejus perpetuus fletus, XII, 402, 1.

OLYMPIONICÆ. Olympionicarum labores, gloria, præmia, XXI, 89, 2; 174, 2, 2. Etiam post mortem coronabantur, et divini prope iis honores habebantur, 173, 1. Palma quomodo et quare iis daretur, 89, 2; 173, 1.

OLYMPIUS episcopus. Olympius episcopus Arianus SS. Trinitatem blasphemans tribus ictus jaculis, tandem fulmine in balneo consumptus est, II, 165, 1; XI, 465, 2.

OLYMPIUS (S.) abbas. S. Olympius abbas se in terra peregrinum esse credidit, XIX, 478, 2. In cruciatibus corporeis a ciniphis inflictis quomodo se solaretur, XI, 441, 2; XIV, 167, 2.

OLYMPIAS JUPITER (*Vide* Jupiter).

OMEN. Omen interdum licet accipere, I, 257, 1. Patet hoc exemplo servi Abrahæ, Gedeonis et Clodovei, *ibid.* Interdum etiam est superstitiosum, uti fuit Nabuchodonosoris et Philistinorum, *ibid.*, 2. Omen Nabuchodonosoris per sagittas quale fuerit, XII, 656, 1, 2. Omina apud veteres in usu fuerunt, 657, 1. Omen ex Scriptura captare quatenus liceat, XIII, 252, 1, 2.

OMNIS. 1° *Omne* Hebræi etiam pro binario sumunt, VI, 133, 1. Omnes pro *singuli* capitur subinde, XVIII, 302, 1. *Omnes* sæpe significat *multos*, XV, 269, 2. *Omne* capitur pro *toto*, XX, 14, 1, 2. *Omne non*, Hebræis est nullum, 555, 2.

2° Omnia videt Deus, XII, 114, 1. Omnia in omnibus est Deus, XIII, 448, 2. Omnia ad Deum referuntur, XVII, 329, 1. Omnibus et singulis quomodo totus intendat Christus, VII, 594, 2. In cœlo nobis erit Deus omnia in omnibus, XVIII, 405, 1 (*Vide* Deus).

3° Omnia omnibus fuit Paulus, XVIII, 8, 2; 332, 1. *Omnia vanitas*, quid sit, VII, 16, 2 et seq.

OMNIPOTENTIA, *vide* Deus, cap. III, art. III, § I.

Omniscientia, *vide* Deus, cap. III, art. III, § III.

ONAGER. 1° Onager qualis bestia, *Job*, 158, 2; 734, 2. Onager est asinus sylvester, natura timidus, IX, 399, 2. Onagri libidine inardescentis velocitas, XII, 32, 1. Onager mas ita zelotypus est, ut pullos suos dentibus exsecet, ut ipse solus onagra sua fruatur, XIII, 396, 1. Cur vocetur solitarius, cum agmine feminarum stipatus incedat, *ibid.* Onagri æstuantes sunt et sitibundi, XII, 120 2. Onager an uno per annum mense dum dormit, capiatur, 33, 2.

2° Onager typice significat gentes exleges ante Christum, XIV, 246, 2. Symbolum est hominis solitarii, *Job*, 735, 1, 2; 737, 1. Item vecordis et insani, 271, 1. Typus est dæmonis et peccatoris, 159, 1.

ONESIMUS (S.). Onesimus servus Philemonis, heri sui rebus quibusdam compilatis, Romam fugit, ibique a Paulo conversus, ab eo ad herum cum epistola mittitur, XIX, 341, 1. Phryx erat, *ibid.* In gratiam rediens cum hero, vir doctus et egregius factus, *ibid.* Quid nomen ejus sonet, 344, 1, 2. S. Onesimus post Timotheum factus est episcopus Ephesinus, IX, 42, 1; XVII, 6, 1; XXI, 42, 2.

ONESIPHORUS. Onesiphorus tria charitatis officia Paulo exhibuit, XIX, 280, 2.

ONIAS III. Onias III, cognomento sanctus, immediate ante Mathathiam pontificatum gessit, IV, 509, 1. Fuit vir sanctus, IX, 19, 2. Ejus elogium, X, 533, 1. Ejus virtutes, 539, 1. Interfectus est anno quinto Antiochi, IV, 418, 1.

ONIAS IV, seu junior. Onias IV profugiens Heliopolim in Ægypto, a rege Ptolemæo Philometore templum impetravit, illud templum erexit, sed perperam, et hujus factus est pontifex a Judæis qui in Ægyptum fugerant, IV, 418, 1; 509, 1; XI, 320, 2; XIII, 151, 1; XIV, 541, 2.

ONION. Onion templum unde sic dictum, IV, 418, 1. Onion appellatur templum, urbs et regio Heliopoleos, qua occasione id ædificatum, et quandiu id steterit, XIV, 541, 2.

ONIROMANTÆ. Oniromantæ plerumque mentiuntur et conjectant, X, 193, 1; 195, 1; 196, 1.

ONO. Ono campus in tribu Benjamin vulgo vallis Artificum dictus, IV, 243, 1.

ONOCENTAURI. Onocentauri quales et qui sint juxta aliquos, XI, 452, 1.

ONOCROTALUS. Onocrotalus qualis sit avis, et quam gulosa. II, 66, 2. Unde dicta, an eadem quæ pelicanus, II, 66, 2; IX, 150, 2. Cur vocetur *vomens*, II, 66, 2. Onocrotalus avis similis est cycno, dicta a sono quem edit instar asini; ejus ingluvies, cur vocetur gutturosa; quare conchis se repleat; erat immunda Judæis, dicitur quoque pelicanus; est amans solitudinis, XIV, 293, 2.

Onocrotalus significat pœnitentes, II, 66, 2. Est etiam gulosi et gulæ symbolum, XIV, 293, 2.

ONOMAUS. Onomaus primus Circensium colores invenit, XXI, 139, 1.

ONUPHRIUS (S.). S. Onuphrius eremita curatorem habebat angelum, VI, 190, 2. S. Onuphrio omnibus diebus dominicis S. synaxim ministravit angelus, II, 999, 9, XXI, 189, 1. Ei palma singulis mensibus dabat fructus, XXI, 406, 2.

ONUS, ONERA. 1° Onus prophetis quid sit, XI, 277, 1, 2; XIII, 245, 1. *Onus visionis*, vel *onus verbi Domini* cum prophetis præponitur, ipsæ partim lætæ, partim tristes sunt, XIII, 245, 1. Onus vocatur prophetia tristis, minax, odiosa et calamitosa, XIV, 157, 1; 200, 1, 450, 1; 451, 1, 2; 501, 1. Onus vocantur tribulationes et afflictiones, XXI, 60, 1. Onus vocari potest Evangelium dupliciter, 451, 1, 2.

2° Per onera undecim mystice quid intelligatur, XI, 278, 2; 279, 2. Et singulis remedia assignantur, *ibid.* Onus Babylonis mystice exponitur, 282, 2; 283, 1. Item onus Philistiim, 295, 1. Item onus Moab, 297, 2. Onus Damasci, 306, 1, 2. Onus Ægypti, 314, 1, 2. Onus deserti maris, 327, 2. Onus Duma, 333, 1. Onus Arabiæ, 334, 2. Onus vallis visionis, 336, 2. Onus Tyri, 346, 2. Onus jumentorum Austri 413, 1.

3° Onus Christi leve est et simile plumis avium, XV, 297, 1. Onera legis importabilia Pharisæi imponebant, quæ ipsi non subibant, 488, 2. Onus peccati quam sit grave, XI, 278, 2; *Job*, 201, 1. Onera mentis gravissima sunt, VI, 327, 1. Onera pastorum et superiorum, XIX, 522, 1. Onera proximi quæ portanda sint, XVIII, 572, 2.

ONYCHA. Onycha quid sit, I, 716, 2.

ONYX. Onyx gemma in rationali significat Manassen et S. Philippum ob morum candorem, I, 684, 1. Ejus natura et color describitur, *ibid.* Onyches in superhumerali pontificis an refulgerent dum sacrificabat, II, 7, 2. Onychini duo ephod pontificis quid mystice designarent, XIX, 195, 2.

OOLIBA. Ooliba ad litteram quid significet: Jerusalem et duas tribus designat, XII, 667, 2. Allegorice et tropologice sunt Ecclesia orthodoxorum, fideles, clericus et religiosus, qui si peccent, gravius punientur quam alii, *ibid.*

OOLLA. Oolla quid significet, ipsa Samariam designat, XII, 667, 2. Cur sit soror major, *ibid.* Ipsa est synagoga hæreticorum, fidelis, laicus, allegorice et tropologice, *ibid.*

OPERA, *vide* OPUS.

OPERARI, *vide* OPUS, OPERA.

OPERARIUS. 1° Operarii inter laborandum lumbos præcingunt, XVI, 173, 2 : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis.* Operarius diligens per formicas denotatur, V, 159, 1. Operarius sua sorte contentus, felicior divite est, X, 333, 2: *Vita sibi sufficientis operari condulcabitur, et in ea invenies thesaurum.* Opes acquirit Deo benedicente, *ibid.* Operariorum labores sæpe incassum cadunt ob neglectum Dei cultum et gratiam, XIV, 324, 1 : *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum : Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, et intulistis parum : comedistis, et non estis satiati : bibistis, et non estis inebriati; operuistis vos, et non estis calefacti, et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Operarius ebriosus non locupletabitur, IX, 522, 2; 523, 1. Operariis merces statim tribuenda, IV, 286, 1 : *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue.* Operariorum merces defraudata clamat in cœlum, XX, 201, 2 : *Ecce merces operariorum qui messuerint regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.* Cum operario agrario non est consultandum de ullo opere, X, 255, 1.

2° Operarius evangelicus comparatur militi, pugili, agricolæ, XIX, 284, 2. Operarius inconfusibilis quis, 287, 1 : *Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.*

OPERATIO. Operatio an Deo sit existendi ratio in rebus, XVII, 330, 2 : *Quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum.* Operationes singularum creaturarum operatur Deus, X, 417, 2 : *Consummatio*

autem sermonum, ipse est in omnibus. Operatio virtutum quæ dicatur, XVIII, 373, 2. Operationes sunt miracula, quæ dicantur a gratia, 372, 2 : *Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.*

OPERIMENTUM, OPERIRE. *Operire prophetas* quid sit, XI, 407, 1, 2. Operimentum Judæ quomodo dicatur revelandum, 338, 1.

OPES, *vide* DIVITIÆ.

OPHANNIM. *Ophannim*, id est rotæ, qui sint angeli, XII, 509, 1. Non sunt certi angeli, 576, 2.

OPHAS, *Ophas, pas, uphas, muphas*, idem sunt: unde *ophas* deducatur et formetur, XII, 91, 2.

OPHEL. Ophel describitur, IV, 180, 2. Ophel erat turris excelsa in Sion, juxta atrium templi, ejus descriptio, XIV, 99, 1. Ab altitudine dicta est Ophel, id est tenebræ, caligo, *ibid.* Non erat turris Psephina, *ibid.* Ophel erat arx celsa et munita in Jerusalem, 225, 2.

OPHIOMACHUS, vel OPIOMACHUS. Ophiomachus locusta fit, dum mole corporis et alis perficitur, XII, 479, 1. Est locustæ species, quid tropologice significet, II, 68, 2 et seq.

OPHER. Opher cum suis nomen Africæ dedit, I, 263, 1.

OPHIR. Ophir quæ sit regio, IX, 240, 2. An sit Peru, negatur, XII, 90, 2; 91, 1. Ophir unde aurum habuit Salomon, est India orientalis, III, 602, 1, 2. Inde aurum dicitur obrizum, 602, 2. Ophir probabiliter est Pegu, Malaca et Sumatra, XII, 91, 1.

OPHITÆ. Ophitæ hæretici serpentem colebant, et cur, I, 106, 2; VIII. 591, 2 et seq. Ophitarum hæreticorum abominationes, XX, 91, 1.

OPIFEX. Opifices mechanici etiam in sua arte sapientes sunt, X, 288, 2 et seqq.; 294, 2 : *Omnes hi in manibus suis speraverunt, et unusquisque in arte sua sapiens est : sine his omnibus non ædificatur civitas.* Sunt in republica necessarii, 296, 1 : *Creaturam ævi confirmabunt, et deprecatio illorum in operatione artis.* Eorum sapientia in cultu Dei sita, 297, 1 : *Accommodantes animam suam, et conquirentes in lege Altissimi.* Qualis legis Dei cognitio illis necessaria sit, 296, 2. Opifices quomodo multum meriti ex operibus suis colligere possint, XVIII, 684, 2; XIX, 108, 1 : *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi, gratias agentes Deo, et Patri.* Opifices pii qui, XVIII, 645, 1, 2 : *Qui furabatur, jam non furetur; magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.* Opificia mechanica olim sancti exercuere, XIX, 169, 2 et seq. : *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos : quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et in fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus.* Opifices pauperes divitibus injustis et pravis præstent, X, 2, 2. *Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens.* Opifices in senatum non sunt assumendi, X, 295, 1, 2 : *Et non inhabitabunt, nec inambulabant, et in ecclesiam non transilient. Super sellam judicis non sedebunt, et testamentum judicii non intelligent, neque palam facient disciplinam et judicium, et in parabolis non invenientur.* Nec alios docere debent judicium et disciplinam, *ibid.*, 2.

OPILIO. Opilio dicitur quasi ovilio, X, 146, 2.

OPILIUS (S.). S. Opilius Placentiuus a puero, Deo dilectus fuit, XV, 425, 1. Orans ab angelorum multitudine cinctus est, V, 101, 1.

OPINIO. Opinio quam de Deo habere debemus, VII, 197, 1, 2 (*Vide* DEUS). Opiniones novas proferre stultitiæ signum est, V, 560, 1. Opiniones novas introducunt hæretici, XX, 452, 2 (*Vide* HÆRETICI).

Opinio mali magis affligit quam ipsum malum, X, 102, 1.

OPISTOCOMÆ. Opistocomæ dicti Euboici unde, XII, 517, 2.

OPISTOGRAPHI. Opistographi libri qui, XII, 517, 2; XXI, 121, 1.

OPOBALSAMUM. Opobalsamum est balsami succus, IX, 643, 2.

OPPIUS. C. Oppius centurio an fuerit is qui Christo morienti astitit et eum morientem confessus est Deum, XV, 636, 2; XVII, 244, 1; XX, 640, 1. An ipse Hispanos converterit, XX, 640, 1.

OPPORTUNA (S.). S. Opportunæ abbatissæ felicissima mors, XV, 528, 1.

OPPORTUNITAS, OPPORTUNUS. *Opportunus* vox unde derivetur, V, 467, 1 : *Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus.* Opportunitas in monendo et docendo sapienti captanda est, V, 260, 1 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere;* VI, 264, 1, 2 et seq.: *Mala aurea in lectis argenteis verbum dictum in tempore suo;* Job, 114, 2. Ea beneficia plurimum auget, V, 339, 1 : *Bene consurgit diluculo, qui quærit bona; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.* Ab opportunitate pendet rei ex voto successus, 558, 2. Opportunitas similis est rotæ, VI, 265, 1, 2.

OPPRESSIO. Oppressio pauperum vindictam clamat e cœlo, IX, 564, 2 (*Vide* PAUPER).

OPPROBRIUM. Opprobria superare gloriosissimum, *Job*, 400, 2 (*Vide* INJURIA, HUMILITAS, MAGNANIMITAS).

OBSONION. Obsonion quid sit proprie, XVIII, 114, 2.

OPTARE, OPTATIO. Optationes extremorum malorum in viris sanctis pro eorumdem prophetiis accipiuntur, XIII, 467, 1. Optare æternam damnationem licet pro multorum salute, XVIII, 157, 2.

OPTIMATES. Optimates urbium sunt capita,

XIII, 593, 2. Dicuntur montes et excelsa terræ, *ibid.*

OPTIMUS. 1° *Optimus maximus* Dei est epithetum, XX, 53, 1. Optimi epithetum quibus tribueretur, XIII, 46, 1; 400, 2. *Optimus* erat epithetum præsidum et magistratuum, XVI, 7, 1.

2° Optimum et pessimum quid sit, X, 122, 2. Optima Deo offerenda, VI, 40, 2; XIV, 558, 2 : *Offertis super altare meum panem pollutum, et dicitis : In quo polluimus te ? In eo quod dicitis : Mensa Domini despecta est ;* 567, 1 : *Maledictus dolosus qui habet in grege sua masculum, et votum faciens immolat debile Domino;* XVI, 504, 2 : *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, et unxit pedes Jesu* (*Vide* Oblatio, Sacrificium, Victimæ). Optima sectanda sunt, exemplo apis, IX. 333, 1 : *Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.*

OPULENTIA. Opulentia veterum consistebat in pecoribus et agris, X, 116, 1.

OPUS, OPERA. I. Opera Dei et Christi. 1° Opus primum Dei Patris fuit æterna generatio Filii, XIII, 366, 1 : *Quasi diluculum præparatus est egressus ejus.* Opus Domini dicitur creatio et gubernatio et redemptio Christi, XI, 159, 1 : *Et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Opus Dei per excellentiam fuit redemptio generis humani e captivitate diaboli et peccati, XIV, 241, 2 : *Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud.* Opus sumus Dei, XVII, 335, 2 : *In ipso enim vivimus, movemur et sumus..... Ipsius enim et genus sumus.* Quomodo opus simus Dei, XVIII, 233, 2 : *Noli propter escam destruere opus Dei.* Opera Dei omnia ad justum pondus sunt facta, V, 495, 2 : *Pondus et statura judicia Domini sunt, et opera ejus omnes lapides sacculi ;* Job, 708, 2. Opera Dei mire perfecta sunt, IX, 501, 2 : *Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim investigavit magnalia ejus? Virtutem autem magnitudinis ejus quis enuntiabit? aut quis adjiciet enarrare misericordiam ejus ?* XVI, 332, 1. Opera Dei sunt misericordia vera et justa, IV, 278, 1 : *Omnes viæ tuæ misericordia, et veritas et judicium.* Opera Dei sunt vera tripliciter, XIII, 41, 2 : *Universa opera tua vera, et viæ tuæ rectæ, et omnia judicia tua vera.* Opera Dei conformia sunt verbis illius, *Psalm.* 1, 494, 1 : *Rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide.* Opera Dei omnia sunt valde bona, tum Deo, tum nobis, tum toti universo, X, 310, 2 : *Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum..... et sic dicetis in confessione : Opera Domini universa bona valde.* In iis celebranda sunt maxime bonitas et potentia, 311, 1. Hæc bona sunt, quia ipse omnia suo tempore et opportune exhibet, 322, 1, 2 : *Omnia opera Domini bona, et omne opus hora sua subministrabit.* Horum singulis Deus effigiem suam insculpsit, 378, 2 : *Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua ?* Mire hæc per sapientiam exornavit, 379, 2 : *Magnalia sapientiæ suæ decoravit : qui est ante sæculum, et usque in sæculum, neque adjectum est, neque minuitur, et non eget alicujus consilio.* Eis nihil additum aut diminutum est, *ibid.* Quam ea sint speciosa, amanda et utilia, *ibid.* et seq. : *Quam desiderabilia opera ejus, et tanquam scintilla, quæ est considerare.* Sunt ea velut scintilla divinitatis, 380, 1. Digna sunt admiratione et consideratione, *ibid.* Ex iis ad Deum debemus ascendere, *ibid.* In iis Deus ipse intime præsens est per essentiam præsentiam, potentiam, *ibid.* Quomodo ea in sæculum manere dicantur, Deoque obediant, 381, 1 : *Omnia hæc vivunt, et manent in sæculum, et in omni necessitate obaudiunt ei.* Eorum diversitas, et tamen ordo et connexio, *ibid.*, 2. Nemo eorum consideratione se potest satiare, 382, 1 : *Uniuscujusque confirmavit bona; et quis satiabitur videns gloriam ejus ?* Opera Dei investigabilia sunt, *Psalm.* I, 9, 1, 2 : *In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur.* Abscondita sunt et mirabilia, IX, 337, 2 : *Quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa, et absconsa, et invisa opera illius.* Sunt velut fenestræ per quas videtur Deus, 429, 2 : *Beatus vir..... qui respicit per fenestras illius, et in januis illius audiens.* Opera Dei non scrutanda, 130, 2 : *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi ;* Job, 688, 1 : *Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere : Operatus es iniquitatem? Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.* Cur plurima eorum captum nostrum superent, 130, 2; 468, 2 : *Nam plurima illius opera sunt in absconsis : sed opera justitiæ ejus quis enuntiabit, aut quis sustinebit?* Eorum multa nos latent quæ non videmus, X, 423, 2 : *Quis videbit eum et enarrabit ? et quis magnificabit eum sicut est ab initio ?* Ea digne ab homine nec laudari, nec recenseri queunt, 415, 2 : *Multa dicemus et deficiemus in verbis ; consummatio autem sermonum ipse est in omnibus.* Dei opera sunt silentia, cur, VIII, 627, 1. Operibus Dei nihil deest, nisi justus eorum laudator et æstimator, I, 75, 2; XXI, 134, 2. Opera Dei non solum sensibus percipienda, sed animo consideranda, *Job*, 296, 2 : *Ecce omnia hæc vidit oculus meus, et audivit auris mea, et intellexi singula.* Opera Dei revelare honorificum est, et celare periculosum, IV, 305, 1 : *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est : opera autem Dei confiteri honorificum est.* Opera Dei movent homines ad fidem, *Psalm.* I, 494, 1. Operum Dei duratio, VII, 145, 1 : *Didici quod omnia opera quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum; non possumus eis quidquam addere vel auferre, quæ fecit Deus ut timeatur* (*Vide* Deus).

Opera SS. Trinitatis ad extra sunt indivisa, et tribus personis communia, XIV, 584, 2; XVI, 544, 2; XVIII, 72, 2 (*Vide* TRINITAS).

2° Opera Christi erant perfecta, XV, 81, 2. Opera theandrica Christus non sibi, sed Patri suo attribuit, XVI, 84, 1. In iis nihil juris habebant parentes ejus, 329, 1. Opera Christus in dies excellentiora edebat, unde videbatur crescere in sapientia et gratia apud Deum et homines, 87, 1, 2. Hæc de eo testimonium perhibebant, 384, 1. Opera majora quam Christus faciet credens in eum, 545, 1, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

II. OPERA AB HOMINIBUS FACTA. — 1° *Operum necessitas ad salutem.* Opera ad salutem requiruntur, XV, 525, 2 et seq. : *Quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum : prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus;* 718, 2 : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Operum necessitas, vis, integritas, XVI, 559, 1 : *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat;* XVIII, 58, 1, 2; 59, 2 : *Reddet unicuique secundum opera ejus, iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam : iis autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio;* 178, 2 : *Corde enim creditur ad justitiam : ore autem confessio fit ad salutem;* 269, 1 : *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem;* XIX, 286, 1 : *Fidelis sermo : nam si commortui sumus, et convivemus, si sustinebimus, et conregnabimus.* Opera præter fidem ad salutem et electionem ad gloriam requiruntur, XX, 4, 1; 82, 1, 2 : *Estote autem factores verbi, et non auditores tantum;* 122, 1, 2; 123, 1 : *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum;* 128, 2 : *Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est;* 421, 1 : *Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis : hæc enim facientes, non peccabitis aliquando;* 560, 2 et seq. : *Si scitis quoniam justus est* (Christus judex), *scitote quoniam et omnis qui facit justitiam ex ipso natus est;* 568, 2 : *Filioli, nemo vos seducat, qui facit justitiam, justus est.* Ea tribuunt fidei perfectionem et consummationem, 129, 1 : Sunt ejus vita et lingua, 125, 1 : *Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.* Jungenda sunt orationi, 582, 1, 2 : *Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo; quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita coram eo, facimus.* Propter opera electi cœlo adjudicantur, XV, 536, 1 : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere,* etc. Paulus esto per gratiam salvos nos dicat, opera tamen requirit, XVIII, 76, 2; 79, 2. Opera satisfactoria astruuntur, II, 36, 2. Operibus piis pro pœna peccato debita satisfacimus, V, 490, 1 : *Misericordia et veritate redimitur iniquitas; et in timore Domini declinatur a malo.* Operum scientia efficax, VIII, 435, 1 : *In manu enim illius, et nos, et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia, et disciplina.* Opere ipso lex est adimplenda, V, 185, 2 : *Liga eam* (legem) *in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.*

Opera verbis consentiant, V, 455, 1; 585, 1. Opera consona debent esse cordi et ori, *Psalm.* I, 67, 2. Opera doctrinam confirmant, X, 433, 1. Opere concionandum est priusquam ore, XIV, 318, 1. Operibus laudandus Deus, *Psalm.* I, 193, 1, 2. Opere sancti tripliciter Deum laudant, X, 423, 1.

Operibus bonis jugiter est incumbendum ob incertitudinem mortis, XV, 528, 1 : *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.* Sunt ea facienda in hac vita, post mortem non erit faciendi opportunitas, VI, 48, 1 : *Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo æstate et non dabitur illi;* IX, 422, 2 et seq. : *Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum.* Opera pigri ob laborem sibi putant impossibilia, 156, 1. Opera bona faciendi occasio ubique occurrit, X, 27, 2.

2° *Dei gratiæ necessitas ad opera bona facienda.* Opera fidei et gratiæ non sunt tribuenda voluntati, sed fidei et gratiæ, XX, 80, 1. Opera gratiæ quæ sunt ad vitam æternam non sunt in hominis potestate sine Dei inspiratione et auxilio, XII, 94, 2 : *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus : nec viri est ut ambulet, et dirigat gressus suos.* Operis initium, volitio, conatus, finis et exitus Deo ab *Ecclesiastico* tribuuntur, IX, 40, 1. Operis supernaturalis dignitas tota est a gratia, XVIII, 25, 1. Operis laus Deo tribuitur, X, 487, 2 : *In omni opere dedit confessionem Sancto et Excelso in verbo gloriæ.* Opus virtutis est nobis a Deo datum, et nos beans, 569, 1 : *Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.* Quomodo nobis ea opera Deus præparet, XVIII, 603, 2 : *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Eorum bonitas Deo est tribuenda, 432, 2 : *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quomodo opera bona tribuantur gratiæ, vocationi et electioni Dei, non libero arbitrio, 24, 2. Homini tamen sunt libera, et

a libera voluntate pendent, 280, 2; 303, 2 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic*, 603, 1, 2. Opera gratiæ sunt tum gratiæ, tum liberi arbitrii, V, 61, 1 : *Quia Dominus dat scientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia.* Opera naturalia possunt facere infideles, non ea quæ sunt gratiæ, XVI, 561, 1, 2 : *Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.* Ex interna Christi gratia homo vim habet opera bona producendi, 560, 1, 2 : *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic et vos, nisi in me manseritis.* Solis naturæ viribus facta opera, Paulus a justificatione excludit, XVIII, 59, 2. Opera solis naturæ viribus facta impertinentia sunt ad gratiam et sanctitatem, 280, 2 : *Quis autem te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* Per opera meritoria nostra non minuitur, sed illustratur gratia Christi, 76, 2. Sunt dona Dei, 303, 2.

Attamen moralia opera infidelium non sunt peccata, XIV, 345, 1; XVIII, 235, 1 : *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est;* XIX, 327, 1 : *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens, et conscientia.* Opera infidelium qualia, *Psalm.* I, 69, 1, 2.

Opera omnia justorum non sunt peccata, ut impie vult Calvinus, I, 134, 2; XI, 742, 1, XVIII, 68, 2.

3° *Opera nostra qua ratione sint facienda.* Primo. *Opera nostra quomodo peragere debeamus*, VII, 319, 2 et seqq. : *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Quæ in iis consideranda, XVIII, 294, 1. Operis decor et præstantia elucet in ejus modo, ordine, perfectione, VI, 190, 1. Eorum principium pendet a fine et medio, V, 568, 1 : *Qui mollis est et dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Quomodo et qua intentione facienda sint, 583, 2. Opus bonum potest reddi malum ob malam intentionem, 483, 1, 2 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus : spirituum ponderator est Dominus.* Opera omni vitio carere debent, 569, 1. Non sunt vitianda aliqua prava circumstantia, IX, 501, 2 : *Fili, in bonis non des querelam, et in omni dato non des tristitiam verbi mali.* Opus bonum debet habere omnes suas circumstantias positivas et negativas, si vel una desit, desinet esse bonum, eritque malum, XIV, 345, 1. Opus bonum quomodo interdum sinistra cogitatione inquinetur, XII, 799, 2; 800, 1.

Secundo. *Opera nostra ita sunt facienda, ut sint digna Deo, et quomodo id fiat*, XX, 642, 2. Modus id faciendi, 642, 2 et seq. Quam ea excellenter et perfecte facere debeamus, X, 182, 1; 183, 1 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua;* XVIII, 588, 2 : *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati coram eo.* Opera perfecte faciendi praxis et modus, X, 182, 2; 183, 1, 2; XIV, 134, 1, 2 et seq. : *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te : Utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Sanctum opus sancte fieri debet, cur, VIII, 402, 2 : *Qui enim custodierint justa juste, justificabuntur, et qui didicerint ista, invenient quid respondeant.* Opera etiam corporalia et sæcularia, quantumcumque levia, sollicite sunt facienda, XIV, 134, 1, 2 et seq. Opera indifferentia ad Dei laudem etiam sunt facienda, XIX, 107, 2 et seq. : *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.* Opera nostra minima, unde valorem excipiant. *Psalm.* I, 25, 2. Opus vulgare excellenter factum fit excellens, IX, 426, 2 : *Omne opus electum justificabitur : et qui operatur illud, honorabitur in illo.* Opera non plena, sed vacua sunt sextupliciter, XXI, 68, 1 : *Non invenio opera tua plena coram Deo meo.*

Opera nostra omnia in Deum tendant, XIII, 232, 1. Opera omnia cum Deo incipienda et finienda sunt, XVII, 112, 2 et seq. Eorum initium et finis Deo offerenda, X, 220, 2 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas.* Sunt ad Dei gloriam facienda, XV, 181, 1, 2 : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est.* Talia raro proferant falsi doctores, 212, 2. Opera omnia nostra Deo sunt offerenda, II, 24, 1 : *Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in generationibus, et cunctis habitaculis vestris.* Opera etiam fabrilia Deo sunt offerenda, XVIII, 684, 2. Ei omnia opera sunt commendanda, ut ipse ea dirigat, V, 485, 2 et seq. : *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.* Ea variis modis ab eo diriguntur, VI, 75, 2 : *A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Ante ea Deus invocandus, X, 303, 2 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.* Operis initio formanda crux, XIX, 53, 2.

Tertio. *Opera debent fidei jungi, et esse ei conformia*, XVII, 60, 2 : *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur;* XIX, 147, 1 : *Dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute.* Opera quæ Deo placent sunt in fide, sicut in radice, *Psalm.* I, 194, 2 : *Rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide.*

Quarto. *Opera omnia ad justam rationis normam mensuranda sunt*, IX, 186, 2. Operis veritas in quo consistat, XIII, 377, 1. Quid sit operis mendacium, *ibid.*

Quinto. *Operum meritum in magnitudine charitatis consistit*, XVII, 238, 1. Opera non prosunt sine charitate, XVIII, 379, 1 : *Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Prosunt tamen pœnitenti ante reconciliationem, *ibid.* Opera tepida quæ damna creent; V, 369, 2 : *Manus fortium dominabitur : quæ autem remissa est tributis serviet.* Operibus bonis acriter incumbendum est, X, 131, 2.

Sexto. *Opera virtutum heroica nobis patranda sunt, et quomodo*, XVII, 59, 2. Opera heroica fortiter aggredienda sunt, XVI, 140, 2 : *Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis ejus, et ipse faciem suam firmavit ut iret in Jerusalem.* Omnia opera magna fiunt et facta sunt per constantiam, X, 33, 1.

Septimo. *Opera nostra ut digna sint, unienda sunt meritis Christi*, X, 220, 2. Opera et passiones nostras actionibus et passionibus Christi unire debemus, XX, 241, 1.

Octavo. *Opera bona a vanitate circumcidenda sunt.* V, 156, 1. Quomodo tegenda sint et occultanda, II, 453, 1, 2 : *Non operaberis in primogenito bovis, et non tondebis primogenita ovium.* Opera bona quomodo occultanda simul, et ostentanda. XV, 156, 1 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* Eorum vim elidit vana gloria, 181, 1 : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est.* Operum bonorum venenum præsumptio, *Psalm.* I, 25, 1. De eorum bonitate hominis sibi blandiri non debent, VI, 95, 1 : *Omnis via viri recta sibi videtur; appendit autem corda Dominus.* Opus secretum Deus prædicat, XV, 182, 2 : *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

4° *Varia operum genera.* Operum bonorum tria genera, IV, 305, 1 : *Bona est oratio cum jejunio et eleemosyna, quam thesaurus auri recondere.* Tria bonorum operum genera per tria dona magorum designantur, XV, 82, 1. Opera misericordiæ corporalia et spiritualia sunt septem, 536, 2 (*Vide* Misericordia). Ea omittentes damnantur, 528, 2. Ea proximo exhibita sunt velut unguenta quibus ungitur Christus, 545, 2; 717, 1. Opera tam bona quam mala velut sol rutilant in conspectu Dei, IX, 483, 2 et seq. : *Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei; et oculi ejus sine intermissione inspicientes in viis eorum.* Opera carnalia et spiritualia lana et lino repræsentantur, VI, 497, 1.

Opera omnia non sunt præcepti, sed aliqua consilii, XVII, 331, 2. Opus manuum etiam viris spiritualibus et apostolicis commendatur, XVII, 27, 2. Opera exteriora frontibus ædificiorum templi mystice designantur, XII, 796, 1. Cuncta bona opera per quinque sensus exhibentur, 798, 1.

5° *Operum bonorum fructus et merces.* Primo. *Opera pia et virtutum sunt quasi proles et semen;* XI, 658, 2; 659, 1 : *Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus : nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Item opera charitatis et sanctitatis exempla, 669, 2. Opera bona sunt quasi fructus hominis, et velut filii, IX, 190, 2; 360, 1 2 : *Ante mortem ne laudes quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.* Opera bona tam sunt messis quam semen, II, 178, 1 : *Apprehendet messitum tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem.* Opus bonum semen est melioris, XIII, 421, 2 : *Seminate vobis in justitia, et metite in ore misericordiæ.* Opus unum bonum viam sternit ad aliud, XVII, 113, 1; 2. Opera bona sunt semen æternitatis, XIII, 421, 2.

Secundo. *Opera bona Deum nobis propitium reddunt*, VII, 112, 1 : *Gaudium justo est facere judicium; et pavor operantibus iniquitatem.* Ea sola parant gaudium, III, 2. Mire placent Deo, XIX, 521, 2 : *Beneficentiæ autem et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.* Deo grata sunt, *Job*, 464, 2. Opera justitiæ nobis prosunt, non Deo, 464, 1 : *Quid prodest Deo, si justus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua?* Opera bona et vitæ mutatio Deum ad clementiam flectunt, XIV, 307, 2 et seq. Opera fidei, timoris et spei quæ fiunt ex legis præscripto, peccatorem ad justitiam disponunt si ex charitate fiant, de condigno merentur justitiæ augmentum, XVIII, 60, 1. Declarant operantem esse justum, *ibid.* Opera justificant nos quo sensu, XIX, 456, 2. Sunt nostra lorica, XVIII, 679, 2 : *State ergo succincti lumbos vestros in veritate; et induti loricam justitiæ.* Opera justorum prosperantur, IX, 138, 2 : *Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et in operibus justitiæ successus habebit.* Opera bona sacrificium sunt justitiæ, *Psalm.* I, 25, 2 : *Sacrificate sacrificium justitiæ et sperate in Domino : multi dicunt, quis ostendit nobis bona?* Vocantur lux, XVIII, 653, 2 : *Ut filii lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia et veritate.* Opera bona justis spem addunt in morte, V, 318, 1 : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit.* Operibus bonis incumbentes, merentur videre angelos, XV, 646, 1.

Tertio. *Opera nostra stricte expendentur in die judicii, et a Deo pro merito vel mercedem vel pœnam æternam accipient.* Opera hominum judicii sui trutina expendit Deus, V, 483, 1, 2 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus.* Opera omnia perfecte novit

Deus, tum bona, tum mala, XXI, 359, 1 : *Et libri aperti sunt, et alius liber apertus est qui est vitæ; et judicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.* Omnia opera hominum in libro scribuntur qui in die judicii aperietur, XIII, 94, 2 : *Judicium dedit, et libri aperti sunt.* Ea afferenda sunt ad tribunal Christi judicis, X, 217, 2 : *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus, hæc enim propter mandatum Dei fiunt.* Operum in die judicii exacta ratio a Deo exigetur, XV, 531, 2 : *Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis.* Ea omnia in die judicii per os Christi declarabuntur esse sancta, IX, 426, 2 : *Omne opus electum justificabitur, et qui operatur illud, honorabitur in illo*; 558, 1 : *Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum, et qui operatur justitiam, ipse exaltabitur.* Opera quomodo dicuntur ardere, XVIII, 271, 2 : *Uniuscujusque opus manifestum erit*; *dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit* (*Vide* JUDICIUM).

Operum bonorum merita et merces, XVIII, 58, 1, 2; 178, 2; 268, 1; XIX, 286, 1 (*vide* supra textus Scripturæ). Per opera bona meremur vitam æternam, XVI, 230, 2 et seq.; XX, 50, 2 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit diligentibus se.* Signum sunt prædestinationis, XX, 423, 1 : *Quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem facialis.* Iis nititur spes nostra, XVIII, 92, 2 : *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit : quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Sunt fundamentum futuri ædificii in cœlo, XIX, 267, 1 : *Divitibus hujus sæculi præcipe..... thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam.* Sunt ea cibus permanens in vitam æternam, XVI, 392, 2 : *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Quæ vocentur opera Dei necessaria ad comparandum panem permanentem in vitam æternam, 393, 2 : *Dixerunt ergo ad eum : Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Jesus, et dixit eis : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Opus modicum factum ex gratia, vitam æternam meretur, XVIII, 137, 1, 2 : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Opera habent cum gloria æterna proportionem, et quam, 58, 2. Opera nostra quomodo sint Dei et nostra, et inducant debitum justitiæ commutativæ, XIX, 313, 1 : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Cur ea dicantur corona justitiæ, 311, 1. Opera bona Deus ex justitia remuneratur, *Psalm.* I, 97, 1 : *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.* Omnia opera non sunt paria. XV, 442, 2 et seqq. Pro quantitate gratiæ quæ est in operante, opera ejus habent pondus, pretium, meritum apud Deum, V, 483, 2. Opera quomodo sequantur sanctos, XXI, 283, 1 : *Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos.* Ea nos post mortem non deserent, *ibid.* Sunt sarcina viatorum ad tribunal Christi pergentium, XVIII, 575, 2 : *Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.* Hæc hominem in judicio securum reddent, XX, 560, 1, 2 : *Et nunc, filioli, manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus.* Opera laudant in cœlo beatos, VI, 523, 1.

6° *Quomodo opera bona per peccatum mortificentur et per pœnitentiam reviviscant.* Opera bona peccatis sordidans ea perdit et dissipat, item qui ea ad ostentationem facit, XIV, 324, 1. Opera bona per peccatum sequens mortificata per pœnitentiam reviviscunt, et quomodo, XIII, 505, 1 : *Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca,* XXI, 67, 1, 2.

7° *Opera bona impedire quam sit scelus,* XVII, 373, 2. Opera sanctorum quomodo impediat Satan, XIX, 123, 1 : *Voluimus venire ad vos : ego quidem Paulus, et semel, et iterum, sed impedivit nos Satanas.*

8° *Opera mala* (*Vide* PECCATUM). Opera mala laboriosa, *Psalm.* I, 41, 1, 2 : *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem. Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit.* Peccata dicuntur opera carnis, XVIII, 566, 1 : *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem : hæc enim sibi adversantur : ut non quæcumque vultis, illa facialis.* Omnia opera mundana intermorientur, IX, 426, 1 : *Omne opus corruptibile in fine deficiet : et qui illud operatur, ibit cum illo.*

9° *Opera legalia.* Opera legalia non conferebant ad delenda peccata, XVIII, 72, 2. Hæc Paulus suggillat, non alia, *ibid.* Judæi jactabant ea, quasi ob ea ad salutem eligendi, 165, 2 et seqq. (*Vide* LEX MOSAICA, LEGALIA).

OR. Or abbas quot habuerit sub se monachos, XI, 320, 2.

ORACULUM. 1° *Oracula falsorum deorum.* Oracula Gentiles vocabant sortes, XVII, 72, 2. Deorum oracula in somnio captabantur per necromantiam in delubris juxta sepulcra magnatum erectis, XIII, 398, 1. Item dormiendo super stragula vel super pelles arietinas, VI, 472, 2; XIII, 552, 2. Oracula per idola edebantur clara voce, XI, 222, 2 et seq. Oracula dæmonum vel falsa, vel plerumque ambigua, obscura et intricata, X, 196, 2; 197, 1;

XI, 516, 1. Oraculum Apollinis quid diviti cuidam regi responderit, VII, 224, 1. Oracula etiam falsa vendere auro simonia est, XIV, 93, 1. Oracula Christus sustulit non tantum apud Christianos, sed et apud Gentiles, silentium eis imposuit, 125, 1. Oracula siluere ante Christi ortum, 333, 2. Plane defecerunt in morte Christi, 236, 2.

2° *Oracula veri Dei et Prophetarum.* Oracula Prophetarum sunt velut litteræ e cœlo delatæ, XIII, 233, 2. Multa eorum cur perierint et jam non extent, 217, 2. Oracula Prophetarum singulis sæpe capitibus sunt alia et alia, ac novo tempore edita, XI, 19, 1. Oraculum de Christo in Bethleem nascituro quando editum sit a Michæa, XIV, 112, 2. Oracula sua seque attemperat Deus conditioni hominum, et cuique pro suo statu et gradu accommode apparet Deus, XIII, 508, 1. Oraculum rationalis diu apud Judæos cessarat, XIV, 325, 2. Oraculum Dei in Jerusalem defecit in excidio ejus per Nabuchodonosorem, X, 236, 2.

ORARE, ORATIO. 1° *Quid sit oratio, quibus rebus significetur et variæ ejus formæ.* Primo. Oratio omnem mentis ad Deum elevationem, collocutionem, unionem significat, X, 550, 2. Oratio an ab obsecratione distinguatur, XIX, 193, 2 : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Oratio vocatur laus, cur, XII, 378, 2 : *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini*, XIV, 240, 1. Orationis prima pars est Dei laus et gratiarum actio, XII, 68, 1 : *Tu ergo, noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem.* Oratio a Dei laude incipienda, XIII, 41, 2 : *Stans autem Azarias oravit sic ; aperiensque os suum in medio ignis, ait : Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in sæcula.* Oratio est collum animæ, *primo*, quia sicut collum erigitur in altum, sic oratio mentem a terra sustollit ad Deum in cœlum ; *secundo*, quia sicut per collum spiritus attrahitur ad interiora refrigeranda et roboranda, sic per orationem attrahimus spiritum Dei qui æstus concupiscentiæ refrigerat, mentemque animat et corroborat, VIII, 50, 1, 2 : *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis : mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Oratio capitur pro oratorio, XVII, 310, 2 : *Factum est autem, euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum Pythonem obviare nobis.*

Secundo. Oratio per thus repræsentatur, X, 226, 2 : *Oratio humiliantis se nubes penetrabit : et donec propinquet, non consolabitur : et non discedet donec Altissimus aspiciat*, X, 539, 1. Repræsentatur per altare thymiamatis, XVII, 106, 1. Oratio est thymiama ob sex analogias, XXI, 130, 1 : *Cum aperuisset librum* (Agnus), *quatuor animalia et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* Orationes sanctorum quare odoramentis comparentur, I, 717, 1 : *Dixitque Dominus ad Moysen : Sume tibi aromata, stacten et onycha, galbanum boni odoris, et thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia ; faciesque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, et purum, et sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi.* Sunt velut phialæ odoramentorum, 226, 2. Sunt velut flores pulcherrimi, 309, 2 ; 310, 1 : *Quasi Libanus odorem suavitatis habete. Florete, flores, quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis.* Orationes sunt velut holocaustum, XVII, 233, 1. *Dixit autem illi* (Cornelio angelus) : *Orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Oratio est vittæ similis, VIII, 41, 1 : *Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce.* Per catenam auream denotatur, XV, 189, 2.

Tertio. Oratio verbalis et realis quæ, *Psalm.* 110, 1. Oratio silens ex intimo corde III, 259, 2 : *Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur.* Oratio mentalis est hujus vitæ beatitudo, XVI, 157, 2 : *Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.* Oratio quietis quæ, VII, 570, 2 : *Adjuro vos, filiæ Jerusalem per capreas cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare facialis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Ipsa est lectulus animæ, VIII, 10, 1.

Oratio in templo melior est quam domi, X, 558, 1 . *Cum adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quæsivi sapientiam palam in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa, et usque in novissimis inquiram illam ;* XVII, 111, 2 et seq. : *Petrus autem et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam ;* XIX, 201, 1. Oratio publica in templo commendatur, XV, 184, 1, 2. Orationis communis utilitas, IV, 168, 1 : *Cum ignoremus quod agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Omnis vero Juda stabat coram Domino, cum parvulis, et uxoribus, et liberis suis.* Orationis et pœnitentiæ publicæ vis et usus, 324, 1 : *Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna.*

Orationis Dominicæ commendatio, XV, 185, 1. Ejus paraphrasis ex S. Francisco, 194, 2. Orationis Dominicæ quinque tantum petitiones assignat S. Lucas, an eam bis Dominus docuerit, XVI, 161, 1. Orationem Dominicam quisque discere et intelligere debet, XVIII, 392, 1.

2° *Orationis necessitas et præceptum.* Primo. *Orationis dignitas, necessitas, et vis*, XVI, 240, 1. Oratio solvit debitum Deo, IV, 305, 1 : *Bona est*

oratio cum jejunio et eleemosyna, quam thesauros auri recondere. Oratio est velut munus Deo oblatum, V, 531, 1. Orari vult Deus, nihil dat non oratus, XVI, 587, 1. Oratio tam est corpori necessaria quam cibus corpori, XIX, 201, 1. Oratio cibus est animæ optimum, IX, 437, 2 ; *Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum*, XV, 118, 2. Ea uti et inspiratione Dei vivit homo, 122, 1 : *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Absque ea anima non proficit, XVII, 232, 2. Ad eam in omnibus recurrendum, XIX, 522, 2 : *Orate pro nobis..... amplius autem deprecor hoc facere, quo celerius restituar vobis.* Orare semper quomodo nos semper oporteat, et cur, XV, 238, 1 : *Dicebat autem* (Jesus) *et parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, et non deficere.*

Secundo. *Quibus præsertim necessaria sit.* Oratio primarium munus viri apostolici, XVII, 163, 2 : *Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto et sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus.* Oratio et charitas decent prælatum, Deumque stringunt, XII, 124, 2 et seq. Ea præmittenda electioni pastoris, XVII, 72, 2 : *Et statuerunt duos, Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Matthiam. Et orantes dixerunt : Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus.* Orationi insistant Religiosi potiusquam actioni, II, 173, 1 ; *Ædes Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi.....Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.*

Tertio. *Exemplum Christi.* Christus orabat plerumque de nocte, XVI, 432, 1, 2. Oravit ante passionem pro Apostolis, 596, 1, 2 : *Ego pro eis rogo : non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt ;* 599, 2 ; *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Ter oravit Christus in horto, XV, 573, 2 : *Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio, eumdem sermonem dicens;* XVI, 265, 2 et seqq. : *Et factus in agonia, prolixius orabat.*

Quarto. *Quando orandum sit.* Orationis tempora servanda, XVII, 232, 2. Oratio matutina est utilissima, II, 427, 2 : *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo : et narrabis ea filiis tuis, et meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.* Adorandus Deus oriente sole, VIII, 604, 2 : *Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat. Ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam et ad ortum lucis te adorare.* Orationi ante omnia opera vacandum, X, 303, 2 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.* Ipsa operibus nostris initium dare debet, 182, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Oratio prævia semper eundo cubitum, II, 426, 2. Quam pia hæc praxis, docetur exemplis, *ibid.* Oratio somno præmittenda erit ut munimen contra nocturnas illusiones, V, 169, 2 : *Cum ambulaveris, gradiantur tecum* (præcepta patris tui) ; *cum dormieris, custodiant te, et evigilans loquere cum eis.* Oratio nocturna commendatur, XVI, 80, 2 ; *Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte.* Ea usurpata a Christo, 112, 2 ; *Exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei.* Ad orationem faciendam media nocte surgebant primi Christiani, XVII, 312, 1 : *Media autem nocte Paulus et Silas, orantes laudabant Deum.* Orationis horas quas haberent Judæi, 113, 1.

3° *Orationis fructus, commoda, et elogia.* Primo. *Ejus bona et fructus in generali*, III, 259, 2 ; 260, 1 : *Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens largiter, et votum vovit ;* IV, 280, 2 : *Ad hanc vocem* (puellæ exprobrantis), *perrexit* (Sara) *in superius cubiculum domus suæ : et tribus diebus, et tribus noctibus non manducavit, neque bibit ; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam ;* IX, 490, 1, 2 : *Cognosce justitias et judicia Dei, et sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei.* Ejus elogia, XVI, 238, 1 ; 587, 2 ; In ea exercemus fidem, spem, charitatem, 587, 2 ; XIX, 139, 1 : *Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite : hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis.* Orationis effectus, XVII, 105, 2. Sex orationis effectus et fructus, ex S. Thoma ; *primo*, iram Dei mitigat ; *secundo*, angeli assistunt oranti ; *tertio*, oratio justi hominem a malis liberat et veniam impetrat ; *quarto*, dæmones fugat e corde et corpore ; *quinto*, omnibus elementis et creaturis dominatur ; *sexto*, plus obtinet a Deo quam postulet ; XX, 223, 2 : *Orate pro invicem ut salvemini : multum enim valet deprecatio justi assidua.*

Secundo. *Oratio peccatum purgat ;* IX, 116, 1 : *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur.* Per orationem invenitur Deus amissus, XVI, 823, 2 : *Et dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quærebamus te.* Oratio quæ peccata remittat, *Psalm.* I, 140, 2 : *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.*

Tertio. *Oratio hostem spiritualem et tentationem superat.* Per eam quomodo dæmon impediatur, insigni exemplo docetur, II, 104, 2. Per eam pellitur dæmon, maxime accedente jejunio et carnis afflictione, XV, 394, 2 : *Hoc autem genus non*

efficitur, nisi per orationem et jejunium. Oratio est funis quo ligetur dæmon ne nobis noceat, IV, 299, 1. Oratio contra tentationes remedium efficacissimum, VIII, 50, 2; XVIII, 343, 2: *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere*, XX, 58, 2. Est gladius spiritualis, VIII, 12, 1: *Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Oratio in prælio tum corporali tum spirituali validissima est, X, 472, 1: *Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique: et audivit illum magnus et sanctus Deus, in saxis grandinis virtutis valde fortis.* Oratio est defensio justi contra persecutores tum corporis, tum animæ, *Psalm.* I, 215, 2: *Humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur.*

Quarto. *Oratio mentem illuminat.* Deus illuminat orantes, VIII, 277, 1: *Invenitur* (Deus) *ab his qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum.* In ea luce cœlesti perfundimur quæ sæpe in facie exterius lucet, XV, 382, 1; *Et ducit illos* (Jesus) *in montem excelsum seorsum; et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol; vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.* Est animæ transfiguratio, quia; *primo*, in ea anima lumen a Deo accipit ut clarius eum, æque ac seipsam suaque omnia cognoscat et lustret; *secundo*, in ea a Deo petit et impetrat gratiam ad maculas et vitia quibus deformata est, eluenda et reformanda; *tertio*, in oratione anima supra se levatur, et ad Deum in cœlum attollitur, ubi discit, imo videt omnes res terræ esse viles, exiles et fragiles; *quarto*, ibi audit, videtque pariter parvos et exiles esse omnes mundi cruces; *quinto*, in ea intime se Deo unit, 384, 1, 2. Oratio facit sanctos lucidos, I, 747, 2; *Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Docetur hoc exemplo sanctorum, *ibid.* Quantopere valeat ad studium Scripturarum, I, 13, et seqq. Docetur idem variis exemplis, 14, 1. Pandit Scripturam sacram, XX, 438, 2: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Oratione magis in intelligenda sancta Scriptura nitendum et utendum, quam studio, XIII, 233, 2. Per eam Deus in dubiis consulendus, X, 167, 1; *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.*

Quinto. *Oratio est virtutum antistita*, X, 539, 1; *Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ* (Onias), *et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus æstatis.* Oratio efficit sapientem et sanctum, IX, 628, 2. Est sapientiæ parandæ optima ratio, X, 303, 1. Humiles et mites efficit, XIX, 201, 1. Est mater castitatis et continentiæ, XX, 258, 2. Orationis fructus est conjunctio cum Deo, *Job*, 649, 2: *Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit: et videbit faciem ejus in jubilo, et reddet homini justitiam suam.* Oratio assidua jungit nos Deo, XVI, 156, 1. Oratio domus est Dei, *Psalm.* I, 29, 2: *Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Orantibus assistunt et apparent angeli, XVII, 232, 2: *Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius..... religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, et deprecans Deum semper: is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad se, et dicentem sibi: Corneli.* In oratione cor gratiæ aperitur, *Job*, 578, 2: *Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea.* Oratio mentem rigat ut fructus ferat abundantes, 579, 1. Orationis aquis innovatur spiritus, 579, 2. Oratio somnus est animæ, VII, 569, 2. Oratorium vocatur requies, cur, XII, 810, 1.

Sexto. *Per orationem sancti fiunt et robusti*, I, 747, 2. Oratio aufert pusillanimitatem et peccata, IX, 227, 1: *Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare et facere eleemosynam ne despicias.* Per eam impetranda constantia in vitæ statu, 490, 1, 2.

Ssptimo. *Oratio valet ad animi ægritudines curandas et leniendas*, III, 260, 2; 261, 1: *Tunc Heli ait ei: Vade in pace, et Deus Israel det tibi petitionem tuam quam rogasti eum. Et illa ait: Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis! Et abiit mulier in viam suam, et comedit, vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati;* VI, 281, 2: *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* Fugat tristitiam, X, 107, 2. Ejus vis in animi tristitia, XX, 213, 1: *Tristatur aliquis vestrum? oret; æquo est animo? psallat.* Est levamen afflictionum, *Job*, 309, 1. Mire mentem in omni tribulatione et contritione serenat, XI, 672, 2: *Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, et qui prope, dixit Dominus, et sanavi eum.* Est unicum remedium in tribulatione et persecutione, XIII, 44, 1; XV, 571, 2: *Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans et dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

Octavo. *Orationis vis et efficacia.* Lucta Jacobi cum angelo actionem ejusque efficaciam significat, I, 317, 1. Arcanum vincendi et obtinendi quidvis, *ibid.* et 2; III, 64, 1: *Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediente Deo voci hominis.* Orans Deum precibus evincit, IX, 628, 2. Orans cum Deo colluctatur, isque se ab eo vinci gaudet fiducia, XX, 40, 2: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei. Pos-*

tulet autem in fide nihil hæsitans. Oratio vim facit Deo, XIX, 346, 2 : *Simul autem et para mihi hospitium : nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Oratio etiam e ventre ceti cœlos penetrat, XIV, 40, 2 : *Et oravit Jonas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit : Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, et exaudivit me : de ventre inferi clamavi, et exaudisti vocem meam.* Oratio nostra aliquid potest apud Patrem, cur, IV, 305, 1. Omnia a Deo impetrat, XV, 357, 2 : *Tunc respondens Jesus, ait illi : O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Oratio sæpe prolem a Deo impetravit, VI, 481, 1 : *Quid, dilecte mi, quid, dilecte uteri mei, quid, dilecte votorum meorum?* Oratio facta ad Deum est quasi turris celsissima, V, 570, 2 : *Turris fortissima, nomen Domini ; ad ipsum currit justus, et exaltabitur.* Oratio justi clavis est cœli, IV, 278, 1. Orationis factæ vel neglectæ quanta sit vis, XIV, 81, 2 : *Væ qui cogitatis inutile, et operamini malum in cubilibus vestris : in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.* Quomodo oratio fiat efficax, 223, 1 : *Multum enim valet deprecatio justi assidua.* Oratio cadit in conspectu Domini, cum ea Domino est accepta, et per eam Deus exoratur, XIII, 256, 1, 2 : *Ingredere ergo tu, et lege de volumine, in quo scripsisti ex ore meo, verba Domini, audiente populo in domo Domini, in die jejunii, insuper et audiente universo Juda, qui veniunt de civitatibus suis, leges eis : si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et revertatur unusquisque a via sua pessima.* Orationes nostræ vim habent ex opere operantis, non ex opere operato, V, 453, 2 : *Victimæ impiorum abominabiles Domino ; vota justorum placabilia.*

Orationes sanctorum quam sint efficaces, X, 225, 1 : *Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit ;* XXI, 150, 2 : *Vidi sublus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium quod habebant, et clamabant voce magna, dicentes : Usquequo, Domine (sanctus et verus), non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?* Orationis miracula et exempla, I, 710, 1 et seqq. Oratio Joachaz regis Israel exauditur pro salute danda, non sui sed filii tempore, IV, 55, 1. Oratio Judith Holofernem prostravit, 335, 1, 2 et seqq. Oratio Estheris et Mardochæi quantæ fuerint efficaciæ, 385, 2. S. Cæcilia oratione quanta meruit, XVI, 238, 2. Oratione sua impetrat Anianus episcopus liberationem Aureliæ obsessæ, III, 653, 1, 2.

4° *Quæ sint orationis, qualitates et conditiones, ut a Deo exaudiatur.* Primo. *Quæ sint ejus conditiones generaliter sumptæ*, oratio requirit : *primo*, humilitatem et reverentiam ; *secundo*, contritionem de peccatis ; *tertio*, magnam fidem et spem ; *quarto*, perseverantiam, XVI, 585, 2 ; XX, 41, 2. Quæ in ea virtutes exerceantur, XVI, 587, 2. Orare Deum quomodo debeamus, *Psalm.* I, 29, 1. Orationi perfectæ decem virtutes sunt necessariæ, quod exemplo mulieris Chananææ demonstratur : *primo*, humilitas ; *secundo*, fides ; *tertio*, modestia ; *quarto*, prudentia ; *quinto*, reverentia ; *sexto*, resignatio ; *septimo*, fiducia ; *octavo*, ardor ; *nono*, charitas ; *decimo*, constantia et perseverantia, XV, 357, 1, 2. Optima oratio quæ sit, XVIII, 141, 2 : *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus ; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus ;* 143, 1 : *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis ;* XIX, 168, 2 : *Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei, et patientia Christi.* Bonæ orationis conditiones, *Psalm.* II, 455, 1 : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.*

Secundo. *Orationis impedimenta amovenda orare volenti*, IX, 512, 1 : *Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari : quoniam merces Dei manet in æternum.* Ad orationem præparatio quadruplex necessaria : *primo*, omnis cogitationis pravæ expoliatio : *secundo*, contritio de offensis in Deum ; *tertio*, consideratio divinæ majestatis et nostræ vilitatis ; *quarto*, præmeditatio eorum quæ quis petiturus est, 513, 1, 2 : *Ante orationem præpara animam tuam ; et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Non orandus Deus in statu peccati, sine prævia contritione, 513, 1. Oratio volentis in peccato perseverare est peccatum, et Deo abominabilis, VI, 369, 2 : *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Oratio peccatoris quando non sit peccatum, *Psalm.* II, 246, 1 : *Cum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum.* Oratio ut exaudiatur, Dei voluntatem facere debemus, II, 508, 1 : *Revertetur enim Dominus ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis : si tamen audieris vocem Domini Dei tui, et custodieris præcepta ejus et cæremonias quæ in hac lege conscripta sunt ;* XIII, 113, 1 ; XVI, 464, 1, 2 : *Scimus autem quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit ;* Psalm. II, 455, 1, 2 : *Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos.* Orationem suorum exaudit Deus, XVI, 546, 2 : *Quodcumque petierilis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.* Orationem sanctorum Deus prævenit, XX, 582, 2 : *Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus ab eo ; quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita, coram eo facimus.* Oranti exterior interiorque purificatio adhibenda, et ad eam requiritur puritas affectuum et cogitationum, *Job*, 272, 2 : *Si iniquitatem quæ est in manu tua, abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia : tunc levare*

poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis. Ante orationem quid sit cogitandum, IX, 513, 2. Prius meditari oportet quid orare aut postulare conveniat, ne petamus aliquid Deo indignum, vel nobis noxium, VII, 195, 2 : *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo, Deus enim est in cœlo, et tu super terram; idcirco sint pauci sermones tui.* Optima ad orationem præparatio, est multiplex bona intentio; septem piæ mentis intentiones, IX, 513, 2; 514, 1.

Tertio. *Cum quanta attentione sit orandum;* IX, 390, 1: *Humiliare Deo et expecta manus ejus. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.* In oratione summa requiritur attentio, ut exclusis omnibus cogitationibus de solo Deo cogitemus, cum eoque reverenter et ardenter colloquamur, XV, 184, 1 : *Tu autem, cùm oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito, et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Oratio excludit salutationes, X, 360, 2. Duo fundamenta orationis sunt : *primum*, neminem esse oportere tam Creatoris omnium Dei, tamque sui oblitum, ut volens atque e certo animi proposito mentem e Deo revocet, et deflectat ad alias cogitationes; *alterum* est, debere omnes qui ad precandum accedunt motus animi et aliarum humilium rerum affectiones deponere, si quæ mentem occupaverunt, *Job*, 273, 1.

Quarto. *Fides ad orationem requiritur;* XV, 468, 1 : *Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis;* 706, 2 : *Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, et evenient vobis.* Orans credat recta de Deo ejusque attributis, XX, 39, 1, 2 : *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans : qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino.* Oratio fidei infirmum salvatura quæ dicatur, XX, 217, 1 : *Infirmatur quis in vobis : inducat presbyteros Ecclesiæ et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum.*

Quinto. *Humilitas tum spiritus, tum corporis.* Humilis oratio a Deo exauditur, cur, X, 225, 1, 2 : *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit : et donec propinquet non consolabitur : et non discedet donec Altissimus aspiciat;* XI, 759, 1, 2 : *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos?* Psalm. I, 342, 2 : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies,* Psalm. II, 182, 1, 2 : *Respexit in orationem humilium, et non sprevit preces eorum.* Qua summa humilitate sit orandum, IX, 390, 2. Oratio humilis a Deo exauditur, superba rejicitur, XVI, 241, 2. Oratio publicani veniam peccatorum petentis, 243, 1. Oratio humilis non revertetur vacua, *Psalm.* I, 215, 2.

Oratio debet fieri cum humilitate corporis, et quidem a potiori flexis genibus, III, 598, 2 : *Factum est autem, cum complesset Salomon orans Dominum omnem orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini; utrumque enim genu in terram fixerat, et manus expanderat in cœlum;* 651, 2; 652, 1 : *Elias autem ascendit in verticem Carmeli et pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua;* XIII, 80, 1 : *Daniel..... ingressus est domum suam; et fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut et ante facere consueverat;* XVI, 264, 1, 2 : *Et ipse* (Jesus) *avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis : et positis genibus orabat;* XVII, 186, 1 : *Positis autem genibus, clamavit* (Stephanus) *voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum;* 226, 1 : *Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit;* 376, 1, 2 : *Et cum hæc dixisset* (Paulus), *positis genibus suis, oravit cum omnibus illis.* Mos genua flectendi in oratione, unde, *ibid.*

Sexto. *Fiducia.* Confidentia in oratione requiritur, XX, 39, 2. Cur in oratione spem et fiduciam Deus exigat, 40, 1. Utraque ejus mensura est, XV, 238, 2 : *Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua;* XX, 41, 1. Unde fiducia in orante oriatur, 40, 1. Oratio est ut proprius actus spei et fiduciæ, 40, 1; 616, 2 : *Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.*

Septimo. *Fervor, spiritus et charitas.* Oratio fervens et assidua, ad impetrandum apta. *Psalm.* II, 70, 1, 2 : *Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die : lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi;* 330, 1 : *Clamavi in toto corde meo; exaudi me, Domine, justificationes tuas requiram;* 371, 1, 2 : *De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam.* Ejus vis consistit in affectu, non in verbis, XII, 379, 2 : *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum : effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Optima est oratio quæ ex affectibus prodit, XIX, 194, 1; *Psalm.* I, 250, 1 : *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis.* Oratio affectuosa Deo placet, IX, 231, 1, 2 : *Non iteres verbum in oratione tua.* Sensim crescere, suumque affectum augere debet, XV, 207, 2 : *Petite, et dabitur vobis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis.* Est facienda in spiritu, XVIII, 684, 2 : *Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigi-*

lantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis.

Octavo. *Pœnitentia et mortificatio.* Orationis alæ, jejunium, saccus et eleemosyna, *Psalm.* I, 215, 2 : *Humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur;* IV, 305, 2 : *Bona est oratio cum jejunio et eleemosyna, quam thesauros auri recondere.* Oratio armata jejunio quam potens apud Deum, IV, 223, 1, 2 : *Jejunavimus autem, et rogavimus Deum nostrum per hoc, et evenit nobis prospere.* Ei jungenda mortificatio, XXI, 130, 2. Orationi aliisque piis operibus dum insistimus, altera manu gladius mortificationis tenendus, IV, 239, 1 : *Ædificantium in muro, et portantium onera, et imponentium; una manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium.* Oratio, ut constantiam obtineat, debet armari pœnitentia, labore et mortificatione carnis, 334, 2. Oratio lacrymis condienda, XVI, 493, 2 : *Et lacrymatus est Jesus.* Oratio Christi sæpe fuit cum lacrymis, XIX, 394, 2 : *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.* Oratio lacrymis roborata potens est, XX, 222, 2. Orationi addenda eleemosyna, X, 217, 1 ; *Qui conservat legem, multiplicat oblationem; sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate.*

Nono. *Bona opera.* Oratio claudicat, cum operatio ei non respondet, V, 283, 1, 2. Oratio dirigatur ad actionem, VI, 275, 1 ; *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Orationes non exaudit Deus, nisi bonis et piis operibus conjunctas, XI, 680, 1, 2. Oratio vim et fiduciam habet ex bonis operibus, XX, 582, 2. Habere debet opera socia, 222, 2.

Decimo. *Charitas et concordia cum proximo.* Orationi repugnat ira et disceptatio, XIX, 203, 1 : *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.* Oratio consentientium quæcumque impetrat, XV, 411, 1 ; 412, 2 : *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est.* Oratio concordium est alata, XX, 320, 1. Longius vulnerat quam sagitta, *ibid.*

Undecimo. *Perseverantia.* In oratione maxime requiritur perseverantia, XV, 572, 2 ; *Et relictis illis, iterum abiit* (Jesus) *et oravit tertio, eumdem sermonem dicens.* Oratio debet esse assidua, III, 340, 1. In arduis sit fervens et assidua, 646, 1 : *Et expandit se* (Elias) *atque mensus est super puerum tribus vicibus, et clamavit ad Dominum, et ait : Domine Deus meus, revertatur, obsecro, anima pueri hujus in viscera ejus.* Ab oratione non desistendum, licet in ea gratiam non sentiamus, I, 749, 2. Oratio assidua quæ sit, XX, 222, 1 ; *Multum enim valet deprecatio justi assidua.* Orandum fidenter, diligenter et perseveranter, XV, 572, 2. Orationis perseverantia, insigne donum Dei, *Psalm.* I, 419, 2 : *Benedictus Deus meus, qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me.* Orandum semper, et quomodo hoc intelligendum, XVIII, 684, 2 ; *Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia ;* XIX, 139, 2 : *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.*

5° *Quid orandum potissimum a Deo.* Hoc debet esse perpetuum nostrum votum et assidua deprecatio, ut scilicet Deus nobis eam viam, eum statum, eam auxiliorum mensuram conferat, cum qua novit nos certissime salvandos; rursum, cum qua novit nos opus quod molimur, feliciter ad exitum perducturos, XIX, 168, 2 : *Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei et patientia Christi.* Orandus Deus ut gressus nostros dirigat, VI, 76, 1, 2 : *A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum intelligere potest viam suam ?* Oratio saluberrima ea est qua precamur a Deo gratiam qua prævidet nos certo et infallibiliter perseveraturos ac perventuros ad felicitatem æternam, V, 62, 1 : *Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter.* Orandus Deus pro mentis constantia, IX, 351, 1, 2 : *Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce.* Qui ad statum perfectiorem aspirant, multum pro hac re orare debent, XIX, 147, 1 : *In quo* (Christo) *etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute.*

6° *A quo petendum orationis donum.* Orationem Deus inspirat, *Psalm.* II, 279, 2 : *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Quia inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo.* Donum orationis ingens Dei et Spiritus sancti donum, XIV, 508, 1, 2 : *Et effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ, et precum, et aspicient ad me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* Orationis donum effectus tribulationis, *Psalm.* I, 181, 1. Oratio in Spiritu sancto notat quatuor : *primo*, orationem veram esse donum Spiritus sancti; *secundo*, in oratione postulanda esse ea quæ suggerit Spiritus sanctus, non caro, vel mundus; *tertio*, orationem efficere hominem spiritualem, non animalem; *quarto*, Spiritum sanctum dirigere orationem nostram, ne noxia, sed salutaria petamus et impetremus, XX, 683, 2 : *Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate.*

7° *Pro quibus orandum.* Primo. *Orare pro aliis est utilius quam pro se,* XX, 221, 2 : *Orate pro invicem ut salvemini, multum enim valet deprecatio*

justi assidua. Orandum igitur pro invicem, *ibid.* An orantes pro aliis etiam exaudiamur, XVI, 586, 1: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo. dabit vobis*, Pro quo oratur, debet cum orante collaborare, *ibid.* Oratio pro ægro in Extrema Unctione, XX, 215, 2 (*Vide* EXTREMA UNCTIO).

Secundo. *Orandum pro principibus, et quare*, XX, 300, 2 : *Omnes honorate ; fraternitatem diligite, Deum timete : regem honorificate.* Orandum pro superioribus, etiam ethnicis, XIX, 194, 1 : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus : pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo.* Oratio ad Deum pro principibus est optima, XIII, 378, 2. Orandum subditis maxime, tam pro principibus quam pro toto populi cœtu, 459, 2. Oratio Ecclesiæ pro S. Petro vincto, XVII, 261, 2 : *Et Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.*

Tertio. *Orandum pro peccatoribus.* Oratio piorum ad infidelium conversionem multum valet, XVIII, 684, 1, 2; XIX, 196, 1 : *Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* Orantes pro peccatoribus ad mortem peccantibus sæpe Deus non exaudit, XX, 620, 2 : *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem : non pro illo dico ut roget quis.*

Quarto. *Oratio pro hostibus est efficacissima*, XVII, 187, 1 : *Positis autem genibus* (Stephanus), *clamavit voce magna : Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Oratio pro inimicis accepta est Deo, *Job*, 790, 2 : *Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Job, cum oraret ille pro amicis suis* qui ei ut inimici infensissimi fuerant). *Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Job duplicia.* Job orando pro inimicis felicitatem sibi impetrat, *ibid.* Christus præcepto simul et exemplo pro inimicis orare nos docet, XV, 175, 2 et seq.: *Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos;* 622, 2 : *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Ut oratio exaudiatur, non inimici odio offuscari debet, III, 321, 2; 322, 1. 2.

Quinto. *Orare pro defunctis pium est et utile*, IV, 554, 2 : *Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur.* Orationes pro defunctis ab initio Ecclesiæ fuere, XIX, 160, 1.

8° *Quo loco sit orandum, et quo ritu*, etc. Compositio loci orationem habenti necessaria, XI, 174, 2. Orantes captent solitudinem, XV, 344, 1 : *Et dimissa turba, ascendit* (Jesus) *in montem solus orare ; vespere autem facto, solus erat ibi.* Oratio latenter et in abdito fiat, 183, 1, 2: *Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ tristes, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus..... Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito, et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Orantes olim qua de causa solerent solaria conscendere, IV, 397, 1. Orarunt in excelsis locis sancti, XVII, 233, 1, 2 ; *Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam* Oratio in templo melior est quam domi, X, 558, 2 (*Vide* supra initio articuli *tertio*). Oratio in conviviis primorum Christianorum erat usitata, XVIII, 660, 1 : *Nolite inebriari vino in quo est luxuria ; sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino.* Orare in omni loco possumus per orationes jaculatorias, XIX, 200, 2 : *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.*

Cur oraturi olim ante orationem lavarent manus, XV, 354, 2 et seq. ; XIX, 200, 2. Orant Christiani capite nudo, Judæi orabant tecto, quæ sit diversitatis hujus ratio, II, 86, 1, Orabant Judæi stantes et genuflexi, XV, 183, 1. Orandum non certo aliquo situ corporis, sed eo qui aptus est ad devotionem excitandam, III, 464, 1 : *Ingressus est autem David, et sedit coram Domino, et dixit : Quis ego sum, Domine?* Christiani orant ad orientem conversi, cur, VIII, 604, 2 : *Ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare.* Cur orantes manus levent, sex causæ, XIX, 202, 1. Orando manus levare, quid significet, *Psalm.* I, 400, 2 : *Sic benedicam te in vita mea, et in nomine tuo levabo manus meas* (*Vide* supra, *Humilitas corporis in oratione*), Orare licitum lingua quam non intelligis, XVIII, 391, 2. Etiam non intellecta, vim suam habet, *ibid.* Antiqui in fine orationis pedem attollebant, *Job*, 367, 1.

9° *Cur sæpe orationes non exaudiantur a Deo* (*vide* supra *Conditiones orationis*), XV, 208, 1. Orantes quare non semper Deus exaudiat, *Psalm.* I, 419, 2 : *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Orationis quæ sint vitia et impedimenta, XX, 42, 1. Orantem quando Deus contemnat, *Psalm.* I, 29, 1. Oratio in peccatum oranti tendens quæ sit, XX, 174, 1 : *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis.* Oratio verbosa Deo displicet, IX, 231, 1 : *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tua.*

ORATOR. Oratoris tria sunt officia, V, 508, 1.

Auditorem suum solet reddere attentum, benevolum, docilem, V, 206, 2; VI, 166, 1. Oratoris boni quæ sint partes, XVIII, 646, 1. Oratores Græciæ, Demosthenes flumini, Socrates rivo, Æschines fonti comparantur, V, 563, 1. Quæ oratorum Latinorum et Græcorum proprietas in dicendo fuerit, 447, 2.

Oratoris christiani munus, *Job*, 698, 2 (*Vide* CONCIONATOR). Oratores christiani quinam fuerint, XX, 143, 1.

ORATORIUM. Oratorium cur dicatur requies, XII, 810, 1. Oratoria S. Michaeli sacra plurima Colossis erant, XIX, 96, 1.

ORBA. Orba in quo a sterili differt, VIII, 38, 2.

ORBIS. 1° Orbis partes primariæ sunt duodecim, XII, 859, 1. Orbis tribus Dei digitis suspensus, *Job*, 286, 2; 522, 1. Orbis terræ in quot gradus dividatur, IX, 54, 1. Eum gentibus quomodo Deus diviserit, 471, 2. Orbis universus cur Christo nascente descriptus, XII, 650, 1. Orbis novus priscis cognitus fuit, VII, 62, 2.

2° Orbes cœlestes ab angelis reguntur, IX, 471, 1. Eorum ordo, subordinatio et concordia, 472, 2; 473, 1.

3° Orbis terræ futurus quis sit, XIX, 366, 2 et seq.

ORBITA. 1° Orbitæ rotarum curruum Pharaonicorum dicuntur adhuc extare in maris Rubri fundo, XII, 240, 1.

2° Orbitæ et axes rotarum apposite ad animam transferuntur, V, 62, 2 et seq. Orbita est symbolum vitæ et vivendi rationis planæ, VI, 77, 1, 2.

ORBITAS. Orbitas filiorum congrua pœna est fornicationis, XIII, 405, 2. Orbitas sequitur incestas nuptias, II, 131, 2. Orbitatis lætitia est arcana, *Job*, 791, 1.

ORCUS. Orcus dicitur ab *urgendo*, VI, 441, 2 (*Vide* INFERNUS).

ORDINARE, ORDINATUS. *Ordinare* est verbum militare, VII, 558, 2. Ordinata Deo placent, V, 228, 1.

ORDINATIO. 1° Ordinatio Dei, etiam in malo, sive permissiva, sive positiva, in Scriptura vocatur præceptum, IX, 455, 1.

2° Ordinatio pro sacramento Ordinis sumpta. Ordinatio in sacramento Ordinis manuum impositione suscipitur, XVII, 295, 1; XVIII, 39, 1. Hinc Græci eam vocant manuum impositionem, XVIII, 473, 2; XIX, 234, 1. Ei præmittitur jejunium, XVII, 276, 1. In ordinatione primorum diaconorum liber Evangeliorum adhiberi non potuit, 165, 2. Ordinationes sacerdotum quando communiter fiant, XIV, 447, 1.

ORDINANDUS. Ordinandi olim cœlitus aliquando a Deo designabantur, XIV, 593, 2. Ordinandos examinari tum quoad vitam, tum quoad doctrinam jubet concilium Tridentinum, XIX, 249, 1. Et eorum nomina publice proponi, 216, 1. Quam probari debeant exemplo S. Leonis ostenditur, 249, 1.

ORDO pro dispositione usurpatus. 1° Ordo summum est universi bonum, V, 228, 2; 230, 2. Dat rebus omnibus stabilitatem, 229, 1, 2. Ordo sapientiæ Dei, 228, 1. Ordo quantum sit bonum in omni re, XIX, 84, 2. Est totius universi vinculum et salus, *ibid.* Ordo omnia creata conservat, IX, 473, 1. Ordo et connexio rerum omnium mundi et sæculi decurrentis, et una fit causa alterius secuturæ, X, 378, 1. Ordo duplex sæculorum: prior a diluvio ad primam olympiadem, et is est fabulosus; posterior historicus, XIII, 254, 2.

2° Ordo in acie quanti sit momenti, VI, 220, 1; VII, 559, 1. In ordine consistit robur exercitus, VII, 559, 1. Sic et charitatis robur in ordine pariter firmatur, *ibid.* Ordo maxime necessarius in hoste fugiente persequendo, VI, 220, 2.

Ordo in familiæ administratione et curatione servandus, VI, 218, 1. Ordo dæmonum: sed ille desinet finita Ecclesia militante, XVIII, 674. Ordo angelicarum hierarchiarum, 596, 2. Ordo decorus in Ecclesia Paulo valde fuit cordi, XVIII, 397, 2; XIX, 84, 2.

3° Ordinum ductori olim pro stipendio dabantur quatuor oboli, IV, 426, 2. Ordo duodecim Apostolorum, XV, 256, 1. Ordo librorum Salomonis, VII, 3, 2. Ordines verborum imperfectorum sæpe apud Hebræos inter se commutantur, V, 394, 1; XIII, 360, 2; 510, 2. Ordo rerum in Matthæo aliquando servatus, XV, 313, 2. Ordines tres dentium in ore ursi quem vidit Daniel, quid significent, XIII, 87, 2. Quis ordo resurgentium futurus, XVIII, 403, 1.

4° Ordo in docendo servandus, IV, 221, 2. Ordo verborum sapientis valde est efficax, VI, 64, 1.

5° Ordo hierarchicus murænulis aureis expressus, VII, 520, 2.

6° Ordo Melchisedech quis, XIX, 418, 2; *Psalm.* II, 256, 1, 2.

ORDO pro sacramento Ordinis sumptus. Ordo Sacramentum, XIX, 233, 1; 273, 2. Passim vocatur manuum impositio, 273, 2. Ejus forma et materia, *ibid.* Ordinum majorum et minorum ortus, ex ministris veteris legis, II, 210, 2. Ad ordines altiores sunt promovendi qui in minoribus bene se gessere. XIX, 217, 2.

ORDINES RELIGIOSI. 1° Ordines mendicantes non manducant panem otiose, XIX, 170, 1. Eorum institutores in morte monachismum non retractarunt, ut volunt hæretici, XVIII, 270, 2 et seq. Ordines varii quibus de causis a primæva sanctitate deciderint, XIII, 315, 1. Ordines religiosos Deus semper propagat et promovet, XXI, 75, 2.

2° Ordo S. Benedicti duraturus est, promittente Deo, usque ad finem sæculi, et plurimos in fide confortaturus, XII, 253, 1. Ordo Equitum S. Jacobi in Hispania quando cœperit, XVII, 256, 2. Ordo militaris stellifer in Gallia a Roberto rege institutus, mutatus est a Ludovico XI in Ordinem S. Michaelis, XV, 73, 2.

Ordo Franciscanorum et Dominicanorum an sit in *Apocalypsi* repræsentatus, XXI, 356, 2. Ordo novus in Ecclesia futurus a Jesu appellatus, a Joachimo abbate prædictus, quis sit, 72, 1. Ordinem quemdam cruciferorum sub finem mundi nasciturum prædixit S. Franciscus de Paula, 322, 2. Ordo Eremitarum S. Augustini, quomodo ab eodem designatus, antequam institueretur, 285, 1.

ORGANA. Organa sunt hydraulica et anemaulica, V, 278, 1. Organa recte in templis adhibentur, X, 149, 2 et seq. Organorum et musicæ usus in templis commendatur, XVIII, 392, 1. Organa theatrica olim a templis ejecta, *ibid.*

ORIENS. 1° Oriens abundat camelis, X, 703, 1. Ab oriente quomodo dicatur recessisse Lot tendens ad Pentapolim, quæ erat in oriente, I, 190, 2. Orientis linguæ pleræque filiæ sunt hebraicæ, XIX, 501, 1.

2° Oriens est Christus, XIV, 388, 2 et seq.; 434, 1. Oriens est proprium nomen Christi, XVI, 49, 1. Oriens in dispositione castrorum Hebræorum quid significet, II, 200, 2. Oriente denotantur Judæi aut justi mystice, XII, 797, 2; 798, 1. Ad orientem cur Christiani orent, et quare eo versus altaria erigantur, I, 386, 2; XII, 563, 1; XIV, 528,1; XV, 621, 1; XVII, 63, 1. Ab oriente nasci, est oriri tanquam novum solem, ad illustrandum alios, XXI, 163, 1.

ORIENTALIS. 1° Orientalis ventus urens est et noxius, XIII, 445. 2. Orientales natura calidi sunt, XIV, 192, 2. Orientales longas gerunt vestes, XVII, 363, 2. Orientales olim in tabernaculis degebant, inde quævis domus aut palatium vocatur tabernaculum, XIII, 643, 1. Orientales dum quem honorare volunt, in terram se prosternunt, XIX, 482, 1. Orientales magnifica convivia celebrabant, X, 141, 1. Solebant quærere proverbia, ænigmata, similitudines et alias graves sententias, X, 295, 2.

Orientalis Ecclesia jejunabat feria quarta et sexta, XV, 245, 2.

2° Orientalis porta cur dicatur beata virgo, XII, 831, 1 (*Vide* MARIA).

ORIGENES. 1° *Origenis vita.* Origenes cur dictus Adamantius, XX, 331, 2 et seq. A puero Scripturæ studuit, I, 10, 1. Ejus in Scripturis volutandis assiduitas, XIII, 235, 1. Origenes puer ambivit martyrium, XXI, 141, 2. Vita fuit talis quam doctrina, XX, 158, 2. Præfuit scholæ Alexandrinæ, XIV, 192, 1. Castravit se et cur, et in hoc peccavit, XV, 166, 2; 423, 2; XVIII, 564, 1; XXI, 11, 1. An fuerit idololatra, IX, 443, 1. An damnatus sit, X, 408, 1.

2° *Origenis scripta quædam in Scripturam.* Origenes sex homilias in Canticum scripsit in quibus seipsum vicit, S. Hieronymo teste, VII, 463, 1. Scripsit in Cantica versus fere viginti millia, XIII, 253, 1. Commentatus est Isaiam, XI, 99, 1.

3° *Origenis errores.* Origenes nimis ingenio suo fisus est, XIII, 235, 1. Ejus interpretatio Scripturæ in quo reprehendatur, XXI, 7, 2. Quod litterales sensus fugiens semper ad mysticos fugerit, hinc in hæresim delapsus est, XIII, 225, 2. Plures habet errores, sensum symbolicum præ litterali sequitur, IX, 236, 2. Quomodo ejus errores S. Hieronymus transcribat, XVIII, 31, 2 et seq.; 585, 2 et seq.

Origenis delirium circa expositionem scalæ Jacob, I, 285, 2. Ejus error de animabus quas putabat fuisse angelos, *ibid.* De ejus commentario in *Epistola ad Romanos* censura, XVIII, 31, 1.

Origenes putabat angelos multis sæculis ante mundum creatos esse, XIX, 330, 2. Censuit etiam angelos custodes in custodia hominum mereri vel demereri, et eos aliquando per negligentiam peccantes, puniendos esse, XIV, 128, 1; XV, 402, 2; XXI, 39, 1. Dæmones Christo dominatos fuisse admisit, XVIII, 110, 2. Ille putavit Malachiam, Aggæum et Joannem Baptistam fuisse angelos incarnatos, XIV, 547, 1, 2; 585, 1. Censuit singulis vitiis præesse dæmones, XVIII, 673, 2.

Censebat animas in corpore velut in carcerem compingi, X, 351, 2. Aiebat animas excussisse jugum ligneum, ideoque accepisse ferreum, id est corpora crassa, XII, 208, 1, 2. Item peccata quæ anima antequam corpori jungeretur in cœlo commisisset, mortis hominis causam esse, XVIII, 98, 1; 588, 1; XIX, 320, 2. Ejus error dicentis animas a morte non videre Deum, XXI, 146, 2. Dicebat animas beatorum rursus ad carnem redituros, XX, 245, 1. Censuit corpus humanum in resurrectione in globum esse mutandum, XIX, 56, 2. Ejus error circa rerum revolutionem in pristinum statum, XX, 244, 2. Item de stellis animatis, XXI, 155, 2. Dat cœlis, soli, lunæ animam et mentem, XVIII, 139, 1; XX, 491, 2.

Origenes semina jecit Arianismi, XVI, 288, 2; 299, 1. Et Pelagianismi, XVIII, 62, 1. Putavit gentes salvari posse sua recta vita, 59, 2. Ejus error circa Exorcistas damnatus, XVII, 352, 2.

Origenes docuit pœnas infernales non fore perpetuas, XV, 106, 1; 307, 1. Putavit damnatos omnes aliquando salvandos, XIII, 464, 2. Item dæmones ipsos aliquando salvandos, XVIII, 196, 1; XIX, 79, 1; XX, 334, 1; 444, 2.

ORIGINALIS. 1° Originalis mundus quis dicatur, XX, 447, 1, 2.

2° Originale peccatum (*Vide* PECCATUM).

ORIGO. Origo fluminum quæ sit, VII, 51, 1. Quænam sit origo agni benedicti, 317, 2 (*Vide* AGNUS, FLUMEN).

ORION. Orion sidus est meridionale ante Taurum: unde dicatur; eo oriente oritur hiems, oriens aerem nimbis turbat, XIII, 581, 2. Oritur in novembri; hunc quare poetæ Neptuni filium fingant; cur vocetur Jugula et Ensifer, cur devexus et comes Noti, *ibid.* Eo martyres designantur, 582, 1.

ORNAMENTA, ORNARE, ORNATUS. 1° Ornatu templorum, altarium, vasorum sacrorum Deus

honoratur et delectatur, XIV, 558, 2. Ornatus sepulturæ christianæ commendatur, XI, 266, 1, 2. Ornatus totius hominis quis, VII, 283, 2. Ornatus illius quem rex honorare voluisset, qualis, IV, 379, 2. *Ornare* sæpe est quod *laudare*, V, 447, 1.

2° Ornatus mulieres sunt studiosæ, IV, 369, 2; XIX, 203, 1. Ornatus modestus decet matronas honestas, III, 243, 1. Ornamenta vera mulieris quæ sint, XX, 313, 1. Ornatus mulieris juxta S. Petrum, XIX, 303, 2,

3° Ornatus exterior nimius signum est internæ deformitatis, III, 494, 1. Ornatus nimius pejor adulterio, XX, 313, 2. Ornatus nimius non caret impudicitiæ suspicione, XIX, 204, 1. Ornatus mulierum viris est periculosus et perniciosus, IV, 339, 1. Ornatus dedecet mulieres, maxime in templo, XIX, 204, 2. Ornatus meretricum est velut spina, V, 189, 1 (*Vide* Mulier, Meretrix).

OROBASUS. Orobasus Persa cum e tribus filiis quos habebat unum tantum regi Dario ad bellum eunti obtulisset, omnes ab eo necari vidit, IX, 614, 2.

ORON. Oron mons quantum ab Ecbatana distet, IV, 317, 1. Oron duplex civitas erat, XII, 304, 2.

ORONAIM. Oronaim erat terminus Moab versus Babylonem, XI, 299, 1.

ORONTES. Orontes fluvius interfluit Antiochiam, IV, 444, 2.

ORPHA. Orpha non erat mater Goliath, III, 236, 1.

ORPHANUS. Orphanis prospicit Christus iis relictus tutor, XVIII, 479, 1.

ORPHEUS, Orpheus diu in solitudine vixit, ut supernis intenderet, XIII, 227, 1. Verbum Dei vocavit φανέα, id est illustratorem, XI, 701, 2. Orpheo et Amphioni Christus comparatur, XXI, 129, 1, 2.

ORTHOSIAS. Orthosias urbs in quam fugit Tryphon quæ, et ubi sita, IV, 490, 2. Hanc Antiochus Sidetes deditione cepit ac in ea Tryphonem interfecit, 491, 1.

ORTUS. 1° Ortus supra naturam cur vocetur lapidis excisio, XIII, 32, 2 et seq. In ortum Christi plebs non inquirebat ex desidia, scribæ ex invidia, ut ex eo discerent an ipse esset verus Messias, XVI, 428, 1 (*Vide* Jesus Christus).

2° Ortus hominis ex muliere fons miseriæ, *Job*, 315, 1 (*Vide* Homo).

Ortus et occasus solis quo sensu dicantur vanitas, VII, 35, 2.

ORTYGOMETRA. Ortygometra quæ, et unde dicatur, VIII, 590, 1. Ortygometra quare vocentur coturnices, II, 248, 2.

ORYX. Oryx quale sit animal, II, 448, 2; XI, 612, 1. In Ægypto invenitur, caniculam stellam adorat sternutando, ejus descriptio, XI, 612, 1.

OS. 1° *Quid sit os et ejus ad cor relatio.* Os speculum, janua, fibula cordis est, X, 25, 1 et seqq.: *Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum.* Os et janua magnas habet inter se analogias, V, 544, 2: *Qui meditatur discordias, diligit rixas: et qui exaltat ostium suum, quærit ruinas.* Os stomachi olim dicebatur cor, X, 73, 2: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.* Homo oris est loquax, 55, 1. Os loquitur quod cogitat cor, IX, 570, 1: *Narratio fatui quasi sarcina in via: nam in labiis sensati invenietur gratia.* Os est quasi lyra animata, XII, 130, 1: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.* Os haurire debet sapientiam a corde, V, 507, 1, 2: *Cor sapientis erudiet os ejus, et labiis ejus addet gratiam.* Os est promptuarium sapientiæ, *Job*, 176, 2. Oris apertio signum aut loquentis, aut corde auscultantis, *Job*, 581, 2: *Qui me audiebant, expectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis nihil addere audebant, et super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.* Os aperire signum est verecundiæ; claudere, pudoris, XI, 621, 2: *Super ipsum continebunt reges os suum.* Os aperire idem est Hebræis quod incipere loqui, XV, 137, 1, 2: *Et aperiens os suum docebat eos, dicens*, etc. Ore confessio fit ad salutem, XVIII, 178, 2: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Os rixas parit et sopit, X, 54, 1: *Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit; et si expueris super illam, extinguetur: utraque ex ore proficiscuntur.*

2° *Os sollicite custodiendum.* Os homini in primis est custodiendum, V, 124, 2: *Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te.* Oris custodia quæ sit, et quæ dicatur, 375, 2: *Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Oris custodia est dicendorum circumspectio, IX, 593, 1: *Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me?* Ea est duplex, *ibid.* Qui os custodit, animam ab angustiis custodit, VI, 119, 1, 2: *Qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.* Os male custoditum sæpe homini magnas molestias creat, V, 509, 2 et seq.: *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Oris fructus sunt verba et damna, bonaque ex iis dimanantia, 583, 1. De fructu oris viri replebitur venter ejus, et genimina labiorum ipsius saturabunt eum. *Mors et vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Ore quidam victum sibi parant et quæstum faciunt, *ibid.* Os claudendum linguæ nequam, X, 62, 1: *Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia et seras.* Os est a turpibus custodiendum, XVIII, 512, 2; 646, 2. Ad oris regimen servandum stimulus, 646, 2. Os non semper observandum, sed quandoque reserandum, X, 62, 2. Quando utrum-

que faciendum, 61, 2; 63, 2. Ejus duo sunt custodes, 63, 1. Oris custodia a Deo precibus postulanda, 62, 2.

3° *Os pravorum quotuplex. Os pravum* quod appelletur, V, 124, 2: *Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te. Os perversum* quod dicatur, 163, 2: *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso.* Os pravum apte congruit pravo cordi; ejus vilitas et fragilitas, VI, 320, 1. Os impii est velut stagnum putiscens, et mare mortuum, 286, 2: *Vena vitæ os justi; et os impiorum operit iniquitas.* Os meretricis est voragò profunda, VI, 156, 2 (*Vide* MERETRIX). Item os barathri, vestibulum inferni, 157, 1. Quod os lubricum dicatur, 323, 2: *Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas.* Os laudantium quasi conflatorium est, 352, 1, 2: *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis.* Quomodo os stulti sit contritio, V, 566, 2 et seq.: *Verba bilinguis quasi simplicia; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.*

4° *Oris justi fructus et commoda.* Os justi gazophylacium est sapientiæ, VI, 118, 1. Os eruditum fundit gemmas, 63, 1: *Est aurum et multitudo gemmarum; vas autem pretiosum labia scientiæ.* Est crater sapientiæ, 64, 1 (*Vide* LINGUA).

5° *Os metaphorice acceptum.* Primo. Os quomodo Deus habere dicatur, IX, 618, 2. Os Dei proprie est mens et intellectus Dei, *ibid.* Os Domini in Scriptura idem est quod jussum et verbum Domini. Os Domini qui dicantur, XII, 365, 2. Os symbolum est Dei Patris, IX, 488, 2.

Secundo. Os mensuram denotat, cur, IV, 224, 2. Ab ore usque ad os impleri quid, *ibid.* Os Hebræis sæpe significat capacitatem, proportionem, mensuram, XIII, 269, 2; 420, 2. Subinde voluntatem, 421, 1. Os synecdochice capitur pro capite et vultu, V, 280, 2. Os sæpe jussum et imperium significat, V, 320, 1. Os Hebræis metaphorice initium et aperturam denotat, VI, 141, 2. Os apertum capitur pro libertate, XII, 718, 2. Os mystice pro quo sumatur, VII, 228, 2.

Tertio. *Ore proprio damnari* quis dicatur, *Job*, 337, 1. *Ore loqui* est cordate loqui, VI, 60, 1. Os ad os loqui quid sit, XX, 637, 2: *Ore meditari sapientiam* quid sit, *Psalm.* I, 236, 1. *Os dilatare* est conviciari, imo conviciorum plaustra evomere, XI, 667, 1. Os bovi trituranti non occludendum: quomodo id tropologice intelligendum, XVIII, 329, 1, 2. *Os gladii* quid sit, IX, 506, 1; X, 57, 1; XIX, 388, 2.

OSCHOPHORIA. Oschophoria festa erant instituta in honorem Bacchi, XII, 564, 1.

OSCITARE. Oscitans oscitationem ciet, IX, 383, 2.

OSCULARI, OSCULUM. 1° Osculari quid in Scripturis significet, I, 360, 2. Osculum tam est dantis quam accipientis, VI, 241, 2. Id prisci dabant variis de causis, *ibid.* Osculi quatuor symbola, VII, 467, 1. Osculum est humilitatis et subjectionis symbolum, unde dicatur, 243, 1. Osculum symbolum est reconciliationis, pacis et amoris, salutationis et bonæ apprecationis, VII, 467, 1; XVI, 123, 2; XVIII, 512, 2. Osculum erat ritus salutandi et adorandi, XII, 562, 2. Osculi signum quare Judas dederit Judæis in Christi captura, XV, 574, 2. Cur Christus Judæ dederit osculum, *ibid.* Fuit olim mos salutandi apud Hebræos et Gentiles, XV, 575, 1; XVIII, 512, 2. Osculo excipiuntur hospites et convivæ, XVI, 127, 2. Osculum manus suæ quid designet, *Job*, 625, 2. Osculatio manus signum erat adorationis, IX, 624, 1. Osculari solebant idololatræ idolum in signum venerationis et adorationis; aut si non possent, manum, loco idoli, XIII, 455, 2. Oscula fraudulenta inimici sunt osculanti probrosa, osculato noxia, VI, 332, 2. Oscula cavenda etiam fratrum et sororum, V, 190, 2.

2° Osculo Elisæus puerum mortuum in vitam revocavit, VII, 472, 2.

3° Osculum sanctum primorum Christianorum, XVII, 364, 1; XX, 403, 1. Osculum olim in Missa dabatur a Christianis ante communionem, et cur, XV, 163, 1; XVIII, 512, 2. Sed is mos jam sublatus est, *ibid.* Est id jam in usu in quibusdam ecclesiis, *ibid.* Quatuor de causis honeste datur, *ibid.* Osculabantur primi Christiani prono corpore limina et januam templi Apostolorum, XVIII, 16, 1.

4° Osculo in *Cantico* doctrina Christi significatur, VII, 468, 1. Osculum Eucharistiæ, 469, 2. Resurrectionis, 472, 2. Osculum unionis mysticum, 470, 2. Osculum Christi ethicum est amor, 467, 1. Idem quam suave, 472, 2. Osculum SS. Trinitatis in principio *Cantici*, 468, 1. Osculum Dei et justi, 468, 2. Dei et pœnitentiæ, *ibid.*, 2. Dei et amantis, 469, 1. Dei et orantis, *ibid.* Dei et beatæ Virginis quadruplex, 471, 2. Osculum Christi physicum est unio hypostatica, 466, 2. Osculum pedum servorum et subditorum est osculum oris sponsarum et summe amantium, 466, 1. Osculo Spiritus sanctus significatur, 469, 1. Osculum triplex, pedis, manus et oris, *ibid.*, 2.

OSEAS vel Osee propheta. Osee omnium prophetarum scribentium fuit primus, XI, 58, 2; XIII, 221, 2; 254, 2; 255, 1, 2; 279, 2. Unde id nomen derivetur, et quid significet, XIII, 276, 1. Osee idem est quod Josue, Jesus et Isaias, *ibid.* An ipse angelus de quo *Apocalypsis*, cap. v, ad litteram, 277, 1. Cur dicatur ipse angelus fortis, XII, 277, 1; XXI, 121, 2. An fuerit Issacharita, 279, 1. Fuit synchronus Isaiæ, 276, 1, 2. Quando cœperit prophetare, XI, 58, 2, XIII, 254, 2. Et sub quibus regibus, et quid, XIII, 255, 1. Cur solum Jeroboam nominet e regibus Israel sub quibus prophetavit, *ibid.* Cœpit nonaginta annis ante excidium Samariæ, et ducentis viginti quatuor annis ante excidium Jerusalem, 280, 1. Vidit excidium tribuum a se prædictum, 279, 2. Usque ad annum ætatis nona-

gesimum prophetavit, 217, 2; 279, 2. Oraculis, factis, moribus et nomine Christum præfigurat, 276, 1. Dictus est commaticus et quasi per sententias loquens, 217, 2; 277, 1; 374, 2. In nonnullis cum Isaia convenit, 238, 2. Ejus hieroglyphica, 257, 1. Ænigmata, 265, 1, 2. Adagia, 268, 1, 2. Prophetat Judæ et Israeli, 276, 1. An quercum in duodecim partes vi verborum diviserit, 277, 1.

Cur Oseas jubeatur a Deo uxorem fornicariam ducere, XIII, 280, 2 et seq. Non jubetur fornicari, sed meretricem in uxorem accipere, 280, 2. Quomodo foderit uxorem quindecim argenteis. XIX, 454, 1. An cum ea sit fornicatus, Deo dispensante, sine peccato, 281, 1, 2. Vera uxor ejus fuit, *ibid.* Ac stabile et perpetuum hoc ejus conjugium fuit, *ibid.* Refelluntur contrarium asserentes, *ibid.* Non adscivit sibi filios adulterinos, sed suos procreavit, 282, 2; 283, 1. Non duxit idololatram, *ibid.* Vere eam duxit non vero per visionem imaginariam, *ibid.* Cur ejus filii vocentur filii fornicationum, 284, 2. Ejus charitas in fornicaria ducenda, 285, 2. Et obedientia, 286, 1. Hanc cum duxit, juvenis fuerit oportet, *ibid.* Jussus fornicariam accipere, quid repræsentet, XVIII, 101, 2. Ejus connubium cum connubio Christi comparatur, XIII, 286, 1. Ejus prima proles dicta est *Jezrahel*, 287, 2. Secunda, *Lo Nachuma*, 291, 1, 2. Tertia, *Lo Annui*, 294, 2. Jubetur quoque a Deo adulteram domum suam adducere, et cur, 325, 1, 2. Habuit eam ut ancillam, ad hoc ut adulteris abstineret, 325, 2; 328, 1; 329, 1. Ejus charitas et zelus, 329, 1. Quas conditiones huic adulteræ, dum eam conduceret proposuerit, 328, 2; 329, 1. Oseæ elogium, XI, 58, 2. Sanctorum catalogo ab Ecclesia adscriptus est, XIII, 277, 2.

OSEE rex Israel. Osee rex Israel permittit suos ire ad templum Jerosolymitanum, IV, 69, 1.

OSIANDER. Osiandri error circa unionem nostri cum Deo, XX, 410, 2.

OSIRIS. Osiris idem est quod multioculus, I, 363, 2. An idem qui sol, XII, 563, 1. Is est Josephus patriarcha, et cur, 364, 1. Pingebatur ab Ægyptiis quasi sceptrum in se oculum insculptum habens, XIX, 390, 1.

OSOR. Osor disciplinæ vere insipiens est, V, 345, 1.

OSSA. 1° Ossa sunt quasi fulcra corporis nostri, X, 10, 2; XI, 681, 2. A medula impinguantur, foventur et roborantur, V, 79, 1, 2; X, 10, 2. Ossa crematorum quomodo colligerentur, XIII, 601, 2. Qui ea colligebant erant de propinquis, incincti erant, atrati, prius abluebant manus; in ossa vinum et lac infundebant, ac deinde in linteo ea ventilabant, in ea immittebant odores, aromata et lacrymas, 601, 2 et seq.

Cur ossa Agni Paschalis frangi non licuerit, et Christi non debuerint, XV, 622, 2. Ossa Jeremiæ an Alexandriam translata ab Alexandro Magna, XII, 1, 2.

Ossa olivarum cur meretrices Babyloniæ comburerent, XII, 462, 2.

2° Ossa Prophetarum quomodo pullulare dicantur, X, 527, 2; XIII, 219, 2. Ossa Joseph post mortem prophetarunt, X, 530, 2. Ossa Elisei quomodo prophetarunt, item ossa Josephi post mortem per castra deducta, XVIII, 387, 2. Ossa sanctorum in pretio habenda, X, 475, 2 et seq. Ossa sanctorum Deo sunt curæ, XII, 762, 1. Quomodo Deus ea custodiat, et quid sint, *Psalm.* I, 207, 1, 2. Ossa sanctorum in resurrectione germinabunt, XI, 762, 1. Ossa hominum in sepulcris jacentia, sunt æternitatis et resurrectionis semina, XII, 758, 1.

Ossium dispersionem insigniter impiis minatur Deus, XIII, 549, 2.

3° Ossa quarum rerum sint symbolum, XVI, 622, 1. Ossa robur significant, *Psalm.* I, 178, 1, 2. Ossa vocantur ab Hebræis argumenta, cur, XI, 514, 2. Argumentum sunt solidorum, IX, 574, 1. Ossa fortes Ecclesiæ designant, *Job*, 593, 2. Ossa sæpe vires animæ significant, V, 475, 2. Ossa pro viris perfectis, caro pro infirmis aliquando sumitur, *Psalm.* I, 214, 2. Ossium exultatio perfectam lætitiam significat, *ibid.* Ossa sunt animi virtutes, XI, 681, 2. Ossa sunt schema virtutum duriorum et fortiorum, XIX, 90, 2.

Ossa loco ligni sub olla congesta in obsidio Hierosolymæ quid denotent, XII, 676, 1. Alia erant ossa quæ in olla erant, *ibid.* Ossa arida reviviscentia symbolum sunt resurrectionis, item justificationis impii et liberationis et captivitate Babylonica, 757, 1, 2.

OSTENDERE. *Ostendere* in Scripturis sæpe est quod reipsa præstare rem, reipsa exhibere, dare, donare, largiri, et subinde facere significat, XVII, 218, 1; XVIII, 282, 1; XIX, 17, 2; XX, 126, 1. Ostensio fidei per opera cur in Ecclesia requiratur, XX, 126, 1.

OSTENTATIO, OSTENTATOR. Ostentatio est in fronte, XXI, 314, 1 : *Et in fronte ejus nomen scriptum : Mysterium, Babylon magna, mater fornicationum et abominationum terræ.* Ostentatio nube inani denotatur, VI, 270, 1 : *Nubes, et ventus, et pluviæ non sequentes, vir gloriosus, et promissa non complens.* Ostentatores sunt magniloqui et inanes, *ibid.* Ostentationis quanta sit stultitia, 271, 1. Ostentatio regibus imprimis est exosa, 258, 1 : *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.* Ostentatio multis est causa interitus, XIII, 385, 1. Ostentatio scientiæ, virtutis, virium et ingenii non perveniet ad felicem exitum, 395, 1 : *Ventum seminabunt, et turbinem metent : culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam; quod et si fecerit, alieni comedent eam.* Ostentatio vana sui in opere bono, ipsum enecat, XV, 181, 1 : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est.* Ostentatio pha-

risæorum in bonis operibus, 489, 1 : *Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus* (*Vide* SUPERBIA, VANITAS).

OSTIENSIS. Ostiensis episcopus inter cardinales primus est, XIV, 391, 2.

OSTIUM. 1° In ostio tres deos tutelares Romani posuerunt, XI, 669, 1. Ostia clausa carceris an Petrus penetrarit, XVII, 266, 1.

2° Ostia duo templi mystice sunt opera bona duplicis charitatis, Dei scilicet et proximi, XII, 815, 1.

Ostium et os habent inter se analogiam, V, 544, 2. Ostia interna corporis quid sint, VII, 388, 1. Ostium in cardine volutum typus est pigri in lecto se volventis, VI, 313, 2. Ostium cur dicatur sponsæ soror, VIII, 230, 1. Ostii ovilis parabola explicatur, XVI, 468, 1.

PARTICEPS. Particeps sceleris ei cooperatur et scelestus est, VI, 411, 2 (*Vide* Scelus).

PARTICIPABILIS. Dei essentia participabilis est ad extra, X, 424, 1, 2 (*Vide* Deus).

PARTICULA. 1° *Particula grammatice sumpta.* Particulæ adverbiales et conjunctivæ in S. Joanne valde sunt expendendæ, XVI, 290, 1. Particulæ exclusivæ additæ uni personæ divinæ in attributis essentialibus, non vero notionalia, non excludunt cæteras duas, sed tantum creaturas, seu id quod est alterius essentiæ, XV, 294, 1; XVIII, 263, 2; XIX, 264, 2.

2° *Particula pro minori parte accepta.* Particula boni doni quæ dicatur, IX, 420, 2.

PARTURIENS. 1° Parturientium dolor, XVI, 583, 1. Parturientes varias patiuntur imaginationes vanas, X, 194, 1.

2° Parturiens symbolum est stulti auditum effundere gestientis, IX, 534, 1. Parturientis dolores quando et quomodo peccatori accidant, XIII, 460, 2.

PARTUS. 1° Partus cervarum difficilis est, V, 147, 1.

2° Partus virgineus deprædicatur, XII, 229, 1. Partus beatæ Virginis fuit purissimus, sine sordo et fluxu sanguinis, II, 74, 1; XVI, 69, 2. Partus Deiparæ matris fuit nobilissimus, cœloque et terræ optatissimus, XIV, 119, 2 (*Vide* Maria). Partui Elisabeth cognatæ ipsa Virgo affuit, XVI, 43, 1 et seqq.

3° Partus animarum difficillimus, XXI, 239, 2.

PARS. 1° Pars quinque significat : *primo*, portionem totius, totum enim dividitur in partes; *secundo*, sortem cuique obvenientem; *tertio*, hæreditatem sive portionem hæreditatis; *quarto*, fructum, mercedem cuique ex labore vel ex opere provenientem, VII, 109, 1. *Pars* vox quadrifariam accipitur, IX, 483, 2.

2° Partes vitales quatuor sunt in homine, quibus maxime vita constat et conservatur : scilicet cor, cerebrum, hepar, et pulmo, XII, 753, 1. Pars inferior in homine superiori subdita sit, *Job*, 490, 1; 726, 2.

Partes primariæ Ecclesiastes, quæ, VII, 6, 1.

Partem preti agri venditi Ananiæ an S. Petrus acceptarit, XVII, 145, 2. Partem diei festi quid vocet Apostolus, XIX, 91, 2. Pars templi prior dicebatur basilica, aula et Sanctum, XII, 805, 1, 2.

3° Pars in Scriptura vocatur sors cujusque, IX, 492, 1.

4° Partes hæreditatis alicui debitæ privatim non sunt in proprios usus convertendæ, X, 361, 2.

Pars Dei est Israel, IX, 483, 2. Pars sanctorum quomodo sit Deus, XII, 391, 1, 2. Pars impii est venter, pii Deus, XII, 93, 2. Quam partem Petrum non habiturum nisi lavari sibi pedes sineret, Dominus insinuaret, XVI, 526, 1.

PARVITAS. Parvitas nihil perfectioni animæ demit, IX, 332, 1, 2; 334, 2 (*Vide* PARVUS).

PARVULI. 1° *Quinam per parvulos intelligat Scriptura.* Per parvulum Hebræis intelligitur, simplex, imperitus, docilis, VI, 106, 2. Parvuli in Scriptura vel simplices, vel ignorantes, vel humiles intelliguntur, *Psalm.* II, 328, 1. Parvuli dicuntur aliquando amici hujus sæculi, *Psalm.* I, 107, 1. Parvuli sensu plurimi sunt, V, 205, 2. Parvuli gregis qui dicantur, XII, 312, 1.

2° *Parvuli ex Adamo peccatum originale contrahunt, et in eo nascuntur;* X, 325, 1 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium;* XVIII, 98, 1 : *Propterea, sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt;* 101, 1 : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ;* XIX, 415, 1. Parvuli sunt baptizandi contra Anabaptistas, XV, 718, 2. Parvuli in baptismo non eliciunt actum fidei, ut volunt Lutherani, XIV, 61, 1 : *Ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam.* Quomodo dici possint credere, XV, 718, 2 : *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Parvuli baptizati sine operibus salvantur, XX, 125, 2. Parvuli in peccato originali mortui ubi et qualiter vivent, 490, 2. In peccato originali mortui nec damnandi, nec beandi, XVII, 243, 1. Pœnam sensus non patientur, sed tantum damni, XX, 490, 2 et seq. Parvuli sine baptismo mortui quomodo dicantur mitti in stagnum ignis, XXI, 361, 1 : *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Parvuli quoque in judicio apparebuntur, et quare, XV, 534, 1 : *Et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis,* XXI, 358, 2 : *Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt;* 360, 1. Parvuli quare ob parentum peccata subinde puniantur, XII, 635, 1.

3° *Parvulos Christus amat, et eos vult in honore haberi.* Parvulos Christus amat, cur, XV, 425, 1 : *Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos, Jesus vero ait eis : Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cœlorum.* Cur eis Jesus manus imposuerit, XV, 426, 1; XIX, 233, 2 et seq. Parvuli curantur ab angelis, 403, 2 : *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Non sunt scandalizandi, pro quibus Christus se adeo dejecit, 404, 2. Parvuli et sugentes etiam vagitu suo Deum ad misericordiam flectunt, XIII, 499, 2. Parvulorum possessiones non sunt occupandæ, VI, 190, 1 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.* Parvulos allidi ad saxa summæ crudelitatis est et miseriæ argumentum, XIV, 193, 2. Parvulos cur nos esse jubeat Christus, XV, 399, 1 : *Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

PARVUS. 1° Parvi præ magnis pollent ingenio, spiritu, virtute, VI, 460, 1; 461, 1. Tales recensentur, 461, 1. Parvi sunt acres, magnanimi, ingeniosi, IX, 331, 1; XVI, 247, 1. Parvi cur sint acutiores, XIV, 3, 1, 2. Non sunt contemnendi, VI, 460, 1; IX, 185, 2; 186, 1, 2; 331, 2.

Parvi dies qui dicantur in Scriptura, XIII, 301, 1; XIV, 403, 2 et seqq.

2° Parva plus habent vigoris quam magna, XIV, 3, 1, 2. Parva non parvam gloriam includunt et artem, XIII, 218, 1, 2. Magnam habent industriam, *ibid.*

3° Parva Deus ad celsa evehere satagit, XIV, 404, 1, 2. Parva eligit Deus, ut faciat magna, XVII, 74, 1. A parvis ad magna ascendendum, VI, 260, 1.

4° Parva non sunt negligenda, IX, 365, 1, 2 : *A scintilla una augetur ignis, et ab uno dolose augetur sanguis; homo vero peccator sanguini insidiatur.* Parva multa iterata faciunt quid magnum, 524, 2 : *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Disponunt ad magna, 525, 1. Parva non sunt parvifacienda, sive in bonis, sive in malis, *Job*, 206, 2. Parva mandata non contemnenda, III, 625, 1, 2 : *Et ego propheta sum similis tui, et angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens : Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem et bibat aquam. Fefellit eum, et reduxit secum : comedit ergo panem in domo ejus, et bibit aquam.* Parvus defectus magnam gratiam impedit, VIII, 111, 1 : *Surrexi, ut aperirem dilecto meo : manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo : at ille declinaverat, atque transierat.*

Anima mea liquefacta est, ut locutus est: quæsivi, et non inveni illum: vocavi, et non respondit mihi.

PASCERE. 1° *Pascor* verbum commune est, hinc tam accusativum quam ablativum regit, XIII, 445, 1. Pascere in Scriptura significat etiam *regere*, XVI, 645, 1, 2; XX, 377, 2. Pascit omnes Deus malos æque ac bonos, VI, 309, 2.

2° Pascere et pasci idem est Christo, VII, 597, 2. Pascit quemque pro suo statu Christus, *ibid.* Pascere tres greges spiritualiter debemus, I, 450, 1.

3° Pascere ventos quid sit, V, 277, 1. Pasci a vento est vana moliri, XII, 177, 1.

PASCHA. 1° *Pascha Judæorum. Pascha* quid sit, unde dicatur, qualis sit vox, et quid significet, I, 533, 1; XVIII, 288, 1, 2; XIX, 485, 1. Pascha sive phase non derivatur a Græce πάσχειν, XV, 543, 1. Quid pascha vox ad litteram significet, I, 533, 1, 2. Triplex paschalis transitus, *ibid.* Pascha tria significat, XV, 549, 1. Pascha erat Judæis festum gaudii, XV, 544, 1; XVI, 501, 1. Erat festum celeberrimum, XVI, 112, 1, 2; 371, 1. Qua occasione Pascha institutum sit et quid significet, XVI, 521, 2. Pascha singulis annis a Judæis celebratum quid significet, I, 533, 2. In nocte paschatis idola Ægypti contrita fuerunt, 534, 1. Quo mense Judæi Pascha celebrarent, XIV, 317, 1. Pascha in plenilunio mensis Nisan celebrabatur, XV, 549, 1. Pascha per sextiduum durabat, XVI, 81, 2. Multi ad hoc rite celebrandum prius Jerusalem veniebant, ut sacrificiis præviis sese ad hoc præpararent, XVI, 501, 1, 2.

Quatuor Paschata Christus tempore suæ prædicationis habuit, XVI, 371, 2. Pascha ultimum vitæ Christi tunc in feriam quintam incidebat, 503, 1; 521, 1. Dies Paschæ et Passionis inchoatus erat, cum verba consecrationis Christus pronuntiavit, XVIII, 375, 1. Cur in Paschate Christum capere et occidere principes noluerint, XV, 544, 1. Tamen in eo est occisus, 596, 2.

2° *Pascha Christianorum.* Pascha Christianum et Judaicum differunt quoad diem celebrandi, XVII, 76, 2 et seq. Ejus celebratio translata in Dominicam per Apostolos, II, 153, 1. Pascha quare Christiani die Dominica celebrent, I, 527, 2. Quo tempore sit celebrandum Deus multis miraculis confirmavit, II, 148, 2 et seqq. Quam sit celebre festum apud Christianos, 148, 2. Magnis privilegiis id festum ab imperatoribus dotatum, 149, 1. In Paschate cur stando oremus, XV, 183, 2; XVII, 376, 2. In Paschate plerumque *alleluia* cantatur, XXI, 333, 2.

PASCHALIS. 1° *Paschalis agnus, vide* AGNUS PASCHALIS.

2° Paschales victimæ vocantur etiam Pascha, XVI, 608, 2. Paschalis noctis elogia, VIII, 626, 2.

PASCHALIS VIVAS. Paschalis Vivas, Missam audiens, visus est in prælio fortiter pugnare et hostes configere, I, 706, 2; XVII, 269, 1.

PASCHASIUS (S.). S. Paschasii Boetii Societatis Jesu simplicitas, XVII, 109, 2 et seq.

PASCHASIUS Cardinalis. Paschasius an fuerit causa schismatis inter Symmachum Papam et Laurentium Antipapam, XXI, 208, 1, 2. Et cur post mortem ejus anima visa sit torqueri in thermis Puteolanis, *ibid.*

PASCHASIUS RADBERTUS. Paschasius Radbertus optime in *Threnos* scripsit, XII, 350, 1. Voluit se post mortem laudari, X, 427, 1.

PASCUUM. *Pascuum* et substantivum est, et adjectivum : vox *pascua*, subaudiendo terra, in substantivum transiit, XIII, 490, 1. Pascua est nomen femininum numeri singularis, XIV, 184, 2. Pascua benedicuntur in die S. Stephani, XIX, 228, 2. Pascua Ecclesiæ cur deserta vocentur, XI, 160, 1, 2.

PASSER. Passer in Scriptura sæpe generatim pro qualibet ave sumitur, IV, 273, 2; VI, 296, 2. Mutat hieme locum frigidum in calidum, VI, 296, 2. Passeres Deo curæ sunt, XV, 274, 1. Passeres mares annuam vitam explere non existimantur, XII, 616, 2.

PASSIO. I. PASSIO PRO CORPORIS PASSIONE, SEU ACTU PATIENDI SUMPTA.

1° *Passio Christi, vide* JESUS CHRISTUS, cap. VI.

2° *Passio ab homine tolerata.* Primo. I. *Passionem sufferre christianum est, gloriosum et summopere utile.* Passio an a tentatione distinguatur, XIX, 377, 2: *In eo enim, in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari.* Passiones multæ homini excipiendæ sunt, XVI, 315, 2. Pati christianum est, 283, 1 : *Labora sicut bonus miles Christi Jesu.* Pati pro Christo duplici de causa dicitur donum Dei, 18, 1 : *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.* Plus est quam suscitare mortuos, est item donum Dei, *ibid.* Pati dura et fortiora perfectius est quam agere, XV, 150, 1 : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Per passionem honoratur Deus magis quam per actionem, XVII, 410, 1, 2. Pati propter justitiam quid sit, *ibid.* Idque beatum est, XV, 150, 2; XX, 48, 1: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Pati pro Christo summa beatitudo est, XV, 152, 2 : *Beati cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Pati pro Christo insignis est consolatio, 268, 1, 2 : *Et in synagogis suis flagellabunt vos; et ad præsides et ad reges ducemini propter me, in testimonium illis et gentibus.* Pati pro Christo gloriosum est et nobile, XX, 365, 2 et seq. : *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus Spiritus, super vos requiescit;* XXI,

179, 2. Pati gaudent pro Deo sancti, XX, 17, 2. Pati satius est hic quam in futuro, XIV, 264, 2 : *Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum.* Patiens injuste non conqueratur, ne meritum patientiæ amittat, XX, 332, 2 : *Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quam male facientes.* Passiones sunt optimæ doctrinæ et disciplinæ, XIX, 396, 2 : *Et quidem, cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam.* Sanctis cooperantur in bonum, XVIII, 143, 1: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt, sancti.* Eas præscivit Deus ab æterno, 146, 2 : *Quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* In omni passione habemus opem Spiritus sancti, 140, 2 : *Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Semper iis majores sunt consolationes divinæ, 421, 2. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.* Passio nostra quam modica sit, XX, 18, 1; 398, 1 : *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit solidabitque.* Eam Deus dulcorat, 18, 1. Passio et patientia non sunt in cœlo, sed in terra, hinc per eas homo fit angelis major, 19, 2.

3° *Passionum et tribulationum merces.* Passionis comes est gloria, III, 382, 2. Passione emitur cœlum, XVII, 294, 1, 2 : *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Quam proportionem passiones cum æterna gloria habeant, 137, 2 : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Quatenus humanæ sunt, non sunt condignæ ad futuram gloriam, sed quatenus Christi meritis innixæ, 137, 1. Quam sint ambiendæ, XIX, 371, 2.

II. PASSIO PRO ANIMI AFFECTIONE ACCEPTA. — 1° *Passionum sedes et natura.* Passionum sedes, XVIII, 178, 1, 2 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* Job, 181, 2. Passiones sunt non solum in animo, sed et in corpore, V, 548, 1 : *Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa.* Passiones corporales in corde similes passiones in voluntate excitant, XII, 753, 1, 2 : *Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri; et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.* Eas indicant vultus, nasus, oculi, frons, IX, 542, 1 : *Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.* Passio animi per sympathiam in corpus redundat, IV, 277, 1, 2. Passiones cognatæ et sociæ sunt ira et tristitia, VII, 219, 2 : *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris et in curis multis, et in ærumna atque tristitia.* Iis agantur mulieres, IX 689, 1. Eas in sapientem non cadere docebant stoici, X, 327, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus.* Quid eas irritet, XVIII, 644, 2.

2° *Quibus rebus passiones assimilantur et repræsentantur.* Passiones equo repræsentantur, VI, 131, 1, 2. Mari adaptantur, XII, 376, 1. Passiones sunt velut turbines et tempestates, XIV, 161, 1, 2. Sunt velut quadriga, 189, 1. Per quatuor cornua repræsentantur, 369, 2. Passiones quatuor animi, gaudium, tristitia, spes et metus quatuor plagis Joelis repræsentantur, XIII, 484, 1. Passiones quatuor hominis an per Cherubicum currum designentur, XII, 498, 1.

3° *Passionum effectus.* Passiones mire animum perturbant, X, 327, 1, 2 et seq. Passiones continuo jactant animam hominis, maxime peccatoris, et dementant, XIII, 484, 1, 2. Illis obsequentes imbelles sicut mulieres sunt, XIV, 194, 1 : *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Si passiones invalescunt, corpus etiam exedunt, V, 435, 2 : *Vita carnium, sanitas cordis; putredo ossium invidia.* Eæ peccatores magis cruciant quam pios, X, 329, 1: *Modicum tanquam nihil in requie, et ab eo in somnis quasi in die respectus conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui evaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, et admirans ad nullum timorem, cum omni carne ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum.* Iis acti non bene dominantur, VI, 457, 2 : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere, per servum cum regnaverit.* Iis serviens non debet in principem vel prælatum eligi, II, 2 : *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.*

4° *Passiones edomandæ et mortificandæ.* Passiones homini edomandæ sunt, XIII, 484, 2; XV, 178, 2. Passiones animi moderandæ sunt, IX, 357, 2 et seq. Passionum seræ rumpendæ ei qui e carcere peccati egredi cupit, XIV, 88, 1 : *Ascendet enim pandens iter ante eos : dividet et transibunt portam, et ingredientur per eam, et transibit rex eorum coram eis, et Dominus in capite eorum.* Passionum sedatio necessaria est oranti, *Job*, 273, 1 : *Si iniquitatem, quæ est in manu tua, absteleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis.*

Passiones mortificandæ ei qui exterius vult esse modestus, XX, 324, 1. Passione cohibere difficile, *Job*, 376, 1. Eas domare heroicum est, V, 515, 1, 2 : *Melior est vir patiens viro forti : et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium*, 517, 1. Eæ domitæ sunt honore animæ, IX, 324, 2 : *Peccantem in animam suam quis justificabit? et quis honorificabit exhonorantem animam suam?* Ea-

rum domitores Deo placent, in iisque Deus habitat, IX, 628, 2. Passionum domini Deo dominantur, 483, 2. Passiones edomitæ reddunt corpus sanum, V, 435, 2. Passiones animi consilio et patientia debellandæ, IV, 450, 2 : *Et possederunt omnem locum* (Romani) *consilio et patientia.* Omnes eas moderatur sapientia, V, 89, 1. Earum victoria ex sancta communione sequitur, VI, 178, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.*

PASSIVUS. Passivæ terminationis verba Siracides usurpat pro deponentibus quæ significatione activa sunt, X, 45, 1.

PASSUS. Passus major et minor quot contineant pedes, XV, 613, 1; XXI, 286, 1, 2. Passus centum viginti quinque faciunt stadium, XII, 855, 2.

PASTINARE. Pastinare proprie vitibus competit, XV, 708, 1.

PASTOPHORIA. Pastophoria quid sint, quid ea vox significet, XI, 340, 2; XII, 781, 2. Erant cubicula sacerdotum annexa templo, IV, 432, 2; XI, 340, 2; XII, 781, 2.

PASTOR. I. PASTORES OVIUM. — Pastores ovium quid iis præstent, XVI, 469, 2; 470, 1. Solent ovibus nomina quædam imponere, *ibid.* Octo eorum munia, *ibid.* et seqq.; 472, 2.

Pastores ovium quare Ægyptii detestentur, I, 382, 2. Pastores turris Eder primi Christi ortum per angelum didicerunt, XIV, 100, 2 et seq. Pastoribus in quo loco apparuerint in nocte nativitatis, I, 331, 2. Cur pastores in Bethleem sint vocati per angelum, XV, 78, 1 (*Vide* CHRISTI NATIVITAS).

II. PASTORES ANIMARUM. — 1° *Quantum eis onus incumbat.* Per pastores quos intelligat Paulus, XVIII, 630, 2 : *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores ad consummationem sanctorum.* Pastores sunt episcopi, et proprie dicti pastores, qui in una parœcia vel diœcesi, cui præsunt et quam regunt, se continent, *ibid.* Pastores spirituales qui sint, XVI, 468, 2: Pastores sunt patres spirituum, XIX, 500, 2: *Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, et reverebamur eos; non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus.* Eorum onus, X, 146, 1 : *Rectorem te posuerunt? Noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, et sic conside, et omni cura tua explicita recumbe, ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis.* Pastores spondent pro animabus fidelium, V, 153, 2; 154, 2 : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Subeunt damnationis periculum, dum pastoratum suscipientes se obligant ad curandam salutem subditorum, X, 76, 2 : *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris : dedit enim pro te animam suam;* 79, 1 : *Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.* Ab iis plus Deus exiget quam a subditis, XVI, 180, 1, 2 : *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo.* A pastore requiritur quod ejus culpa periit, XVII, 370, 1 : *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.*

2° *Pastorum animarum quæ sint dotes et officia generaliter sumpta.* Primo. Pastoris munera et virtutes pluribus describuntur, XII, 745, 1, 2 : *Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis : et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.* Illius sex canones, *ibid.*, 2. Pastoris officia sunt decem : *primo*, gregem pascere; *secundo*, facere eum accubare; *tertio*, infirmum consolidare; *quarto*, ægrotum sanare; *quinto*, confractum alligare; *sexto*, abjectum et errans reducere; *septimo*, quod perierat quærere; *octavo*, leniter eis imperare; *nono*, pascere gregem in judicio; *decimo*, pingue et forte custodire, 743, 2 : *Ego pascam oves meas; et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam, et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pingue et forte custodiam : et pascam illas in judicio.* Ei tria sunt necessaria, bonitas, disciplina et scientia, 746, 2. Pastoris quatuor dotes, XIX, 296, 1, 2 : *Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* Pastoris et episcopi officia, 234, 1 : *Attende tibi et doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui audiunt,* 270, 1 Eorum munus, prædicatio et Sacramentorum administratio, XVIII, 252, 2. Duo officia veri pastoris, vigilantia et cura gregis, et eminentia virtutis, et vitæ sanctitas, XIV, 499, 1, 2. Pastoris veri idea, XVII, 370, 2 : *Attendite vobis, et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

Secundo. *Pastor sit forma vitæ subditis suis*, XX, 383, 1, 2 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum.... Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Ejus est recta docere et sancte vivere, XVIII, 331, 1; 630, 2; XIX, 191, 1 : *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam.* Pastores debent verbis fulgurare, verbis tonare, XII, 488, 1 : *Et animalia ibant et revertebantur, in similitudinem fulguris.* Vita clarescant et moribus, XVI, 64, 1 : *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.*

Et ecce angelus Domini stetit juxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos; 470, 1 : *Et cum proprias oves emiserit* (pastor), *ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.* Pastor sanctitate suis antecellat, XIV, 499, 1. Pastores sint valide mortificationi corporis addicti, et insignia hac de re afferuntur exempla, II, 283, 1 et seqq. Eos decet vita austerior, VI, 65, 1 : *Tolle vestimentum ejus qui fidejussor extitit alieni, et pro extraneis, aufer pignus ab eo.* A pastoris vita pendet vita subditorum, XXI, 34, 2. Qualis pastor, talis populus, XV, 154, 1, 2 : *Vos estis sal terræ, quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Pastores a noxiis fideles defendant, et iter in cœlum ostendant, XVI, 470, 1, 2. In quo magis se curat pastor, eo melius se habebit grex, XVII, 370, 2. Debent pastores ad se peccatores convertere, non vero converti ad illos, XII, 131, 1 : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris; convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos.* Auctoritas pastoribus est concilianda, non pompa, sed vitæ sanctitate et laboribus, XVIII, 496, 1 : *Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico)? plus ego : in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Pastores quando subditis fiant rete, XIII, 352, 2 : *Audite hoc, sacerdotes..... quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum supra Thabor.*

Tertio. *Pastores fideles sibi commissos docere et pascere debent.* Pastores constituendi sunt aptissimi, XVI, 649, 2. Alacritate calceari debent in præparatione Evangelii, XVIII, 681, 2. Quomodo sibi commissos curare et pascere debeant, X, 145, 2; 148, 1. Triplici modo animas pascere debent, XVI, 647, 1 : *Dicit ei tertio* (Jesus) : *Simon Joannis, amas me? Constristatus est Petrus, quia dixit ei tertio : Amas me? et dixit : Domine, tu omnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei : Pasce oves meas;* XX, 378, 2 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei.* Cogitent se oves pascere Christi, non suas, 378, 2. Pastor primo pungat, deinde ungat, XII, 243, 1 : *Ecce ego obducam eis cicatricem et sanitatem, et curabo eos : et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis* (*Vide* CONCIONATOR).

Quarto. *Pastoris est vigilare,* IX, 663, 2 : *Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi : canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia.* Pastores evangelici vigilare debent super gregem suum, VI, 503, 1; XII, 244, 1; 735, 2 : *Speculatorem dedi te domui Israel, audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me,* XV, 327, 1 : *Simile est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici;* XXI, 65, 1; 67, 1 : *Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cætera quæ moritura erant.* Pastor vigilet et sobrius sit, XIX, 212, 1 : *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem,* etc. Huic vigiliæ nihil ita obest ac saturitas et ebrietas, XI, 663, 2; 664, 2 : *Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem : ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam : omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum. Venite, sumamus vinum, et impleamur ebrietate, et erit sicut hodie, sic cras, et multo amplius.* Pastor sit oculus et vigilans, XIV, 499, 1. Pastoris vestigia et oculus, id est cognitio et præsentia plurimum valent ad saginandas oves rationales, et fecundandum agrum Ecclesiæ, XII, 743, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas.* Accurate oves suas inspiciat et lustret, XX, 379, 2. Diligenter curam earum habeat ipsasque inspiciat, VI, 356, 1. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera; non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.* Eorum vigilia triplex est, XII, 735, 2. Pastoris est gregem suum visitare, XII, 182, 2 : *Et suscitabo super eos pastores, et pascent eos : non formidabunt ultra, et non pavebunt : et nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.* Ejus est obire domos subditorum suorum, XVII, 158, 1 : *Omni autem die non cessabant in templo et circa domos docentes et evangelizantes Christum Jesum;* 368, 1 : *Vos scitis..... quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis, et docerem vos publice et per domos.* Apud oves resideant, XII, 841, 2 : *Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini : et erit eis locus in domos, et in sanctuarium sanctitatis,* XXI, 104, 1.

Quinto. *Pastores quantam animarum cujusque curam et sollicitudinem gerere debeant etiam periculo vitæ suæ,* XX, 498 2. Sedulo curent salutem Ecclesiæ et animarum exemplo Christi et Nehemiæ, IV, 230, 1, 2. Maxime solliciti sint pro filiis spiritualibus, III, 522, 1 : *Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos* (filios) *de cœlo, et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem;* IX, 271, 2 : *Non spondeas super virtutem tuam; quod si sponderis, quasi restituens cogita.* Prospiciant eorum saluti necessaria, VI, 357, 1. A pastore requiritur cura, non curatio ovium, XIX, 215, 1. Ejus lex est amor gregis, XII, 182, 2. Pastores sint amore præditi, VI, 108, 2. Ponant animas suas pro salute subditorum, 170, 2 : *Noli esse cum his qui defigunt manus suas, et qui vades se offerunt pro debitis : si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili suo?* Pastor bonus manet periclitantibus ovibus, at hy-

pocrita fugit, 136, 2 et seq.: *Callidus videt malum, et abscondit se : innocens pertransiit, et afflictus est damno.* Pastor bonus vitam suam pro ovibus exponit, XVI, 473, 2 : *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis ;* 475, 1. Nec fugit veniente lupo, 474, 1 : *Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit : et lupus rapit et dispergit oves.* Pastores quid acturi in perditione subditorum, 120, 1. Quam debeant esse misericordes, II, 49, 1. Pastor populi in obsessa urbe quomodo se pro populo gerat, XII, 382, 1, 2. Pastor bonus sit columna sustentans infirmos et murus æneus, XII, 21, 1, 2. *Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æneum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, et populo terræ.*

Sexto. *Pastor placide et modeste suos regat;* XX, 380, 1 : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum : neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in icleris, sed forma facti gregis ex animo.* Non vi cogat, sed amore regat, idque ex Dei præcepto, 380, 1; 381, 1. Non imperiose Ecclesiam vexet, 381, 2. Clericis modeste imperet, 381, 2; 382, 1, 2. Sit modestus, 382, 2. Præsit ut pater, *ibid.* Gravitatem lenitate misceat, 383, 1, 2. Pastores ne extollantur nimis, nec nimis se dejiciant, X, 181, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.*

Septimo. *Pastor libenter subeat onus pascendi, non emolumenti causa,* XX, 379, 2. Ne lucro inhiet, 380, 2. A subditis necessaria accipiat, non sanguinem, VI, 359, 1 : *Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tuæ, et ad victum ancillis tuis.* Accipiat sustentationem a populo, mercedem expectet a Deo, XIX, 247, 1 : *Dicit enim Scriptura : Non alligabis os bovi trituranti. Et : Dignus est operarius mercede sua.* Dum est avarus, officio suo satisfacere nequit, 258, 1 : *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.* Pastores semetipsos pascentes reprehenduntur, XII, 739, 2; 740, 1, 2: *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos : nonne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat, occidebatis : gregem autem meum non pascebatis.* Quomodo lac et lanam et carnem pecorum suorum depascant, *ibid.*

Octavo. *Pastores mali.* Pastor malus est gregis pernicies, *Job,* 666, 1. Pastoris sævi mores, XIV, 497, 1, 2 et seq. : *Ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, et contritum non sanabit, et id, quod stat, non enutriet, et carnes pinguium comedet, et ungulas eorum dissolvet.* Pastoris boni et mali discrimina, *ibid.* Hunc et illum Deus creat, *ibid.* Pastoris umbra et idolum quid sit, 498, 1, 2. Pastores mali oves deglubunt, XX, 674, 1 : *Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes.* Pastorum septem peccata, XI, 664, 2. Pastores tepidi suggillantur, V, 398, 1: *Multi cibi in novalibus patrum : et aliis congregantur absque judicio.* Pro pastore inepto spondens, omnium animarum ejus culpa pereuntium reus est, VI, 40, 2 et seq. Pastores multi quare dicantur hæretici, XII, 108, 2 : *Pastores multi demoliti sunt vineam meam* (*Vide* CONCIONATOR, EPISCOPUS, PRÆLATUS, SACERDOS).

Nono. *Pastores quibus rebus in Scriptura assimilentur.* Pastores rotis comparantur, XII, 503, 1. Velut vinitores sunt, 317, 2. Sunt milites Dei, XIX, 190, 1, 2. Pastor mysticus et symbolicus fuit Zacharias propheta, XIV, 486, 1, 2 et seq., 491, 2. Pastores septem sunt septem angeli principes synagogæ tutores, 122, 2.

Decimo. *Pastores boni vel mali apud Judæos.* Pastores bonos Judæis plurimos Deus misit, sed hi vel mundo pascendi reliquerunt, vel tædio consumpti, vel ab eis occisi sunt, XIV, 490, 1. Pastores malos quos Judæi habuerint, qui Deo nauseam moverunt, 491, 1. Qui fuerint pastores spurii Judæorum, XVI, 468, 2. Pastores quomodo demoliti sint Judæam, XII, 108, 2.

Undecimo. *Pastor magnus est Christus.* Pastor unus quis, VII, 407, 1 : *Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.* Pastor est Christus, XVI, 469, 1, 2. Est pastor bonus, 472, 1 : *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Est pastor unicus et pastor pastorum, 472, 1, 2. Pastor magnus est Christus, XIX, 523, 1 : *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni bono.* Est princeps pastorum, XX, 385, 1, 2 : *Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* Pastoris in figura sæpe pingitur Christus, XX, 308, 1, (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. VII).

PASTORIS liber. Libri cui nomen *Pastor,* auctor est Hermas, XVIII, 243, 1. *Pastoris* liber auctore Herma, an sit Scriptura canonica (*Vide* HERMAS).

PASTORIS titulus. Pastoris titulus qui fuerit locus Romæ, XIX, 317, 1.

PASTOR eques. Pastor eques Romanus dolorem ob mortem filii a Caio Cæsare interfecti dissimulavit, IX, 386, 1, 2.

PASTORITIA ARS. Pastoritia ars quam sit facilis, VI, 357, 2. Est innocens et antiqua, VI, 355, 2 ; XVI, 63, 2. Pastoritia ars est regni præludium, I, 449, 1. Pastoritiæ vitæ laus, III, 321, 2; 322, 1.

PATER. I. PATER PRO PRIMA SS. TRINITATIS

PERSONA SUMPTUS. Pater æternus quomodo Filium suum generarit, V, 222, 2 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Pater æternus generando Filium, eructasse verbum dicitur, *Psalm.* I, 292, 1 : *Eructavit cor meum verbum bonum.* Deus Pater habitat in Filio per circumincessionem divinam, IX, 626, 2 : *Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Pater Deus omnia dat Filio, et nihil ei negat, XVIII, 149, 2. Tamen seipsum dominio non exuit, 404, 2 : *Cum autem dicat : Omnia subjecta sunt ei; sine dubio, præter eum, qui subjecit ei omnia.* Pater in divinis non est major Filio, XVI, 553, 2. Quomodo per Verbum omnia crearit, XIX, 351, 2 : *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula.* Pater æternus est principium ex quo omnia promanant et facta sunt, XVIII, 197, 2 : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula. Amen.* Comparatur soli et luci, XIX, 352, 2 : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus.* Quomodo Pater cœlestis usque modo operetur, XVI, 377, 1 : *Jesus autem respondit illis : Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Patrem qui negat, negat et Filium, XX, 556, 2 ; 557, 1 : *Hic est Antichristus qui negat Patrem et Filium ; omnis qui negat Filium, nec Patrem habet.* Pater æternus quomodo sit sanctus, XXI, 113, 1. Paravit nuptias æternas Christo et Ecclesiæ, 334, 1 : *Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam ei : quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se.* Pater a Filio metaphorice tantum in passione oratus fuit, XIX, 395, 2. In Filio resurrectione valde glorificatus fuit, XVIII, 108, 1 : *Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus.*

Patris nomen quomodo possit esse commune toti SS. Trinitati, XVIII, 625, 1 : *Unus Deus, et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.* Pater luminum dicitur Deus et SS. Trinitas, XX, 65, 2 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

Cur Deus Pater dicatur proprie gratiam dare, XX, 562, 2 : *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur et simus.* Cur dicatur misericordiarum, et non judiciorum, XVIII, 421, 1 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis.* Cur dicatur Pater gloriæ, 595, 1 : *Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri.* Cur item pater animarum, XIX, 500, 2 : *Nonne multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus?*

* Quomodo Christus dicatur pater futuri sæculi, XVIII, 640, 2. Quomodo Christus sit pater noster, 96, 2.

Pater nobis et Christo communis est, XIX, 373, 1 : *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Pater noster est Deus quintupliciter, XV, 185, 2. Pater fidelium est Deus, XIV, 555, 2 : *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus?* Pater justorum quomodo sit Deus, XII, 298, 2 : *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos; dicetur eis : Filii Dei viventis.* Speciali modo est pater pauperum, X, 207, 1, 2. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui* (Vide DEUS, TRINITAS).

II. PATER PRO HOMINUM PARENTE ACCEPTUS. — 1° *Vox* Pater *quid significet, et quid sit pater respectu filii.* Vox *Pater* Hebræis multa significat, III, 593, 1. Pater Hebræis auctorem et causam efficientem significat, XVIII, 595, 1. Pater subinde est idem quod *inventor*, XVI, 450, 2 : *Cum loquitur mendacium* (diabolus), *ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Pater apud homines quis proprie dicatur, XIII, 298, 2. Patres vocant religiosi suos rectores, XXI, 78, 2.

Pater et filius sunt tanquam unum corpus et una persona, X, 90, 1 : *Mortuus est pater, et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se,* XIX, 122, 2. Pater mortuus in filio probo post se relicto, videtur adhuc superstes, X, 89, 1 ; 207, 2. Pater in filio quasi in viva sua imagine repræsentatur, V, 374, 1. Ejus nomen in filio revirescit, 475, 2 : *Sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo, et nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria.* Pater et filius censentur una persona civilis, VI, 342, 1 : *Stude sapientiæ, fili mi, et lætifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem.* Pater moriens sine liberis, olim habebatur infaustus, 170, 1.

2° *Patris affectus erga filios.* Patris affectus invincibilis, III, 511, 2 et seq. Patres amant filios suos plus quam se, X, 89, 1 ; 90, 1. Optant superari a filiis in gloria, III, 548, 2. Pater de filiis probis lætatur, V, 271, 1 ; VI, 199, 1 : *Exultat gaudio pater justi : qui sapientem genuit, lætabitur in eo.* Patris pro filio suo mori volentis exemplum, X, 89, 1. Pater et mater diversimode amant et educant filios suos, V, 31, 1 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.* Pluris æstimant filiorum sapientiam, indeque majorem lætitiam de eorum sapientia concipiunt quam matres, 465, 1 : *Filius sapiens lætificat patrem, et stultus homo despicit matrem suam.*

3° *Patris auctoritas in filios.* Patres in filios habent jus quasi regium, V, 527, 2 : *Corona senum, filii filiorum, et gloria filiorum, patres eorum.* Idque jure generationis, VI, 198, 1 : *Audi patrem qui genuit te, et ne contemnas cum senuerit*

mater tua. Pater jus habet filium vendendi in necessitate, IX, 117, 2. Patri licebat in necessitate filium vendere ad tempus, idque Hebræo aut proselyto, XI, 595, 2. Hi in anno jubilæi exibant liberi, *ibid.* Eadem lex apud Gentes et Christianos viguit, sed Constantinus imperator eam abrogavit, *ibid.* Patres non habent jus ad filiorum vitam, VI, 27, 2 : *Erudi filium tuum, ne desperet; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.* Patres olim dabant nomina filiis, XI, 197, 1. In patris potestate non est filiam servare virginem, aut matrimonia jungere, si ipsa nolit, XVIII, 321, 1 : *Si quis turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri : quod vult faciat, non peccat si nubat.* Apud Hebræos pater convivis cibos et panem frangebat, 345, 2. Pater non liberabit filium ab inferno, XII, 599, 2.

4° *Patris officia erga filios.* Primo. *Debent filios erudire et alere jure naturæ*, VI, 198, 1. Item eos alere in anima et corpore, *ibid.* Invigilent potius filiis bene instituendis quam locupletandis, V, 398, 2. Pater sit centrum filiorum, *Job.* 566, 2, Paterfamilias est velut sol in familia sua, VI, 54, 2 et seq. In gallo repræsentatur, 469, 2. Quæ animalia in quibus debeat imitari, 468, 2. Officium boni patrisfamilias, *Job*, 150, 1. Paterfamilias quomodo familiæ curam in rebus spiritualibus debeat gerere, I, 471, 1. Officium ejus est docere domesticos, II, 205, 1. Quam debeat vigilare pro suis, I, 310, 1, 2 : *Diu noctuque urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Paterfamilias erat sacerdos in ordine ad immolationem agni paschalis, IV, 185, 2.

Secundo. *Pater castigare debet filios, et quomodo.* Pater filium peccantem non castigans, eum odit, V, 399, 1 : *Qui parcit virgæ, odit animam suam; qui autem diligit illum, instanter erudit.* Filios castigando, præstant iis beneficium, VI, 333, 1 : *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Patres in filiorum dissolutione magis irascuntur quam dolent, V, 552, 2 : *Ira patris filius stultus, et dolor matris quæ genuit illum.* Pater non debet omnia in rigore et exacte observari curare, sed in nonnullis connivere, V, 341, 2. Patres filiis insolenter imperare non debent, XV, 490, 1. Pater non imperet ut leo, IX, 170, 2 : *Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos et opprimens subjectos tibi.* Misceat gravitatem lenitati, X, 93, 1 : *Lacta filium, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te.* Pater crudelis sæviens in filios eos a se effugat, V, 341, 2 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos : et qui stultus est, serviet sapienti.* Pater non ostendat vultum hilarem filiabus, IX, 244, 1 et seq. : *Filiæ tibi sunt : serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.*

Tertio. *Patris officia quoad filiorum et filiarum matrimonium.* Filio minorenni non despondeant uxorem, VI, 40, 2. Filiam, si possit, nuptui tradat, X, 368, 1, 2 : *Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo ejus aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat.* Ei probrum est hujus fornicatio, 369, 1 : *Ne quando polluatur in virginitate sua, et in paternis suis gravida inveniatur. Ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut certe sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractione in civitate, et abjectione plebis, et confundat te in multitudine populi.*

Quarto. *Patris officia quoad bonorum suorum distributionem.* Pater non det filiis facultates ante mortem, X, 180, 1; 181, 1, 2 : *Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua : et non dederis alio possessionem tuam, ne forte pœniteat te, et deprecaris pro illis.*

Quinto. *Quid facere debeant morituri.* Patres morituri Deo filios suos commendent, XVI, 590, 1. Deum iis relinquat curatorem, VI, 53, 2.

5° *Patres in suis filiis infelices.* In suis filiis infelices sunt qui ipsi in suos patres duri extitere, VI, 38, 2 : *Qui affligit patrem et fugat matrem, ignominiosus est et infelix.* Patres boni etiam malos filios gignunt, X, 436, 1 : *Et sunt quorum non est memoria; perierunt, quasi non fuerint, et nati sunt, quasi non nati; et filii ipsorum cum ipsis.* Filii patribus degeneres, III, 619, 1, 2. Patris spes in filiis vana, sæpe enim heroum filii a parentibus degenerant, III, 168, 1, 2; 222, 2.

PATRES antiqui Testamenti. Patres antiqui Testamenti cur in Chanaan sepeliri voluerint, XIX, 482, 2. Sunt fide probati, 471, 2 et seq. Ad Messiam ardentissime anhelarunt, XVI, 74, 2; 454, 2. Ad patriam cœlestem sæpe aspirabant, 478, 2. Primariam repromissionem æternæ beatitudinis non sunt adepti, 487, 1. Patres in tenebris limbi agebant, XVI, 50, 1, 2. Patres in limbo anagogice vocari possunt vincti spei, XIV, 462, 1. Eos e limbo quomodo Christus eduxerit, 461, 1, 2. Patres non erant invocandi, cur, X, 736, 1.

PATRES (SS.). 1° SS. Patres pauperes spiritu fuere, XV, 141, 2 et seq. Patres quam frugales essent, X, 79, 1, 2. Nonnisi aquam biberunt, 80, 1. Multa suis laboribus et studio et reliquere posteris, V, 398. 1.

2° SS. Patres citant sacram Scripturam per citationem non capitum, sed historiarum vel materiarum, XII, 253, 1. Quem Græci Patres singuli stylum habeant, V, 447, 2. Item Latini, *ibid.* SS. Patres dicentes Filium in Veteri Testamento apparuisse explicantur, III, 6, 2 et seq. Cur semper Eucharistiam, mysterium arcanum vocent, XIX, 217, 1. Quomodo juramentum illicitum esse censeant, XV, 169, 1, 2. Quomodo negent sexuum diversitatem in cœlo, XVIII, 632, 1.

PATERNIANI. Paternianorum hæresis de factura corporis humani, XX, 54, 2.

PATERNIANUS (S.). S. Paternianus pater urbis et orbis. VII, 498, 2.

PATERNITAS. Paternitas omnis a Deo descendit, IX, 115, 1 : *Deus enim honoravit patrem in filiis;* 117, 2 : *Qui timet Dominum, honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt;* XVIII, 615, 1 : *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur.*

PATHAR. *Pathar* hebraice, chaldaice, etc., quid significet IV, 502, 1, 2.

PATHICUS. Pathica libido quæ sit, XVIII, 53, 1; XIX, 104, 1, 2 (*Vide* Libido).

PATIBULUM. Patibula fornicata quæ sint, VI, 82, 2.

PATIENS, PATIENTIA. I. Patientia Dei.—Patientia Dei erga peccatores, XX, 339, 2. *In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit : qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe.* Patientia Dei alii salvantur, alii damnantur, *Job*, 509, 1 : *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur in superbiam; oculi autem ejus sunt in viis illius.* Impii Dei patientia abutuntur, 507, 2 (*Vide* Impius). Patientia Dei non abutendum, 499, 1 : *De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur.* Patientia Dei abuti malum est, VII, 296, 2 : *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala* (*Vide* Deus).

II. Patientia in homine.—1° *Patientiæ natura, gradus, excellentia et symbola.* Primo. *Patientiæ natura.* Patientia est animæ possessio, XVI, 258, 1 : *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Est actus non elicitus, sed imperatus in charitate, XVIII, 380, 2 : *Charitas patiens est, benigna est.* Patiens et impatiens quomodo invicem differant quoad iram, V, 434, 2 : *Qui patiens est, multa gubernatur prudentia; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam,* 450, 1. Patiens scopus est et signum in quem sua tela inimici conjiciunt, XIX, 125, 1 : *Nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* In omnem comparatus est fortunam, XIX, 501, 2. Patientia ad adversa vitæ hujus se comparat et munit, VI, 13, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Ea æquanimiter tolerat ut animæ pacem assequatur, *ibid.* Suffert patienter omnia ardua et adversa, XX, 27, 2. Patientia in conviciis, III, 260, 1. In adversis, 284, 1 : *Respondit* (Heli) : *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Patientia in mortificatione, 411, 2. Patientia in propriis detrimentis liberalis, *Job*, 791, 2. Patientiæ actus et effigies, XIX, 466, 1. Patientiæ imago ad vivum depicta, I, 448, 1. Patientia pro *perseverentia* sumitur interdum, XIX, 405, 1 : *Non segnes efficiamini; verum imitatores eorum, qui fide et patientia hæreditabunt promissiones.*

2° Secundo. *Patientiæ gradus.* Patientiæ tres gradus : *primus*, est patienter adversa pati; *secundus*, libenter; *tertius*, gaudenter quælibet dura sufferre, VI, 13, 2; IX, 590, 2, XVII, 22, 1; XX, 14, 1 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Sex patientiæ erga inimicum gradus ex S. Augustino : *primus*, est nolle lædere aliquem; *secundus*, si læsus sit, velle tantum lædere quantum læsus est, non amplius; *tertius*, minus velle lædere, quam læsus sit; *quartus*, nolle lædere, licet læsus sit; *quintus*, si læsus sit, paratum se exhibere ut amplius non lædatur; *sextus*, et perfectissimus est, si læsus lædenti beneficiat et subveniat, XVIII, 215, 2. Quænam sit patientia imperfecta et perfecta, XX, 25, 1 : *Patientia autem opus perfectum habet.* Patientia plena quæ sit, XXI, 68, 1 : *Non invenio opera tua plena coram Deo meo.* Quando succumbat et deficiat, XX, 30, 1 : *Ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.* Patientiæ actus heroicus est in adversis Deo gratias agere, IV, 274, 2 : *Immobilis* (Tobias) *in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.*

Tertia. *Patientia christiana quam excellens et eminens sit,* XX, 142. Patientia cæteris virtutibus præstat, *Job*, 39, 2. Patientia potior est virtus quam fortitudo, et quomodo, V, 514, 2 et seq. : *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Animam adversus dolores mortis et timorem firmans, est pars fortitudinis integralis, eaque præcipua, 515, 1. Patientia melior est quam de adversario vindicta, XV, 171, 1 : *Ego autem dico vobis, non resistere malo : sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram.* Melior est quam liberatio de calamitate temporali, *Psalm.* I, 206, 2 et seqq. Patientia videtur complexio omnium virtutum, XVI, 258, 2. Efficit omnium virtutum consummationem, XX, 25, 2. Nulla sine ea est virtus, *ibid.* et seqq. Perficit studium vitæ humanæ, 26, 1. Est virtutum calx, 27, 1. Est perfectio obedientiæ, 301, 1 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.* Quomodo patientia opus perfectum habeat, 25, 2 : *Patientia autem opus perfectum habet.* Sex opera perfecta producit, 27, 2. Patientia est sapientiæ pars, VI, 231, 1. Ipsa vera sapientia, XX, 30, 1, 2; 31, 1 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo.* Patiens est sapiens, 31, 1. Ex ea noscitur prudentia, VI, 12, 1, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur : et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Patientia est sublimis philosophia, XVIII, 457, 2 : *In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros, in multa patientia.* Est virtus regia, 622, 2 : *Digne ambuletis vocatione*

qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate. Patiens inseritur cruci Christi, XX, 864, 2 : *Sed communicantes Christi passionibus, gaudete.* In illo patitur Christus, *ibid.* Fit unum cum Christo, *ibid.* In eo patitur Spiritus sanctus, 366, 1 : *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus spiritus, super vos requiescit.*

Quarto. *Patientiæ symbola.* Patientiæ symbolum est pellis, II, 44, 1. Per ovem denotatur, VI, 472, 2. Nuce figuratur, VIII, 156, 1. Patiens in adversis comparatur arbori in hieme emortuo, sed in vere reviviscenti, IX, 82, 1. Patientia per aspalathum repræsentatur, 643, 1. Ferro denotatur, X, 317, 1. Patiens perdurans incudi assimilatur, XX, 48, 1. Palmæ comparatur, 49, 1. Item citharæ, 28, 1.

2° *Patientiæ causa, in qua schola discatur.* Tribulatio est mater patientiæ, III, 258, 2; XVIII, 92, 1 : *Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur.* Eam docet tentatio, XX, 23, 1. Patientia acuitur persecutionibus, III, 383, 2; 401, 1, 2. Ea exercetur molestia aliorum, V, 435, 1. Patientiam probat tentatio et tribulatio, IV, 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.*

3° *Patientiæ necessitas.* Patientia quam sit Christiano necessaria, XIX, 302, 2. Patientia est Christianorum studium, XX, 304, 1 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Patientia in adversis habenda, XXI, 280, 2 : *Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, et fidem Jesu.* Est in persecutione necessaria, IX, 107, 2 : *Væ his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas!* Est in morbis habenda, I, 277, 1, 2. Eam qui amittit, amittit confidentiam, XIX, 465, 2 : *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Sine ea nihil in homine perfectum, XX, 28, 2. Ea necessaria est ut pacem habeas, et cum aliis serves, XVIII, 568, 2 : *Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas,* etc. Patientia fructus boni operis est expectandus, XVI, 133, 1, 2 : *Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.* Quam patientiam habere debeamus, VII, 262, 1 : *In die bona fruere bonis, et malum diem præcave, sicut enim hanc, sic et illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum justas querimonias.*

Patientia est propria sacerdotum virtus, II, 44, 1: *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.* Patientia omnigena tessera est viri apostolici, VII, 22, 1. Patientes quam esse debent prælati et principes, XIV, 489, 2.

4° *Patientiæ fructus et bona.* Primo. *Patientiæ fructus generaliter sumpti,* XIX, 501, 2 : *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ,* XX, 26, 2. Patientia in malis omnium bonorum causa, *Psalm.* II, 113, 1 : *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Semper et ubique utilis est, XX, 28, 1.

Secundo. *Patientia signum est veræ sanctitatis,* X, 47, 1, 2. Propria sanctorum virtus est, XIII, 497, 2. Similes facit Deo, X, 51, 1. Christo nos similes facit, XX, 28, 2. Spiritum sanctum exhilarat, X, 108, 2. Patientia est cos virtutis, 52, 2. Est lapis Lydius quo probatur vera justitia et sanctitas, VIII, 322, 1 : *Contumelia et tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, et probemus patientiam ejus.* Dupliciter operatur probationem, XVIII, 92, 2 : *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit.* Patientia creat martyres, XX, 28, 1. Per patientiam et adversa disponit Deus sanctos ad martyria, XIX, 501, 1. Patientia martyrum eos perpolit et adaptat, XII, 524, 1 : *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam.*

Tertio. *Qui patiens est, potens est et omnia vincit.* Qui patiens est, potens est, I, 744, 1. Patientia est potentia, IX, 110, 2; XIV, 160, 2 : *Dominus patiens et magnus fortitudine.* Variam refert victoriam, VI, 74, 1, 2 : *Ne dicas : Reddam malum; expecta Dominum, et liberabit te.* Omnium est victrix, XV, 172, 2. Patientia optime inimicum vincit, XVIII, 217, 1 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Patientia vincit iram et hostem malum inferentem, XV, 171, 2. Patienti nullus nocere potest, XX, 328, 2 : *Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis.* Patientes nemo lædit, sed coronat, XIX, 497, 1. Patientia vincit dæmones, V, 517, 1. Fatum quasi expugnat, XX, 28, 2. Patientia optime tentationes vincit, IX, 94, 1. Est sepes animæ, X, 243, 2. Thorax est impenetrabilis, omnes hominum ictus excipiens, XXI, 257, 2. Spe roboratur, XIX, 116, 1: *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis..... memores operis fidei vestræ, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum et Patrem nostrum.* Patiens dominatur animo suo, X, 564, 1 : *Animam meam direxi ad illam, et in agnitione inveni eam; possedi cum ipsa cor ab initio : propterea non derelinquar.* Est suorum affectuum dominus, XX, 26, 3. In patiente certat et vincit Deus, 397, 2 : *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos in æternam suam gloriam,*

in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

Quarto. *Patientia varias virtutes parit.* Patientiæ *primus* fructus est reconciliatio cum proximo, I, 447, 2. *Secundus*, dilectio, sive charitas, 448, 1. *Tertius*, quod suggerat pietatis exercitia, *ibid. Quartus*, quod reliquas virtutes parat, *ibid.*, 2. Patientia quia injurias factas non recolit, iras sedat et mitigat, V, 463, 1. *Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.*

Patientia in adversis est mater castitatis, I, 443, 2. Efficacissimum est remedium contra carnis vitium et reliqua omnia, V, 437, 2.

Patientia medium est ad acquirendam perfectionem, XX, 26, 2. Supplet virtutum et rerum omnium defectus, 27, 1.

Quarto. *Patientia hominem beatum facit et divinam illi consolationem obtinet.* Patientia hominem beatum et tranquillum facit, XX, 28, 2. Patiens sibi est medicus et medicina, VI, 30, 2. Patientes a Deo respiciuntur, X, 200, 2 : *Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit et quis est fortitudo ejus?* Per patientiam Deus est cum justis in tribulatione, *Psalm.* I, 207, 1 : *Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit.* Patienti Deus adest suis consolationibus, XX, 329, 2 : *Sed et si quid patimini propter justitiam, beati.* Patientes facile experiuntur Dei auxilium, *Psalm.* I, 203, 1, 2 : *Exquisivi Dominum et exaudivit me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Patientia Deum habet debitorem, XX, 27, 2. Patientia justorum recreat Deum, *Job*, 237, 2.

Quinto. *Patientiæ merces et præmium;* IV, 275, 2 : *Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus quam Deus daturus est qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Patiens est prædestinatus ad gloriam, XVIII, 145, 2 : *Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ejus temporaneus et serotinus fructus quis, XX, 206, 1 : *Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum.* Patientia coronam parit patienti, XIV, 436, 2. Patientem Christus coronat, XX, 49, 2 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se.*

5° *Patientiæ documenta et exempla.* Ad eam tria incitamenta, XVIII, 146, 2. Duodecim argumenta ad eam incitantia, 136, 2 et seqq. De patientia in adversis varia documenta, I, 446, 2 et seq. Ejus præcepta et dictamina varia, XX, 32, 2. Alia ejus elogia, 49, 1. Patientium gnomæ, 29, 1. Adhortatio ad patientiam, XX, 205, 2 et seq. A solo Deo est petenda, XX, 33, 1.

Patientiæ speculum Christus est, XVI, 568, 2. Invicta Christi patientia, XV, 589, 2. Maxime in passione, XI, 632, 1, 2. In flagellatione, XV, 608, 1. Et in aliis ludibriis, 612, 1.

Patientiæ sanctorum in adversis varia et illustria exempla, I, 577, 1; III, 284, 2; XIX, 283, 1; XX, 29, 1. Patientia et pietas Resphæ, III, 522, 1. Patientiæ exempla duo sunt Tobias et Job, IV, 274, 1.

PATHMOS. Pathmos insula est una e Sporadibus : in illam relegatus Joannes omnes insulanos Christo asseruit, XXI, 26, 1, 2.

PATRIA. 1° Patria cur in nonnullis Prophetis recenseatur, XIII, 221, 1. Pro patria se devoventium Gentilium exempla, I, 731, 2. Extra patriam in captivitate mori, loco infelicitatis solet haberi, XIII, 642, 1. Patria viro fideli non curanda, sed et orbis est, XVI, 105, 1. Extra patriam homines optimi sunt quærendi, *ibid. Patriæ gentium* græca lectio, et cur, *Psalm.* II, 151, 2.

2° Patria cœlestis, regnum, civitas, domus dicitur, *Psalm.* II, 343, 2. Patria sanctorum est cœlum, XVII, 172, 2.

PATRIARCHÆ. 1° *Patriarcha* vox unde derivetur, et quis sit, XVIII, 615, 2. Qui hoc nomine dici queant, XIX, 412, 1. Cur ita dicantur Abraham, et Isaac et Jacob, *ibid.* Patriarchæ fuere parentes Judæorum, tam generatione quam exemplo virtutum, X, 426, 2. Vocari possunt radix Israel, XIII, 408, 2 et seq. Quomodo vocentur Christi Domini, XIV, 260, 2.

2° Patriarchæ primi fuere agricolæ, IX, 233, 1. Fuere pastores ovium et armentorum, VI, 355, 2 et seq; XVI, 472, 2. Sua pietate et sanctitate fuere Deo gratissimi, XIV, 141, 2. Olim vino abstinuere, VI, 210, 1. Probi fuere inter improbos, *Job*, 4, 1. Patriarchis sanctis promisit Deus posterorum conversionem, XVIII, 196, 1, 2.

3° Omnes Messiæ adventum ardenter desiderarunt, XVI, 454, 2. Non cognovere Filium Dei, nisi ex peculiari revelatione, XVI, 304, 2. Patriarchæ maxime prophetarunt morti vicini, XIII, 227, 1. In morte mira vaticinati sunt, XIX, 482, 2, Hinc et prophetæ fuerunt, XIII, 220, 1 An Patriarchæ omnes sepulti in Hebron, an in Sichem, XVII, 173, 2; 175, 1. Patriarchæ orabant pro suis in limbo existentes, XII, 438, 2.

4° Patriarchæ duodecim filii Jacob duodecim Apostolos significant, I, 295, 2 et seq.; XXI, 382, 2; 397, 1.

PATRIARCHÆ ECCLESIASTICI. Patriarchis christianis quinque olim lampas præferebatur, V, 172, 1; XIV, 408, 2.

PATRIARCHALIS. Patriarchalium sedium origo et ordo, XVII, 247, 2. Patriarchales sedes quatuor an notentur in quatuor faciebus Cherubini, XII, 508, 1, 2. An per quatuor animalia Joannis designentur, XXI, 107, 1.

PATRIUS. Patrium Deum quem vocet Paulus, XVII, 405, 5. Patria voce loqui quomodo intelligendum, IV, 531, 1.

PATRICIDIUM, *vide* INTERFECTOR. PARRICIDA.

PATRIMONIUM. Patrimonia ampla dum cedunt aliis imprudentibus, sæpe evertuntur et pereunt, V, 397, 2.

PATROCINIUM. Patrocinium Dei implorandum, *Job*, 372, 1. Patrocinia sanctorum valida, 789, 1 (*Vide* DEUS, SANCTI).

PATRONATUS. Patronatus jus habentes, etiam laici, licite dignum Episcopo ad beneficium præsentant, XVII, 164, 1. Patronatus jus non usurpent laici id non habentes, X, 644, 1.

PATRONUS. 1° Patronus in quo ab advocato differat, XX, 533, 1.

2° Patronus orantium pro hostibus est S. Stephanus, XVII, 187, 1. Patroni nautarum christianorum qui, 438, 2.

PATRUELIS. Patruelis est Christus, XI, 151, 1, 2.

PAUCILOQUENTIA, PAUCILOQUUS. Pauciloquentia commendatur, V, 288, 2; IX, 170, 1. Pauciloquus plerumque habetur sapiens, V, 289, 1. Quomodo animam custodiat, 375, 2. De pauciloquis gnomæ, XX, 75, 1 et seqq. (*Vide* LOQUACITAS, LOQUI, MULTILOQUIUM, SILENTIUM).

PAUCITAS. Paucitas commendatur in communitate, nocet nimia multitudo, XI, 228, 1, 2. Paucitas salvandorum, XI, 307, 1; XVI, 190, 1, 2. Paucitas salvandorum per varios typos ostenditur (*Vide* ELECTI).

PAUCUS. 1° Pauci si generosi, multa possunt, III, 345, 1. Pauci æque docendi ac multi, XVII, 313, 2.

2° Pauci assumpti ad fidem Christi, XI, 247, 2; 248, 1. Pauci ad Christum ab Apostolis virisque apostolicis conversi sunt, respectu non conversorum, XIII, 644, 2 et seq. Pauci e Judæis Christum receperunt, XVI, 305, 1.

3° Paucis multa complecti, magni viri et profundi ingenii, IV, 507, 1. Pauca bene agenda, IX, 341, 1, 2.

PAULA (S.). 1° S. Paula Romana ornamenta sua mundana templis obtulit, I, 755, 1. Ejus devotio erga Bethleem, 331, 1. Bethleem Romæ prætulit, XIV, 113, 2. Feminarum tria condidit monasteria, et unum virorum, *ibid.*

2° S. Paulæ pœnitentia, XV, 131, 1, 2. Ejus compunctio, 145, 2 et seq. Quomodo vitæ prioris delicias, jejuniis, lacrymis aliisque pœnis castigarit et planxerit, XIII, 487, 1. Quanta pœnitentia parva delicta expiarit, XVIII, 467, 2. Luxum levem, vestium austeritate punivit, XIX, 205, 1. Ejus in Bethleem paupertas, XVII, 27, 1; 135, 2. Ejus constantia in rei familiaris dispendio, XII, 581, 1. In pauperes fuit effusa, VI, 507, 1, 2. Ita in pauperes fuit profusa, ut aliena veste et sumptu sepeliri debuerit, XVIII, 472, 1. Quod ejus theatrum fuerit, 282, 2. Quando balnea adiret, XIII, 182, 1.

3° S. Paula continua fuit martyr, XIII, 443, 1. Morbos corporis valido spiritu sustentabat, V, 574, 1. Ejus in injuriis patientia, XV, 172, 2. Scripturæ verbis se in tentatione animabat, VI, 431, 1; IX, 94, 2; 95, 1. Ei Scriptura fuit clypeus adversus omnes tentationes, XIX, 306, 1. E sacra Scriptura in omnibus adversis sententias proferebat, XV, 8, 2.

4° Mortua est Bethleem, ejus mors, epitaphium et elogium, I, 663, 1; XIV, 144, 1. Ejus sepultura et exequiæ, XI, 267, 1, 2. S. Paula Romana portentum fuit, XXI, 221, 1.

PAULINUS (S.) Nolanus. 1° S. Paulinus Nolanus quod omnibus abdicatis pauperem vitam cum conjuge viveret, maniacus habetur, XV, 289, 1. Ejus paupertas, II, 289, 1; XV, 196, 2; XVII, 135, 2. Ejus sufficientia, XIX, 256, 1. Ejus vox divina de divitiis, XI, 157, 2.

2° S. Paulini humilitas, ex humilitate in sacram Scripturam commentari noluit, sed aliis minus sublimibus operibus calamum admovit, XIII, 217, 1. Cur se depingi nollet, XX, 82, 2. Optabat ædituum esse templi S. Felicis, XVII, 360, 1.

3° S. Paulini charitas in liberandis captivis, XII, 265, 1. Filii viduæ redimendi causa se in servum Wandalis vendi passus est, I, 433, 1; X, 208, 2; XV, 5, 2; 453, 2; XVI, 262, 2; XVII, 24, 2; XVIII, 472, 2; XX, 38, 1, 577, 2.

S. Paulinus quam in pauperes fuerit effusus, XIII, 626, 1. Ei quam miraculose frumentum a Domino multiplicatum, *ibid.*

5° S. Paulino expirante tremuit cubiculum et terra concussa est, XV, 647, 1.

PAULUS (S.) APOSTOLUS. I. S. PAULI APOSTOLI NOMEN, GENUS, INDOLES, INSTITUTIO, ET PRO JUDAISMO ZELUS. — 1° Paulus unde dictus sit Saulus, XX, 12, 1. Unde dictus sit Paulus, XVII, 278, 2; 279, 2; XVIII. 37, 2. *Pauli* nomen an græcum, hebræum, an hebræo-græcum, XVIII, 37, 1. Quid latine id sonet, *ibid.* Hujus etymologia, XVIII, 37, 2.

2° Fuit oriundus ex tribu Benjamin, I, 412, 1. Pluribus ostenditur ejus et Benjamin analogia, I, 373, 1; 412, 1; XVII, 208, 2. Tarsi in Cilicia est natus, XVIII. 1, 1. Et nobili prosapia ortus. XVIII, 1, 1; XIX, 42, 1. Erat ibi senatorii ordinis, XIX, 314, 1. Quomodo se Hebræum vocet, XVIII, 496, 1; XIX, 42, 1, 2.

3° Quomodo a primogenitoribus servierit Deo, cum fuerit persecutor, XIX, 272, 1. Græcorum est disciplinis excultus, *ibid.* Scientia ipsius naturalis et Græcanica, XVIII, 3, 1. Platoni comparatur, *ibid.* Fuit secta Pharisæus. XVII, 396; 1, XIX, 42, 2; 272, 1. Hierosolymam juvenis abiit ut Gentilium scientia imbutus, sacris disciplinis erudiretur, XVIII, 1, 2. Potuit Christum concionantem audivisse, XVII, 419, 1. Fuit prophetarum studiosus, XI, 42, 2. Fœcundo et uberi erat ingenio, XVIII, 521, 2; XIX, 322, 1. Quomodo sine lege aliquando viveret, XVIII, 121, 1.

4° Nomine et corpore parvus fuit, XIV, 405, 2.

corpore pusillus fuit, sed spiritu et sapientia gigas et celsus, XIII, 218, 1; XVIII, 37, 2; 484, 2. An fuerit podagricus, et perpetuos dolores capitis habuerit, XVIII, 503, 1, 2. An fuerit abstemius, XIII, 229, 2. Scenofactoriam artem exercuit, XIX, 169, 2.

5° Ejus zelus pro lege et judaismo, XVII, 167, 1; XVIII, 1, 2; 521, 2; 522, 1; XIX, 42, 1, 2. Fuit ante conversionem Ecclesiæ persecutor, XVIII, 521, 2. Ducem se præbet Judæis ad extirpandos Christianos, putans se obsequium præstare Deo, XIX, 42, 1, 2. Ejus conscientia bona fuit dum persequeretur Christianos, XVII, 393, 1. Ejus feritas in Christianos, 194, 1; 208, 1, 2; 216, 1. Lapidavit Stephanum per alios, XVII, 184, 2. Quomodo tunc adolescens fuisse dicatur, *ibid.* Quomodo sententiam se detulisse dicat, cum occiderentur fideles, XVII, 419, 2 et seqq.

II. S. Pauli prædestinatio, vocatio, conversio et gratia. — S. Paulus est ab æterno ad apostolatum prædestinatus, XVII, 15, 2. Quomodo segregatus ex utero matris, XVIII, 522, 1. Segregatus a Deo ad prædicandum gentibus, XVII, 275, 2. Ejus vocatio duplex. 16, 1. Cur a Deo conversus sit, 208, 2. Quomodo Christus illum persequeretur, XIX, 187, 1. Ejus peccatum ignorantia non excusabat, sed minuebat, 186, 2. Quantum id fuerit, *ibid.* Peccans ex ignorantia minus indignus fuit venia, minusque impedivit Dei vocationem, quam si peccasset malitia, XIX, 184, 1. Dei in ipsum longanimitas, 186, 2. In illo mystice impletum est vaticinium Jacobi de Benjamin, XVIII, 2, 1. Quomodo fuerit lupus, XI, 214, 2. Rhinoceroti confertur, XIX, 188, 1. In judaismo erat plane separatus a Christo, XVIII, 156, 2. Vocatus est a Christo jam glorioso in cœlis, 2, 1. Orante pro illo S. Stephano, fuit conversus, XIX, 196, 1. Quo anno Christi et quoto ætatis anno conversus sit, XVII, 220, 1, 2; 221, 1; XVIII, 12, 2; 504, 2. Ejus conversionis modus enarratur, XVII, 209, 1, 2 et seqq. Eques an pedes iverit Damascum, 210, 1. Vidit Christum in aere vicino, 212, 1. Tunc Christus ei corporaliter apparuit, XVIII, 400, 2. Quomodo ab eo fuerit comprehensus, XIX, 46, 2. A gratia Dei quasi a remora detentus est, XVIII. 2, 1, 2. Ejus cum eo duellum, 2, 1. In conversione fuit contritus, itaque justificatus, tamen libere conversus, XVII. 212, 2. Ejus conversio vera fuit, XVI, 130, 1. Ejus gratia diversimode fuit efficacissima, 213, 1, 2. Suam ipse vocationem et conversionem ipse describit et miratur, et deprædicat, XIV, 152, 2; XVI, 16, 1; XVIII, 2, 2. Peccasset nisi prædicasset, XVII, 17, 1. Non ita in gratia confirmatus fuit, quin ab ea excidere potuisset. XVIII, 335, 2. Quomodo gratia Dei in illo vacua non fuerit, 400, 2 et seq. Sed ei est cooperatus, 401, 1. Qualem gratiam a Deo acceperit, et quomodo ei cooperatus, 2, 2. Vocationi plene obedivit, XVII, 16, 1.

Quomodo viderit Ananiam ad se venientem, XVII, 217, 1. Fuit vas electionis, quomodo, *ibid.* et seqq. Est major cœlo, 217, 1. Christi nomen quotupliciter portarit, *ibid.*, 2. Quomodo ei Deus ostenderit quæ pro eo passurus esset, 218, 1. Plura passus est quam egerit, 218, 2. Peculiariter in eo multa facta sunt quoad ritus christianismi, quæ in aliis facta non sunt, 219, 1. Ejus cæcitatem discussit Ananias in nomine Jesu. 219, 2. In baptismo repletus est Spiritu sancto, 220, 1.

III. S. Paulus a quo, quando et quomodo edoctus sit mysteria fidei; revelationes ei factæ; ejus raptus in cœlum. — Quomodo edoctus sit a Deo mysteria fidei, XVII, 215, 1. Didicit Evangelium non ab homine, sed Dei revelatione, XVIII, 3, 1, 2; 524, 2. Sapientiam et gloriam Dei scivit revelatione divina, 263, 1. Multas habuit revelationes, 13, 2; 502, 1. Revelationem de sua salute non habuit, proinde de ea incertus fuit, XVIII, 335, 2; 424, 2; XIX, 45, 2; 311, 1.

Quando ejus raptus contigerit, XVII, 3, 1; 388, 1, 2; XVIII, 499, 1. Non fuit tunc ejus anima a corpore separata, *ibid.*, 2. Vere cum corpore et anima raptus fuit, 501, 1. An vere nesciret raptus sui modum, *ibid.* Semel tantum est raptus, *ibid.* et 2. In raptu divinam essentiam non vidit, XIII, 245, 2; XVIII, 501, 2. Quæ ibi audierit arcana, XVIII, 3, 2; 502, 1, 2.

IV. Vitæ S. Pauli a conversione et apostolatus ejus series et ordo. — 1° *S. Pauli missio et apostolica potestas.* Paulus est apostolus vocatione et munere, non tantum nomine, XVIII, 38, 2. An electus ad apostolatum quia fidelis, XIX, 183, 1. Vocatus est ad docendas gentes et fundandas Ecclesias, XVIII, 39, 1. Cur dicatur ascensor cameli, XXI, 331, 1. Apostoli titulo non minus gaudet quam duodecim illi a Christo vocati, *ibid.* Vocatus est a Deo, non ab hominibus missus, nec intrusus, *ibid.*. 516, 2. Ejus triplex gratia ad evangelizandum, 612, 2. Quando ordinatus sit episcopus, XVII, 276, 1. A quo, et quo anno, 276, 2.

Commissa fuit Paulo Evangelii dispensatio, XVIII, 331, 1. Quomodo se apostolum probet, XVIII, 328, 1; 507, 2; XIX, 277, 2. Quomodo se a pseudoapostolis distinguat, XVIII, 282, 1; 328, 2; 457, 2; 485, 1, 2. Quomodo ei apostolatum Deus demandarit, XIX, 176, 1, 2. Cur Evangelium cum Petro et aliis apostolis contulerit, XVIII, 523, 1; 526, 2. Modeste cæteros apostolos deprimit, ut suam auctoritatem erigat, 527, 2. Schismatis Corinthii auctores arguit, 279, 2. Corinthium incestuosum excommunicavit, 286, 1. Petrum judaizantem arguit et in viam revocavit, 4, 1. An vere eum reprehenderit, 529, 1. Ordinat quomodo collationes spirituales in Ecclesia fieri debeant, 388, 1. Cur Timotheum circumciderit, non Titum, 527, 1. Alimoniam accepit a nonnullis dum evangelizat, 331, 2. Quam difficile ei fuerit cedere jure sustentationis apud Corinthios, et

quare jure illo cesserit, 332, 1. Pro pauperibus Judæis collectam passim fieri jubet, 416, 1.

2° *Variorum ejus gestorum chronotaxis*, XVII, 1, 2; 3, 1 et seqq.; 4, 1, 2. S. Paulus in synagoga Damasci Christum prædicare incipit, 221, 2 et seq. Damasci tenduntur ei insidiæ, cur, 223, 1. Cur inde se subduxerit, *ibid.* Quando contigerit ejus fuga per sportam, et qua occasione, XVIII, 498, 2. In Arabiam secedit et eam ad Christum convertit, XIV, 17, 1, 2.

S. Paulus duplici de causa Jerusalem abit post conversionem, XVIII, 526, 2. An statim a conversione eo sit profectus, 523, 2. Cur Petrum ibi adierit, *ibid.* Confert doctrinam cum S. Petro, XVII, 16, 2. Ab Ecclesia fuit auctoratus, *ibid.* Ejus charitas et unio cum S. Petro, XX, 493, 1.

Saulus et Barnabas jussu Spiritus sancti mittuntur ut evangelizent Gentibus, XVII, 275, 2 et seq. In Cypro convertit Sergium Paulum proconsulem, 279, 2; 280, 1. Paulus libere corripuit Elymam magum proconsulem a fide avertere renitentem, XII, 735, 2 et seq. Inde Antiochiæ Pisidiæ in synagoga concionator Paulus, sed per Judæos expulsus, excusso pulvere pedum cum Barnaba pergit Iconium, XVII, 283, 2 et seqq. Paulus et Barnabas multos Iconii convertunt, 287, 1, 2. Paulus Theclam Iconii quomodo converterit, 287, 1; 288, 1. Theclam virginem Deo despondit, XVIII, 492, 1. Item Tryphænam et Tryphosam convertit, XVII, 288, 2. Cur habetur a Lycaoniis pro Mercurio, 290, 1; 291, 1. Ejus eloquentia, 291, 1. Lapidatur in Lystris, 293, 2. A Deo post lapidationem sanatur, 294, 1. Ejus fervor post accepta vulnera, *ibid.* Antiochiam iterum reversus, lapidatus est et pene occisus, XIX, 302, 1.

Ad solvendam quæstionem de legalibus, mittitur Hierosolymam Paulus cum Barnaba, XVII, 299, 1 et seqq. Cur Timotheum circumciderit, 306, 2. Eum socium suæ prædicationis assumit in Asia et Bithynia, 307, 1. Cur Paulus vetitus a Deo in Asiam prædicare, *ibid.* Ejus visio de viro Macedone, 308, 1. A Christo in Macedoniam vocatur, XVIII, 13, 1; XIX, 1, 1. Ejus pia somnia, XVII, 308, 1. Ejus comites peregrinationis, *ibid.*, 2. Ejus persecutiones in Macedonia, XVIII, 428, 2. Cur a dæmone laudari noluerit, XVII, 311, 1. Flagellatur, 311, 2, Judæi adversus eum Thessalonicæ seditionem concitarunt, XIX, 114, 1. Thessalonicæ matronas nobiles plurimas convertit, 114, 1. Hinc eo Timotheum mittit ut conversos in fide firmaret, *ibid.* Semper primo ad Judæos prædicabat, XVII, 315, 1.

Cur ductus in Areopagum, XVII, 322, 2. Paulus Athenis pergit Corinthium, 341, 1. Ei Dominus Corinthi apparet, XVIII, 246, 2. Ejus contentio cum Judæis Corinthi, XVII, 344, 1, 2. Ejus gesta ibi varia, 345, 1. Corinthi sesquiannum conversatus, multos convertit, XVIII, 246, 2. Qualia passus sit Corinthi, 260, 1, 2.

Quandiu Ephesi hæserit, XVII, 351, 2; 372, 1. Ephesi biennio mansit, disputans, XIX, 83, 1. Cur tamdiu Ephesi morari voluerit, XVIII, 417, 1. Fundavit Ecclesiam Ephesinam, XVII, 352, 1. Quæ ejus tribulatio ibi fuerit, XVIII, 421, 2 et seq. Alexander ærarius ei valde restitit, XIX, 314, 1. Ejus pugna cum bestiis Ephesi quæ fuerit, XVII, 361, 1, 2. Cur tunc Romam ire cogitaret, 357, 1. Pedes proficiscebatur, 365, 2. Fulguris instar Asiam et Europam pervadit, 366, 1. Ejus ultima verba et testamentum ad Ephesios, 366, 2. Cur iter suum ad Corinthios distulerit, XVIII, 428, 2.

Paulus quater Jerusalem adiit Christianus, XVII, 347, 1. Soli similis est, *ibid.* Cur impelleretur ire Hierosolymam, 368, 2. Ad mortem quomodo anhelaret, 369, 2. Pentecosten ultimam quando Hierosolymæ egerit, 380, 1. An Nazaræatus votum secundo susceperit, 381, 2. Omnibus se locis ac personis accommodat, 382, 1. Quomodo in templo purificatus sit, *ibid.* Quot dies ei impenderit et quo die captus, 383, 2. Corinthus adversus eum seditionem movet quod præputiatos in templum duxisset, XVIII, 19, 1. Latronibus assimilatur a Judæis, XVII, 385, 1. Cur servarit litteras olim sibi a pontifice traditas, 387, 2. Cur a Judæis pulvere conspergatur, 389, 2 et seq. Cur flagellatus exceperit contra flagellantes, 390, 2. Cur jussus a pontifice cædi, 393, 2. Cur eum Paulus a Deo optet percuti, 394, 1. Quomodo pontificem Ananiam non agnoverit, 395, 2. Cur discordiam inter Pharisæos et sadducæos serat, 396, 1. Honor ei vincto a Romanis exhibitus, 400, 1. Ejus libertas coram iniquo præside, 408, 2. Felicem præsidem perterret de judicio futuro loquens, item Festum et regem Agrippam, XVIII, 9, 2. Ejus judex proprius an esset Cæsar, an S. Petrus, XVII, 412, 2. Cur Cæsarem appellaret, *ibid.* et seqq. A principibus viris auditur, 416, 2. Cur ad Agrippam regem sermonem converteret, relicto Festo, 418, 2. Peroravit coram Agrippa vinctus, 422, 1.

Paulus in Italiam quomodo navigare cœperit, XVII, 425, 1 et seqq. Quas in navigatione virtutes ostenderit, 429, 2. Quatuor ejus naufragia, 431, 2. Angelum illi Dominus naufraganti submittit, XVIII, 13, 1. Temere est a Melitensibus judicatus, XII, 18, 2. Viperam illæsus manu excutit, XVII, 436, 2; XVIII, 14, 1. Quæ bona Melitensibus contulerit, XVII, 435, 1: Ejus gesta et appulsus in Siciliam, 438, 2. Quando Romam appulerit et tempestates passus sit, *ibid.* et seq.

S. Paulus fuit Romæ in libera custodia, XII, 429, 1; XVII, 444, 1, 2. Quare capacem domum conduxerit, XII, 429, 1. Onesimum Romæ in primis vinculis convertit, et eum cum epistola Colossas remittit ad herum a quo fugerat, XIX, 341, 1. In primis hisce vinculis plures e familia Neronis convertit, XVII, 444, 2. In qua prima defensione affuerit ei Deus, 315, 1. Angelus ei affuit cum Neroni sisteretur, XVIII, 13, 2. An opere Senecæ a vinculis Neronis liberatus fuerit, XIX, 315, 2. Qua

occasione a Nerone solutus vinculis fuit, XVII, 445, 1. Aliqui dicunt eum a Romanis pontificibus absolutum fuisse, 442, 2. Romæ non fuit Episcopus, *ibid.* Quid egerit post prima vincula, 446, 1. Hispaniam adiit, 445, 1. Ejus gesta ibi, 445, 1, 2. Post prima vincula visitavit etiam Asiæ Ecclesias, XIX, 316, 2 et seq.

S. Paulus e secundis vinculis, quod in primis venerat, ad Timotheum scribit, XIX, 315, 2. In carcere petit sibi afferri libros et membranas, 314, 2. Martyrium semper ambiebat, XVII 37, 2. Mortem præscivit, XIX, 309, 1. Passiones, mortificationes et mortem Christo veluti calicem libat, XVIII, 442, 2. Martyrium tandem sub Nerone consecutus est, et quare, XVII, 37, 2. Mortis ejus causa fuit quod Simonem magum e sublimi dejecerit, et pellicem Neroni detractam Christo peperrerit, XI, 661, 2: XVIII, 11, 2; 492, 1, 2; XIX, 315, 1. Passus Romæ cum Petro sub Nerone, XVIII, 11, 2. Ejus martyrium, XVII, 446, 1. Moriens carnifices convertit, XVIII, 12, 2; XX, 374, 2. Ejus martyrio interfuit S. Stephanus, XVIII, 12. 1. Ejus morientis animam S. Stephanus excepit, XVII, 187, 1. Quamdiu vixerit, 221, 1. Anno ætatis sexagesimo octavo moritur, XVIII, 12, 1, 2.

V. S. Pauli virtutes. 1° *De S. Pauli virtutibus ad Deum spectantibus.* Primo. *Ejus præstans potensque fides*, XVII, 17, 1, 2. Quam plenus fuerit Spiritu sancto, XVI, 426, 2. Est signifer testium fidelium Dei, XIII, 441, 1. Fide excelluit, XVII, 1. Raptus in tertium cœlum, vidit mysteria quæ fide credimus, *ibid.* Fidem suam, Prophetarum et Apostolorum celebrat passim, ac præsertim toto cap. XI *Epist. ad Hebr.*, ibid. Fidei robur in Paulo, *ibid.*, 2. Fidem miraculorum habuit, *ibid.*

Secundo. *Ejus erga Deum profunda reverentia et religio*, XVII, 19, 2; 20, 1. Ubique Deum præ oculis habens venerabatur, 19, 2. Profunda cordis corporisque demissione Deum colebat et adorabat, 20, 1. In omnibus actionibus ad orationes semper recurrebat, XIX, 522, 2. Omnes pene Epistolas a gratiarum actione, vel benedictione Dei orditur, XX, 241, 2. Ejus cœlestes cogitationes, gratitudo et oratio, XVIII, 8, 1. Preces Romanorum efflagitat, XVIII, 241, 2. Fidelium se precibus commendabat, *Job*, 789, 2. Semetipsum Deo per singulas dies immolabat, XVII, 20, 1. Paulus Deum, SS. Trinitatem ejusque opera et consilia obstupescit et obmutescit, 20, 1. Mysterium vocationis Gentium semper et ubique valde stupet, XIII, 302, 1. Juratus non jurat per conscientiam, sed per Christum, XVIII, 156, 1, 2. Ejus religiosa sinceritas, 508, 1.

Tertio. *S. Pauli in Deum fides et confidentia*, XVII, 18, 1, 2. In spem contra spem credidit et speravit, 18, 1. Hac spe omnia naturæ non solum difficilia, sed et impossibilia superavit, *ibid.* Hac spe in persecutionibus gloriabatur, *ibid.* Non tantum sibi, sed et suis fidelibus in quibusvis afflictionibus speravit, 18 1. Paulus continua experientia opis divinæ edoctus, securus erat in quallibet difficultate de prospero rei exitu et eventu, *ibid.* Certa spe gloriam et coronam cœlestem percipiebat, *ibid.*, 2. Vinctus in cœlis animo habitabat, XVIII, 602, 2; XIX, 55, 1, 2.

Quarto. *S. Pauli erga Deum et Christum eximius amor*, XVII, 18, 2; 19, 1, 2; XVIII, 452, 1, 2. Totus erat charitas, VIII, 21, 2; 222, 2. Totus fuit igneus, X, 503, 2. Fuit alter Seraphim, XI, 181, 1. Amore Dei fuit ebrius, V, 241, 1; XVII, 19, 2. Fuit insanus amore Dei, XVII, 421, 1. Paulus ardebat amore Dei et Christi, 18, 2. Adeo Christum amabat, ut in eum transformatus videretur, 19, 1. Crebro Deum et Christum ex reverentia et amore nominat, IX, 600, 1. Quam sæpe repetat in suis Epistolis nomen Jesu et nomen Christi, VII, 481, 2. Quam creber in gratiarum actione, et nomen Jesu nominando et iterando, XXI, 177, 1. Nomen Jesu erat Paulo in deliciis, ac mel in ore, melos in aure, jubilus in corde, XVII, 19, 2. Jesu nomen semper in ore et corde habebat, XVIII, 7, 2 et seq., 592, 1. Assidue cum Christo conversatur, 8, 1. Cur justitias legis pro Christo ut stercora arbitretur, XIX, 44, 2. Paulus hostes, ærumnas, pericula, diabolos totumque infernum et mundum quasi ad duellum pro amore Christi provocabat, XVII, 19, 1. Præ amore mori optabat, ut suo Christo frueretur, *ibid.*

Quinto. *S. Pauli voluntatis plena cum divina conformitas, et in eam resignatio*, XVII, 20, 2. Per omnia se suosque voluntati divinæ conformabat, *ibid.* Dei voluntatem ubique adimplevit, quasi angelus terrestris, *ibid.* In omnibus id quod perfectius est et Deo gratius faciebat, 21, 1. Mentem per orationem et contemplationem habebat cum Deo conjunctam, non tantum per diem, sed etiam per noctem, *ibid.*

2° *De S. Pauli virtutibus proximum spectantibus.* Primo. *S. Pauli sapientia et doctrina.* Est abyssus sapientiæ, XVIII, 3, 2. Oceanus est sapientiæ, zeli, et spiritus divini, 6, 1. Cum balista comparatur, *ibid.* Cur eloquentia et sapientia humana abstinuerit, 264, 2. Nemo eo magis medullas Scripturarum novit, 1, 2. Linguæ et prophetiæ donum habuit, 13, 1. Fuit ipse propheta, XIII, 220, 1. Quomodo sit propheta, XVIII, 387, 1. Ejus sapientia in Epistolis lucet, XVIII, 3, 1, 2. Fuit perfectionis eximius magister, XIII, 229, 1, 2. Ejus de sua doctrina testimonium, XVIII, 6, 2. Platon comparatur, 3, 2. Platonicos Corinthi confutat, 448, 2. Sui ævi sophistas multis locis perstringit, X, 262, 1. Quomodo usus dono linguarum, XVIII, 292, 2. Quomodo omnium Corinthiorum linguis loqueretur, cum una tantum ibi esset lingua, 392, 2. Legatus fuit ad promissionem vitæ, XIX, 271, 1, 2. Ejus sublimitas et profunditas, XVIII, 6, 2; 583, 2. Quomodo imperitus fuerit sermone Græco, 492, 2 et seq. Sæpe phrasim usurpat Cilissam, quia et ipse Cilix, XIII, 248, 2. Imperitus in grammatica,

sed non in rhetorica, XVIII, 493, 1; XIX, 343, 2. In scribendo consensit cum aliis apostolis, XX, 2, 2. Quomodo depressis operibus legis fidem in Christum tantopere extollat, 122, 2. Requirit opera fidei, 132, 2. Hinc non adversatur aliis apostolis etiam opera requiri asserentibus, 122. 2. S. Paulus et S. Jacobus quomodo sint conciliandi quoad fidem et opera in justificatione, 132, 2 (*Vide* EPISTOLÆ S. PAULI, FIDES, OPERA).

Secundo. *Ejus charitas erga proximum quam esset vehemens*, II, 122, 1; XVIII, 152, 2; XIX, 44, 1. Judæos etsi necdum Christianos dilexit, IX, 377, 1. Ejus charitas erga Judæos, XVII, 37, 1; 385, 2, 389, 1, 2 et seqq.; 443, 1. Tristitia ejus ob Judæorum reprobationem, XVIII, 9, 1; 156, 2. Suum erga eos affectum testatur, 156, 2. Optat sibi æternam damnationem exemplo Mosis, 157, 2. Hæc ejus optatio non fuit absoluta, utpote Dei ordinationi repugnans, *ibid.* Judæis factus est Judæus, Gentibus exlex, et omnibus omnia, 9, 1; 332, 1. Ejus affectus et amor erga filios suos, XVIII, 9, 1; 431, 1; 459, 2; 507, 1; 554, 2; 555, 1; XIX, 121, 2; 125, 2. Ejus gemitus, XVIII, 142, 2; XIX, 16, 2. Sollicitudo ejus pro omnibus Ecclesiis, XVIII, 9, 1; 497, 2, XIX, 314, 1; 322, 2. Optat diutius vivere ad salutem proximorum, potiusquam esse cum Christo, XIX, 16, 2. Ejus in Timotheum amor, 272, 2. Ejus in pauperes benignitas, XVIII, 240, 2.

Pauli amor erga inimicos, XVII, 37, 1, 2.

Tertio. *S. Pauli zelus pro salute animarum*, XVII, 341, 2 et seq. Zelum animarum ardentem habuit, XIV, 464, 2; 616, 1; XVI, 647, 1; XVII, 21, 1; 368, 2; 369, 1; 385, 2; 421, 2. Ejus zelus pro Judæis, XIV, 58, 1. Ejus in fide dilatanda studium, XVIII, 486, 1, 2. Ingentem habebat zelum honoris divini propagandi, XVII, 21, 1. Animarum salutem et lucrum quanti fecerit, XIX, 13, 1. Charitate et zelo pro animarum salute complexus est totum orbem, eumque studuit Deo offerre, XVII, 34, 1. Cor ejus ita magnum erat, latum et amplum, ut totus mundus ei videretur exiguus, 34, 2. Zelum animarum admirabilem habebat, *ibid.* Zelum exercuit in idola, dæmones, vitia et vitiosos, illa extirpando et hos corrigendo, 35, 1. Paulus fuit Azarias seu Dei adjutor in salute hominum procuranda, IV, 290, 1.

Quarto. *S. Pauli indefessa et efficax Evangelii prædicatio*, XVII, 31, 2 et seq. Gladium persecutionis vertit in vomerem Evangelii. jam conversus, XIII, 521, 1. Qualis concionator fuerit, V, 293, 1, 2. Ejus ardor in concionando, XVII, 444, 1. Efficacia vocis ejus, XVII, 343, 1. Pauli quasi hominis ignei sermo pariter igneus erat, 35, 1. Fuit quasi tonitru, XVI, 511, 1. Paulus non aliud prædicabat quam Jesum Christum, et hunc crucifixum, XVII, 31, 2. Corinthiis novam philosophiam novo dicendi et agendi modo persuadere debebat, XVIII, 260, 2. Quibus rationibus et discursibus fidei mysteria probarit, 264, 2. Prædicabat non in humana sapientia et eloquentia, sed magna efficacia et zelo, XVII, 32, 1. Efficacia ejus in dicendo admirabilis, XVIII, 9, 2. Hinc magneti confertur, et Deus habetur, *ibid.* Hæc efficacia unde colligatur, 10, 2. Quomodo dici possit ob istam efficaciam magus animarum, 11, 1. Fuit paranymphus in animabus Deo per fidem desponsandis, 489, 1, 2. Fuit prædo diaboli, XI, 212, 2. Prædicabat tum verbis, tum magis precibus et vitæ exemplo, XVII, 33, 1. Ejus salutationes in Epistolis non tantum signa benevolentiæ, sed et causæ benedictionis, XVIII, 43, 1. Ejus benedictio multiplex, 241, 1. Ejus in annuntiando Evangelio libertas et alacritas, 685, 1. Stultis quomodo aliquando responderit, VI, 299, 2. Hæreticorum omnium errores sua sapientia configit, XVIII, 4, 1. Studiose catechizavit infideles et fideles, præsertim rudes et parvulos, XVII, 32, 1. Socios suæ prædicationis et peregrinationis plures allegit, 32, 2. Paulus adibat metropoles, ut Corinthum in Achaia, Athenas in Græcia, Philippos in Macedonia, Romam in Italia, 33, 1. Cur ad urbes primarias primo Evangelium detulerit, XVIII, 593, 1. Paulus Evangelium præcipue tradidit, XV, 10, 1. In Hispania prædicasse eum multi tradunt, XVIII, 240, 1. Quos ibi Christo pepererit, *ibid.*, 1, 2. Prima ubique jaciebat fidei et Ecclesiæ fundamenta, XVII, 33, 1.

Quinto. *S. Pauli prudentia*, XVII, 33, 2. Paulus rerum occasiones prudenter captabat, *ibid.* In verbis et actibus erat varius et multiplex, non mutando sententiam, nec alter factus ex altero, sed eorum quæ dicebat usum pro causarum opportunitate variabat, *ibid.* Accommodabat se personis audientium captui, V, 560, 1; XVII, 33, 2. Singulis propria dat præcepta, XVI, 179, 1. Ejus prudentia in tollendis animæ morbis, XVII, 34, 1; XVIII, 468, 2. Varios excogitavit modos animas salvandi, VI, 108, 1. Paulus eleemosynas pro pauperibus christianis qui erant Hierosolymæ, per Timotheum et socios colligebat, ne quis suspicaretur eum pro se petere, aut aliquid in proprios usus convertere, XVII, 34, 1.

Sexto. *S. Pauli compassio.* S. Paulus omnium infirmitatibus ita compatiebatur, ac si omnium esset mater, XVII, 35, 2. Erat velut cerva parturiens, *ibid.* Per compassionem crebro flebat, 36, 1. Sicut omnes lapsos benigne in gratiam recipiebat, ita labantes omni ope sustentabat, *ibid* Cur Corinthiis suadeat ut fornicarium in gratiam admittant, XVIII, 428, 1. Non tantum animarum, sed et corporum curam gerebat, XVII, 36, 2. Suo et Christi exemplo impense Christianis commendat, ut mutuas et aliorum quaslibet infirmitates tolerent, *ibid.* Studiose vitabat et cavebat quodlibet scandalum, *ibid.*

3° *De virtutibus S. Pauli circa seipsum.* Primo, *Variæ ejus virtutes*, XVII, 14, 1; 15, 1. Fuit omnium virtutum arca et speculum, et eas virtute magis quam sermone docuit, XVIII, 7, 1. Con-

scientia ejus pura et simplex, 272, 2. Fuit statua virtutis, XVII, 311, 2. Fuit vir cœlestis, 445, 1, 2. In quo Christo fuit similis, 421, 2; 424, 1. In quo fuerit sigillum Christi, XIV, 352, 1.

Secundo. *S. Pauli patientia*, XVII, 21, 2. Paulus admirabilis, adamantinæ et amplissimæ fuit patientiæ, *ibid.* Hanc patientiam per totam vitam sibilibet exercuit, et exercendo quasi in immensum auxit, *ibid.* Tres gradus patientiæ Pauli, 22, 1. A Deo electus apostolus, simul auctoratus fuit dux passionum et patientiæ, *ibid.* Mira patientia sustinuit suos æmulos, invidos, detractores, calumniatores, 22, 2. Plurimas non tantum infirmitates et angustias corporis, sed animi, adeoque graves et continuas tentationes, heroice sustinuit et superavit, 22, 2.

Tertio. *S. Pauli pœnitentia et jugis mortificatio*, XVII, 22, 2 et seq. Ejus pœnitentia, XVIII, 7, 1, 2. Ejus compunctio, XII, 347, 1. Suum infidelitatis ex persecutionis Christianorum peccatum licet et ignorantia commissum, jugiter deflevit et publice sæpe confessus est, XVII, 22, 2. Paulus, ut pro hoc peccato satisfaceret, longo magis inhiavit propagationi fidei, quam prius ejus persecutioni studuerat, 23, 1. Ejus vita non fuit aliud quam continua patientia et pœnitentia, 23, 1. Jugiter studuit omnigenæ mortificationi carnis, sensuum et affectuum, *ibid.* Ejus mortificatio et pugna, XVIII, 334, 1. Seipsum quotidie immolabat, XVIII, 2. Gloriatur in sola cruce, 578, 2. Et in infirmitatibus, 498, 2. Mundum contempsit, et crucem dilexit, 7, 2. Ejus vita fuit cœnobitica, 459, 1. Brevis fuit somni et nocte oravit, XVII, 28, 2; 312, 1. Ejus temperantia, XVIII, 7, 2, Sobrie vixit, XVII, 28, 1. Crebro jejunabat, ut ipse asserit, *ibid.* Paulus hanc mortificationem fidelibus commendat, 24, 1.

Quarto. *S. Pauli humilitas*, XVII, 23, 1, 2; XVIII, 7, 1; 238, 2; 312, 1; 332, 2; 612, 1. Paulus se æstimabat et vocabat non tantum minimum apostolorum et sanctorum omnium, sed et peccatorum omnium primum et maximum, XVII, 23, 2; XVIII, 282, 1; 400, 2. An in eo fuerit anima Adæ, et propterea se primum peccatorem dicat, XIX, 186, 1. Cur abortivum se vocet, XVIII, 400, 1. Petro semper primatum cedit, 492, 2; 507, 1. Paulus ima humilitate subjecit se non tantum Deo angelis, sed et omnibus hominibus, eorum quasi servum et mancipium se efficiens, XVII, 23, 2. Quomodo stultus factus sit propter Christum, XII, 539, 2. Paulus nihil virtutis et tantorum meritorum sibi, sed totum Deo ejusque gratiæ ascripsit, XVII, 23, 2. Cur se perfectum esse neget, XIX, 59, 1. In omnibus non suam, sed Christi gloriam quæsivit, XVII, 24, 1. Suam liberalitatem modeste extenuat, XVIII, 427, 2. Paulus omnium etiam vilissimorum, exactam curam gerebat, XVII, 24, 2. Palam prædicabat sua peccata, *ibid.*

Quinto. *S. Pauli in laboribus et periculis magnanimitas et animi celsitudo*, XVII, 24, 2; 25, 1, 2; 36, 1; 313, 1; 318, 1; 342, 1; 359, 2; 379, 1, 2; 385, 2; 394, 2; 409, 2; 422, 1; XIX, 344, 1. Paulus uti in se rebusque suis fuit humillimus, ita in iis quæ ad Christum Deique gloriam pertinent animo fuit erecto et celsissimo, XVII, 24, 2 et seq. Vere viri dignus est nomine, XI, 52, 1. Fuit leonina generositate, XIX, 363, 1. Honores, opes, gloriam, omniaque terræ bona pedibus calcabat, XVII, 25, 1. Carnis splendores et excellentias ut detrimentum habet, XIX, 43, 2. Ejus constantia in laboribus et persecutionibus, XVIII, 497, 2; XIX, 316, 2. Quasi terra major ejusque turbinibus celsior, jugiter in adversis æque ac prosperis summa animi pace et tranquillitate fruebatur, XVII, 25, 1, 2. Libere prædicabat philosophis, regibus, tyrannis, quasi omnibus superior omniumque magister, 25, 2. Ejus labores pro Evangelio, XVIII, 2, 2. Cæteris apostolis amplius laboravit, 333, 2. Ejus itinera et peregrinationes Evangelii causa recensentur, XVIII, 10, 2; 239, 2; 419, 2; 423, 1; XIX, 310, 2. Omnes ejus moras, cursus et recursus non narrat S. Lucas, XVIII, 419, 2; 423, 1. Paulus exemplar laborantium. *Job*, 131, 1; 692, 2. Erat, ut apis, operosus et diligens, V, 160, 2. Quomodo adimpleret ea quæ deerant passioni Christi pro Ecclesia, XIX, 79, 1. Qui ejus interim dolores fuerint, XVIII, 465, 1. Intrepide se gerebat in periculis, XIV, 46, 1. A pseudoapostolis suggillatur, XVIII, 484, 2. Apostata ab Ebione vocatur, 4, 1. Cur fuerit Judæo christianis et Judæis odio, 241, 2; 563, 2. Bestiis fuit objectus, 407, 2. Hostes suos parum est moratus, XIX, 10, 1. In tribulatione gaudebat, XX, 15, 1. In omnibus tribulationibus et laboribus exultat, XIII, 313, 2. Eadem magnanimitate magis et dæmonibus erat formidabilis, eosque plectebat et expellebat, XVII, 25, 2; 26, 1. Hac animi celsitudine contempsit omnes Neronis et tyrannorum minas, vincula, equuleos, gladios, bestias et cruces, 26, 1. Ejus vincula sunt gloriæ insignia, XVIII, 610, 1. Adeo fuit magnanimus ut, non fugeret, sed sciens et prudens ambiret et adiret certissima vitæ pericula, vincula, tormenta et martyria, XVII, 26, 1, 2. Paulus jubet Christianos omnes esse magnanimos et generosos, 26, 2.

Sexto. *S. Pauli paupertas.* Paulus Christum pauperem pauper ipse secutus est, XVII, 26, 2. Vixit in fame, siti, nuditate, fatigatione, 27, 1. Exemplo Christi pedes obivit multas magnasque provincias, *ibid.* In tot tantisque Evangelii laboribus, noluit a fidelibus sumptus accipere, sed manibus operatus est, ut non tantum sibi, sed et suis omnibus victum pararet, 27, 2. Gratis evangelizavit, XVIII, 331, 2; 332, 1; 493, 2. Operabatur manibus ut victum compararet, ne quem gravaret, XVII, 341, 2; 373, 2. Amolitur a se avaritiæ suspicionem, XVIII, 240, 2; 473, 2; XIX, 67, 2. In carcere Romano ex eleemosynis victitabat, XIV, 261, 2. Alias ex opere manuum vivebat, *ibid.*

Septimo. *S. Pauli castitas et sobrietas*, XVII,

28, 1, 2. Castitate fuit angelica, 28, 2. Fuit angelus terrestris, XI, 230, 2. An uxorem habuerit, XVIII, 242, 1. Vixit cœlebs, XVIII, 7, 2; 328, 2; XIX, 58, 2. Fuit virgo, XVIII, 7, 2; 328, 2. Quomodo ejus nomen apud S. Ignatium irrepsit inter conjugatos; cur mulierem non circumduxerit, 328, 2 et seq. Paulus etsi haberet donum castitatis, in eaque æque ac in gratia esset a Deo confirmatus, tamen non tantum studiose vitabat tentationes et pericula, sed etiam carnem suam macerabat et austere castigabat, XVII, 29, 1, Ejus stimulus carnis fuit tentatio carnis, XVIII, 503, 2. Hunc a se tolli petens non exauditur, 505, 1. Cur tentationibus luxuriæ tentatus sit, XV, 124, 2. An in carcere a dæmone colaphis cæsus sit, XVIII, 503, 2.

Octavo. *S. Pauli modestia, gravitas, et comitas*, XVII, 29, 2; 30, 1, 2. Ejus modestia, XVII, 404, 1; XVIII, 238, 2; 482, 1; 504, 1; XIX, 115, 2; 303, 1; 316, 1; 322, 1. Quomodo a se laudando iterum iterumque resiliat, XVIII, 489, 1. Quare seipsum aliquando laudarit, VI, 298, 2. Discipulos sibi æquat in scribendis epistolis, XIX, 115, 2. Ejus humanitas in salutandis Christianis, XVII, 30, 2; XVIII, 242, 1. Quam fuerit ab ambitione alienus, XIX, 322, 1, 2. Ejus comitas erga omnes, XIX, 121, 1. Gravitatem morum hilaritate frontis temperabat, XVII, 29, 2. Modestiam hanc omnibus fidelibus commendat, 30, 1. In verbis mire fuit affabilis et gratiosus, 31, 1. Oculis, ore, opere, gestu, habitu omnique actione et motu spirabat animi morumque compositionem, pietatem, devotionem, sanctitatem, vitamque cœlestem, 31, 1. 2.

Nono. *S. Pauli quantum studium proficiendi*, XVII, 31, 2; 32, 1, 2. Etsi in virtutum culmine consisteret, tamen quotidie seipsum superare et ad altiora conscendere satagebat, XVII, 31, 2. Quotidie augebat labores, 31, 2; 32, 1. Paulus fideles in virtute et spiritu provehere et perficere studebat, omnesque ad sanctitatis incrementa incitabat, 31, 1. Curabat ut episcopi et pastores Ecclesiæ essent eximii in doctrina et virtute, *ibid.* Etsi haberet scientiam a Deo revelatam et infusam, tamen per otium sacris Litteris et lectioni operam dabat, 31, 1. Fidelibus quibusque quos ad Christum convertebat, suum animarum zelum inspirabat, etiam plebeiis et feminis, 31, 2.

4° *S. Pauli miracula et apparitiones.* An noctem et diem sub aquis fuerit, et inde miraculo eductus, XVIII, 496, 2. Umbra ejus et sudaria morbidos sanant, mortuos ad vitam revocant, XVII, 352, 2; XVIII, 13, 1. Mortuos ad vitam revocavit, ut Eutychum, XVIII, 13, 2. In ejus gratiam Melita insula venenatis caret animalibus, 14, 1. In festo conversionis ejus nati venenatis morsibus medentur, *ibid.* Corpus ejus ad Catacumbas fulmine retentum, 12, 2. Ejus imago lacrymata in cæde Andronici Comneni imperatoris, 15, 1. Episcopum arianum excæcavit, 14, 2. Miracula multa ad ejus reliquias facta, 16, 2.

S. Paulus Neroni apparuit tertio a martyrio die, XVIII, 12, 2. Constantino imperatori apparens sanitatem promittit, 14, 2. Ille basilicam ei erigit, *ibid.* S. Chrysostomo commentanti visus astare, et scribenda dictare, 6, 2. S. Ambrosio corpora SS. Gervasii et Protasii ostendit, XVIII, 14, 2. S. Alberto Magno loca quædam difficilia in S. Dionysio Areopagita exposuit, XVIII, 15, 1. Apparuit S. Thomæ Aquinati, eum docet, et in cœlum sustollit, 10, 1, 2. S. Dominicum, prædicatorem et prædicatorum magistrum consecravit, *ibid.*, 1.

5° *S. Pauli elogium, fama, gloria et cultus.* Ejus elogium, XVII, 14, 1. Varia ejus elogia, XVIII, 3, 2 et seq. Fuit mundi, portentum, XI, 220, 2, Eusebii de illo testimonium, et Luciani, XVIII, 6, 2; 11, 1. Vocatur Christi promptuarium, et a Juliano Apostata magus, 11, 1. Rerum gestarum gloria universos Apostolos, Patriarchas, Prophetas sanctosque omnes veteres excelluit, 17, 2. Tituli ei et Christo communes, ipse orbis doctor, Christus redemptor, 2, 2. Creditus a nonnullis Spiritus veritatis a Patre missus a Christo promissus, 3, 2. Legislator Gentium habitus est, 15, 2. Merito Corinthianus, Achaicus, Macedonicus, Thracius et Asiaticus dici potest, 485, 2. Quomodo in Asia tota innotuerit, XIX, 83, 1, 2. Singulari nomine Apostoli honoratus est, XVII, 10, 2. Cur dictus vas electionis, 1, 2. Novissimus fuit in ordine, primus in meritis, 401, 1. Christo appingitur cum Petro, 15, 2. Cur Petro a dextris pingatur, *ibid.* Petro ubique sociatur, ejus non habetur particularis ratio in gemmis cœlestis Jerusalem, XXI, 385, 2. Est una cum eo princeps Ecclesiæ, XVIII, 15, 2. Ejus gloria Romæ, XVII, 38, 1, 2. Ejus hospitium in templum transiit, XVIII, 17, 1; XIX, 346, 1.

Ejus reliquiarum cultus, XVIII, 16, 1. Ejus sepulcrum videre desiderabat S. Chrysostomus, *ibid.* Eum dicentem audire optabat S. Augustinus, 9, 2 et seq.; 553, 2. Ipsum reges et principes venerabundi adeunt, 16, 1. Item Christiani veteres, *ibid.* Corpus ejus electro includitur a Constantino imperatore, 17, 1. Templum ei erectum a Constantino auget Valentinianus junior, quod Gothi in urbis expugnatione venerati sunt, *ibid.*

6° *S. Pauli Epistolæ* (Vide Epistolæ).

PAULUS (S.) primus eremita. S. Paulus a fratre et sororis marito prodi veritus, ab anno ætatis quindecimo in eremum concessit, XV, 269, 2, XIX, 303, 2. Fuit theodidactus, XIX, 429, 2. Latuit mundum, 103, 1. Vitam æternam semper pra oculis habebat, XXI, 218, 1. Per corvum a Deo in deserto alitus fuit, V, 273, 2. Diu in eremo vixit, XVIII, 79, 2. Ejus animam angeli in cœlum duxere, XIX, 363, 1. Fuit orbis portentum, XI, 221, 1.

PAULUS (S.) Simplex, eremita. S. Paulus Simplex obedientia simplici ad omnium virtutum culmen evasit, V, 32, 2 et seq. Merito obedientiæ multa miracula patravit, I, 678, 2; VI, 126, 2. S. Pauli exercitia humilitatis, XII, 539, 1. Impune

tractabat serpentes, II, 305, 2. Vidit e vultu communicantium qualis esset singulorum animus, XI, 137, 1. Ejus visio de peccatore converso, XV, 204, 1.

PAULUS KOSTKA (S.). S. Pauli Kostkæ elogium, XVIII, 45, 2.

PAULUS II, Pontifex. Paulus II cardinalibus primus purpuream vestem dedit, XII, 609, 2.

PAULUS III, Pontifex. Pauli III Pontificis maximi in morte vox, XXI, 65, 2.

PAULUS SAMOSATENUS. Paulus Samosatenus Antiochenus episcopus, cum vilis esset et pauper, litigantium pecunia se ditabat, XIX, 324, 1. Populum suum expilavit, XX, 381, 2.

PAULUS OROSIUS. Paulo Orosio omnis locus patria erat, XVI, 105, 1.

PAULUS FAGIUS. Pauli Fagii Tobias supposititius est, XIX, 349, 1, 2.

PAUPER, PAUPERTAS. I. PAUPERTAS NATURALIS. — 1° *Quid sit paupertas et unde venit.* Vox *pauper* unde derivetur, V, 290, 1. Pauper hebraice est *ebion* id est multivolus, quia pauper totus ex desideriis conflatus videtur. Cur vocetur humilis, IX, 400, 2; 401, 2 : *Dives commotus confirmatur ab amicis suis : humilis autem cum ceciderit, expelletur et a notis. Diviti decepto multi recuperatores, loculus est superba, et justificaverunt illum. Humilis deceptus est, insuper et arguitur; loculus est sensate, et non est datus ei locus.* Paupertas aliquando capitur pro *afflictione* et *miseria*, XII, 383, 1. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus. Pauperes gregis* vocantur inopes in populo, XIV, 487, 1 : *Et pascam pecus occisionis propter hoc, pauperes gregis.* Pauperes sunt aquæ transeuntes, quo sensu, VII, 361, 1 : *Mitte panem tuum super transeuntes aquas; quia post tempora multa invenies illam.* Pauperes agni assimilantur, XI, 160, 1 : *Et pascentur agni juxta ordinem suum, et deserta in ubertatem versa advenæ comedent.* Pauperes vocantur esurientes, XVI, 41, 2 : *Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes.*

Paupertas a Deo creata est æque ac opulentia, V, 438, 2 : *Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus : honorat autem eum qui miseretur pauperis.* Pauper et dives uterque a Deo creatus est, VI, 133, 2 et seq. : *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus.* Invicem contrarii sunt, 134, 2. Uterque est opus Dei, 136, 1. Uterque sit sua sorte contentus, *ibid.* Pauperem hunc et illum vult esse Deus, V, 438, 2. Cur plerosque Deus voluerit esse pauperes, *ibid.* Paupertate sæpe pii premuntur, IX, 345, 1 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas Deo sunt.* Alioquin sæpe peccati pœna est, præsertim gulæ, prodigalitatis et acediæ, 346, 1, 2, Paupertas sæpe sequitur inertiam, V, 161, 2 : *Usquequo, piger, dormies? quando consurges e somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias. Et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus.* Paupertas sequitur gulam, VI, 197, 1 : *Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt; quia vacantes potibus, et dantes symbola consumentur, et vestietur pannis dormitatio.* Oritur ex nimia abundantia, XX, 203, 1 : *Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.*

Pauperes quomodo essent apud Judæos, II, 451, 1. Iis ex lege Moysis debebat relinqui spicilegium et racematio, II, 120, 2. In pauperes olim ad agapen convocatos, quid erogaretur, IV, 286, 1, 2.

2° *Paupertatis incommoda et pauperum miseria.* Paupertas multa affert incommoda, IX, 514, 2: *Memento paupertatis in tempore abundantiæ, et necessitatum paupertatis in die divitiarum.* Quæ sunt ejus incommoda, VI, 144, 2 : *Dives pauperibus imperat; et qui accipit mutuum, servus est fœnerantis;* 436, 2 : *Mendicitatem et divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum, et dicam : Quis est Dominus? aut necessitate compulsus furer, et perjurem nomen Dei mei.* Paupertas est incommoda, nisi amore Dei toleretur, V, 290, 1 : *Substantia divitis urbs fortitudinis ejus : pavor pauperum, egestas eorum.* Paupertatis violentia, V, 161, 2. Pauper semper habet dies malos, 468, 2 : *Omnes dies pauperis, mali; secura mens quasi juge convivium.* Non nisi victus parandi causa laborat, X, 112, 2 : *Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie sua replebitur bonis suis. Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit.* Divitis ope et liberalitate indiget, VI, 133, 2; 135, 1 et seq. Pauper ob egestatem semper pavidus est, V, 290, 1. Suppliciter quid postulat a ditioribus, V, 587, 1 : *Cum obsecrationibus loquitur pauper, et dives effabitur rigide.* Ubique timidus et supplex est, *ibid.* Pauper sæpe declinat periculum, eo quod sit pauper, V, 381, 1; *Redemptio animæ viri sui divitiæ suæ; qui autem pauper est, increpationem non sustinet.* A nullo juvatur, IX, 400, 2 et seq. : *Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum ejus usque ad nubes perducent. Pauper locutus est, et dicunt : Quis est hic? et si offenderit, subvertent illum.* Pauperes sæpe non habent a quo adjuventur, XVI, 374, 2 : *Respondit ei* (Jesu) *languidus : Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam : dum venio enim ego, alius ante me descendit.* Pauper paucos habet amicos, VI, 6, 1: *Divitiæ adduni amicos plurimos : a paupere autem et hi, quos habuit, separantur.* Eum fratres et amici oderunt et deserunt, 7, 2 : *Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum; insuper et amici procul recesserunt ab eo.* Sortis divitum

et pauperum differentia, IX, 400, 2 et seqq. Pauperibus mors jucunda est, X, 345, 1; 346, 1, 2 : *O mors! bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdit patientiam.*

3° *Paupertatis commoda et fructus.* Primo. *Pauperum dignitas.* In paupere latet Deus, V, 440, 1. In eo magis apparet ars Dei quam in divite, VI, 134, 2. Eorum Deus pater est speciali modo, X, 535, 1. Eorum est pater Christus. 208, 1: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris.* Pauper est viva imago Christi pauperis, V, 439, 1. Repræsentat personam Christi, X, 208, 1. Pauperes sunt fratres Christi, XV, 537, 1 : *Et respondens Rex* (Christus judex), *dicet illis : Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni et his fratribus meis mininis, mihi fecistis.* In iis vivit Christus, X, 208, 1. Quod iis fit, Deus sibi fieri reputat, XVI, 196, 2. Eos Christus quam diligeret, XIV, 506, 2. Pauper est Salvatoris nummularius, V, 440, 1.

Secundo. *Pauperes sunt proprie Dei peculium, et ipse eorum peculiariter curam gerit,* V, 438, 2 et seq.; XIV, 84, 2. Eorum quantam curam gerat Deus, docetur exemplo comitissæ Hollandiæ, II, 487, 2. Deus ipse de eis rebus necessariis prospicit, XV, 397, 2; XVIII, 473, 1. Pauper Deo curæ est, *Job*, 140, 2 : *Porro salvum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem*, 176, 1. Cur præ divitibus pauperes miraculose et divinitus curentur, XVI, 462, 1.

Tertio. *Pauperum refugium, tutor et vindex est Deus,* VI, 167, 1 : *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est; neque conteras egenum in porta, quia judicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus;* 190, 2 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum;* 492, 2 : *Pauper et creditor obviaverunt sibi : utriusque illuminator est Dominus; Job*, 141, 2; 146, 2; 572, 2; 678, 2 : *Deus potentes non abjicit, cum et ipse sit potens : sed non salvat impios; et judicium pauperibus tribuit;* 679, 2; 681, 2 : *Eripiet de angustia sua pauperem, et revelabit in tribulatione aurem ejus.* Pauperem Deus sibi arrogat, V, 438, 2 et seq. Eum adversus divitem Deus tuetur et vindicat, X, 223, 2 : *Non accipiet Dominus personam in pauperem, et deprecationem læsi exaudiet.* Divitis dolos nutu Dei pauper evadit, VI, 371, 1 : *Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet; et simplices possidebunt bona ejus.* Ejus imprecationes exaudit, *ibid.* Qui pauperem vexat, Christum vexat, VI, 167, 2. Pauperi quomodo Deus assistat a dextris, *Psalm.* II, 251, 1, 2. Pauperum preces exaudit Deus, IX, 145, 2 : *Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram..... Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum.*

Quarto. *Paupertas divitiis præstat.* VI, 334, 2 : *Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Paupertas justa melior est injustis opibus, IX, 325, 2 : *Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis insubstantia? et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Pauper recte valens potius est divite ægro, X, 96, 1 : *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia.* Sua sanitate dives est, 98, 2. Paupertas reddit longævos, XVI, 169, 1 : *Quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex iis quæ possidet.* Non habet dies malos, V, 459, 1 : *Pauper sibi sufficiens melior est et sapientior glorioso panem domi non habente.* Ipse de labore suo vivens melior est nobili fame lurido, IX, 323, 2 : *Melior est qui operatur, et abundat in omnibus, quam qui gloriatur, et eget pane.* Pauper multas habens divitias quis dicatur, V, 379, 2 : *Est quasi dives, cum nihil habeat; et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Si pauper simplex et sincerus est, melior, sanctior, quietior est divite doloso, VI, 2, 1, 2 : *Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens.* Pauperes sunt domini divitum, V, 97, 1. Paupertas melior est quam stultitia, *ibid.* Semper recte vivens, præstantior, ditior, felicior, utilior est quam dives perverse vivens, 367, 2 et seq.: *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus.* Paupertas est magna securitas, V, 459, 1. Fiet tolerabilis, si in ea secura mens inveniatur, 459, 2. Paupertas duo bona homini confert, VI, 34, 1 : *Homo indigens misericors est; et melior est pauper quam vir mendax.* Quomodo pauper mendaci sit melior, 34, 1, 2.

Quinto. *Pauperes sæpius sunt sapientiores et magis litterati quam divites.* Paupertas et juventus acuunt sapientiam, VII, 184, 1 : *Melior est puer, pauper et sapiens, rege sene et stulto, qui nescit prævidere in posterum.* Paupertas stimulus est ad scientiam, VI, 371, 2 et seq.: *Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem prudens scrutabitur eum.* Præstat judicium sincerum, 372, 1, 2. Est philosophia realis, 436, 1. Ad veram sapientiam pertinget, 371, 2; 372, 1, 2. Pauperes divitibus sapientiores sunt, IX, 401, 2. Pauperes sæpius sunt litterati, VII, 323, 1.

Sexto. *Pauperes Evangelio audiendo et virtuti omnigenæ sectandæ, et subinde regno cælorum adipiscendo aptiores sunt.* Pauperes Evangelio audiendo aptiores sunt quam divites, XV, 282, 2. Facilius obediunt Evangelio quam divites, XVI, 199, 1 : *Et reversus servus nuntiavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo : Exi cito in plateas, et vicos civitatis, et pauperes, ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc.*

Pauperibus et plebeiis Evangelium nuntiatum est, pharisæis et pontificibus id spernentibus, *ibid.* Pauperes cur Christus elegerit ad fidem et regnum potius quam divites, XX, 106, 1, 2 et seq. : *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se.* Paupertas via est ad perfectionem, XV, 428, 1, 2° et seqq. : *Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo.* Adimit homini peccandi facultatem, sed non semper voluntatem, IV, 555, 1 : *Est qui vetatur peccare præ inopia, et in requie sua stimulabitur.* Paupertas et pietas invicem cognatæ sunt, 399, 2: *Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diviti ad pauperem?* Cur paupertas sit radix beatitudinis, XV, 139, 2 : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Pauper opibus non est semper pauper in gratia, VI, 134, 2. Paupertas mater et amica est humilitatis, XIV, 306, 2. Pauper quomodo rex esse queat, XVIII, 204, 2. Paupertatis bona, 140, 2 et seqq. Est ei promissus thesaurus in cœlo, 430, 1. In regno cœlorum pauperes erunt primi, 437, 2 et seq. Paupertatis fructus, *Psalm.* I, 55, 1 : *Quoniam non in finem oblivio erit pauperis : patientia pauperum non peribit in finem.* Pauperes sunt hæredes regni cœlorum, X, 208, 1.

4° *Paupertatis pericula.* Paupertas non semper bona est et sancta, IX, 403, 1 : *Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia : et nequissima paupertas in ore impii.* Ea sæpe est causa peccatorum, X, 18, 2 : *Propter inopiam multi deliquerunt : et qui quærit locupletari, avertit oculum suum.* Pauperes sæpe ob inopiam peccant, XIV, 415, 1 ; 600, 1. Propter eam peccantes, peccant pariter propter amorem opum, X, 19, 1. Paupertas ad mentiendum inducit, VI, 432, 2. Pauperes multa committunt crimina, X, 18, 1, 2. Pauperes robusti mendicantes suggillantur, IX, 367, 1 : *Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa.* Pauperes aliquando ingemiscunt adversus Deum et proximum, XX, 206, 2 et seqq. : *Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini.*

5° *Quomodo pauperes se gerere debeant.* Primo. *Pauper sit demissus et humilis*, IX, 671, 1 : *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum : pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.* Pauper superbus res exosa est, *ibid.* Quis talis sit mystice, *ibid.*, 2.

Secundo. *Paupertatem patienter ferat.* Paupertatem ferre magna scientia est, IX, 675, 1. In sua sorte ne desperet, 354, 2 : *Ne dicas : Quid est mihi opus? et quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas : Sufficiens mihi sum, et quid ex hoc pessimabor?* Paupertatis damna experientur, qui eam ægre ferunt, VI, 30, 2 : *Qui impatiens est, sustinebit damnum ; et cum rapuerit, aliud apponet.* Pauperes, in quo solari se queant, IV, 287, 2 : *Noli timere, fili mi : pauperem quidam vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.*

Tertio. *Caveat divitum consortia et convivia*, VI, 174, 2. Non se æquet iis in victu, supellectili, vestibus, familia, 183, 1, 2 : *Noli laborare ut diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum.* Pauper se diviti amico æquans, damnum incurret, IX, 384, 2 : *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat ; et ditiori te ne socius fueris ;* 185, 1, 2 : *Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur ;* 386, 2 : *Si largitus fueris, assumet te : et si non habueris derelinquet te ;* 387, 1, 2 ; 388, 1 : *Si habes, convivet tecum, et evacuabit te, et ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, et subridens spem dabit, narrans tibi bona, et dicet : Quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis et ter ; et in novissimo deridebit te. Et postea videns, derelinquet te, et caput tuum movebit ad te.* Diviti ne se credat, nec in eo spem ponat, 388, 2 : *Humiliare Deo, et expecta manus ejus. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.* Quomodo ab eo seducatur, *ibid.* et seq. Pauper, Deum timens, honoratur magis si ditescat ; si Deum non timeat, inhonoratur, 326, 1 : *Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Si lucrum symposiis decoquat, non ditabitur, VI, 113, 2 : *Qui diligit epulas, in egestate erit ; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.* Pauper sapiens quomodo vivat, VII, 299, 1.

Quarto. *Pauper et ipse dare debet pro posse suo.* Deo offerat pro facultatibus suis, IX, 252, 2 : *Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis, et de negligentia tua purga te eum paucis.* Pauperes quomodo dare eleemosynam queant, II, 79, 1 ; XX, 123, 2 ; 124, 1.

6° *Quæ sint officia divitum erga pauperes.* Primo. *Pauperes honorandi sunt.* Eos divitibus æquarunt Gentiles, XX, 97, 2 : *Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ.* Paupertatem redimit Christus honorabilem, XX, 45, 1 : *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua.* Pauperes justi honorandi sunt, IX, 320, 2 : *Noli despicere hominem justum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem.* Pauper non est despiciendus, 144, 1 : *Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti.* Sed modeste et placide audiendus, 146, 1 : *Congregationi pauperum affabilem te facito.* Debita ei persolvenda, *ibid.* Pauperes viro apostolico non sunt despiciendi, sed suscipiendi, XVI, 228, 2. Pauperem despiciens exprobrat factori ejus, V, 438, 1 : *Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus : honorat autem eum qui miseretur pauperis.* Contemnitur ejus prudentia, IX, 401, 2 : *Humilis deceptus est in-*

super et arguitur; locutus est sensate et non est datus ei locus. Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum ejus usque ad nubes perducent. Pauper locutus est, et dicunt : Quis est hic? et si offenderit, subvertent illum. Quin et ipse ab omnibus ridetur et contemnitur, IX, 402, 1, 2. Pauperum beneficia sunt contemptui, VII, 327, 2 : *Inventusque est in ea* (civitate) *vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Eorum contemptus quando peccatum mortale, XX, 103, 1 : *Si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei : Tu, sede hic bene; pauperi autem dicatis : Tu, sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum?* Pauperes sancti Religiosi magni faciendi sunt, XV, 539, 1 : *Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Pauperes scandalizare gravissimum est, *Job*, 497, 1 : *Subverteruni pauperum viam, et oppresserunt pariter mansuetos terræ.*

Pauper licet honorandus, non est tamen ad reipublicæ regimen et principatum evehendus, VI, 378, 1. Cur pauperes pauperibus non sunt dandi in præfectos, 365, 1 : *Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames.* Sunt hi similes imbri vehementi, *ibid.* Si rex pauperes foveat, diu regnabit, 402, 2 : *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Paupertas populi est paupertas principis, XIV, 90, 1. Pauper salus urbis suæ est, VII, 326, 2. Quis allegorice sit iste pauper, 327, 1.

Secundo. *Pauperes sunt amandi.* Pauper ametur a divitibus, XI, 136, 1. Affectu pauperibus succurrat, qui effectu nequit, XX, 580, 1 : *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate.* Qui pauperem amicum odit, ostendit se non esse vere amicum, et ad amicitiam ineptus est, VI, 8, 2.

Tertio. *Pauperes benigne et mansuete tractandi.* Pauper acriori increpatione percellitur, V, 381, 1 : *Redemptione animæ viri, divitiæ suæ; qui autem pauper est, increpationem non sustinet.* Non sustinet increpationem, *ibid.* Pauperes non sunt exasperandi, IX, 143, 2 : *Animam esurientem ne despexeris : et non exasperes pauperem in inopia sua.* At iis benigne et mansuete est respondendum, 147, 1 : *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde illi pacifice in mansuetudine.*

Quarto. *Pauperes non sunt opprimendi*, V, 638, 1, 2. Eos qui opprimit, Deum carpit, *ibid.* Pauper non est opprimendus in judicio, VI, 167, 1 : *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est : neque conteras egenum in porta, quia judicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.* Nec affligendus, 437, 1 : *Ne accuses servum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, et corruas.* Pauperes opprimere solent qui sua quærunt commoda et genio indulgent, XIII, 599, 2 : *Bibentes vinum in phialis, et optimo unguento delibuti : et nihil patiebantur super contritione Joseph.* Pauperum oppressio displicet Deo, III, 521, 1. Pauperum oppressio est enorme crimen, XIII, 551, 1, 2 et seq : *Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum : pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamentis. Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, et viam humilium declinant.* Pauperum oppressio est peccatum clamans in cœlum, I, 456, 2 : *Clamor ergo filiorum Israel venit ad me : Vidique afflictionem eorum qua ab Ægypto opprimuntur;* IX, 564, 2 : *Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus perveniet, et judicium festinato adveniet illi.* Pauperes a potentibus impune non læduntur, X, 224, 2 : *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Pauperem calumnians, ad inopiam redigetur, et opprimetur ab alio ditiore, VI, 159, 2 et seq. : *Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori et egebit.* Eos defraudans velut homicida est, X, 208, 2; 209, 1 : *Panis egentium vita pauperum est : qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Ex eorum substantia sacrificium non est offerendum, 208, 1. Pauperes expilati sæpe in ipsos principes insurgunt, VI, 365, 2. Maledicunt se expilanti, X, 210, 1. Eorum causas agunt justi judices et advocati, VI, 397, 1, 2 : *Novit justus causam pauperum; impius ignorat scientiam.*

Quinto. *Pauperes sunt curandi et juvandi.* Pauperum quanta sit cura gerenda, exemplis sanctorum docetur, II, 452, 1 et seq. Sunt stipe donandi, IX, 254, 1 : *Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua.* Vere pauperi succurrendum est sive mutuo, sive donatione, X, 71, 1, 2 : *Verumtamen super humilem animo fortior esto, et pro eleemosyna non trahas illum. Propter mandatum assume pauperem, et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.* Est potius juvandus, quam templa adornanda, V, 489, 2 : *Initium viæ bonæ, facere justitiam : accepta est autem apud Deum magis quam immolare victimas.* Pauper ara Christi est, XVIII, 480, 2 : *Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino.* Ejus sinus est quasi altare in quo eleemosyna quasi victima pro peccato offertur, X, 74, 2 : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni*

malo. Quod ei datur, Deo datur, 215, 1 : *Retribuet gratiam, qui offert similaginem; et qui facit misericordiam, offert sacrificium.* Ei dando, Christo datur, IX, 591, 1, 2; XVIII, 208, 2. Pauperis qui miseretur, Deo fœneratur, *Psalm.* II, 263, 2 : *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Ei benefaciens, mutuum dat Deo, quod amplo cum fœnore ab ipso est recepturus, VI, 24, 1 : *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, et vicissitudinem suam reddet illi.* In pauperes quæ conferuntur, non pereunt danti, IV, 284, 2 : *Ex substantia tua fac eleemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere : ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Domini..... Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue : si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* Pauperibus quæ dantur a Deo multiplicantur, XV, 342, 2. Sementis comparatio cum eleemosyna pauperibus facta, *Psalm.* II, 358, 2 : *Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Pauperi quod denegatur, sæpe male perit, V, 338, 1 : *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis : benedictio autem super caput vendentium.* Pauper eget ope divitis, et hic illius, IX, 39, 2. Pauperes sæpe sunt sancti, ideoque divites potius ab iis accipiunt quam dent, XVI, 218, 1. Quam remunerationem dent ditioribus, a quibus eleemosynas accipiunt, XVIII, 472, 2 : *Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio; sed ex æqualitate, in præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat : ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est : Qui multum, non abundavit, et qui modicum, non minoravit.* Orant pro eleemosynariis, 480, 1. Pauperes sunt cœli janitores, XVI, 218, 1. Pauperes cœlo donati, eleemosynarios cœlo recipiunt, *ibid. : Et ego vobis dico : Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Hi erunt in judicii die judices divitum iniquorum, VI, 372, 2 : *Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem prudens scrutabitur eum.*

Sexto. *Pauperes quomodo juvandi,* IV, 284, 1 : Eis benefaciendum pro viribus, VI, 148, 1 : *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit pauperi.* Iis danda quæ abundant donis, XVI, 169, 2 : *Et cogitabat* (homo dives) *intra se dicens : Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit : Hoc faciam : Destruam horrea mea, et majora faciam, et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, et bona mea.* Iis debent divites superflua sua, IX, 142, 1 : Sunt eis danda quæ quis a se abdicat, et cur, XV, 430, 1 : *Et ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo.* Est sponte accedendus pauper, ut eleemosyna ei detur, VI, 134, 1 : *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus.* Pauperibus ex pio affecto succurrendum, XX, 578, 2 : *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* In pauperes sol natura et egestas considerandæ, *Job,* 151, 1. Pauperes quibus benefacere vis, non sunt curiose scrutandi, IX, 371, 2 : *Da misericordi, et non suscipias peccatorem.* Si infirmi, alendi, non potentes, X, 343, 2 : *In ore imprudentis condulcabitur inopia, et in ventre ejus ignis ardebit.* Pauperes sunt ad convivium invitandi, XVI, 196, 2 : *Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos; et beatus eris, quia non habent retribuere tibi : retribuetur enim tibi, in resurrectione justorum.*

II. Paupertas evangelica seu voluntaria. — I. *Paupertas evangelica a Christo est stabilita,* VI, 433, 2 : A Christo est sancita ut consilium evangelicum, V, 439, 1. Christus paupertatis typus in præsepio, XIV, 245, 2. Paupertas Christi toto vitæ tempore, XVI, 62, 1, 2 : *Et peperit* (Maria) *filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio;* 63, 2; 64, 2 : *Et hoc vobis signum : invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio.* Qualem paupertatem rerum professus sit, 505, 2. Paupertas Christi, maxime morientis, XV, 230, 1 : *Et dixit ei Jesus : Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet,* 622, 2. Paupertatem quantopere Christus dilexit, XIV, 113, 2. Ejus votum an Christus emiserit, XVII, 142, 2. Paupertas Christi ditissima est, XIV, 246, 2 (*Vide* Jesus Christus).

Paupertatem coluit beata Virgo, XVI, 71, 1. Paupertas et opulentia simul in beata Virgine fuere, X, 395, 2 (*Vide* Maria).

Paupertatis evangelicæ vis in quo consistat, XV, 230, 2; XVI, 505, 2. Pauperes voluntate ut Deum quærant, *Psalm.* I, 450, 2 : *Videant pauperes et lætentur; quærite Deum, et vivet anima vestra.* Paupertas voluntaria ad quid utilis est, VII, 256, 2. Paupertas voluntaria martyrii genus est, XIII, 443, 1. Paupertas voluntaria auro denotatur, XV, 82, 1. Christiana paupertas semper dives est, IX, 326, 1. Paupertas quam sit dives, XVII, 115, 1 : *Petrus autem dixit : Argentum et aurum non est mihi : quod autem habeo, hoc tibi do.* Pauperes evangelici sunt veri et solidi divites, XX, 106, 2 : *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide?* Paupertas voluntaria dives est, XXI, 48, 1 : *Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam; sed dives es.* Eam damnantes refelluntur, XV, 230, 2. Ejus effectus et elogia, 230, 1, 2; 428, 2. Pauper voluntarius est dominus et rex universi, XVII, 107, 2 : *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia.* Vera pau-

pertas debet esse expedita, nuda, patiens, confidens, opulenta, secura, XIV, 245, 2. Paupertati Evangelicæ nihil in victu et vestitu deest, V, 273, 2: *Non affliget Dominus fame animam justi, et insidias impiorum subvertet*; XV, 437, 1: *Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Ei quomodo Deus provideat, XVII, 134, 2 et seqq. Eam ubertate spiritualium bonorum Deus compensat, V, 336, 1, 2. Paupertas uberrima terra est, I, 272, 1. Eam sectantes, quæ merces in cœlo maneat, XV, 433, 1, 2: *Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*; 435, 1, 2. Ejus commoda et merces, XVII, 134, et seq. De paupertate gnomæ, 137, 1, 2.

Paupertatis Christi propago, XVIII, 135, 1: *Multitudinis autem credentium erat cor unum, et anima una; nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Cur eam primi fideles sint amplexi, 134, 1. Paupertas primorum Christianorum, XX, 44, 2 et seq. Pauperes Hierosolymis plurimi erant, in primitiva Ecclesia, XVIII, 528, 2. Eam an voverint apostoli, 142, 1. Paupertatis evangelicæ propago etiam sub Constantino Magno imperatore, 135, 1, 2. Votum paupertatis in quo situm, arcte est observandum, 148, 1. Ejus beatitudo et perfectio, 134, 1.

III. PAUPERTAS SPIRITUS. Pauperes sunt triplices, censu, spiritu, censu et spiritu, XV, 138, 2. Qui spiritu pauperes dicantur, *ibid.*: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Paupertas spiritus in quo sita sit, IX, 346, 1. Paupertas spiritus oritur ex animi humilitate, XV, 139, 1. Cur ea prima sit beatitudo, 140, 2. Ejus varii gradus, *ibid.*, 1 et seqq. Paupertas spiritus potest una cum divitiis consistere, X, 115, 1: *Beatus dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris.* Paupertatem spiritus docuit et induxit Christus, X, 342, 1, 2. Ea potior est opibus omnibus, 340, 1. Paupertas spiritus omnium est domina, III, 5, 2: *Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam.* Pauper spiritu est mundi dominus, et similis Deo, V, 439, 1; X, 245, 2. Est dives gratia et virtutibus, V, 439, 2. Super omnia creata elevatus degit in cœlo, *ibid.* Quam aptus sit cœlestium studio, X, 342, 1, 2. Deo nititur, reipublicæ utilis est, et animo excelso, 342, 1, 2. Pauperes spiritu solent esse humiles et mansueti, 458, 2. Imitantur Dei et Christi puritatem, sanctitatem et perfectionem, V, 439, 2. Pauperes spiritu beati sunt, XV, 137, 1. Hi jam de facto regnum cœlorum possident, 143, 1.

PAVIDUS. Pavidus ubique beatus est, VI, 376, 1 (*Vide* TIMOR).

PAVIMENTUM. In pavimento prandebant et cœnabant Persæ, IV, 362, 2. Pavimentum atrii erat stratum lapide durissimo, politissimo et pretiosissimo, XII, 788, 1. Ejus stratio mystice exponitur, *ibid.* Id significat auditorum doctrinæ humilitatem, 797, 1.

PAVO. Pavo avis discolor, pulchritudinem Israelis significat, ejusque ostentationem; pavonis natura exponitur; mulieres corruptas, fucatas et hypocritas repræsentat, XII, 107, 2. Pavo superbiæ symbolum est, XX, 546, 1.

PAVOR. Pavor, cum Deo et rebus divinis tribuitur, in Scriptura summam reverentiam significat, XIII, 332, 1, 2. Pavor vehemens cur stuporem inducat, XV, 567, 1. Pavor comes est tristitiæ, VI, 110, 2. Pavor caliginem oculis æque ac menti inducit, XIII, 629, 1.

PAX. 1° *Quid Hebræis significaret, cur in salutatione usurpata.* Pax quid erat Hebræis, et an ab hac voce formetur vox topazius, XXI, 393, 1. Pax Hebræis omnia bona, gaudia et omnem prosperitatem significat, V, 72, 1; 90, 2; IX, 77, 2; X, 356, 1; 434, 2; 438, 2; XI, 550, 2; 578, 2; XII, 439, 2; XIII, 108, 2; 525, 1; XV, 264, 1, 2; XVI, 50, 2; 65, 1, 2; 73, 1, 2; 253, 1, 2; 280, 1; XVIII, 431, 2; 681, 2; XX, 400, 2; *Job*, 148, 2. Hinc pacem in salutatione apprecantur Hebræi, XVI, 631, 1; XVIII, 43, 1; 681, 2. Pacis apprecatio formula salutandi, *Job*, 149, 1.

2° *Pax temporalis.* Pax Judæis data per Cyrum fuit typus pacis et affluentiæ bonorum spiritualium datæ per Christum, XI, 673, 1. Pax fuit in toto orbe, nascente Christo Jesu, XI, 124, 1; XVI, 54, 1. Pax Christi tempore prædicitur futura inter gentes olim hostiles, XI, 331, 2. Pax mater opum et rerum abundantiæ, XIII, 23, 1; XIV, 411, 1.

Pacis emblema, XIV, 411, 2. Pacis symbolum est caduceus Mercurii, V, 182, 2 et seq. Item oliva, XII, 99, 1; XIII, 471, 1.

3° *Pax spiritualis.* Primo. *Pacem quam terris Deus det, item qualem pacem Christus attulerit, et qualem non*, XV, 276, 1: *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram; non veni pacem mittere, sed gladium.* Pacem triplicem attulit Christus, scilicet pacem cum Deo, pacem cum conscientia, pacem cum proximis, XIV, 121, 2; 122, 1: *Et stabit, et pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui..... Et erit iste pax.* Est pax causalis triplex, 121, 2; XVIII, 605, 1: *Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum;* Job, 140, 1. Pacem quomodo orbi attulerit Christus, XI, 236, 2: *Et vocabitur nomen ejus..... princeps pacis.* Sub Christi regno quomodo florebit, XIV, 459, 2: *Ecce rex tuus veniet tibi justus et salvator: ipse pauper, et ascendens super asinam et super pullum asinæ. Et disperdans quadrigam ex Ephraim, et*

æquum de Jerusalem, et dissipabitur arcus belli : et loquetur pacem Gentibus. Pacem spiritualem e cœlo attulit Christus, XIX, 106, 2 : *Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore.* Pacem et concordiam nos docuit Christus, dum medium ubique locum elegit, XIV, 244, 1. Pax hominibus bonæ voluntatis quid sit, XVIII, 145, 1. Pax est inter Dei nomina, *Job*, 149, 1. Deus dicitur pax nostra quinque modis, *ibid.* Pax Dei concordat omnia, 513, 2 : *Potestas et terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.* Quomodo Deus cuncta pacifice coordinet, *ibid.* Quomodo divina pax ad omnia pertingat, 513, 2. Pax Dei est inconcussa, 664, 2 : *Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet?* Pacem quam Deus dat, nemo infringere potest, *ibid.* Pax Dei quomodo super faciem terræ esse dicatur, X, 272, 2 : *Pax enim Dei super faciem terræ.* Pacem quam senex Simeon habuit, quæ et quotuplex fuerit, XVI, 73, 2. Quam pacem Christus apostolis optaret et relinqueret, XX, 241, 2. Cur suis post resurrectionem pacem Christus apprecetur, XVI, 280, 1. Eam suis reliquit ex hoc mundo abiturus, 552, 1. Quid ea contineat, *ibid.* Cur eam iterum discipulis apprecetur, 631, 2. Eam apostoli hospitibus suis apprecari jubentur, XV, 264, 1, 2 : *Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes : Pax huic domui.* Si eam hospites repellant, ad apprecantem reditura promittitur, *ibid.*, 2 et seq. : *Et si fuerit quidem domus illa digna, veniet pax vestra super eam ; si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.*

Secundo. *Pax cum proximo.* Pax non solum habenda cum omnibus sed optanda et quærenda, *Psalm.* I, 206, 1 : *Diverte a malo et fac bonum; inquire pacem, et persequere eam.* Pax est una de dotibus sacerdotis, XIV, 572, 1 : *In pace et in æquitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.* Pax præcedat actum sacrificii, XV, 163, 1. Pacem ab adversario poscens, prior ostendit se magnanimum, VI, 47, 1 : *Honor est homini qui separat se a contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumeliis.* Pacis amabilitas, X, 494, 1, 2 : *Ad insulas longe divulgatum est nomen tuum, et dilectus es in pace tua.* Animos sibi invicem connectit, XVIII, 623, 1 : *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Pacis inter cognatos bona varia, IX, 669, 1 : *In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo et hominibus : concordia fratrum, et amor proximorum, et vir et mulier sibi bene consentientes.* Pacis inter conjuges conciliandæ optima ratio, VI, 493, 2. Pax domestica qualis, *Job*, 149, 2 : *Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum, et visitans speciem tuam non peccabis.* Domestica pax et quies præstantior est omni externa felicitate, *ibid.* Pacis et concordiæ bona recensentur, XI, 125, 1, 2; XIV, 445, 1, 2 : *Si quidem ante dies illos merces hominum non erat..... neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione..... Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus exercituum : sed semen pacis erit.* Pacem turbantes et lacerantes, sæpe graves dant pœnas, hic et in futuro, V, 165, 1.

Tertio. *Pax conscientiæ, seu pax cum seipso* Pax conscientiæ quantopere optanda, XX, 327, 2. Pax spiritus in quo sita sit, XV, 237, 1. Pax est quasi animæ signaculum, XIV, 352, 2. Illa quædam est incorruptio spiritus, XX, 314, 2 : *Qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus.* Pax gignitur a patientia, VI, 13, 1. Ea est bello paranda, XIX, 106, 2 : *Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore.* Pax proprie est piorum, XX, 43, 1. Pax est comes justitiæ, IX, 182, 2 : *Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ.* Charitatis comes et filia est, XX, 654, 2 : *Misericordia vobis, et pax et charitas adimpleatur.* Soror est sapientiæ, 166, 1 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens.* Est gratiæ effectus et comes, 241, 2 : *Gratia vobis et pax multiplicetur.* Pacem animi dant sapientia divina, et timor Dei, IX, 77, 2 : *Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.* Pacem possidet justus, eamque aliis aspirat, V, 300, 2. Pace perenni fruitur sapiens, X, 567, 2 : *Videte oculis vestris quia modicum laboravi, at inveni mihi multam requiem.* Pacem in peccatis habens, prope est obdurationi, XIV, 420, 1. Pax conscientiæ necessaria volenti in virtute proficere, 344, 1. Est scutum quo omnia hostium tela eliduntur, XIX, 63, 2 : *Et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu.* Pax reddit nos dæmonibus terribiles, 64, 1. Pax vera ex convitiorum victoria, *Job*, 400, 1, 2. Pacis actiones quales, 477, 2. *Acquiesce igitur ei, et habeto pacem : et per hæc habebis fructus optimos.*

Pax conscientiæ et spiritus quantum si bonum, V, 367, 1 : *Non contristabit justum quidquid ei acciderit; impii autem replebuntur malo;* XVIII, 91, 1 : *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum,* 568, 2; XX, 492, 2 : *Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati et inviolati inveniri ei in pace.* Pax, domitis concupiscentiis, in anima quantum bonum afferat, XIV, 344, 1. In tali anima habitat Deus, *ibid.* Pax reddit opera nostra grata Deo, XX, 169, 1. *Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus pacem.* Pacis quinque bona, *ibid.*, 2. Pacis effectus, XIX, 64, 1. Pax majus est bonum omnibus deliciis, VI, 30, 2 et seq. Pacis spiritualis elogia, XIX, 106, 2; *Job*, 477, 1. Pax in hoc mundo quomodo quærenda sit,

Psalm. I, 206, 1. Pax perfecta haberi nequit in hac vita, *ibid.*

4° *Pax æterna seu beatitudo cœlestis.* Pax cœlestis Jerusalem est inquirenda, *Psalm.* I, 206, 1. Pax et felicitas plena esse nequit, nisi semper duret, XII, 439, 2. Pax et suavitas regni cœlestis quanta, XI, 370, 1, 2 et seqq. (*Vide* BEATITUDO, CŒLUM, GLORIA CŒLESTIS).

PAXILLUM. Per paxillum intelligitur modica firmitas, symbolice principes et magistratus e gente Judaica, IV, 224, 1, 2; XIV, 479, 1. Paxillus est imago Eliacim, XI, 344, 1.

PECCARE, PECCATOR, PECCATUM.

CAPUT PRIMUM.

DEFINITIO, NATURA PECCATI, ET QUOTUPLICI SENSU VOX *peccati* IN SCRIPTURIS ACCIPIATUR.

1° *Peccatum quid sit,* XXI, 112, 2. Peccatum idem est quod opus malum, XX, 51, 2. Peccatum est obliquitas et iniquitas, V, 22, 1, 2. Peccatum an magis quid quam iniquitas, XX, 530, 2 et seq. : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate;* 567, 1 : *Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas* (*Vide* INIQUITAS). Peccator omnis quomodo dicatur prævaricator, *Psalm.* II, 326, 2 : *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ.* In peccato est aversio a Deo Deique lege et conversio ad prosperitatem bonorum temporalium, V, 53, 2 : *Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.* Peccatum est error vitæ et morum, XX, 424, 1, 2. Peccatum et delictum quomodo differant, II, 43, 1. Peccatum est quod scienter fit, delictum quod ignoranter, quod probatur multis rationibus, *ibid.* et 2. Peccati et delicti triplex discrimen ex Hebræis et Patribus ; sæpe pro eodem accipiuntur, XVIII, 600, 1 : *Et vos, cum essetis mortui delictis et peccatis vestris.* Peccatum et delictum differunt in Scriptura quoad victimas pro illis offerendas, IX, 252, 2; X, 17, 2: *Duæ species difficiles et periculosæ mihi apparuerunt : difficile exuitur negotians a negligentia, et non justificabitur caupo a peccatis labiorum.* Peccare dicitur quasi *pellicare*, V, 425, 1. Peccatum vocatur in Scriptura mendacium, quia omne peccatum est mendacium practicum, XIV, 300, 1. Peccatum primum in pueris, ut plurimum est mendacium, *Psalm.* I, 373, 2 : *Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.* Peccati propria descriptio, XIV, 205, 1. Peccator duplicem sustinet personam, I, 34, 2.

2° *Peccati natura.* Peccatum non est animæ substantia et forma, ut blasphemat Illyricus, XVIII, 455, 1 : *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Peccatum est privatio boni, XIII, 605, 2 : *Quoniam convertistis in amaritudinem judicium, et fructum justitiæ in absinthium. Qui lætamini in nihilo, qui dicitis : Numquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Peccatum est privatio entis, V, 307, 1. Peccatum omne æque est peccatum in omni tempore et circumstantia, IX, 454, 2 : *Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi.*

3° *Quotuplici sensu vox* peccati *in Scriptura accipiatur*, I, 28, 2. Peccatum in Scriptura tripliciter sumitur, pro peccato proprie dicto, pro pœna peccati, pro hostia pro peccato, XIII, 338, 2 : *Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Peccata populi quomodo dicantur sacerdotes comedere, II, 41, 1 Tripliciter peccata populi comedunt, XIII, 338, 2. Peccatum in Scriptura sæpe sumitur pro hostia quæ pro peccati expiatione offertur, V, 412, 2; 442, 2; IX, 120, 2 ; XIV, 212, 1 ; XVIII, 28, 1 ; 130, 1 : *Deus Filium suum mittens, in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne ;* 455, 1 : *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit;* XIX, 450, 2 : *Sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata ; secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.* Peccata sunt morborum et omnis ærumnæ occasio, et inde hæc pro illis capiuntur, XI, 629, 1 : *Vere languores nostros ipse tulit, et iniquitates nostras ipse portavit.* Peccatum aliquando est quasi persona habens artem peccandi, XVIII, 121, 2 : *Peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, et per illud occidit..... Peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.* Peccatum Adæ et omnia ex illo secuta, vocantur vetustas, XVIII, 202, 2 : *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri.* Peccatorum manus quid, *Psalm.* I, 224, 2 : *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me.* Dies peccatorum qui dicantur, IX, 516, 1 : *Homo sapiens in diebus metuet, et in diebus delictorum attendet ab inertia.*

4° *Peccati varia emblemata*, XIV, 419, 2.

CAPUT SECUNDUM.

DE PECCATI SUBJECTO ET CONDITIONIBUS AD PECCANDUM REQUISITIS.

1° *Peccatores sunt omnes, et peccato obnoxii,* XV, 192, 2; XVIII, 73, 2 : *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei;* XX, 135, 2 : *In multis enim offendimus omnes ;* 527, 1 ; 528, 2 : *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est;* 531, 1, 2 *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis,* 687, 2. A peccato nemo est immunis, XVI, 433, 2: *Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se* (Jesus) *et dixit eis : Qui sine peccato est ves-*

trum, primus in illam lapidem mittat. A peccato nemo mundus, quo sensu, VI, 56, 2 : *Quis potest dicere : Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* Nec sine eo diu vivere quis potest, *ibid.* Peccatores sumus ab utero, *Job*, 315, 2. Mortalia omnia nemo vitare potest, sine Dei gratia, XX, 687, 2.: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos.... soli Deo Salvatori nostro..... gloria et magnificentia.* Peccata etiam post remissionem molestant, *Job*, 255, 1 : *Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?* Peccandi necessitas hominem humiliat et eum semper pavidum reddit, 32, 1 : *Itaque, charissimi mei..... cum metu et tremore vestram salutem operamini.*

2° *Peccatum, ut peccatum sit, debet esse voluntarium*, XV, 352, 1 : *Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*, XX, 57, 1 : *Deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum.* Si voluntarium non sit, non est peccatum, XVIII, 120, 1. In nos dominari nequit nisi nos sponte ei addicamus, 112, 1; 113, 1 : *Peccatum enim vobis non dominabitur : non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Peccatum, dum peccamus, nobis intrinsecus est, XVIII, 81, 1. Peccatum quadrupliciter consummatur, XX, 62, 1, 2 : *Peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.*

An ante legem erat quidem peccatum actuale in mundo, sed non imputabatur ad pœnam mortis, XVIII, 101, 1 : *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.* Per legem magis auctum, 104, 2 : *Lex autem subintravit ut abundaret delictum.*

N. B. Peccatum dividitur primum tum in originale tum in actuale.

CAPUT TERTIUM.

DE PECCATO ORIGINALI.

1° *Peccatum originale quid sit et in quo consistat.* Peccatum originale non est tetra vel mala substantia, ut delirat Illyricus, I, 134, 2 : *Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra*; XVIII, 443, 2 : *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur : tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.* Non est, ut vult Calvinus, morbida qualitas in anima existens, et perpetuo prava desideria excitans, XX, 55, 1. Non consistit in concupiscentia, sed in morali aversione a Deo, XVIII, 130, 1 : *Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu.* Peccatum originale sicut actuale est duplex : actuale et habituale, 99, 2. Est nobis voluntarium voluntate aliena, 100, 1. Est nobis proprium et inhærens, 450, 2. Peccatum originale per menstruum symbolice intelligitur, XIV, 517, 1.

2° *Peccati originalis existentia in omnibus hominibus asseritur.* Peccatum originale contra Pelagianos astruitur, XV, 212, 2. Originale peccatum habent omnes, XX, 527, 1. Electis et reprobis commune est, X, 352, 1 : *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Altissimi! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini; et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Peccatum originale omnes necessario trahunt ab Adamo, nisi præveniantur, XVIII, 100, 2 : *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* In eo omnes nascimur, XVI, 23, 2. Id ex Adamo trahunt parvuli et quidem omnes, X, 325, 1 ; XVIII, 98, 1 ; 101, 1.

3° *Quomodo contrahatur.* Peccatum originale ex Adamo trahimus, non tamen ratione particulæ alicujus carnis ex eo decisæ, XV, 354, 1. Quomodo id in Adamo omnis anima contraxerit, XIX, 415, 1. Quæ fuerit radix peccati originalis, *ibid.* Peccatum originale transfunditur et contrahitur per generationem opera viri, XIV, 517, 2 ; XVI, 23, 1 ; XVIII, 32, 1 ; 64, 2. Peccatum originale non propagatione, sed imitatione tantum in posteros transisse, hæreticum est, XVIII, 32 ; 97, 1. Radix peccati originalis non fuit in Christo, XIX, 415, 1.

4° *Peccatum originale quanta mala pepererit*, IX, 690. 1 : *A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur.* Est causa omnium pœnarum et malorum, XVI, 458, 1 : *Et interrogaverunt eum discipuli ejus : Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* Peccatum originale cur vocetur jugum, X, 324, 2 : *Jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Per peccatum accisus est timor animalium erga hominem et hominis in illa dominium, IX, 477, 1 : *Posuit timorem illius super omnem carnem, et dominatus est bestiarum et volatilium.*

CAPUT QUARTUM.

DE PECCATO ACTUALI.

Peccata actualia maxime distinguuntur et dividuntur ratione causarum quibus producuntur ; ratione gravitatis, ratione objecti, et præceptorum quibus opponuntur, et ratione modi.

ARTICULUS PRIMUS.

QUÆ SINT PECCATI ORIGO, CAUSÆ ET OCCASIONES.

1° *Peccati non est auctor Deus*, VI, 5, 1, 2 ; IX 446, 2 : *Non dicas : Ille me implanavit; non enim necessarii sunt ei homines impii*; XVIII, 167, 1 ; XX, 51, 1 : *Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur ; Deus enim intentator malorum*

est : ipse autem neminem tentat. Nec ad peccandum impellit, XVIII, 343, 1, 2 : *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana ; fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Id non præcipit Deus, XVI, 532, 1, 2 : *Et dixit ei* (Judæ) *Jesus : Quod facis fac citius.* Peccandi licentiam aut facultatem nulli dat Deus, IX, 454, 2 : *Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi.* Peccatum nullum vel minimum ordinatur ad illustrandam Dei misericordiam, XVIII, 69, 2 : *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus ? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram ? (Secundum hominem dico.) Absit ! Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum ? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tanquam peccator judicor ? et non* (*sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere*), *faciamus mala, ut veniant bona ; quorum damnatio justa est.* Illustratio divinæ gloriæ per accidens tantum sequitur ex peccato, *ibid.* Deus sapientia sua peccata ordinat ad bonum misericordiæ vel justitiæ, 70, 1. Quare Deus peccata permittat, IX, 447, 2. *Vide* pro hujus articuli fusiori expositione DEUS, cap. III, art. II, § IX, SANCTITAS DEI.

2° *Peccata ex Evæ peccato prognata sunt, et pronascentur*, IX, 690, 2 : *A muliere initium factum est peccati, et per illum omnes morimur.*

3° *Causæ peccati intrinsecæ.* Primo. *Causæ intrinsecæ variæ.* Duæ sunt primæ peccati radices, quarum altera est in voluntate, quæ decernit male agere ; altera in intellectu, qui non cogitat timorem Domini prohibentis peccatum, *Psalm.* I, 221, 1. Peccatum varias habet causas nobis intrinsecas, nimirum voluntatem, intellectum, passionem, imaginationem, habitum pravum, ignorantiam et actum alterius peccati, XX, 54, 2 : *Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus.* Peccata ex sua causa theologi in tres species distinguunt, aliud enim committitur ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud ex malitia, 79, 1.

Secundo. *Peccatum cur vocetur ignorantia*, XIV, 240, 1, 2. Omne peccatum prodit ex quadam ignorantia, id est imprudentia, quod scilicet homo non satis consideret peccati damna et pœnas gehennæ, quibus se obnoxium reddit, VII, 281, 2. Peccatum maxima ignorantia est ; XIX, 393, 2 : *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum..... qui condolere possit iis qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate.* Peccatum omne admixtam habet ignorantiam, X, 51, 1 : *Memorare testamentum Altissimi, et despice ignorantiam proximi.* Peccatum omne aliquem errorem practicum involvit, IX, 347, 1 : *Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt ; qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.* Qui peccant ex certa scientia, non peccant ex errore, V, 428, 1 : *Errant qui operantur malum ; misericordia et veritas præparant bona.* Ejus periculum dæmon tegit specie honesti et boni, IX, 134, 1. Peccatum aliter homini ostendit diabolus, aliter Deus, XII, 227, 1. Peccator oculos mentis avertit a Deo, cœlo, gehenna, X, 19, 1. Peccatorum radix est oblivio Dei, *Psalm.* I, 55, 1 : *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.* Peccans non cognoscit practice Christum, XX, 568, 1 : *Et omnis qui peccat, non vidit eum, non cognovit eum.* Peccatoris oblivio, XII, 35, 2 : *Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ ? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.*

Tertio. *Omnis peccati initium est superbia*, IX, 314, 1, 2 : *Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo. Quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor ejus : quoniam initium omnis peccati est superbia.* Pleraque peccata e superbia oriuntur, 313, 2. Nulla sunt, nec fuerunt, nec esse poterunt sine superbia, IV, 285, 2 : *Superbiam numquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Peccatum est plerumque superbiæ punitio, V, 502, 2 et seq. : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus* (*Vide* SUPERBIA).

Quarto. *Alia peccatorum radix et causa est cupiditas*, Psalm. II, 188, 1 : *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Peccata abundant ubi ardet libido, V, 280, 1. Peccatoris varia desideria, XII, 358, 2 ; 359, 1 (*Vide* CONCUPISCENTIA).

Quinto. *Peccatum ex malitia.* Peccans deliberate fit apud homines infamis, VI, 223, 1 : *Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur* (*vide* infra *Peccatores obstinati*).

4° *Causæ extrinsecæ seu occasiones peccati.* Qui sint peccati fomites et illecebræ, IX, 137, 1 : *Synagogæ superborum non erit sanitas : frutex enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligetur.* Peccandi materia ubique se offert, X, 27, 2 : *Leo venationi insidiatur semper : sic peccata operantibus iniquitates.* Peccata offerunt se ei peccare non cogitanti, *ibid.* Quomodo peccatum nos circumstet, XIX, 494, 2 : *Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Peccati instrumenta sunt membra externa, *Psalm.* II, 329, 1 : *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Incitatio ad peccatum est tentatio, XX, 16, 1 : *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.* Peccati lapsus facilis, *Job*, 515, 1. Peccatum in conviviis facile contrahitur, 17, 1. *Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim : Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in*

cordibus suis. Diebus quibus impune peccator, cavendum rectori ab otio et desidia, IX, 515, 2 et seq. : *Homo sapiens ab omnibus meluet, et in diebus delictorum attendet ab inertia.*

ARTICULUS SECUNDUS.

PECCATUM RATIONE GRAVITATIS DIVIDITUR IN MORTALE ET VENIALE.

§ I. PECCATUM MORTALE.

I. PECCATI MORTALIS GRAVITAS RESPECTU DEI. 1° *Peccatum unum est alio gravius*, XVI, 180, 1 : *Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit paucis.* Peccata in se non sunt paria et æqualia, XX, 113, 1 : *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Peccatum actuale duplex est, XVIII, 99, 2. Peccatum aliud veniale, aliud mortale, VI, 234, 1 : *Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus. Septies enim cadet justus, et resurget : impii autem corruent in malum;* XV, 161, 2 : *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio ; qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.* Peccatum unum mortale innumeris venialibus præponderat, VI, 328, 1 : *Grave est saxum, et onerosa arena : et ira stulti utroque gravior.* Peccatum mortale cur dicatur maximum, *Psalm.* I, 107, 2 : *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo.*

2° *Peccati gravitas, nequitia et enormitas*, III, 46, 2; IX, 221, 1 : *Fili, non semines mala in sulcis injustiliæ, et non metes ea in septuplum ;* X, 321, 2. Peccatum quam grave malum sit, ipsum est summum malum, IX, 489, 1 : *Revertere ad Dominum, et avertere ab injustitia, et nimis odito execrationem.* Peccatum est gehenna pejus, 583, 1. Peccatum unum est majus malum quam omnia mala pœnæ in unum collecta ; et cætera mala ei collata, mala non sunt, sed bona, XII, 24, 2. Peccare deterius est quam annihilari, cur, VII, 164, 1. Peccatum quot mala erga Deum contineat : *primo*, est aversio a Deo, bono, increato et immenso ; atque conversio ad bonum caducum, fragile, exile, turbidum ; *secundo*, est contemptus Dei, præ honore et amore creaturæ ; *tertio*, peccator peccando, quasi titulum et esse finis ultimi Deo adimit, eumque et spes suas omnes quasi transfert in creaturam ; XII, 28, 1 : *Duo enim mala fecit populus meus : Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas.* Peccati malitia quintuplex, et axiomata septem de peccati malitia, 24, 1, 2. Peccati malitia nullo bono creato compensari potest, 25, 1. Peccatum mortale infinitam quamdam in se continet malitiam, XV, 101, 2 ; 539, 2.

3° *Peccatum est summa Dei injuria*, X, 315, 1, 2; XIII, 329, 1 ; XV, 414, 1. Peccatum ex diametro repugnat Deo, XV, 240, 1. Peccatum est contra Deum, XX, 56, 2 et seq. Peccati et Dei antitheses, XII, 25, 1 et seq. Peccatores faciunt Deum sibi suisque peccatis quasi servum, XI, 537, 1 : *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Peccata sunt tela quæ peccator in cœlum vibrat, *ibid.* Peccatum est sagitta configens Deum, XIV, 598, 2 : *Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis : In quo configimus te? In decimis, et in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, et me vos configitis gens tota.* Peccatum est quasi deicidium, IX, 563, 2 : *Quasi rhomphæa bis acuta, omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas ;* XII, 24, 2 ; XIV, 152, 1. Peccatores peccando Deum velut cruci affigunt, XIV, 598, 2. Peccatum est christicidium, XII, 24, 2 ; XIV, 152, 1, 2 ; XVIII, 538, 1 : *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?* Peccata nostra vulnerarunt Christum, XI, 630, 1, 2 : *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Christum quodammodo in crucem agunt, XV, 586, 2. Eumque ludibrio habent, 588, 2. Ei suis peccatis peccatores exprobrant, 588, 2. Et ei præbent acetum, 629, 2 et seq.

4° *Peccatum quantum sit sacrilegium*, XIV, 577, 1 : *Transgressus est Judas, et abominatio facta est in Israel, quia contaminavit Judas sanctificationem Domini.* Peccando polluit triplicem Dei sanctitatem, *ibid.* Peccator templum Dei polluit quod habet anima ejus, *ibid.* (*Vide* SACRILEGIUM, TEMPLUM).

5° *Omne peccatum includit apostasiam a Deo*, IX, 312, 1 : *Initium superbiæ hominis apostatare a Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor ejus.* Peccatum quodlibet unicuique ipsum admittenti, idolum est, XI, 543, 1 : *Plastæ idoli omnes nihil sunt, et amantissima eorum non proderunt eis, ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, ut confundantur.* Cupiditates suas peccator facit deas, XIII, 309, 1 : *Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, et vinum, et oleum, et argentum multiplicavi ei, et aurum, quæ fecerunt Baal.* Peccator corruit antequam diabolum adiret, XV, 126, 2. Peccator est incomis, inglorius, atheus, XII, 369, 2. Peccata dividunt hominem a Deo et cœlo, XI, 690, 1 : *Iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis ne exaudiret.* Peccator longe abest a Deo et cœlo, XVI, 206, 2 : *Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.* Peccator quomodo dicatur distare longe a Deo, *Psalm.* II, 371, 1 : *De pro-*

fundis clamavi ad te Domine; Domine, exaudi vocem meam.

6° *Peccatum est universi perturbatio*, X, 331, 2. Dissolvit harmoniam totius universi, id probatur eundo per opera sex dierum, I, 135, 1 : *Tactus dolore cordis intrinsecus : Delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terræ, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cæli : pœnitet enim me fecisse eos.* Tollit perfectionem universi, *Job*, 608, 1 : *Numquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus injustitiam ?* Turbat totum universum, et omnia inficit et inducit omnium rerum confusionem, XII, 546, 1 ; *Job*, 608, 1. Peccatum cœlum terramque inquinat, XIX, 520, 1. Peccata polluunt terram, II, 118, 2 : *Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt universæ gentes quas ego ejiciam ante conspectum vestrum, et quibus polluta est terra.*

II. Peccati mortalis gravitas respectu peccatoris. — 1° *Peccatum est voluntaria cæcitas*, XII, 24, 1, 2 ; 588, 1, 2. Peccatum suam cæcitatem non advertit, 588, 1, 2 : *Et extendam rete meum super eum, et capietur in sagena mea ; et adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum : et ipsam non videbit, ibique morietur.* Peccator fingit se a Deo non videri, sed in tenebris esse, IX, 607, 1 : *Tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me : quem vereor ? delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Et non intelligit, quoniam omnia videt oculus illius.* Ei peccanti mortaliter occidit sol justitiæ, XII, 127, 1 : *Occidit ei sol, cum adhuc esset dies.* Peccator agit in tenebris vitiorum et errorum, XVI, 50, 2 : *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.* Dormit in tenebris, XVIII, 654, 2 : *Propter quod dicit : Surge, qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Peccatum tenebris comparatur, XVI, 302, 1 : *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.* Peccati et tenebrarum analogiæ quinque, XX, 525, 1, 2 : *Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur.* Peccatum tenebras menti offundit, *Job*, 140, 1 : *Per diem incurrent tenebras, et quasi in nocte sic palpabunt in meridie.* Peccatum amat tenebras, XVIII, 224, 2 : *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis ;* 653, 2 : *Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Peccatum est summa animæ eclipsis, IX, 498, 2. Peccato homo adsciscit sibi errores et tenebras, 347, 2. Peccatores cæci et in tenebris ambulant, *Job*, 139, 2 ; 295, 1 : *Palpabunt quasi in tenebris ; et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios ;* 387, 1 : *Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis ejus ? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, et lucerna, quæ super eum est, extinguetur ?* 556, 2. Peccatores sunt luci rebelles, 499, 2 ; 501, 1 ; 502, 1, 2 : *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas ejus. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum et pauperem ; per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri observat caliginem, dicens : Non me videbit oculus, et operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos sicut in die condixerant sibi, et ignoraverunt lucem.* Ob absentiam Christi putant se posse impune peccare, sed decipiuntur, V, 194, 1 : *Veni, inebriemus uberibus, fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Saeculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reversurus est in domum suam.*

2° *Peccatum est summa stultitia*, X, 35, 2 ; XIII, 310, 1 : *Et nunc revelabo stultitiam ejus in oculis amatorum ejus : et vir non eruet eam de manu mea ;* XVI, 207, 2 et seq. Peccator in Scriptura vocatur stultus, XIV, 496, 2. Peccator videtur non habere cor, XIII, 385, 1 : *Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Peccator vere sensu parvulus est, XV, 405, 2. Quomodo non intelligit quæ operetur, XVIII, 123, 2 : *Quod enim operor, non intelligo.* Non advertens quo eat, in Jona fugiente repræsentatur, XIV, 28, 2. Peccator parvo pretio Deum amittit et vendit, XIV, 493, 2 : *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.* Peccatores cum Esau vendunt vili esca jus ad cœlestem gloriam, I, 269, 2. Peccatorum securitas stulta, IX, 175, 2 : *Ne dixeris : Peccavi, et quid mihi accidit triste ?*

3° *Peccatum est vanitas et nihil.* Est vanitas quadrupliciter, XII, 26, 1. Peccatum est nihil quare, XVI, 299, 2. Peccatum vocatur nihil, et peccatorem ducit ad nihil, XIII, 605, 2. Peccator lætatur in rebus nihili, ob septem rationes, *ibid.* Peccatores cur vocentur nugæ et nugaces, XIV, 309, 1. Peccator quam inania consectetur, XIII, 327, 1. Edit fructum mendacii, 423, 1 : *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii.* Peccator araneæ pulchre assimilatur, *Psalm.* I, 253, 1 : *Propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus, verumtamen vane contristatur omnis homo.* Peccator per usuras et fraudes parans sibi opes præbendas et dignitates, telas aranearum sibi texit, XIII, 394, 1.

4° *Peccatum est summa insolentia.* Peccator inverecundus est, audens peccare in conspectu Dei viventis et videntis, XVI, 210, 1. Peccare in cœlum quid sit, 209, 2 et seqq. : *Pater, peccavi in cœlum et coram te.* Peccator unde ad peccandum fit animosus, IX, 81, 1 : *Timor Domini expellit peccatum ; nam qui sine timore est, non poterit justificari : iracundia enim animositatis illius, subversio illius est.*

III. Peccatorum quorumdam major gravitas et enormitas. — 1° *Peccata in cœlum clamantia quæ sint*, XI, 155, 1. *Expectavi ut faceret judicium, et ecce iniquitas ; et justitiam, et ecce clamor.* Sunt peccata quatuor in cœlum clamantia,

parricidium, peccatum sodomiticum, merces operariorum defraudata, oppressio viduarum, pupillorum et pauperum, I, 119, 1 : *Dixitque* (Deus) *ad eum* (Cain) : *Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Cur peccata quædam in Scriptura *clamor* vocentur, *Job*, 498, 2 : *De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur.* Peccata quomodo clament in cœlum, XI, 694, 2 : *Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, et peccata nostra responderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum, et iniquitates nostras cognovimus*; XIV, 28, 2 : *Surge, et vade in Niniven, civitatem grandem, et prædica in ea : quia ascendit malitia ejus coram me.*

2° *Peccatum in Spiritum sanctum quod sit.* Peccatum in Spiritum sanctum et peccatum ad mortem quod sit; hæc vix remittuntur, XIX, 401, 2 : *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.* Peccata in Spiritum sanctum sex sunt, XV, 307, 1 : *Ideo dico vobis : Omne peccatum et blasphemia remittetur homini : Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Quod peccatum sit irremissibile, IX, 447, 1. Peccatum ad mortem quid sit, XX, 617, 2; 618, 1, 2 : *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.* Cur dicatur ad mortem, 619, 1. Peccatores quidam nec in hoc nec in futuro sæculo absolvuntur, XV, 306, 2. Quomodo in peccato suo mortui sunt Pharisæi, XVI, 440, 2 : *Ecce vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini.*

3° *Peccata sacerdotum.* Peccata sacerdotum graviora sunt quam sæcularium, *Job*, 101, 2. Peccata sacerdotum præsertim in templo commissa, an sint abominatio desolationis futura, XIII, 131, 2 (*Vide* CLERICUS, ECCLESIASTICUS, SACERDOS).

4° *Peccatum per relapsum et consuetudinem roboratum.* Primo. *Peccator relapsus quam sit abominabilis*, VI, 211, 2 : *Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Ad peccata dimissa redeuntes similes sunt canibus ad vomitum redeuntibus, XX, 468, 2 : *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus..... Contigit enim eis illud proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et : Sus lota in volutabro luti.* Peccator ad vomitum rediens abominatio est Deo, IX, 380, 2 : *In oculis suis lacrymabitur inimicus; et si invenerit tempus, non satiabitur sanguine.* Non est iterandum, IX, 227, 1 ; 228, 1 : *Neque alliges duplicia peccata : nec enim in uno eris immunis..... Ne dicas : In multitudine munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.* Peccatores graves, etsi conversi, mox tamen relabuntur, V, 378, 1 : *Justitia custodit innocentis viam : impietas autem peccatorem supplantat.*

Secundo. *Peccatum consuetudinis.* Peccati actus propensionem producit, IX, 347, 1, 2 : *Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt; qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.* Peccatum quintupliciter acceptum, hominem ad peccandum inclinat, X, 28, 1 : *Leo venationi insidiatur semper : sic peccata operantibus iniquitates.* Qui peccatum peccato adjiciant, IX, 562, 1 : *Fili, peccasti, non adjicias iterum; sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur.* Peccati consuetudine roborati fructus et insensibilitas, VI, 214, 1, 2 : *Et dices : Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, et ego non sensi : quando evigilabo, et rursus vina reperiam?* Peccati consuetudo remorsum conscientiæ tollit, XVIII, 638, 1 : *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avariliam.* Peccatoris habituati insensibilitas, XII, 36, 1 : *Et dixisti : Absque peccato et innocens ego sum : et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris : Non peccavi. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas!* Peccatorum lectus et lectuli quales, II, 402, 1 ; VII, 606, 1. Peccandi consuetudo est profundum, et quasi centrum ob quatuor analogias, V, 560, 2; 561, 1, 2 : *Impius, cum in profundum veneril peccatorum, contemnit : sed sequitur eum ignominia et opprobrium.* Peccatis assueti quam ægre ab iis avellantur, XIII, 419, 2 : *Ephraim vitula docta diligere triturum, et ego transivi super pulchritudinem colli ejus : ascendam super Ephraim, arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob.* Peccata ex consuetudine amissa, curatu difficillima, *Job*, 388, 1 : *Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.* Peccator habituatus, consuetudinarius est velut paralyticus, XVI, 374, 1 : *Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitate sua.* Et velut Lazarus quatriduo mortuus, 488, 1 : *Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem ;* 494, 2 : *Dicit ei Martha, soror ejus qui fuerat mortuus Domine, jam fœtet, quatriduanus est enim.* Peccatores graves et habituati ægre convertuntur et salvantur, XV, 211, 1 : *Quam angusta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam!* XIX, 401, 2 (*Vide* CONSUETUDO).

5° *Peccatum sua peccata defendentium aut negantium.* Peccatum non agnoscens, sed defendens, in eo se affirmat, VI, 364, 2 et seq. : *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.* Cum peccatore sua peccata defendente, Deus non potest ambulare, XIII, 559, 1 : *Numquid ambulabunt duo pariter, nisi*

convenerit eis ? Peccător semper se excusat aliorum exemplo, X, 158, 2. Peccatum negans, dupliciter quasi peccat, IX, 547, 1 : *Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam ! Sic enim effugies voluntarium peccatum.* Peccator cum risu et gaudio narrans peccata sua, odio se exponit, X, 35, 2 : *Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in deliciis peccati.* Peccatorum risus Sardonicus, XII, 78, 2.

6° *Peccatum obstinationis, obdurationis et excæcationis.* Peccatoris obstinati descriptio et impietas, V, 561, 1 et seq. Ejus cæcitas, *ibid.* Ejus obduratio, 562, 1. Fit infamis et probrum cœli et terræ, *ibid.* Ejus impœnitentia, *ibid.*, 2. Pudore jam protrito in malum obduratur, XVI, 531, 2. Peccatores obstinati mystice sunt Æthiopes, XIV, 292, 2. Peccator obstinatus ardens affectu pravo non quiescit, dum aliquod peccatum admittat, IX, 604, I, 2 : *Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat.* Peccatores obstinati mores inolitos difficile relinquunt, XII, 117, 1, 2 : *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.* Peccator aspidi surdæ similis, *Psalm.* I, 373, 2 ; 374, 1 : *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, et obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter.* Peccare semel satius quam esse in statu continuo peccati, XVIII, 304, 1. In peccati statu manens, per pietatis opera Dei iram placare non potest, VI, 122, 1, 2 : *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Peccator quomodo a Deo induretur, XVIII, 167, 2 : *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.* Peccatoris excæcati mala, *Psalm.* I, 56, 2 : *Non est Deus in conspectu ejus : inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Sæpe justo Dei judicio, in morte, tot curis et doloribus opprimitur, ut Dei et salutis obliviscatur, maxime si pœnitentiam differat in mortem, XIII, 602, 2 : *Quod si reliqui fuerint decem viri in domo una, et ipsi morientur. Et tollet eum propinquus suus, et comburet eum ut efferat ossa de domo ; et dicet ei qui in penetralibus domus est : Numquid adhuc est penes te ? Et respondebit : Finis est. Et dicet ei : Tace, et non recorderis nominis Domini.*

7° *Peccatorum insignium quatuor genera,* VI, 438, 1. Peccantium tres gradus, XII, 295, 1 ; XX, 347, 2. Sex gradus peccati, VIII, 297, 2.

§ II. PECCATUM VENIALE.

1° *Quid sit peccatum veniale.* Peccata venialia sunt circa animam ut pulvis in oculos conjectus, VII, 270, 1 : *Qui timet Deum, nihil negligit.* Sunt quasi stipulæ, XVIII, 270, 1 : *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit ; dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur.* Peccatum omne veniale an ex genere vitari possit, XX, 136, 2 ; *In multis enim offendimus omnes.* Peccata venialia omnia in hac vita justus vitare nequit, XVI, 8, 2. Peccata levia justus magna existimat, *Psalm.* I, 141, 2 : *Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Peccatum veniale sensualitati, mortale voluntati tribuitur, XX, 58, 1. Peccatum sancti Petri in simulando judaismo, veniale tantum fuit, XVIII, 530, 1.

2° *Peccati venialis effectus.* Per peccatum veniale recedimus a Deo, XX, 183, 1 : *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores ; et purificate corda, duplices animo.* Peccatum veniale non tollit gratiam, 136, 2. Proprie non relinquit maculam, *Psalm.* I, 73, 1 : *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo ? Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam.* Peccata venialia non impediunt justum ab æterna vita, XII, 634, 2.

Quantum sibi peccator noceat, dum aliquod peccatum, etiam veniale, committit, XII, 24, 2. Peccata venialia Deus subinde punit morte, II, 56, 1 (*Vide* NEGLIGENTIA, TEPIDITAS).

Peccata venialia Christus in apostolis expurgavit dum pedes eorum lavit, XVI, 527, 1.

ARTICULUS TERTIUS.

DE PECCATIS CONTRA DEUM, PROXIMUM ET SEIPSUM; DE PECCATIS COMMISSIONIS SEU FACTI ET OMISSIONIS; DE PECCATIS INTERNIS ET EXTERNIS.

1° *De peccatis contra Deum, proximum et seipsum, vide* singula quæque peccata sub suo proprio titulo.

2° *De peccatis commissionis seu facti, et omissionis, vide* quæque præcepta, vel affirmativa vel negativa.

3° *De peccatis internis et externis.* Peccata quot modis committuntur, opere, verbo et cogitatione, vel desiderio, *Psalm.* I, 29, 2. Peccati voluntas interna, etiam peccatum est, IX, 555, 2 : *Est qui vetatur peccare præ inopia, et in requie sua stimulabitur.* Ejus diutina cogitatio morosam delectationem efficit, 596, 2 : *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte a me* (*Vide* COGITATIO, DESIDERIUM). Quomodo peccatum omne, præter fornicationem, extra corpus, sit, XVIII, 296, 1 : *Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est : qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.*

CAPUT TERTIUM.

DE EFFECTIBUS PECCATI.

ARTICULUS PRIMUS.

DE EFFECTIBUS PECCATI RELATIVE AD DEUM.

1° *Quid operentur peccata in Deum.* Peccata nullam Deo læsionem aut dolorem afferre possunt, IX, 503, 1 ; *Quid est homo, et quæ est gratia*

illius, et quod est bonum, aut quid nequam illius?... Quomodo peccatum Spiritum sanctum contristat, XXIII, 646, 2 : *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.* Peccata quomodo sint gravia Deo onera, XII, 187, 2 : *Si igitur interrogaverit te populus iste, vel propheta aut sacerdos, dicens : Quod est onus Domini, dices ad eos : Vos estis onus, projiciam quippe vos, dicit Dominus.*

2° *Peccatum Deum a nobis alienat.* Peccata Deum ad amaritudinem provocant, IX, 653, 2. Peccata avertunt a peccatore vultum Dei, XI, 642, 2 : *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna miserius sum tui.* Peccatum nos reddit Deo dissimiles, XX, 56, 1, 2 et seq. Peccati actus transiens post se in anima peccantis relinquit maculam habitualem peccati, per quam abominabilis fit Deo, XIII, 405, 1, 2 : *Abalienati sunt in confusionem, et facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Peccatores sunt a Deo maledicti, ut pii magis emineant, X, 176, 1. Peccatores justificari possunt in conspectu hominum, sed non in conspectu Dei, *Psalm.* II, 438, 2 et seq. : *Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Peccata Dei opem avertunt, IX, 99, 2; 525, 2. Peccatori a Deo se avertenti, opem suam subtrahit Deus, XIV, 91, 1 : *Tunc clamabunt ad Dominum, et non exaudiet eos : et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinventionibus suis.* Peccator amicitiæ Dei et sanctorum renuntiat, V, 559, 1. Et quas occasiones ad hoc prætexat, *ibid.*

3° *Peccatores rogantes an exaudiat Deus,* XVI, 464, 1 : *Scimus autem quia peccatores Deus non audit.* Peccata faciunt intercapedinem inter Deum et hominem orantem, V, 475, 1 : *Longe est Dominus ab impiis ; et orationes justorum exaudiet.* Peccatorum preces parum valent apud Deum, IV, 286, 2. Peccator non bene laudat Deum, IX, 442, 2 : *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Quomodo peccatoris oratio Deo displiceat, VI, 368, 2 : *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Peccator in statu peccati manens, et Deum orans, similis est Judæ proditori, 369, 2 et seq. Sed peccato valedicere cupiens, recte Deum orat, 370, 1. Quomodo eum Deus audiat, 370, 1. Cum peccator orationis studium deserit, a Deo deseritur, XIV, 81, 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE EFFECTIBUS PECCATI IN PECCATOREM.

1° *Peccati effectus collective sumpti.* Peccati quinque effectus : *primus* est quod aperti sint oculi ; *secundus* est nuditas ; *tertius* pudor et confusio ; *quartus* est vermis conscientiæ ; *quintus* est pavor et metus divini judicii, I, 104, 1. Ejus novem effectus, scilicet peccator, *primo:* obtegitur caligine et excæcatur, ; *secundo,* de cœlo in terram, imo in infernum projicitur ; *tertio,* ex templo Dei fit scabellum diaboli ; *quarto,* omnes ejus speciosæ virtutes et gratiæ diripiuntur ; *quinto,* omnes munitiones ejus destruuntur ; *sexto,* polluitur ejus regnum sanctum et castum ; *septimo,* cornu et robur ejus confringuntur ; *octavo,* gratia Dei destitutus, retrorsum abit, et corruit coram inimicis ; *nono,* succenditur in eo flamma concupiscentiæ, quæ omnia animæ bona depascitur, XII, 370, 1, 2 : *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion : projecit de cœlo in terram inclytam Israel, et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob ; destruxit in furore suo munitiones virginis Juda et dejecit in terram ; polluit regnum, et principes ejus. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel ; avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici, et succendit in Jacob quasi ignem flammæ devorantis in gyro.* Peccati noxa et virulentia, IX, 179, 1; 180, 1, 2; 220, 1 : *Discede a malo, et deficient mala abs te ;* 562, 2; 563, 2 : *Quasi a facie colubri fuge peccata; et si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.* Est quasi serpens et basiliscus, 562, 2. Item quasi leo, 563, 1; X, 27, 2 : *Leo venationi insidiatur semper : sic peccata operantibus iniquitatem.* Item gladius, IX, 563, 1, 2.

2° *Peccator per peccatum omni decore virtutum et gratiarum spoliatur,* XIV, 79, 2. Pro exiguis deliciis omnia sua desiderabilia impendit et dæmoni vendit, XII, 360, 2 : *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus.* Peccans in uno multa perdit, VII, 329, 2 : *Qui in uno peccaverit, multa bona perdet.* Peccator quasi meretrix se prostituit, et omnes spiritus et potentias suas exhaurit et offert dæmoni, XII, 615, 2 : *Fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, et excelsum tuum fecisti in omni platea; nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos.* Peccator prodigit Dei gratiam, charitatem et virtutes, aliaque mala sibi creat, XVI, 206, 2 : *Et non post multos hos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.* Peccato charitas amittitur, alioquin non recessura, XVIII, 382, 2 et seq. Peccati et excommunicationis analogiæ, XV, 411, 1. Peccator est nubes sine aqua, arbor autumnalis, fluctui maris similis, et stella errans, XX, 677, 1, 2. *Hi sunt..... nubes sine aquâ, quæ a ventis circumferentur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.*

3° *Peccatum excæcat mentem* ; III, 481, 1. Peccatum caliginem menti inducit, IX, 347, 2. Peccatorum caligo, V, 118, 2 : *Via impiorum tenebrosa; nesciunt ubi corruant.* Sunt a via aberrantes instar erronum et ebriorum, 426, 2. Peccatores non apprehendunt sapientiam practicam, IX, 441, 1 : *Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi ; homines stulti non videbunt eam : longe enim abest a superbia et dolo.* Peccatis immorantium quanta cæcitas, I, 724, 1 : *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Peccata sunt nubes ob quatuor causas, XII, 400, 2 : *Opposuisti nubem ne transeat oratio.*

4° *Peccatum servitutem inducit*, XVII, 466, 2 : *Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Peccatum est tyrannus, I, 116, 1; XVI, 446, 2; *Job*, 388, 2 : *Tenebitur planta ejus laqueo, et exardescet contra eum sitis; Job*, 393, 2 : *Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, et calcet super eum, quasi rex, interitus.* Peccata sunt funes ob quatuor causas, X, 47, 1 : *Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur* ; XI, 161, 1 : *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis veritatis, et quasi vinculum plaustri peccatum!* Peccatum catena est, 680, 2 : *Tunc invocabis, et Dominus exaudiet : clamabis, et dicet : Ecce adsum. Si abstuleris de medio tui catenam, et desieris extendere digitum, et loqui quod non prodest.* Peccata laquei sunt, *Psalm.* I, 61, 1, 2 : *Pluet super peccatores laqueos : ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.* Peccata sunt funes, vincula, onus, laquei mortis, lapis, spinæ, vermes, semen, messis et ignis, XII, 552, 1, 2. Peccatum est quasi carcer, *Job*, XVIII, 196, 1 : *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.* Peccatum regnum habet in anima nostra, 106, 2; 112, 1 : *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Peccator servus est peccati, X, 189, 1, 2; 190, 2 ; XVI, 446, 2 et seq. Est servus concupiscentiæ, XX, 465, 1 : *Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur : libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis : a quo enim quis superatus est, hujus et servus est.* Peccator traditur in manus iniquitatis, *Job*, 204, 2. Peccatis servire, gravis est servitus IX, 677, 2 : *Beatus..... qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.* Peccatores quam sint miseri servi, I, 625, 2. Peccator est diaboli equus, mancipium et captivus, V, 150, 2 : *Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur*, XIX, 397, 2 : *Et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Dat annos suos diabolo, V, 136, 2 et seqq. : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli.* Et vires animæ peccato, 138, 1, 2 : *Et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum.* Quas ei vires eripiat, *ibid.* Peccatores quasi chirographum scribunt, quo testantur se peccato et diabolo quasi mancipium vendere se, XI, 537, 1 : *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me : et peccatorum tuorum non recordabor.* Peccator videtur quasi a diabolo possessus, V, 69. 2.

5° *Peccati turpitudo hominem reddit bestiis similem.* Peccati turpitudo angelum pulcherrimum fecit teterrimum diabolum, et hominem facit similem diabolo, IX, 575, 1 : *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam*, XVI, 123, 1. Peccati confusio, XI, 579, 1. Peccatum est animæ spiritualis summa spurcitia; XII, 36, 1 : *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas!* Ejus typus menstruum est, VIV, 517, 2 : *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruatæ.* Peccatoris splendor externus, internus fœtor, XIV, 189, 1. Peccatorum corruptio et sordes , *Job*, 587, 2 : *Egestate et fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria. Et mandebant herbas et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum. Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium et in cavernis terræ, vel super glaream. Qui inter hujuscemodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.* Peccatum cur vocetur sanguis, XI, 113, 1 : *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt;* XIII, 335, 2 : *Maledictum et mendacium, et homicidium et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.* Peccata hominem reddunt similem bestiis, I, 71, 1. Peccator non homo est, sed bestia, XIII, 419, 2. Carni, ventri, veneri indulgens, colit vitulos Bethaven, fitque quasi vitulus, quare, 414, 2 : *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ.* Peccator est quasi sus, XX, 469, 1, 2 et seqq. : *Contigit enim eis illud proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti.* Onagro peccatores similes sunt, *Job*, 228, 2 : 537, 2. Peccatores in belluas degenerant, XIII, 335, 2 ; *Job*, 587, 2.

6° *Peccatum est hominis acerrimus hostis et tortor*, V, 137, 1. Peccator quantum sibi noceat, IX, 191, 1 : *Anima enim nequam disperdet qui se habet, et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum.* Sibi, non Deo nocet, *Job*, 199, 2 : *Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum ? quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis ?* 670, 1, 2 : *Si peccaveris, quid ei nocebis ? et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contre eum ?* Peccator dum justis vult nocere, magis sibi no-

cet, *Psalm.* V, 233, 1 : *Observabit peccator justum et stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies ejus.* Peccator suæ miseriæ est auctor et faber, V, 53, 1 : *Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.* Sibi injuriam facit, XII, 550, 1 : *Nunc finis super te, et immittam furorem meum in te; et judicabo te juxta vias tuas, et ponam contra te omnes abominationas tuas.* Peccatores sunt hostes animæ suæ, V, 243, 2 : *Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.* Sibi ipsis tendunt laqueos, 42, 2 : *Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas.* Peccator in se immisericors est, XIV, 43, 2 : *Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam derelinquunt.* Peccatum comparatur leoni; insidiatur peccatori eumque necat, X, 27, 2 : *Leo venationi insidiatur semper, sic peccata operantibus iniquitates.* Peccator odit animam suam, X, 105, 1 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine : congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Peccatum quomodo illudat peccatori, V, 412, 1 : *Stultus illudet peccatum; et inter justos morabitur gratia.* Peccator sibimetipsi gravis, *Job*, 199, 2. Peccatum est grave onus animam deprimens, XVIII, 573, 1. Solus causa perditionis suæ, 129, 2 : *Nihil in terra sine causa fit, et de humo non oritur dolor.* Peccatum sui ipsius carnifex, 201, 1; 389, 2 : *Undique terrebunt eum formidines, et involvent eum pedes ejus.* Peccator quasi furens in necem suam ruit, XII, 638, 2. Peccatoris furor, ut furor serpentis, qui nulla arte mansuefieri potest, *Psalm.* I, 373, 2 : *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas.* Peccator peccando sibi plectit virgas, catenas, laqueos, XII, 552, 1. Peccator seipsum punit, III, 489, 2. Peccator sibi pœna fit, *Job*, 106, 2 : *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos*; 201, 1; 588, 1. Peccatum semper cum dolore conjunctum, 105, 2. Peccati vis in peccatores quanta sit, XI, 742, 2 : *Abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.*

7° *Peccatum animæ morbus, et quantum ei amarum.* Peccatum est animæ morbus et corruptio, XVIII, 685, 2 : *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione.* Peccatum est lepra, II, 83, 2; XI, 114, 1. Peccati et lepræ analogia, XV, 221, 2. Est ulcus, II, 85, 2. Est tinea, XI, 600, 2. Peccati acerbitas, XIII, 467, 1 : *Pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum.* Peccatum vocatur sæpe in Scriptura amaritudo, fel, toxicum, absinthium, 580, 1. Peccatum absinthium, XIII, 580, 1; *Job*, 588, 1. Peccata cur vocentur amaritudines Dei, XIII, 453, 1 : *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis.* Peccatum uva acerba est, XII, 631, 2 : *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium? Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt.* Est vinum amarum, VI, 208, 1 : *Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus : ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.* Peccatum comparatur aceto, uvæ acerbæ, et fumo, V, 307, 1 : *Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt illum.* Est mel mox in felle convertendum, II, 18, 2. Est gutta mellis, et mare fellis, XII, 78, 1 : *Dominus Deus noster silere nos fecit, et potum dedit nobis aquam fellis : peccavimus enim Domino.* Peccatum fel et toxicum est, quare, II, 505, 1 : *Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cujus cor aversum est hodie a Domino Deo nostro : ut vadat et serviat diis illarum Gentium, et sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem.* Est fel amarissimum, XVII, 202, 1, 2 : *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Peccatum simile est escæ, sed una cum ea peccatorum unco, id est reatu perfodit, VI, 396, 2.

Peccatoris remorsus, XII, 358, 2; 359, 1. Eum lancinat conscientiæ remorsus, VI, 284, 2. Peccatum in delectatione sua quasi pungendo mentem lancinat, V, 548, 2 : *Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa.* Peccati tres vermes, IX, 531, 2 : *Qui peccat in animam suam pœnitebit : et qui jucundatur in malitia, denotabitur.* Peccator præ dolore conscientiæ lymphatur, *Job*, 353, 1.

8° *Peccatum animæ mors est.* Peccatum est mors hominis, III, 647, 1. Cur peccatum vocetur frigus, XII, 60, 1 : *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* Peccatum est quasi somnus et mors animæ, XVIII, 654, 2 : *Propter quod dicit : Surge qui dormis, et exurge a mortuis.* Peccator similis est dormienti, item mortuo, ob quinque analogias, IX, 582, 1 : *Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam, et in fine narrationis dicit : Qui est hic?* Peccatum solum causa mortis animæ, XII, 637, 2 : *Quare moriemini, domus Israel?* Peccatoris mater est mors, XVIII, 601, 2. Cur peccati mors dicatur primogenita, 99, 1. Peccatum est umbra mortis ob sex causas, XII, 115, 1 : *Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos : expectabitis lucem, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem*, XVI, 50, 2 : *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent.* Peccatoris miseria et demersio in profundum, IX, 494, 1; 495, 1; *Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mor-*

tuo, quasi nihil, perit confessio. Peccator est cadaver mortuum, III, 647, 1. Est cadaver, pestis, vomitus, II, 133, 1; 296, 1.

9° *Peccatum est fons omnium malorum quæ sub sole fuerunt et erunt*, XII, 24, 2. Quanta mala homini attulerit, XVIII, 98, 2; 99, 1. Tota genealogia peccati, et gradus consanguinitatis et affinitatis, 98, 2. Ejus generatio, et prosapia, proles, nepos, pronepos, XX. 62, 2. Peccata peccatori omne malum creant, X, 27, 2. Peccatores parant sibi malum, V, 427, 1 : *Errant qui operantur malum, misericordia et veritas præparant bona.* Peccatum multas secum pœnas trahit, IX, 406, 2 : *Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti.* Multiplicem invehit miseriam, V, 442, 2 et seq. : *Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.* Peccata vocantur dolor et labor, cur, XI, 690, 2 : *Confidunt in nihilo, et loquuntur vanitates : conceperunt dolorem, et pepererunt iniquitatem ;* XIV, 202, 1 : *Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem ?* Peccati pondus et dolor omnium gravissimus, XIV, 101, 2 et seq. : *Nunc quare mœrore contraheris ? Numquid rex non est tibi aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem ?* Peccata miseriæ sunt, *Psalm.* I, 33, 1. Peccatum solum miseros facit, *Psalm.* I, 241, 1, 2 : *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me.* Peccati dolores parturientium, *Job*, 352, 2. Mulier post partum lætatur; peccator post commissam culpam magis torquetur, *ibid.* Peccata pejora quam fœtus viperinus, 353, 1.

Peccatores laborant inopia rerum omnium naturalium et supernaturalium, XV, 207, 1 : *Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere.* Sunt in continua esurie, XV, 146, 1. Peccata sunt instar panis subcinericii, XII, 383, 1 : *Ephraim factus est panis subcinericius qui non reversatur.* Peccatum est lapidosus panis, VI, 66, 1 : *Suavis est homini panis mendacii, et postea implebitur os ejus calculo.* Peccator panem lugentium comedit, XIII, 401, 2 : *Sacrificia eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedent eum, contaminabuntur : quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini.* Peccatum est panis durus, nec ullo stomacho digestibilis, XVIII, 455, 1. Peccatores cor terræ affigunt, et terrenis privantur, X, 330, 2. Peccatores licet ditissimi cur sæpe laborent ære alieno gravati, *Psalm.* I, 234, 2.

Peccatum est causa tristitiæ, IX, 136, 2 : *Cor nequam gravabitur in doloribus et peccator adjiciet ad peccandum.* Peccator adhærens creaturis, nihil nisi turbulentumi n iis invenit, XIV, 31, 1. Peccatores magis cruciant ærumnæ quam pios, X, 329, 1, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus..... Cum omni carne ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum.* Peccatoris felicitas cito desinet, IX, 287, 1. Ejus opes et gloriam zelare non oportet, *ibid.* : *Non zeles gloriam et opes peccatoris, non enim scis quæ futura sit illius subversio.*

Peccator semper pavidus est et trepidat, V, 365, 2 : *Dolus in corde cogitantium mala ; qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* Ubique et omnia timet, VI, 363, 1 : *Fugit impius, nemine persequente ; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Nec tamen Deum timet, IX, 588, 2 : *Sicut pali in excelsis, et cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt ; sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet, sicut cor trepidum in cogitatione falui, omni tempore non metuet, sic et qui in præceptis Dei permanet semper.* Peccatores sunt timidi et suspicaces, *Job*, 389, 2. Peccator nusquam tutus, 224, 2.

Peccatorum breve et vanum gaudium, X, 331, 1, 2 : *Substantiæ injustorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitru magnum in pluvia personabunt. In aperiendo manus suas lætabitur : sic prævaricatores in consummatione tabescent.* Peccati delectatio brevis est, IX, 221, 2. Peccator concipit peccatum cum brevi voluptate, sed parit cum magno et longo dolore præsenti et æterno, XIII, 460, 2 : *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus. Dolores parturientis venient ei.* Peccati voluptas quam sit vana et insipida, 327, 1. Sæpe desolationis est causa, 467, 1 : *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum.*

Peccatorum causa, cur vita hominis brevior sit, *Psalm.* II, 110, 1 : *Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus.* Peccatum ex natura sua mortem meretur, et effectus et filia peccati est mors, XVIII, 98, 2 et seq. : *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Peccatum induxit mortem, IX, 424, 2. Peccata morborum causæ, X, 278, 1 : *Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.*

10° *Peccatum nisi deleatur, in nova peccata hominem pertrahit et certum periculum inferni inducit.* Peccatorum usuræ, *Psalm.* I, 469, 1. Peccatum nisi deleatur ad peccatum trahit, quod ex Davidis exemplo probatur, III, 478, 1. Ex uno in aliud labimur, V, 503, 1 : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Peccatum unum trahit ad aliud, et hoc ad aliud, 150, 2 : *Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur ;* IX, 136, 2 : *Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum ;* 221, 2 : *Fili, non seminas mala in sulcis injustitiæ, et non meles ea in septuplum,* XV, 591, 2. Unum trahit ad plura, XX,

113, 1; 114, 1 : *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Et secundum gravius priore est, quod exemplo Petri probatur, necnon pontificum et seniorum, XV, 591, 2; 654, 2. Anima per peccatum fit instabilis, cur, XII, 358, 1, 2 : *Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est.*

Peccatum certum inferni periculum est, IX, 133, 2 : *Cor durum male habebit in novissimo; et qui amat periculum, in illo peribit.* Tria peccati pericula, X, 554, 2 : *Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.* Peccatores parant sibi infernum, V, 43, 1, 2 : *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas.* Peccator dormitat quodammodo in mediis mortis et gehennæ periculis, VI, 212, 2 : *Et eris sicut dormiens in medio mari, et quasi sopitus gubernator, amisso clavo.* Inchoate tantum reprobus est, X, 171, 1, 2. In hac vita peccatores manent in Christo sicut in vita, sed post eam ab eo separantur, XVI, 562, 1 : *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Peccatores tam occulti quam manifesti sunt in Ecclesia Dei, XVIII, 637, 1.

12° Omnia peccatorum opera non sunt peccata, X, 207, 1. Omnia quæ tangit peccator peccato illico non inficit, XIV, 345, 1. Docere etiam possunt virtutem, IX, 442, 2 et seq. : *Non est speciosa laus in ore peccatoris : quoniam non est a Domino missus : quoniam a Deo profecta est sapientia.* Peccator magnus recte aliorum culpas minimas nequit corrigere, vel judicare, XV, 207, 1 : *Quomodo dicis fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo; et ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.*

ARTICULUS TERTIUS.

DE EFFECTIBUS PECCATI IN ALIOS.

1° *Peccator omnibus inutilis est et noxius,* IX, 530, 1 : *Qui credit cito, levis corde est; et qui delinquit in animam suam, insuper habebitur.* Ipsi sibi nequam est, nec alteri bonus est, IX, 370, 1 : *Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, et eleemosynas non danti : quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et misertus est pœnitentibus.* Peccator solet esse immisericors, 370, 2 : *Da misericordi, et ne suscipias peccatorem, et impiis et peccatoribus reddet vindictam.* Peccatorum vexatio qua pios vexant, brevis et futilis, IX, 567, 1 : *Stuppa collecta, synagoga peccantium et consummatio illorum, flamma ignis.* Peccatorum potentia torrenti, vel pluviæ velocissimæ transeunti similis, *Psalm.* I, 374, 1, 2 : *Ad nihilum devenient, tanquam aqua decurrens, intendit arcum suum, donec infirmentur.*

2° *Unius peccatum sæpe multis nocet,* Job, 608, 2 : *Numquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus injustitiam?* Ob peccata regna et urbes pereunt. IV, 326, 1 : *Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui.* Peccatum attulit linguarum confusionem, XIV, 303, 1, 2 : *Quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno.* Peccatum regis luit populus, III, 520, 1 : *Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter, et consuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus : Propter Saül et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas.* Peccatum publicum, dum non punitur, totam terram et rempublicam contaminat, XII, 38, 2. Propter unius crimen sæpe aliquando communitas punitur, *Job,* 608, 2. Peccata Christianorum causa persecutionum in Ecclesia, *Psalm.* 4, 385, 1, 2 : *Deus, repulisti nos, et destruxisti nos; iratus es, et misertus es nobis.* Peccata episcopi et pontificis totum populum inquinant, XIX, 520, 1. Peccata subditorum ascribenda negligentiæ superiorum, IX, 224, 2 : *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates;* 227, 1 : *Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.* Peccata populi, causa lapsus principium, III, 533, 2; 534, 1.

CAPUT QUARTUM.

DE PŒNIS PECCATI.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PŒNIS PECCATO INFLICTIS IN HAC VITA.

1° *Peccatum omne punit Deus,* XIII, 453, 2 : *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis, et sanguis ejus super eum veniet, et opprobrium ejus restituet ei Dominus suus.* Peccanti nemini, ne sancto quidem parcit Deus, *ibid.* Peccato unicuique congruam pœnam Deus statuit, XVI, 135, 1. Peccatori duplici ira irascitur Deus, XIV, 147, 1 : *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei.* Peccatum est quasi scopus furoris Dei, XII, 70, 2 : *Tonde capillum tuum, et projice, et sume in directum planctum; quia projecit Dominus, et reliquit generationem furoris tui.* Peccatoribus vindicta Dei timenda, IV, 326, 1. Peccatum Deum ad vindictam provocat, *Job,* 107, 1 : *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos.* Peccatori semper imminet Dei ultio, XIV, 413, 1 : *Et conversus sum, et levavi oculos meos; et vidi, et ecce volumen volans. Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Ego video volumen volans : longitudo ejus viginti cubitorum, et latitudo ejus decem cubitorum. Et dixit ad me : Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ : quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur; et omnis jurans, ex hoc similiter judicabitur.* Facile est Deo peccatores punire, *Job,*

107, 1. Peccati fores pœna obsidet quasi Cerberus, I, 116, 1 : *Dixitque Dominus ad eum* (Cain) : *Quare iratus es, et cur concidit facies tua ? Nonne si bene egeris, recipies ; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit ?* Peccata sententiam dant contra se et sui auctores, XII, 557, 1, 2 : *Secundum viam eorum faciam eis, et secundum judicia eorum judicabo eos : et scient quia ego Dominus.* Peccatores a Deo non puniri ingens malum est, XII, 617, 1 : *Et requiescet indignatio mea in te, et auferetur zelus meus a te, et quiescam nec irascar amplius. Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, et provocasti me in omnibus his : quapropter et ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus tuus, et non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.* Eos puniri satius est in hac vita, quo in futuro impune habeant, XIV, 166, 2 : *Quid cogitatis contra Dominum ? Consummationem ipse faciet, non consurget duplex tribulatio.* Peccatores magnos tolerat interdum Deus ob proles sanctas quas prævidet ex eis nascituras, XI, 110, 2 ; 111, 1 : *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus et quasi Gomorrha similes essemus.*

2° *Quænam peccata puniat vel non puniat Deus.* Peccata futura Deus non punit, sed præterita, XVI, 458, 1, 2 : *Et interrogaverunt eum discipuli ejus : Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur ?* Neminem punit Deus ob peccatum conditionale futurum, sed absolute commissum, X, 352, 1, 2 : *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi ! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini : et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Peccata etiam materialia punit Deus, I, 236, 1, 2 : *Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, et dixit ei : Quid fecisti nobis ? quid peccavimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande ?* Peccata quæ Deus maxime in hac vita puniat, scilicet peccata publica et inverecunda, quæ humanæ societati exitialia sint, I, 205, 1, 2.

Peccata filii patri imputantur, VI, 28, 2. Peccata patrum in filios an et quando Deus puniat, XII, 635, 1, 2 : *Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, et non fecerit simile eis..... Hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet.* Peccata patrum Deus punit in filios innocentes et nocentes, II, 413, 2 : *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios, in tertiam et quartam generationem, his qui oderunt me.* Peccata patrum puniuntur in filiis, et quomodo, III, 521, 1 ; *Psalm.* II, 247, 2 : *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, et peccatum matris ejus non deleatur.* Peccata parentum punit Deus in filiis ac posteris, cum similia peccata non vitant. *Psalm.* II, 30, 2 : *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum ; cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.* Peccata patrum et maritorum punit Deus peccata filiorum et uxorum, XIII, 345, 1 : *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras cum adulteraverint : quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant.*

3° *Quomodo peccata puniat Deus.* Peccatorum mensuram expectat, II, 414, 1. Peccatorum mensura quæ, I, 205, 1, 2 : *Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus.* Peccata implere quid sit, XIX, 122, 1, 2 : *Qui* (Judæi) *et Dominum occiderunt Jesum, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos Gentibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper.* Peccata nostra punit Deus citra condignum, IV, 278, 1 : *Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia, et veritas, et judicium,* IX, 221, 1. Quam graviter peccata punire soleat Deus, X, 16, 2 : *Qui transgreditur a justitia ad peccatum, Deus paravit eum ad rhomphæam.* Ea Deus cum punit, dicitur revelare turpitudinem tam peccati quam peccantis, XII, 118, 2 : *Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ a me, dicit Dominus, quia oblita es mei, et confisa es in mendacio. Unde et ego nudavi femora tua contra faciem tuam, et apparuit ignominia tua, adulteria tua, et hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ : super colles in agro vidi abominationes tuas.* Peccata in oculto patrata Deus educit in lucem, XIV, 418, 2. Peccati quam sit brevis voluptas et quam cito interdum punitio sequatur, I, 510, 2 : *En pluam cras hac ipsa hora grandinem multum nimis, qualis non fuit in Ægypto a die qua fundata est usque in præsens tempus.* Peccatum est interdum peccatorum præcedentium pœna, et quidem gravissima, I, 205, 1, 2 ; *Psalm.* I, 18, 1 : *Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, et pereatis de via justa. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus, verumtamen vane conturbatur omnis homo ;* 449, 1, 2 : *Quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, et non intrent in justitiam tuam.* Unum peccatum per aliud punitur, VI, 157, 1 : *Fovea profunda os alienæ : cui iratus est Dominus, incidet in eam ;* 435, 1 : *Tribue tantum victui meo necessaria, ne forte saturatus illiciar ad negandum, et dicam : Quis est Dominus ? aut necessitate compulsus furer, et perjurem nomen Domini.* Deus peccata priora castigat per sequentia turpiora, VIII, 282, 1 : *Auferet se* (Spiritus sanctus) *a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate.* Peccatorum multorum cervices concidit Deus,

Psalm. II, 369, 1 : *Dominus justus concidit cervices peccatorum. Confundantur et convertantur retrorsum qui oderunt Sion.* Peccatores devorat terra, I, 569, 2 : *Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra.* Peccatoris cum Deus obliviscitur, ingens ejus est pœna, XIII, 292, 1, 2. Causa hujus oblivionis est quia ipse prius Dei oblitus est, *ibid.* Punitur peccatum ubi est perpetratum, III, 521, 1, 2; 522, 1.

4° *Quibus instrumentis utatur Deus in puniendis peccatoribus.* Per quæ quis peccat, per hæc et torquetur, VIII, 517, 1, 2 : *Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quidam errantes colebant mutos serpentes, et bestias supervacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam; ut scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc et torquetur;* X, 318, 1 : *Hæc omnia sanctis in bona, et peccatoribus in mala convertentur;* XI, 61, 1 : *Et transibunt domus eorum ad alteros, agri et uxores pariter : quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student.* Pro sorte obtingit peccatori uxor nequam, IX, 686, 1 : *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam.* Peccantes mortaliter olim a dæmonibus corripiebantur, XVII, 352, 2. Peccatores subinde castigat Deus per angelos bonos, IV, 511, 1. Peccatores lascivientes a morte subito opprimuntur, XII, 522, 2. Tunc maxime plorandi sunt, cum in peccato sunt vel moriuntur, IX, 582, 2; 583, 1 : *Modicum plora supra mortuum, quia requievit, nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.*

5° *Peccata quæ in Scripturis a Deo in hac vita punita notantur.* Peccata Hebræorum punita, III, 6, 2. Peccata Israelis punita per varias servitutes, III, 109, 1. Eorum idololatria punita, 122, 2. Eadem punita servitute, 124, 2; 147, 1, 2. Quando peccatorum Judæorum mensura ab ipsis impleta fuerit, XIV, 416, 2; 417; 420, 1, 2.

Jericho propter peccata exusta fuit, III, 37, 2. Peccatum Achan punitum, 44, 2. Peccatum Gedeonis Ephod fabricantis inadvertentia punitum deletione posterorum, 168, 1. Ambitio Abimelech morte ingloria punita, 178, 2. Samsonis concupiscentia punita, 212, 1 2. Peccata Heli quomodo punita, 279, 1, 2, 284, 1. Scelera Chananæorum ob quæ a Deo puniti, VIII, 528, 2 et seq. Peccata Philistinorum ponentium arcam tanquam debellatam juxta Dagon, III, 290, 2; 292, 2. Præcipitatio Saulis punita, 325, 2; 336, 1. Item ejusdem inobedientia, 337, 2; 359, 1, 2. Et impietas, 409, 2. Peccatum Davidis punitum, et quomodo, 482, 1. Mors infantis adulterio concepti fuit pœna temperata clementia, 484, 1. Fuit ipse punitus per morbum gravem, 484, 1. Punitur libido varie per totum caput XIII, lib. II *Reg.* Comæ studiosus Absalom per comam punitur, 494, 1, 2. Salomonis peccatum punitum, 613, 1, 2; 614, 1, 2. Peccatum Jeroboam eversione familiæ et aliorum regum Israel punitum, 627, 2. Quatuor plagæ peccati Jeroboam, 629, 2. Idololatria Roboam punita, 642, 1, 2. Peccatum Josaphat punitum, 671, 1. Peccata Achab punita, 672, 1. Peccatum Ochoziæ morte punitum, IV, 3, 2. Peccatum duorum quinquageniorum igne de cœlo punitum, 4, 1, 2. Peccatum puerorum exprobrantium Eliseo calvitiem, 12, 2. Idololatria regum Israel punita, 14, 2. Peccatum Giesi lepra, 29, 1, 2. Schisma Samariæ fame punitum, 34, 1. Incredulitas ducis in Samaria morte punita, 36, 1, 2. Peccata Benadab regis Syriæ morte punita, 38, 1, 2. Achabi morte filiorum, 45, 1. Idque congrue cophinis ad exemplum aliorum, *ibid.* Jezabelis peccata quomodo punita, 43, 2. Item Athaliæ parricidia et ambitio, 50, 3. Item Joas regis Juda peccata, 53, 1, 2. Joas regis Israel, 55, 1. Amasiæ idololatria, 58, 1. Confidentia in homine regis Achaz, 65, 1. Idololatria tribus Juda, 73, 2. Et perfidia Sennacherib, *ibid.* Amon præfidentia, 80, 1, 2. Pecatum Joas regis Juda gravissime punitum, 175, 1. Blasphemia Sennacherib, 189, 2 et seq. Inobedientia Josiæ, 195, 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PŒNIS PECCATO INFLICTIS IN ALTERA VITA.

1° *Omnia peccata hominis in libro Dei exarata,* Job, 328, 2; 329, 1 : *Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.* Peccata quomodo scripta in memoria Dei, XII, 137, 1, 2 : *Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo, in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, et in cornibus ararum eorum;* 363, 1 : *Vigilavit jugum iniquitatum mearum : in manu ejus convolutæ sunt, et impositæ collo meo.* Servantur in mente Dei usque ad diem judicii particularis vel universalis, IX, 487, 1 : *Et postea resurget, et retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum, et convertet in interiores partes terræ.*

2° *Peccata in morte nos accusabunt et mortem peccatoris pessimam faciunt;* XII, 121, 1 : *Si iniquitates nostræ responderint nobis : Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus.* Peccatoris in morte angustiæ, 366, 2 : *Vide, Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus : subversum est cor meum in memetipso, quoniam amaritudine plena sum : foris interficit gladius, et domi mors similis est.* Peccatoris mors pessima, XVI, 494, 1· *Psalm.* I, 207, 2 : *Mors peccatorum pessima, et qui oderunt justum, delinquent.* Peccator mortis et vindictæ sibi tempus accelerat, XII, 661, 1, 2 : *In sanguine tuo, qui a te effusus est, deliquisti : et in idolis tuis, quæ fecisti, pollula es : et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum : propterea dedi te opprobrium*

gentibus, et irrisionem universis terris. Peccatores metuant mortem instantem, judicium paratum et infernum, XIII, 74, 1 : *Et hæc est interpretatio sermonis,* MANE : *numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud.* THECEL : *appensus es in statera, et inventus es minus habens.* PHARES : *divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis.* Peccatorum interitus, III, 527, 2 : *Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi, quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro et ligno lanceato, igneque succensæ comburentur usque ad nihilum.*

3° *Quam graviter in judicii die et in inferno peccata arguentur et punientur.* Peccatores ira Dei suo tempore hæreditabit, X, 313, 1, 2 : *Quomodo cataclysmus aridam inebriavit : sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit.* Via peccatorum initio facilis, sensim fit difficilior, ac tandem in abyssum ignis æterni eos demergit, IX, 567, 1, 2 : *Via peccantium complanata lapidibus, et in fine illorum inferi, et tenebræ et pœnæ.* Si peccata hic non puniuntur, pœnas dabunt in futuro, 229, 1 : *Noli facere mala, et non te apprehendent. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te.* Peccatores habent hic bona, in futuro mala, X, 315, 1 : *Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra ; et viæ illius viis illorum directæ sunt : sic peccatoribus offensiones in ira ejus.* Peccata creant turbinem qui peccatores ignominiose dispergat, et tandem in tartara deturbet, XIII, 330, 2 : *Separatum est convivium eorum, fornicatione fornicati sunt, dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus. Ligavit eum spiritus in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis.* Peccator non placebit Deo usque ad inferos, IX, 287, 2 : *Non zeles gloriam et opes peccatoris ; non enim scis quæ futura sit illius subversio ; non placebit tibi injuria injustorum, sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius.* Peccatores sibi gehennam accendunt, XI, 601, 1 : *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis.* Peccata in die judicii exterminabuntur, IX, 469, 1 : *Nam plurima illius opera sunt in absconsis ; sed opera justitiæ ejus quis enuntiabit ? aut quis sustinebit ? Longe enim est testamentum a quibusdam, et interrogatio omnium in consummatione est.* Peccatorum materia hominem post mortem deserit, et peccata ipsum comitantur, XXI, 590, 2 : *Opera enim illorum sequuntur illos.* Peccatores in die judicii vultum Dei non sustinent, *Job*, 188, 2 : *Nec aspiciet me visus hominis : oculi tui in me, et non subsistam.* Peccata in die judicii quasi igne excoquentur, XIV, 590, 2 : *Ecce venit, dicit Dominus exercituum : et quis poterit cogitare diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum ? ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum.* Peccator pro meritis a Deo punietur, IX, 454, 2. Non erit a pœna immunis, 454, 2 ; 462, 2 ; 464, 2 ; 465, 1 : *Misericordia et ira est cum illo. Potens exoratio, et effundens iram : secundum misericordiam suam, sic correptio illius hominem secundum opera sua judicat. Non effugiet in rapina peccator, et non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, et secundum intellectum peregrinationis ipsius. Non dicas : A Deo absondar, et ex summo quis mei memorabitur ? In populo magno non agnoscar : quæ est enim anima mea in tam immensa creatura ?* Temporale peccatum supplicio æterno punitur, *Job*, 655, 2 : *Opus enim hominis reddet ei, et juxta vias singulorum restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subvertet judicium.* Peccator hic bibens calicem voluptatis, postea bibet calicem ultionis Dei, XIV, 14, 1 : *Sicut fecisti, fiet tibi : retributionem tuam convertet in caput tuum. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes jugiter ; et bibent, et absorbebunt, et erunt quasi non sint.* Peccatores quomodo igne infernali cruciandi, XI, 441, 2 : *Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas, quis poterit habitare de vobis cum igne devorante ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis ?* Instar spinarum igne comburentur, III, 527, 2. Cremandi sunt extra mundum in inferno, XIX, 520, 1 : *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.* Peccatorum sors est gehenna, IX, 686, 1. Dæmones quibus in hac vita auscultavit, habebit socios in gehenna, VI, 112, 2 : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur* (*Vide* IMPII, INFERNUM, JUDICIUM, MORS).

CAPUT QUINTUM.

DE PECCATORUM REMISSIONE ET PECCATORIS CONVERSIONE A PECCATIS.

I. PECCATORUM REMISSIO PER QUEM ET QUOMODO FACTA SIT ET FIAT. — 1° *Propter peccatum delendum Christus incarnatus, passus et mortuus.* Propter peccatum Christus incarnatus est, XX, 570, 1 : *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.* Quomodo Christus pro nobis peccatum factus, XVIII, 541, 1 : *Christus factus est pro nobis maledictum ; quia scriptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Peccata nostra sibi tribuere potuit Christus, *Psalm.* I, 121, 1, 2 : *Deus, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ? longe a salute mea verba delictorum meorum.* Christus hostia pro peccatis totius mundi, 121, 2. Quomodo peccato mortuus Christus, et nos, XVIII, 111, 1 : *Quod enim mortuus est* (Christus) *peccato, mortuus est semel ; quod autem vivit, vivit Deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo.*

Peccatum quomodo in Christo acceperit finem, XIII, 117, 1 : *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum.* Peccata quomodo Christus pertulerit, XX, 567, 2 : *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui, justitiæ vivamus, cujus livore sanati estis.* Eorum spinas luit Christus, spinis coronatus, XV, 510, 2 et seq. Ei peccata omnium quæ sibi proponebat, summam tristitiam intulere, 567, 2 : *Et assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari et mœstus esse.* Peccatum mundi tollit Christus, XVI, 318, 1 : *Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Peccata quomodo Christus abstulerit, XX, 567, 2 : *Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret.* Peccatorum remissio primarium Messiæ opus, XVII, 122, 2 : *Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis, ut convertat se unusquisque a nequitia sua.* Ipsa quantum sit opus, *ibid.*

2° *Peccata solus Deus remittit per Christum, et quomodo.* Peccata nostra sunt debita, et quidem gravissima, XV, 192, 2 : *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* 414, 2 : *Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta;* XVI, 125, 2 : *Duo debitores erant cuidam fœneratori; unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque.* Pro peccato nulla pura creatura ex æquo potest satisfacere, XV, 414, 1. Recte comparatur talento, *ibid.* Peccatum solus Deus aufert, condonat et emundat, XIV, 386, 1 : *Et Jesus erat indutus vestibus sordidis : et stabat ante faciem angeli. Qui respondit, et ait ad eos qui stabant coram se, dicens : Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum : Ecce abstuli a te iniquitatem tuam, et indui te mutatoriis;* Job, 320, 2 : *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* Ea remittere solus potest Deus, XV, 239, 2. Ea omnia abluit Christus, et eorum scaturigines tollit, XIV, 507, 2 : *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris.* Ea sanguis Christi prorsus expugnat et abolet, non radit, XX, 526, 1, 2 : *Et sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato.* Peccatum non remittitur per solam justitiæ imputationem, sed per ejus infusionem, XVIII, 454, 2 : *Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.* Peccati remissionem et infusionem justitiæ Lutherani male dixerunt, non imputationem peccati, sed imputationem justitiæ, *Psalm.* II, 439, 1 : *Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Quomodo peccatum alicui non imputetur, XVIII, 18, 1 : *Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei. Sicut et David dicit beatitudinem homini cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.* Peccata tegi et non imputari, quid, *Psalm.* I, 184, 1, 2; 185, 1, 2 : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, nec est in spiritu ejus dolus.* Peccata tegere quomodo dicatur Deus, XX, 357, 2 : *Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Peccata quomodo Deus operiat, *Psalm.* II, 63, 1 : *Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.* Quando Deus tegit peccata, omnino ea delet, *ibid.* Peccatum in justo non manet, sed latet, XVIII, 81, 2. Peccatum unum sine aliis remitti nequit, XVI, 128, 2 : *Propter quod dico tibi : Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Peccatum unum sæpius condonari potest, 128, 1. Peccata prius Christus paralytico remisit, quam eum sanaret, XV, 239, 1 : *Et ecce afferebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.* Peccata remittendi potestas data per Spiritum sanctum apostolis, et in illis omnibus sacerdotibus, XVI, 633, 1 ; 634, 1 : *Hæc cum dixissel* (Jesus), *insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Peccata nubi, et Spiritus sanctus ea delens vento apte comparantur, XI, 444, 2 : *Delevi ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua.* Peccatorum remissio optanda, *Psalm.* I, 184, 1, 2. Peccatores etiam gravissimi, etiam ad pœnitentiam sunt admittendi, XV, 307, 2. Peccata omnia a Deo remitti valent, IX, 379, 2.

3° *Peccata ut remittantur, sacerdoti confitenda sunt,* XVI, 634, 2. Quomodo ab illo retineantur, 625, 1. Peccatum confitendum, ut Deus illud condonet, V, 486, 1 : *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ.* Peccata per confessionem ejicienda sunt, X, 130, 1 : *Et si coactus fueris comedendo multum, surge e medio, evome : et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem.* Peccatum cum est admissum, mox confitendum, IX, 166, 1 : *Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te omni homini pro peccato.* Peccatum quo diutius superiori vel confessario tegitur, eo difficilius expellitur, XIII, 460, 1, 2 : *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus. Dolores parturientis venient ei : ipse filius non sapiens, nunc enim non stabiti in contritione filiorum.* Peccati confessio

quam sit utilis, I, 375, 2 : *Cui Judas : Quid respondebimus, inquit, domino meo ? vel quid loquemur ? aut juste poterimus obtendere ? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum* (*Vide* CONFESSIO, REMISSIO PECCATORUM).

II. PECCATORUM CONVERSIO. — 1° *Peccatorum conversio difficilis et ardua res est*, XVI, 583, 2. Peccatores ex peccatis suis sensum doloris quem par esset, cur pauci percipiunt, *Psalm.* I, 241, 1, 2 : *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me.* Quanta eorum mutatio in justificatione fieri debeat, XIX, 276, 1 : *Qui* (Deus) *nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum et gratiam.* Hæc difficilior mundi creatione, XVIII, 596, 1, 2 : *Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus : illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus.... et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis.* An aliquando, ob gravitatem et frequentiam scelerum, nequeant pœnitere et converti, XIII, 540, 1. Per peccatores stat, et non per Deum, quod ipsi in peccatis maneant, pereant, damnentur, XII, 736, 2 : *Vivo ego, dicit Dominus Deus ; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat.* Peccator converti cupiens, mox a diabolo tentatur, XV, 672, 2.

2° *Peccator ad Deum redire nequit, nisi a Deo per gratiam prævenientem et illuminantem reducatur*, IX, 506, 1 : *Miseratio hominis circa proximum suum ; misericordia autem Dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet, docet et erudit, quasi pastor, gregem suum.* A peccatis nemo resurgere potest, nisi excitante Deo, XIX, 297, 1, 2 : *Nequando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoscendam veritatem ; et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.* Ad peccatoris conversionem quid requiratur, IX, 488, 1 : *Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua : precare ante faciem Domini et minue offendicula.* Peccatores jam convertendi, a Deo præveniri debent, XVI, 457, 2 : *Et præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate.* Eorum conversio et justificatio sunt opus Spiritus sancti, XIV, 400, 2. Peccator e statu suo resurgere nequit, sed violenter extrahendus est, XII, 265, 1 : *Dixitque Abdenelech Æthiops ad Jeremiam : Pone veteres pannos, et hæc scissa et putrida, sub cubito manuum tuarum, et super funes ; fecit ergo Jeremias sic. Et extraxerunt Jeremiam funibus, et eduxerunt eum de lacu.* Ejus pœnitentia prior est quam sit ejus justificatio et reconciliatio cum Deo, tamen prior est gratia Dei excitans, quæ pulsat peccatoris mentem, ut pœniteat, XIV, 598, 2 : *Revertimini ad me, et revertar ad vos.* Peccatorem assidue Deus ad pœnitentiam invitat, XIII, 367, 1 : *Quid faciam tibi, Ephraim ? quid faciam tibi, Juda ? misericordia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertransiens.* Ejus conversionem quam avide Deus expectat, XIV, 141, 2 : *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ ! non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea.* Peccatores pœnitentes sunt Deo in deliciis, XII, 227, 2 : *Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus.* Peccatori quomodo viam peccandi Deus obstruat, XIII, 308, 1 : *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet.* Peccator pœnitens lætificat patrem Deum et matrem Ecclesiam, V, 271, 1. Est potior justo tepescente, 523, 1 : *Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet.* Sæpe justos in operibus superat, XVI, 222, 1.

3° *Quomodo peccator gratiæ Dei cooperans Deo reconcilietur.* Peccatoris salus quid habeat initium, *Psalm.* I, 258, 1, 2 : *Videbunt multi, et timebunt, et sperabunt in Domino.* Hoc est initium salutis cum Deus per gratiam suam incipit aperire oculos interiores hominibus peccatoribus, ut videant statum peccati miserrimum, et simul cognoscant a quo liberari possint et inde timere et sperare incipiant, *ibid.* Dum homo peccatum cogitat, misericordiam non desperet, VI, 225, 2. Peccatores in Deo sperantes, non confundentur, IX, 102, 2 : *Respicite, filii, nationes hominum ; et scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est.* Peccator ut convertatur, gratiæ Dei datæ cooperari debet, XII, 424, 1, 2 : *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur : innova dies nostros, sicut a principio.* Fiduciam si concipiat se veniam commissorum consecuturum, eam consequetur, XX, 41, 1, 2 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat : et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Per fidem incipit justificari, XVIII, 79, 1 : *Quid enim dicit Scriptura ? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.* In peccatoris corde ingens fit commotio et strepitus affectuum inter se colluctantium, dum convertitur, XII, 758, 2 : *Et prophetavi sicut præceperat mihi : factus est autem sonitus, prophetante me, et ecce commotio ; et accesserunt ossa ad ossa, unum quodque ad juncturam suam.* Cum Deus ei revelat suam turpitudinem, et sordes voluptatis, magna est gratia, XIV, 189, 2 : *Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, et revelabo pudenda in facie tua, et ostendam gentibus nuditatem tuam, et regnis ignominiam tuam.* Vulnus peccati sentire signum bonæ mentis, III, 482, 1, 2 : *Et dixit David ad Nathan : Peccavi Domino.* Alio sensu David dixit : *Peccavi* ; alio Saül et Judas, *ibid.* Peccans veniam rogando, vio-

lationem legis sarcit, XVIII, 574, 2. Peccatori non fugiendum a Deo, sed mutandi sunt mores, XIV, 36, 1, 2. Peccatum cito pœnitentia delendum, IX, 179, 2 : *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem : subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te;* 227, 1 : *Neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis;* 562, 1 : *Fili, peccasti? non adjicias iterum, sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur.* Peccatum suum per pœnitentiam detestans, quomodo maledicat diei qua id natum est, XII, 163, 2. Peccata admissa recolens non potest non tristari, V, 416, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Peccatorum pœnitentia lacrymis condiri debet, *Psalm.* I, 34, 1 : *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Peccator jam pœnitens se humiliat, XV, 697, 1. Sensim illuminatur, 697, 2 : *Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus; et cœpit videre, et restitutus est ita ut clare videret omnia.* Peccator humilis melior est quam justus superbiens, IX, 327, 1. Peccator si peccata confiteatur, a Deo et hominibus misericordiam consequetur, VI, 374, 1, 2 : *Qui abscondit scelera, non dirigetur : qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Dupliciter de peccato pœnitere debet, IX, 180, 2. Peccatoris scala est pœnitentiæ et confessio, III, 526, 1, 2. Quomodo homo peccata tegere possit, XX, 228, 1 : *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum;* 357, 2 : *Ante omnia, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Peccata a nobis punienda, ut ea Deus ignoscat, *Job*, 308, 2. Peccati radix pœnitentia evellenda, XIV, 591, 2. Ea plane eradicanda, non radenda, XIX, 450, 1 : *Sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.* Peccati arma fiant arma virtutis, XVI, 123, 2 : *Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod accubuisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat.* Peccatum per pœnitentiam remittitur, sed per bona opera tegitur, XVIII, 81, 2 : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Peccatorum pœnitentium schema est Paulus conversus, XVII, 210, 2. Peccatum deletur per eleemosynam, VI, 26, 1, 2 : *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis; et vicissitudinem suam reddet ei.* Quinque modis expiatur, 375, 1 Peccata purgantur per opera virtutis, tum debita, tum indebita, V, 473, 1 : *Per misericordiam et fidem purgantur peccata; per timorem autem Domini declinat omnis a malo.* Pœna et castigatione emendantur, X, 501, 2. Quatenus sacrificiis expiarentur, IX, 228, 1 : *Ne dicas : In multitudine munerum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.* Pro iis satisfaciendum opere, 252, 1, 2 : *Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis.* Peccata tum propria, tum aliena, sunt materia compunctionis, V, 415, 1

4° *Qui sint effectus conversionis peccatoris.* Peccator e statu damnationis educitur velut e lacu profundo, dum ad gratiam revocatur, XIV, 461, 2 : *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.* Conversi peccatores in eumdem statum quem prius habuerant, Deo restituuntur, XVI, 211, 1 : *Dixit autem pater ad servos suos : Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date annulum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus : et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur.* Peccator conversus incipit esse alius quam fuerat, V, 351, 2 : *Verte impios et non erunt : domus autem justorum permanebit,* VI, 456, 1, 2; XV, 375, 1 : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequatur me.* Peccatores jam conversi veniunt foras, XVI, 496, 1, 2 : *Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras.* Sed manent illigati carnis molestiis, 497, 1 : *Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus institis.* Debent a sacerdote solvi, *ibid.* Justificatus peccator ex Æthiope fit candidus, XIV, 305, 2. Conversus est velut torris erutus de igne, 384, 2 : *Numquid non iste torris est erutus de igne?* Per sanctam communionem in aliam personam se transmutet oportet, VI, 178, 1, 2. Peccata semel dimissa a Deo peccatori, ob ingratitudinem denuo non imputantur, XV, 415, 2. Peccator si a peccatis posterioribus resurgat, priora merita reviviscunt, X, 211, 1. De peccato condonato et propitiato nemo potest esse securus, IX, 176, 1 et seq.; 178, 1 : *De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas : Miseratio Domini magna est; multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.* Peccata condonata sunt perpetuo ultronea pœnitentia castiganda, 177, 1, 2.

In peccatis cadere expedit nonnunquam torpidis, XXI, 82, 1 : *Utinam frigidus esses aut calidus; sed quia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Peccata prædestinatis cooperantur in bonum, XVIII, 143, 1 : *Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.*

5° *Quid peccator per pœnitentiam conversus facere debeat.* Peccator jam conversus non respiciat retro, IX, 490, 1 : *Revertere ad Dominum et avertere ab injustitia, et nimis odito exsecrationem. Et cognosce justitias et judicia Dei, et sta in*

sorte propositionis et oblationis altissimi Dei. Sed bona opera continua agat, 492, 1 : *In partes vade sæculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo.* Ac Deum laudet, 495, 1 : *Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se!* Deo reconciliatus, identidem pro reconciliationis beneficio gratias agat, XIV, 152, 2 : *Quis, Deus, similis tui, qui aufers iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Revertetur, et miserebitur nostri : deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, quæ jurasti patribus nostris a diebus antiquis.* Peccatores semper agnoscant Dei bonitatem post acceptam peccati remissionem, XVII, 123, 1.

CAPUT SEXTUM.

PECCATUM FUGIENDUM, VITANDUM ET DETESTANDUM, ET QUARE.

1° *Peccatum fugiendum*, IX, 179, 2; 399, 1 : *Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diviti ad pauperem?* Peccatum est infinitæ fugibilitatis, quia Deus est summæ honorabilitatis, XIII, 182, 2 : *Ingemuit Susanna, et ait : Angustiæ sunt mihi undique : si enim hoc egero, mors mihi est ; si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Id fugere honorificum est, VI, 14, 1: *Doctrina viri per patientiam noscitur : et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Peccato fortiter resistendum, quia est summum malum, spontanea insania, et voluntarius dæmon, XIX, 498, 1, 2 : *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes.* Peccatorum fuga est nobile sacrificium, X, 214, 1 : *Sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate.* Peccata parva vitanda, ut vitentur magna, IX, 523, 2 : *Qui spernit modica, paulatim decidet.* Quia hæc negliguntur, disponunt ad magna, 525, 1. Peccatis valedicere debent Christiani, maxime qui vanitati alias vacarunt, XX, 347, 1 et seqq.: *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, et desideriis, vinolentiis, comessationibus, et illicitis idolorum cultibus.* Beatus qui sibi nullius peccati est conscius, IX, 406, 1, 2; 408, 1, 2: *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua.* Peccatum non est peccato superandum et compescendum, sed virtute, IV, 365, 2 : *Si tibi placet, egrediatur edictum a facie tua, et scribatur juxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, ut nequaquam Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius altera, quæ melior est illa, accipiat.* Peccatum non est medium eligibile ut gravissima peccata evitentur, XVIII, 70, 1. Inter peccata ita constricto ut nullus omnino sine peccato evadendi aditus pateat, quid agendum, IV, 293, 2. Peccandum potius contra hominem quam contra Deum, III, 535, 2.

2° *Quanto studio peccata fugere debeamus*, XIX, 293, 1 : *Cognovit Dominus qui sunt ejus, et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Servo Dei fugienda peccata quasi cadavera, 441, 1. Peccatum quantopere sancti detestati sunt, II, 83, 2; IX, 448, 1. Peccandi pericula assidua cogunt sanctos ad mortem anhelare, XIX, 15, 1. Peccatrices multæ pœnitentes, in antris vitam austeram egerunt, VI, 381, 1. Peccati odium inculcatur, XVIII, 209, 2 : *Dilectio sine simulatione, odientes malum; adhærentes bono.* Quomodo id præcavendum, IX, 511, 2 : *Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.* Peccatum omne quomodo fugere possimus, XX, 571, 1 : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit ; quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Aliud est esse vel existere peccatum, aliud vincere peccatum et concupiscentiam, XVIII, 111, 2 : *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obedialis concupiscentiis ejus.* Peccandi necessitas hominem semper pavidum facit, XIX, 32, 1 : *Itaque, charissimi.... cum metu et tremore vestram salutem operamini.*

3° *Quæ sint media ad vitandum peccatum.* A peccatis per tria vincula debemus retrahi : per reverentiam Dei præsentis, memoriam beneficiorum Dei, et timorem divini judicii, I, 352, 1 (quibus addi potest : consideratio gravitatis peccati, crebra confessio, beatæ Virginis cultus, et occasionum fuga).

Primo. *Reverentia Dei præsentis*, et memoria beneficiorum ejus, I, 352, 1 : *Qui* (Joseph) *nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam : Ecce dominus meus, omnibus mihi tradilis, ignorat quid habeat in domo sua : nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ uxor ejus es : quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum?* Peccati fuga Dei præsentis timore proficiscitur, *Psalm.* I, 206, 1 : *Diverte a malo, et fac bonum ; inquire pacem, et persequere eam.*

Secundo. *Consideratio gravitatis peccati.* Peccatorum remedium ex ipsorum fœditatis consideratione petendum, X, 177, 1. Peccatorum cognitionis effectus, *Psalm.* I, 33, 1. Peccatorum præteritorum recordatio stimulus est ad sollicitam cum Deo ambulationem, XIV, 134, 1, 2 : *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te; utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Peccati cognitio utilis et ad pœnitentiam conducit, *Job*, 786, 1, 2 . *Auditu*

auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Peccatum demum horremus cum cognoscimus, *ibid.* Peccata propria cogitans, non respiciet aliena, IX, 228, 2 : *Non irrideas hominem in amaritudine animæ suæ: est enim qui humiliat et exaltat circumspector Deus.*

Tertio. *Novissimorum memoria* (Vide ÆTERNITAS, INFERNUS, JUDICIUM, MORS, NOVISSIMA).

Quarto. *Crebra confessio.* Vide CONFESSIO.

Quinto. *Beatæ Virginis cultus.* A peccatis qui cavere volet, beatam Virginem colat, IX, 657, 1 : *Qui audit me, non confundetur : et qui operantur in me non peccabunt* (Vide MARIA).

Sexto. *Occasionum fuga.* Occasio fugienda, IX, 133, 1; 134, 1 : *Cor durum male habebit in novissimo, et qui amat periculum, in illo peribit.* Peccatorum occasiones dolere et ablegare signum pœnitentiæ est, XII, 547, 2 : *Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captivi ducti sunt : quia contrivi cor eorum fornicans, et recedens a me, et oculos eorum fornicantes post idola sua : et displicebunt sibimet super malis quæ fecerunt in universis abominationibus suis.*

CAPUT SEPTIMUM.

AN ET QUALITER CUM PECCATORIBUS CONVERSANDUM.

1° *Cum peccatoribus non conversandum*, IV, 286, 2 : *Panem et vinum tuum super sepulturam justi constitue, et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus.* Peccatores duobus modis lactant quos decipiunt, V, 37, 1 : *Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.* Peccata sua impius affingit et affricat, 560, 2. Putat viros sanctos sibi esse damna, XVI, 136, 2.

2° *Quatenus et quare corripiendus peccator*, XV, 406, 2 et seq.: *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Peccatoribus non est connivendum aut adulandum, XIII, 338, 2 : *Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Quantum peccatum peccata non arguere et increpare, XIX, 307, 1 : *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Peccator non fovendus, peccata sua dissimulando, XIII, 338, 2. Ei suadendum ut minus peccet, XIX, 184, 2. Peccator secreto corripiendus, IX, 536, 1, 2 : *Corripe amicum, ne forte non intellexerit, et dicat : Non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere.* Et libere, 164, 1: *Ne reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis.* Et dure, 581, 2; 582, 1, 2; XIX, 325, 2 : *Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide.* Non tamen cum iracundia, IX, 270, 1 : *Non incendas carbones peccatorum, arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.* Cur post privatam correptionem peccator coram testibus est corripiendus, XV, 408, 2 : *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Peccator pervicax et Ecclesiam contemnens, sicut ethnicus et publicanus, id est publicus peccator est habendus, et excommunicandus, 401, 1. Peccantes publice, publice arguendi sunt, XIX, 247, 2 et seq.: *Peccantes coram omnibus argue; ut et cæteri timorem habeant.* Peccatores occulti non sunt prodendi, XV, 552, 1. Peccantes ex infirmitate tolerandi, non qui ex pertinacia, XVIII, 571, 1 : *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodo instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris.*

3° *Peccator odit correptionem et corripientes*, X, 158, 2 : *Peccator homo vilat correptionem, et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.* Si oderit se corripientes, ostendit se obstinatum, IX, 564, 2; 565, 1: *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris : et qui timet Deum, convertitur ad cor suum.* Oditque medicinam, *ibid.*

4° *Peccatori commiserandum est*, XIV, 295, 1. An ei sit benefaciendum, IX, 370, 1, 2; 371, 1, 2; 372, 1, 2 et seq. : *Da misericordi, et ne suscipias peccatorem..... Da bono, et non receperis peccatorem. Benefac humili, et non dederis impio, prohibe panes dari illi, ne in ipsis potentior sit. Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis quæcumque feceris illi, quoniam et Altissimus odio habet peccatores, et impiis reddet vindictam.* Ei egenti danda est eleemosyna, 372, 2; 373, 1.

5° *Peccatores convertere, Deo et angelis gratissimum*, XVI, 204, 2 : *Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.* Eis conversis non est invidendum, 213, 1, 2. Peccata præterita nulli sunt exprobranda, IX, 265, 1 : *Ne despicias hominem avertentem se a peccato, neque improperes ei : memento quod omnes in correptione sumus.*

PECUARIA. Pecuaria ars innocens et antiqua est, VI, 355, 2.

PECULATORES. Peculatores qui sint, XIX, 182, 2.

PECULIUM. Peculium Romanis erat quidquid alicujus labore et industria comparatum erat : derivatur vox a *pecore*, vel pusilla pecunia, XIV, 603, 1. Ejus usus et definitio, *ibid.* Peculium est homini simile, *Job*, 348, 1.

PECUNIA. 1° Pecuniæ origo et etymon, IX, 409, 1. Pecunia dicta a *pecore*, VI, 356, 1. Pecunia veteribus erat Jupiter, IX, 304, 1. Priscis pecunia erat Dea, XV, 198, 2. Pecunia triplex : aurea, argentea, ærea, 260, 1. Et quælibet dicta æs, 708, 2. Olim omnia pecunia, præsertim cum rudis et non signata esset semper ad pondus annumerabatur, XII, 238, 2; XIII, 626, 2; XIV, 409, 2.

2° Pecuniæ obediunt omnia, quo sensu, VII,

356, 1. Pecunia est divitum robur, item nervus belli, XIV, 103, 2. Item anima, sanguis, vita, 90, 2. Pecuniæ obediunt jura et æquitas, IX, 263, 1. Evincit justitiam, XIII, 551, 2. Pecuniæ proritant cupiditatem, *Job*, 622, 1. Pecunia aulici corrupti, IV, 516, 2. Amatores suos captivat, V, 317, 2. Avari idolum et numen est, XIII, 634, 1. Pecunia est occultus hominum tyrannus, 459, 2, Ejus corrosores semper anxii sunt, V, 317, 2.

3° Pecunia quid nobis esse debeat, et quomodo debeamus ea uti, VII, 210, 2. Ei simul et Deo servire nemo potest, XV, 197, 2 et seqq. Est juste comparanda, V, 272, 2. Pecuniæ absconditæ nullus est usus, X, 272, 1, 2. Pecunia eredita ostendit hominis fidem.

4° Pecuniam ferre vetantur apostoli, cur, XV, 260, 1. Ejus possessio apostolis erat vetita, 260, 2. Pecuniam omnem semper detestati sunt viri sancti, II, 313, 2. Eam tractare noxium est religiosis, XVI, 505, 1. Ejus cupidi non sunt ad prælaturas promovendi, VI, 308, 1 (*Vide* DIVITIÆ, ubi eædem materiæ fusius exponuntur).

5° Pecunia a Davide relicta pro templi fabrica, quanta fuerit, VII, 398, 2. Pecuniæ summa ducentorum et quadraginta millionum a Davide relicta ad templum ædificandum, IV, 127, 1, 2. Cui Salomon multa addidit, 128, 2. Pecunia quam Salomon in templum insumpserit, VII, 99, 1, 2. Pecunia qua pontifices custodes sepulcri corruperunt fuit ex ærario sacro sumpta, XV, 654, 1. Pecuniæ Simonis Magi S. Petrus maledicit, et quomodo, XVII, 200, 2.

PECUS, PECORA. In pecudibus sitæ erant veterum opes, XII, 767, 2. Pecora omnium genera in mari sunt, X, 413, 2. Pecora etiam dormiendo somniant, 329, 1. Pecora ingens dant lucrum pastori, VI, 355, 2 et seq. Etiam pecora ab hero curanda sunt, IX, 242, 2. Pecora sua cur curet justus, eisque de necessariis provideat, VI, 355, 2.

Pecora occisionis quomodo Judæi a prophetis vocentur, XIV, 486, 1.

PECTUS. Pectoris physionomia, VIII, 131, 2. Pectoris tunsio pœnitentiæ est signum, XVI, 243, 2. Item symbolum satisfactionis et vindictæ, *ibid.*

Pectus Christi et Salomonis qualis, VIII, 131, 2.

PEDALE. Pedale est mensura, XII, 327, 2.

PEDES. Pediti pro stipendio olim dabantur duo oboli, IV, 426, 2.

PEDICULARIS. Pedicularis morbi, seu phtiriasis causa et effectus, IV, 540, 2. Quinam ea puniti, *ibid.*

PEDUM. Pedum pastorale sua forma tria significat, XXI, 60, 2.

PEGUSIUM. Pegusii originem referunt ad Judæos exsules damnatos a Salomone ad aurifodinas Ophirinas, IX, 240, 2; XII, 91, 1.

PELAGIA (S.), virgo et martyr. S. Pelagia, virgo Antiochena et martyr præclarum virginitatis ac fugæ exemplum dedit, XXI, 270, 1 et seq. Insilit in flumen ne violetur, XV, 124, 2. S. Pelagiæ et cum matre et sororibus in flumen injicientis elogium, IV, 338, 1; V, 523, 1.

PELAGIA (S.) pœnitens. S. Pelagia ante pœnitentiam in meretricio curabat se per urbem gestari, V, 264, 2. Ejus pœnitentis conversio, pœnitentia, lacrymæ, XI, 144, 1; XII, 376, 2. In monte Oliveti tugurio erecto pœnitentiam egit.

PELAGIUS, PELAGIANI. 1° Pelagii hæresiarchæ lapsus, XIV, 8, 2. Pelagii hæresis quid potissimum doceret, XII, 109, 1. Pelagii errores, XVII, 133, 2; 301, 1; 376, 1. Pelagii hæresis negantis gratiam, XXI, 195, 1. Gratiæ necessitatem negavit, XVI, 397, 1. Astruens liberum arbitrium, id destruebat, 561, 1. Peccatum originale negabat, XVIII, 32, 1; 97, 1; 450, 2. In parvulis actualia peccata esse dicebat, XIV, 61, 1. Erat hostis gratiæ, hinc eum oppugnans Augustinus liberum arbitrium deprimit, XVIII, 21, 1; XIX, 35, 1, 2 et seq. Merita tribuebat naturæ viribus, XIX, 523, 2. Docebat charitatem esse donum nostrum, non Dei, XVIII, 377, 2. Deum operari velle per legem minando et pollicendo asserebat, XIX, 35, 1, 2. Et posse esse a Deo, sed velle et agere a nobis, *ibid.* Ejus error circa vocationem, 249, 1. S. Chrysostomus in vocatione ad primam gratiam non favet Pelagio, XVIII, 592, 2. Docebat omnes Christianos pauperes esse debere ex præcepto Christi, XVI, 172, 2; XIX, 266, 2. Docebat hominem etiam ante lapsum moriturum, et mori ex naturæ necessitate, XVIII, 132, 2. Oderat dialecticam, XIX, 269, 1. Pelagius hæresiarcha in senio hæresim suam detexit, XIII, 383, 2.

2° Pelagiani erant adversarii gratiæ, IX, 451, 1. Docent fidem esse ex nobis, non e gratia Dei, XX, 105, 1. Et justos sine peccato esse, XV, 192, 2. Docebant nullum juramentum Christianis esse licitum, 168, 1. Et nullum divitem posse salvari, X, 115, 1; XV, 429, 1.

PELAGIUS I, rex. Pelagius I, Hispaniæ rex, Deiparæ ope Saracenos profligavit, V, 208, 1. Ejusdem beatæ Virginis ope, crebras de Gothis victorias retulit, I, 362, 2 et seq.

PELE. *Pele* mirabile Hebræis est, I, 504, 2.

PELEUS. Peleus jactavit se maritum Thetidis esse, IV, 499, 2.

PELICANUS. 1° Pelicanus quæ sit avis, IX, 150, 2. Pelicanus idem est qui onocrotalus, XIV, 294, 1.

2° Pelicanus symbolum est sapientiæ Christi, IX, 150, 1. Item pœnitentiæ symbolum, *Job*, 577, 2. Pelicanus est etiam stoliditatis symbolum, IX, 270, 1.

PELLA. Pella urbs refugium fuit Christianis e Jerusalem exscindenda fugientibus; ejus etymon, I, 504, 2; XXI, 161, 1.

PELLIS. 1° Pellis nomen quid significet, *Job*, 54, 1. Pellis hyænæ an hominem tutum contra hostes reddat, et alia ejus mira, XIV, 209, 1. Pelle

caprina utitur Jupiter loco libri, 413, 1. In pellibus hædinis scribebant veteres, XII, 517, 1.

2° Pellis est schema virtutum exteriorum, XIV, 90, 2.

PELOPIDAS. Pelopidas iturus ad conflictum, quid uxori, ut vitæ suæ caveret obsecranti, responderit, IV, 457, 1. Pelopidas quam esset ad calumnias fortis, II, 121, 1. Ejus paupertas, 136, 2.

PELTA, PELTATI. *Pelta* vox unde deducatur, XIV, 289, 2. Peltati milites qui dicantur, *ibid.*

PELUSIUM. Pelusii etymon, XII, 281, 1. Pelusium urbs Ægypti navibus et mercibus erat florentissima, 721, 2. Vocatur lingua maris Ægypti, XI, 271, 1, 2.

PENATES. Penates domestici erant theraphim, XIII, 331, 1, 2. Eos etiam post excidium, domo et urbe fugientes, secum peregre asportabant, *ibid.* Unde penates dicti, *ibid.*, 2.

PENELOPES. *Penelopes tela* proverbium quid sibi velit, V, 568, 2; VI, 496, 1.

PENETRATIO. Penetratio est dos propria corporis gloriosi, XVII, 266, 1. Quomodo Christus ad omnes inferiores partes terræ penetrarit, IX, 666, 1.

PENNA. 1° Pennæ aquilarum quam rapaces et voraces sint, VI, 185, 2; XIII, 64, 1. Unde id eveniat, VI, 185, 2.

2° Pennæ solis sunt ejus radii, XIV, 606, 2.

PENSIONARIUS. Pensionarii clerici reprehenduntur, XII, 740, 1, 2.

PENTACONTARCHI. Pentacontarchos Judæi in castris habebant, XI, 134, 1.

PENTALPHA. Pentalpha Antiochi Soteris tessera, XVI, 26, 1.

PENTAPOLIS. Pentapoleos olim fertilitas, XII, 309, 2. Pentapolis quomodo dicatur arefacta, quia versa in favillam, IX, 317, 1. Pentapoles variæ, VIII, 504, 1, 2.

PENTATEUCHUS. Pentateuchi nomen, argumentum, auctor quis, I, 27, 1. Ubi scriptus, *ibid.*, 2. Vocatur Liber vitæ, IX, 658, 1. Pentateuchus olim unus continuus fuit tractatus sine incisione vel divisione, XIII, 253, 1.

PENTECOSTE. 1° *Pentecoste Judæorum.* Pentecosten qualem servarent Judæi, XII, 56, 1, 2. Pentecoste apud Judæos quando celebraretur, I, 600, 1, 2. Pentecoste erat festum secundum a Paschate, XVI, 112, 1. Cur Pentecoste Judæis fuerit indicta, XVII, 76, 1. Hoc festum duplici de causa apud Judæos institutum, seu dupliciter accipitur: *primo*, fuit indicta in memoriam datæ illo die legis per Mosen in Sina; *secundo*, in gratiarum actionem pro novis illius anni frugibus, quas tunc metere incipiebant, I, 600, 1, 2; II, 153, 2; XVII, 76, 1. Ejus dies quinquaginta unde numerarentur, II, 150, 2. Fuit celebre apud Judæos, *ibid.* Offerebantur in eo panes primitiarum, 153, 2.

Pentecoste Hebræorum allegorice significabat Pentecosten Christianorum, II, 155, 1, 2; XVII, 76, 1. Tropologice perfectam pœnitentiam et remissionem peccatorum, *ibid.*, 2. Anagogice sanctorum requiem, *ibid.*

2° *Pentecoste Christianorum.* Pentecoste Christianorum differt a Judaica, XVII, 76, 2. Est festum Spiritus sancti et jubileum, 77, 2. In Pentecoste facta est promulgatio legis novæ, et tunc vetus obligare desiit, XV, 114, 2; XVI, 340, 1. In ea descendit Spiritus sanctus, non in Pentecoste Judæorum, II, 151, 1. In ea datus est Spiritus sanctus Apostolis abundantissime, XVI, 427, 2. Eum vocant Itali Pascha Spiritus sancti, 112, 1. Prima Pentecoste Christianorum incidit in Dominicam, II, 151, 1; XVII, 76, 2. Ejus mentionem facit Lucas in *Actis*, II, 151, 1. Alio tempore id celebrant Judæi, alio Christiani, 150, 2. Coli cœpta est mox post Christum, 152, 1, 2. In festo Pentecostes Constantinopolis a Turcis est expugnata ad punitionem schismatis Græcorum in Spiritum sanctum blasphemorum, XVI, 570, 1. In Pentecoste præcipue vacandum est operibus charitatis, cur, IV, 272, 1.

PENULA. Penulam quam sibi per Timotheum afferri jubeat Paulus, quid esset, XIX, 314, 1. Est pallium ad frigus et pluviam arcendam, *ibid.*

PENURIA. Penuria sæpius quam pugna consumit exercitum, IV, 323, 2.

PER. *Per* præpositio quomodo Deo Patri tribuatur, XVI, 299, 1. Deo Filio convenit, XVIII, 197, 2; 325, 2; 625, 1.

PERA. Pera est sacculus viatorius, XV, 261, 2 et seq.

PERADIM. Peradim sunt equi veloces ad cursum, et apti ad bellum, XII, 698, 2. Vocantur sic tam equi quam muli, *ibid.* Sunt muli Syriæ, *ibid.*

PERÆA. Peræa quæ regio Judææ sit, XV, 418, 1.

PERAMBULARE. *Perambulare* in Scripturis, cum præsertim de principibus agitur, significat imperium, dominium, et idem est quod *regere*, X, 295, 1; XIV, 367, 1; XVII, 223, 2 et seq.; XX, 395, 1.

PERCUSSIO. Percussio cardinis templi Bethelini, Amos menti objecta quid significaret, XIII, 632, 1.

PERDERE, PERDITIO. 1° *Perdere* duplici sensu capi potest, XI, 516, 1. *Perdere* et *parcere* contraria sunt, XIV, 604, 1. Perdendum ut lucremur, X, 72, 2; 73, 1. Perditio quæ scienter et evidenter fit, gratius affligit, 113, 2.

2° Perditio sui ipsius quisque est, XIII, 457, 1, 2. Perditio est ex homine peccante, seque in peccatis usque ad finem obdurante, *ibid.* Perditio sedem propriam habet in domo impii, VI, 102, 1.

PERDIX. 1° Perdix dicitur *a perdendo*, IX, 103, 2. Ejus natura, 363, 2. Perdix cicur perdicem venatur, et ipsa alias voce sua in laqueos allicit, IX, 363, 2; XII, 142, 1. Quomodo aucupem eludat, XII, 142, 2. Perdicis pulli ab alia matre exclusi ad veram avolant, 141, 2. Perdix capream amat, IX, 364, 1. Perdices Paphlagoniæ sunt bicordes, IX, 103, 2; XII, 584, 1.

2° Perdici dæmon assimilatur, XII, 142, 2. Et hæretici, *ibid.* Unde confertur ei dolosus hospes, IX, 363, 2. Symbolum est adulantium et hypocritarum, XX, 44, 1. Item versuti et contumeliosi, *Job*, 263, 1.

PEREFFLUERE. *Pereffluere* Paulo duo significat, XIX, 366, 1.

PEREGRINA. Peregrina est nomen proprium meretricis, V, 189, 2.

PEREGRINARI, PEREGRINATIO, PEREGRINUS. 1° *Peregrinatio proprie accepta.*

Primo. Peregrinus quid proprie, quid metaphorice significet, XX, 363 1. Peregrinus quis Judæis diceretur, II, 282, 2. Peregrinis olim ab Hebræis, aliisque gentibus mutabatur nomen proprium in aliud gentis cui inserebantur, IV, 208, 1, 2.

Secundo. Peregrinatio quanta afferat damna, X, 81, 2 : *Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ in peregre sine domicilio;* 82, 2 ; 83, 2 : *Minimum pro magno placeat tibi; et improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hospitandi de domo in domum; et ubi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur, et pascet, et potabit ingratos, et ad hæc amara audiet : Transi, hospes, et orna mensam : et quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi a facie honoris amicorum meorum : necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater.* Peregrinationis vagæ et incertæ incommoda, XIX, 476, 1. Peregrini peregre multa pati coguntur, VI, 14, 2 ; X, 81, 2 ; 82, 1. Peregrinatio sæpe moribus nocet, X, 198, 2. Peregrini sæpe in pericula et mortem incidunt, 244, 1, 2 : *Quis credit ei qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem?* Peregrini apud exteros et incognitos timidi sunt, XIII, 415, 1.

Tertio. Peregrini sunt benigne excipiendi, XX, 642, 2 et seq. : *Charissime, fideliter facis quidquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos. Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ, quos benefaciens deduces digne Deo.* Ad hospitium invitandi, etiam trahendi sunt, XVI, 278, 1, 2 : *Et appropinquaverunt castello, quo ibant : et ipse* (Jesus) *se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes : Mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies ;* XVII, 310, 2 : *Cum autem baptizata esset, et domus ejus, deprecata est dicens : Si judicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam et manete. Et coegit nos.* Debent a principe defendi, VI, 487, 2 : *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.*

Quarto. Peregrinationis utilitas, conducit ad sapientiam practicam parandam, X, 302, 2 : *In terram alienigenarum pertransiet ; bona enim et mala in hominibus tentabit. Peregrinatio reddit cautum;* 199, 1, 2 : *Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanatus est, abundabit malitia. Multa vidit, errando, et plurimas verborum consuetudines.* Docet frugalitatem, 199, 2. Peregrinatio evangelizandi causa utilis est, VI, 336, 2.

Quinto. Peregrini antequam peregrinentur et post, adeant templum, Deumque invocent, exemplo Tobiæ et aliorum, IV, 303, 1. Peregrinus ab hostibus invasus per S. Raphaelem liberatus, 228, 2.

Sexto. Peregrinatio Loth quæ vocetur, IX, 461, 1. Peregrinationes Pauli. XIX, 310, 2. Aliquot a S. Luca omissa sunt, XVIII, 419, 2 ; 423, 1.

2° *Peregrinationes ad loca sancta.* Peregrinationes ad sepulcra sanctorum carpunt hæretici, sed insulse, XX, 362, 2 et seq.

3° *Peregrinatio metaphorice sumpta.* Peregrini omnes sumus in hoc mundo, et ad patriam cœlestem tendimus, I, 184, 1, 2 : *Dixit autem Dominus ad Abraham : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi;* X, 84, 1 ; XIV, 541, 1 ; XV, 84, 1 ; 630, 2 ; XVI, 276, 1 ; XVIII, 314, 2 : *Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est : reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquam non habentes sint, et qui flent, tanquam non flentes; et qui gaudent, tanquam non gaudentes; et qui emunt, tanquam non possidentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur ; præterit enim figura hujus mundi;* XIX, 478, 2 : *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, et salutantes, et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram;* XX, 95, 2 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo;* XX, 291, 2 ; 293, 1 : *Charissimi, obsecro vos tanquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam.* Peregrinamur a Domino quamdiu in hoc corpore sumus, XVIII, 449, 1 : *Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Peregrinari se in terra cogitat religiosus et fidelis omnis, XII, 252, 1 : *Domum non ædificabitis, et sementem non seretis, et vineas non plantabitis, nec habebitis : sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.* Peregrinatio nostra duplex est, XVIII, 450, 1. *Audemus autem, et bonam voluntatem habemus peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes placere illi.* Peregrinis cœlestis patriæ Deus est umbraculum in die et nocte, *Psalm.* II, 340, 2 : *Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Peregrinus ad patriam anhelat, et nos hic peregrini ad cœlum anhelare debemus, VII, 236, 2 : *Quid necesse est homini majora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua, numero dierum*

peregrinationis suæ, et tempore quod velut umbra præterit? Peregrini non ægre ferunt se dicteriis et probris impeti, ob peregrinum habitum, linguam et mores; sic pariter vir sapiens et patiens, sciens se esse in terra peregrinum, omnes injurias probra et adversa non curat, VI, 14, 2. Peregrini quomodo muros Jerusalem tum temporalis, tum cœlestis ædificent, XI, 706, 2.

Peregrinari in fervore quid sit, XX, 362, 2: *Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat.*

PEREGRINUS (S.). S. Peregrinus martyr ignem sine læsione superavit, X, 553, 2.

PEREGRINUS impostor. Peregrinus impostor Christianum se finxit, et carceri pro Christi fide se obtulit, ut eleemosynis fidelium potiretur, XIX, 340, 2; 463, 1; 513, 1. Christianorum auro suffarcinatus in patriam rediit, XV, 436, 2. Ob nomen immortale in rogum se conjecit, XVIII, 380, 1.

PERFECTIO, PERFECTUS. I. PERFECTIO DEI, *vide* DEUS, cap. III.

II. PERFECTIO HOMINIS. — 1° *Perfectio in quo sita sit et quis perfectus proprie dici queat*, V, 20, 1; VIII, 403, 2: *Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam;* IX, 250, 1: *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit;* XVIII, 58,; 204, 2: *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta;* 284, 2: *Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute;* 654, 1: *Fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate,* XIX, 51, 2: *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum; ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti simus, hoc sentiamus.* Perfectio sita est in continuo amore Dei et laude, X, 488, 1: *In omni opere dedit confessionem sancto in excelso in verbo gloriæ.* Consistit in charitate Dei et proximi, XX, 228, 2. Quantam charitatem exigat, XIX, 172, 2: *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.* Perfectio hujus vitæ et futuræ in quo sita sit, XVII, 134, 1. Perfectio sita est in mortificatione concupiscentiæ, XX, 172, 1. Et in moderatione linguæ, XVII, 81, 2; 137, 1: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Perfectio in minorum observatione relucet, *Job*, 15, 2. Perfectio actus ex voto procedentis, VII, 201, 1. Perfecti viri quæ sint signa, IX, 36, 2. Ejus signum est proximi infirmitatibus compati, XVIII, 574, 1: *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* Perfectus homo suum lucrum æstimat, quod aliis tribuitur, *Job*, 91, 2. Perfectus solum Deum quærit, V, 148, 1, 2. Perfectus est qui in adversis gratias agit, IV, 274, 2: *Cum ab infantia sua semper Deum timuerit, et mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum quod plaga cæcitatis evenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Perfecti in calumniis gaudent, X, 4, 2: *A tribus metuit cor meum, et in quarto facies mea metuit; delaturam civitatis, et collectionem populi, calumniam mendacem, super mortem omnia gravia.* Quomodo perfecti ab imperfectis in motu et gestu differant, IX, 543, 1; *Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.* Perfecti, integri, et in nullo deficientes quomodo distinguantur, XX, 29, 2: *Patientia autem opus perfectum habet; ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.* Perfectorum status spiritualis est, XVIII, 265, 1. Qui sint apostolo Paulo perfecti, et quæ illis sapientia proponenda, XVIII, 261, 1: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur.* Perfectum quomodo se esse dicat et neget Paulus, XIX, 51, 1.

2° *Perfectionis excellentia et commoda.* Primo. *Perfectionis excellentia.* Perficere rem majus est donum quam inchoare, XIV, 402, 1, 2. Perfectio nobilior est regum nobilitate, V, 111, 1: *Accipe illam, et exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta protegel te.* Perfectio virtutum est velut gemma gratissima, 531, 2. Perfectio virtutum est domus spiritualis animæ, XV, 215, 2: *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.* Per studium perfectionis Deo appropinquamus, XX, 182, 2: *Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.* Perfectus cadens melior est imperfecto ex bono opere superbiente, X, 373, 2.

Secundo. *Perfectionis fructus.* Perfecti sunt Deo charissimi, XV, 177, 1, 2. Ejus possessio homini jucunda est, VI, 218, 1, 2: *In doctrina replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa et pulcherrima.* Perfectio est bona animæ possessio, X, 564, 2. Hominem contra omnia mala communit et tuetur, V, 571, 2: *Substantia divitis, urbs roboris ejus: et quasi murus validus circumdans eum.* Perfectis accommodantur omnes proprietates altaris thymiamatis, I, 709, 2 et seq. Perfectio vitæ est velut lignum vitæ, XXI, 408, 2: *In medio plateæ ejus, et ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem Gentium.* Perfecti in fide et virtute quomodo mystice summa videant, XIII, 508, 1: *Effundam spiritum meum super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt.* Perfecti quam certitudinem de sua salute habeant, XVIII, 135, 1: *Ipse Spiritus*

testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

3° *Perfectionis christianæ necessitas.* Ad perfectionem christianismi vocat suos omnes Deus, V, 255, 2 : *Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis : Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiæ.* Quam perfectionem a suis exigat Christus, XV, 177, 1 : *Estote ergo perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Perfectio Dei nobis imitanda est, 178, 2. Quænam perfectio sit præcepti, quænam consilii, 177, 2. Perfectionis desiderium in suis Deus adimplet, V, 303, 2 : *Quod timet impius, veniet super eum ; desiderium suum justis dabitur.* Perfectio nostra meta est, XIX, 48, 2. Ad eam currendum et obliviscenda ea quæ retro sunt, 47, 1, Eam insequi debemus ut venator leporem, 49, 2.

4° *Perfectionis et perfectorum officia*, IX, 548, 2. Sola Scriptura hominem perfectum non reddit, XIX, 304, 2 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia ; ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Perfecti omnia relinquere debent, XV, 428, 2 : *Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me.* Perfectioni inhians mundo carnique mori debet, XVIII, 580, 1. *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Perfecti ad unum aspirent, VIII, 151, 2. In perfectione semper progrediendum, et quotidie incipiendum, IX, 502, 1, 2 : *Cum consummaverit homo, tunc incipiet : et cum quieverit, operabitur.* Quid observare debeant perfecti ut in perfectione perseverent, XV, 428, 1, 2. Perfectos qui se putant, tentationibus pulsantur ut videant se imperfectos esse, XII, 798, 2. Perfecti timent Deum timore filiali, *Psalm.* I, 204, 2 : *Timete Dominum, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum.* Perfecti etiam viri semper aliquid habent quod sibi petant ignosci, I, 252, 2 : *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me.* Perfecti quomodo imperfectos regere debeant, XIII, 317, 1.

5° *Media ad perfectionem assequendam.* Quæ ejus assequendæ sit optima ratio, IX, 342, 1 : *Fili, ne in multis sint actus tui : et si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Perfectus quomodo quis evadat per justitiam quoad proximum, circumspectionem quoad Deum, sapientiam sive judicium quo ad seipsum, IX, 427, 2 : *Beatus vir qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Perfectionis compendium, II, 466, 1, 2. Modus cito ad perfectionem evangelicam perveniendi, XV, 178, 2 : [illegible] christianam perfectionem media novem, I, 213, 1 : *Apparuit ei* (Abraham) *Dominus, dixitque ad eum : Ego Deus omnipotens, ambula coram me, et esto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me et te, et multiplicabo te vehementer nimis.* Ad perfectionem via incipit a timore judicii, gehennæ perducens ad contemplationem, III, 658, 2; 659, 1 : *Et ait* (angelus) *ei* (Eliæ) : *Egredere et sta in monte coram Domino : et ecce Dominus transit, et spiritus grandis et fortis subvertens montes, et conterens petras ante Dominum ; non in spiritu Dominus, et post spiritum commotio, non in commotione Dominus ; et post commotionem ignis, non in igne Dominus ; et post ignem sibilus auræ tenuis.* Optima ratio perfectionis assequendæ est mortis memoria, IX, 419, 2 : *Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi ; testamentum enim hujus mundi morte morietur.* Ad perfectionem acer stimulus : *hodie cœpi, hodie finiam*, XIX, 51, 1. Media incitantia ad cursum et perfectionem sunt : *primum*, quemque sibi persuadere se non esse perfectum, sed eo tendere; *secundum* est animi generositas ad heroica opera et profectum; *tertio*, insatiabile desiderium perfectionis ; *quarto*, intendere jugiter in bravium, 48, 2; 49, 1, 2 et seq. Qui perfecti esse volunt, divitias nec ambiunt, nec paupertatem metuunt, VI, 433, 2. Perfectio causatur sapientia, XX, 27, 1 : *Scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur ; patientia autem opus perfectum habet.* Qui cito perfecti in re aliqua evadere conantur, mox deficiunt, V, 385, 1, 2 : *Substantia festinata minuetur ; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.*

PERFIDIA, PERFIDUS. Perfidia remplicam evertit, V, 529, 2. Perfidia a Deo vindicatur, id probatur exemplis, I, 326, 1. In perfido non est sperandum, VI, 278, 1.

PERFODERE. Perfodere parietem quare jubeatur Ezechiel, XII, 587, 1.

PERFRICARE. Perfricare frontem quid sit, XII, 522, 1, 2.

PERGAMENÆ. Pergamenæ pelles unde habeant nomen, XII, 517, 1.

PERGAMUM. Pergamum urbs ubi sita, dicta eadem Troja : ejus rex fuit Attalus, in Romanos beneficus, XXI, 51, 1. In ea magna fuit persecutio Christianorum, 51, 2.

PERGERE. *Pergere in urbem* quid significet, VII, 348, 2.

PERIANDRUS. Periandri Corinthii sententiæ morales, IX, 30, 2.

PERIBOLUS. Peribolus vocatur murus vel septum, X, 534, 2 ; XII, 817, 1.

PERICARDIUS. Pericardio non aqua continetur, sed biliosus humor, XVI, 621, 1.

PERICLES. Pericles Atheniensis filiorum suorum mortem æqua mente accepit, XII, 680, 2. Ejus in injuriis patientia et tolerantia, XV, 173, 2;

XVIII, 217, 2; XX, 29. 1. Quid amico indigna petenti responderit, X, 180, 2. Scilicet amico testimonium falsum exigenti parere noluit, I, 619, 1, 2. Pericles orator dictus fulminare et tonare, XV, 678, 2.

PERICULUM. 1° *Pericula corporalia.* Pericula ingentia Hebræi vocant mortem, XVIII, 422, 1, 2. Periculum præsens magis percellit quam futurum, I, 466, 2. Periculum mortis incurrit qui alium a morte liberare declinet, VI, 227, 2 et seq.

2° *Pericula spiritualia.* Pericula mundi varia sunt, IX, 289, 2 : *Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis.* Pericula vitæ præsentis soli viri spirituales norunt, *Psalm.* I, 275, 2; 276, 1 : *Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt.* Periculum salutis æternæ maximum, *Psalm.* II, 279, 1 : *Circumdederunt me dolores mortis, et pericula inferni invenerunt me.* Periculum in divitiis quantum sit, VII, 100, 2. In pericula ruit ebrius, X, 139, 2 (*Vide* DIVITIÆ, EBRIETAS). Periculum unitatis et solitudinis, VII, 177, 1 : *Si unus ceciderit, ab altero fulcietur : væ soli : quia, cum ceciderit, non habet sublevantem se.* Periclitatur homo et sperando et desperando, XII, 736, 2; 737, 1 : *Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris. Serva te ab illo, ut non molestiam habeas, et non coinquinaberis peccato illius.* Pericula ab hostibus pietati semper sunt in hac vita, *Psalm.* II, 265, 1, 2. Pericula declinanda sunt, XVI, 417, 1; 418, 1. Pericula quæ capessenda, quæ vitanda, X, 162, 1. Periculis occurrendum, timore superato, XVI, 555, 2.

Pericula inferni qui non advertant, *Psalm.* II, 279, 1. Periculum amans in eo peribit, IX, 133, 2; 134, 1 : *Cor durum male habebit in novissimo ; et qui amat periculum, in illo peribit.* Periculum peccati mortalis amans, peccat mortaliter, 134, 2. Periculum fugiens, in illo non peribit, *ibid.* Quando id subeundum, 135, 1. Pericula vir sapiens caute declinat, VI, 137, 1, 2 : *Callidus videt malum, et abscondit se ; innocens pertransiit, et afflictus est damno.* Periculum minus adire licet, ut majus vitetur, XV, 124, 2. Qui curant animas a Deo a periculis eximuntur, XIV, 45, 2.

In periculis omnibus ad Deum confugere debemus, VI, 32, 2. In periculis Deus unicum refugium, *Psalm.* I, 351, 1. In periculis Deus amandus et invocandus, IX, 394, 1 : *Omni vita tua dilige Deum, et invoca illum in salute tua.*

PERILLUS. Perillus faber primus suo periit tormento, et in bovem æneum quem tyranno Phalaridi suggesserat, primus injectus fuit, IV, 382, 2; VI, 322, 2 ; X, 41, 2 ; XII, 660, 2.

PERIPSEMA. Peripsema proprie quid sit, XVIII, 284, 2.

PERIRE. Perire dicuntur ea quorum non est usus, XIV, 273, 2.

PERISCELIDES. Periscelides quid sint, IX, 140, 1.

PERJURIUM. 1° Perjurium sequitur e mendacio, IX, 230, 2 : *Noli velle mentiri omne mendacium : assiduitas enim illius non est bona.* Item e jurandi consuetudine, 599, 2 : *Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.*

2° Jurantes per falsos deos duplicem Deo injuriam faciunt, VIII, 573, 2 : *Utraque ergo illis evenient digne, quoniam male senserunt de Deo attendentes idolis, et juraverunt injuste, in dolo contemnentes justitiam.*

3° Perjuria vindicat Deus, VIII, 574, 1, 2 : *Non enim juratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper injustorum prævaricationem.* Quomodo semper punitum fuerit, multis exemplis docetur, I, 326, 1 ; II, 415, 2 : *Non usurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen ejus assumpserit.* Pejerantes olim in ædibus sanctorum illico cœlitus castigabantur, VIII, 574, 1. Perjurii et perfidiæ detestatio, I, 326, 1 (*Vide* JURAMENTUM).

PERMISSIO. Permissio Dei vocatur actio et deceptio contra Calvinum, XII, 598, 1.

PERNICIES. Pernicies non licitæ voluptatis, VII, 21, 1.

PERNOCTARE. Pernoctare ad sepulcra sanctorum pium et utile est, XI, 746, 1.

PERPENDICULUM. Perpendiculo cur architecti utantur, XIV, 369, 1. Perpendiculum Israelis quando Deus deponere dicatur, XIII, 612, 1.

PERPERAM. Perperam agere quid sit, XVIII, 381, 1.

PERPETUA (S.). S. Perpetua qua visione viderit sibi imminere martyrium, XV, 210, 1. Vidit se suosque per scalam quamdam auream in cœlum ascendere, XII, 809, 1. Ejus visio de via cœli cultris obsita, I, 286, 2; XV, 210, 1. S. Perpetua idola explodens leonibus objecta est, XII, 92, 2; 465, 2.

PERPETUUM. Perpetuum in terris nihil, *Psalm.* II, 238, 1, 2.

PERSÆ. 1° *Persarum usus religiosi.* Persæ solem ut numen colebant, IV, 205, 2 ; X, 375, 1 ; 389, 2 ; XXI, 37, 2. Coluerunt solem nomine Mithræ, XII, 563, 1. Deum censuerunt esse ignem, XIV, 590, 1. Ignem exinde colebant ut Deum, IV, 502, 2. Plura templa igni extruxerunt, *ibid.*, 1. Persæ vivos homines sub terra diis defodiebant in gratiarum actionem, velut piaculares victimas, XII, 71, 1.

1° *Eorum mores domestici.* Matribus et filiabus commiscebantur, II, 114, 2 : IV, 343, 2. Sorores suas in uxores ducebant, IV, 364, 2 ; XX, 167, 1. Persæ sunt in uxores feri, IV, 365, 2. Fœdum apud eos habebant feminam intactam relinqui, 343, 2. Persæ filiis ut servis olim utebantur, VI, 27, 2 ; IX. 117, 2. Quos amicos primo haberent loco, quos secundo, VI, 341, 1. Solebant alienigenis, cum in urbem vel

aulam asciscerentur, mutare nomina, IV, 368, 2.

Persæ prolixam comam alunt, IV, 345, 2. Iis ascribitur unguenti et ungendi usus, 369, 2.

Persicæ mulieres sunt cæteris pulchriores, IV, 364, 2. Sunt plus æquo ornatus studiosæ, 369, 2. Perosum habebant linificiam, VI, 496, 1.

3° *Eorum usus in victu et conviviis.* Persarum veterum in victu sobrietas, I, 160, 2; IV, 362, 2; XIII, 13, 2. Posteriores Persæ luxu defluxerunt, cum priores essent frugales et continentissimi, XI, 330, 2. Prandebant et cœnabant in pavimento, IV, 362, 2. Apud eos lege cautum erat ne amphoræ ad convivia importarentur, 363, 1. Ipsorum leges permittebant reges semel in anno inebriari, 364, 2. Nefas est apud eos regem in convivio quidquam abnuere, 377, 2.

4° *Eorum usus militares.* Persæ per mactationem ferarum bello assuefaciebant, IX, 243, 1. Erant sagittandi peritissimi, XII, 318, 2. Equis pollebant, uti etiamnum equitatu contra Turcas pollent, XIV, 366, 1. Persici equi quam sint feroces, XXI, 211, 2. Cur uterentur vestibus rubris in bello, XIV, 427, 2 et seq. Persæ milites utebantur purpura, partim ad ornatum, partim ad tegendum vulnera, IV, 432, 1. Aquilam in vexillis præferebant, XII, 199, 2. Terram et aquam a sibi subjugandis, in signum servitutis pascebant, IV, 320, 2.

5° *Persarum monarchia.* Persarum monarchia quomodo incœperit, IX, 91, 2. Persarum reges universim fuere quatuordecim, iique recensentur, et tempus regni uniuscujusque, XIII, 147, 1. Persarum et Medorum imperium cur in statua Nabuchodonosoris brachiis repræsentetur, 23, 2; 24, 1. Id argento comparatur, quia Persæ fuerunt opulenti, *ibid.* Fuit felicitate et gloria inferius imperio Chaldæorum, *ibid.* Eorum regum infortunia, *ibid.* Eorum imperium ursо comparatur, ob quatuor causas, 87, 1. Quamdiu id steterit, 30, 1. Ipsis monarchiam Alexander et Græci extorsere, XIV, 347, 1; 430, 1. Eorum regnum hodie aliquatenus stat, *ibid.*

6° *Persarum regum usus et mores.* Persarum principes quam essent gravitatis et majestatis amantes, IV, 350, 1, 2. Apud illos sub specie majestatis persona regis occulitur, 365, 1, 2. Magnam, imo divinam majestatem præ se ferebant, 400, 2. Eorum majestas divinæ majestatis imago fuit, XXI, 19, 2. Reges solis nomen aut imaginem assumebant, XIII, 591, 2. Hinc et ignem sibi præferri curabant, XII, 19, 2; XIII. 493, 1, 2; 591, 2. In castris super tabernaculum eorum conspicua promicabat solis imago crystallino globo inclusa, cui ignis prælucebat, XIII, 591, 2. Reges Persarum voluerunt adorari ut dii, IV, 372, 2; 379, 2. Aurum voluerunt sibi esse proprium, IV, 473, 2. Quomodo singulis suis uxoribus civitates attribuerint, 516, 1. Reges Persarum nemo alloqui poterat nisi prostratus in terra, IX, 591, 2. Eos proceres osculo honorabant, VI, 242, 2. Eos sine dono subjecti adire non poterant, V, 375, 2. Persarum rex cur dicatur aries, XIII, 100, 1, 2.

Regum Persarum imperii sedes erat in Babylone, XIV, 430, 1. Hiemem transigebant Babylone, ver Susis, æstatem Ecbatanis, IV, 361, 2.

Reges Persarum septem summos principes et consiliarios habebant, IV, 221, 2; XXI, 19, 2. Quidam ex ipsorum ministris appellabantur regis aures et oculi, IV, 379, 2; XIV, 391, 1. Eorum consiliarii quam sint arcanorum tenaces, XXI, 101, 1. Egregium Persarum institutum de excitando rege ad negotiis regni invigilandum, IV, 379, 1. Exacte in annalibus et diariis consignabant beneficia in reges suos collata, *ibid.* Regis litteræ et decreta erant irrevocabilia 384, 1. Annulo donari a rege signum erat amicitiæ, *ibid.*

Philosophiam ethicam excolebant, IX, 243, 2. Eorum pietas, IV, 221, 2. Ante cibum de modestia, ante potum de temperantia disputabant, 362, 2. Bibebant vinum e Syria advectum, 232, 2. Mira eorum superstitio de non bibenda alia aqua quam ex Choaspe fluvio, 233, 1.

Reges ad bellum euntes, omnes arma gestare valentes sequi debebant, IX, 614, 2. Regum Persiæ bella in variis orbis partibus, XIII, 100, 1, 2.

7° *Persarum contra Assyrios et Judæos bellum.* Persæ olim confœderati fuere Chaldæis, hinc simul cum Nabuchodonosore Assyriorum monarchiam everterunt, et cum eo contra Jerusalem venere, XI, 328, 1. Persæ Babylonem expugnaturi cur dicantur sanctificati, 280, 1. Cur comparentur asino, 330, 2. Per equos rubros repræsentantur, XIV, 428, 1. An veste atra uterentur, *ibid.* An dici merito queant lupi, XIII, 52, 2. Quomodo requiescere fecerunt spiritum Dei in Chaldæos irati, XIV, 426, 1; 431, 1.

Persæ Judæis plus horroris et mœroris quam damni et stragis intulere, XIV, 428, 1. Persæ et Medi Judæos non afflixerunt, sed potius iis propitii fuere, XIII, 483, 1; XIV, 369, 2; 377, 1. Persarum custos et præses angelus cur restiterit Gabrieli pro reditu Judæorum agenti, XIII, 142, 1.

8° *Persarum ad Christum conversio.* An Persæ a S. Joanne conversi fuerint, XX, 502, 2. Persarum christianismus, XII, 314, 2. Eorum martyres illustres, XII, 314, 2. Persarum infidelium erga Christianos crudelitas, XIII, 87, 1.

PERSECUTIO. 1° *Quid sit persecutio, et ejus necessitas.* Persecutio proprie quid sit, XV, 150, 1: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Persecutio est species tentationis, XX, 15, 2: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Persecutionum tria genera quibus justos affligunt impii, *Psalm.* II, 214, 1. Persecutores justorum cur vocentur homines sine addito, *Psalm.* II, 350, 1: *Cum exurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua*

absorbuisset nos. Persecutiones per grandinem repræsentantur, X, 403, 2. Persecutiones et persecutores universales Ecclesiæ per quatuor cornua Zachariæ visa symbolice denotantur, XIV, 371, 1, 2.

Persecutionem pati necessario omnes pios, quam sit verum, XIX, 302, 1 : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.* Eam patiuntur qui Christum vel religionem sectantur, 302, 2. Persecutiones cur permittat Deus, *Psalm.* II, 289, 1 : *Impulsus eversus sum ut caderem, et Dominus suscepit me. Fortitudo mea, et laus mea Dominus; et factus est mihi in salutem.* Persecutionum instantium mentionem cur Dominus apud apostolos faciat, XVI, 235, 2 : *Et ait ad discipulos suos : Venient dies quando desideretis videre unum diem Filii hominis, et non videbitis.* Persecutio et crux sunt apostolatus insigne, XVII, 125, 1. Persecutionis asperitate multi deficiunt a fide, XV, 504, 1.

2° *Persecutionis utilitas*, XVII, 131, 1 : *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus, cum gentibus et populis Israel, facere quæ manus tua et consilium tuum decreverunt fieri.* Persecutione crescit Ecclesia, XIV, 150, 1 : *Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua.* In iis exornatur et perficitur Ecclesia, XXI, 38, 1. Persecutiones Ecclesiæ quæ ei damna inflixerunt, V, 304, 2 et seq.: *Quasi tempestas transiens non erit impius : justus autem quasi fundamentum sempiternum.* Persecutores Ecclesiæ Deus ei subjecit, XIV, 508, 1 : *Et erit in die illa : quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Jerusalem.* Persecutione excitatur Christianorum ardor et puritas, 590, 2. Ipsa acuit fideles et religiosos, XV, 150, 2. In ea maxime elucet sanctorum in currendo vigor, XVIII, 441, 1: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non desituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejicimur, sed non perimus.* Purgat mentes et linguas confessorum et martyrum, V, 298, 2 et seq. Ea martyribus in bonum cessit, et aliis in stimulum, XVIII, 143, 2. Persecutionem pati est summa beatitudo, XV, 152, 1, 2. Persecutores sunt fabri coronarum, XVII, 131, 1 ; XX, 328, 2 et seqq. : *Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter justitiam, beati ; timorem eorum ne timueritis, et non conturbemini.*

3° *Quomodo erga persecutionem se gerere Christianus debeat.* Primo. Aliquando declinanda est prudenter, XV, 270, 1 : *Cum autem persequentur vos in civitate, fugite in aliam.* Fugere persecutionem quando præceptum, quando permissio, *ibid.* Persecutionem declinare licitum, quod exemplo Christi confirmatur, XV, 82, 2 et seq. ; XVI, 417, 1. Persecutionis tempore justi consulto se abscondunt, VI, 389, 1 : *Cum surrexerint impii, abscondentur homines; cum illi perierint, multiplicabuntur justi.*

Secundo. *Toleranda patienter.* Persecutiones et injuriæ fideli non sunt timendæ, XI, 532, 1, 2 : *Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te ; cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te.* Fortiter sustinendæ sunt, VII, 165, 2. In persecutione fideles debent esse constantes et longanimes, XXI, 249, 2. Persecutioni et persecutori non est indignandum, V, 536, 2, De persecutione sancti quandoque queruntur, *Psalm.* I, 288, 1. Ad eam ferendem constanter stimuli quinque, XV, 271, 1. Qui eam patiuntur, vincunt, quia præcurrunt, XVIII, 441, 1. Persecutio non est molesta patienti, sed eam pati detrectanti, *ibid.*, 2.

Tertio. *Gaudenter sufferenda.* In persecutione cur gaudendum, XV, 152, 2 : *Beati, cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis ;* XVII, 156, 2 et seq. : *Ibant gaudentes* (apostoli) *a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati :* XVIII, 91, 2 et seq.: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem ;* XX, 18, 2 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias inciderilis.* In persecutione dolendum, non propter seipsum, sed propter exitium persequentium, III, 502, 2.

Quarto. *In persecutione ad Deum confugiendum.* Ejus condimenta sunt Dei promissio, XIX, 406, 1 : *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum : ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Persecutionum et calumniarum morbo quæ medicina facienda sit, *Psalm.* I, 231, 1, 2 : *Revela Domino viam tuam, et spera in eo, et ipse faciet. Et educet quasi lumen justitiam tuam, et judicium tuum tanquam meridiem.* In ea est invocandus Deus, XV, 235, 2 : *Et accesserunt ad eum discipuli ejus et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, salva nos, perimus. Tunc surgens, imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna.* In persecutione fideles venerabilem Eucharistiam sumebant, XXI, 47, 1. In persecutione sectatores Christi opem et amicos inveniunt, XV, 704, 1 : *Respondens Jesus, ait : Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter me, et propter Evangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, et fratres, et sorores, et matres, et filios, et agros, cum persecutionibus, et in sæculo futuro vitam æternam* (*Vide* AFFLICTIO).

4° *Persecutiones Ecclesiæ.* Persecutiones variæ fidelium recensentur, XIII, 157, 1, 2. Persecutio prima Ecclesiæ fuit a Judæis, XIV, 503, 2. Quando excitata fuerit, XVII, 189, 1. Persecutionis in apostolos excitatæ quæ fuerit causa, XVI, 574, 1. Ea crescente, apostoli cogitare cœperunt de Evangelio Gentibus annuntiando, XVII, 158, 2.

Persecutio infidelium contra Christianos tempore legis novæ quanta fuerit, XIV, 145, 1, 2. Persecutiones decem cruentæ a Romanis imperatoribus contra Christianos usque ad Constantinum excitatæ, XXI, 141, 2. Persecutio Decii et Valeriani repræsentata per leonem, Diocletiani et Maximiani per ursum, XIII, 87, 2 et seq. Persecutio Wandalica quam sæva fuerit, XXI, 200, 2 et seqq. Persecutiones Ecclesiæ usque ad finem mundi durabunt, 15, 1. Persecutores omnes Ecclesiæ an sint Gog et Magog. XII, 763, 1, 2.

Persecutio Antichristi erit ultima, XII, 773. 2; XIX, 163, 1. Quam acris futura, XIII, 175, 2; XXI, 264, 2. Aquarum inundatione repræsentatur, XXI, 250, 2. Erit corporalis et spiritualis, XIX, 163, 1. Cur futura brevis sit, XIII, 175, 2 (*Vide* ANTICHRISTUS).

5° *Persecutorum punitio.* Persecutor quos persequitur, facit ægrotare morbo pœnæ, seipsum vero morbo culpæ, *Psalm.* I, 215, 2; 216, 1. Persecutores Ecclesiæ acriter a Deo puniti, XI, 593, 1, 2. Persecutores suos puniri optant martyres, XXI, 150, 1, 2.

PERSEPOLIS. Persepolis eadem est civitas quæ Ælam sive Elymais, IV, 540, 1.

PERSEUS, Macedonum rex. Perseus a Romanis in triumphum ductus, IV, 450, 2.

PERSEUS quidam. Persei cujusdam mutuantis cautela prudens, X, 70, 2; 71, 1.

PERSEVERANTIA. 1° *Quid sit perseverantia, est magnum donum Dei.* Perseverantia distincta est a gratia justificante, XIX, 5, 2. Magnum Dei donum est, V, 62, 1 : *Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter.* Perseverantiæ donum duplex est, potentiale et actuale, XVII, 247, 2 : *Qui* (Barnabas) *cum pervenisset et vidisset gratiam Dei, gavisus est; et hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino;* XIX, 5, 2 : *Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.* Quantum donum ipsa sit ex parte Dei, et quanta virtus ex parte hominis, XVII, 249, 1. Est ex Deo et non ex nobis, et nemo se illam habere certus est, sed illam a Deo sperare debet, XIX, 5, 2. De sua perseverantia nemo fidelis certus est, 32, 2; XX, 421, 1, 2 : *Quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera vestra certam vestram vocationem et electionem faciatis;* XXI, 74, 1 : *Ecce venio cito : tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Perseverantia pendet a libero arbitrio, XVII, 248, 2. Ad eam requiritur gratia Dei, et cooperatio liberi arbitrii, XIX, 5, 2. Perseverare omnes possunt, si velint, XVIII, 312, 1. Perseverantia causat probatio, XX, 24, 2.

Perseverantia significatur per caudam ovis quæ Deo adolebatur, II, 23, 1. Per poderem repræsentatur, X, 26, 2.

2° *Perseverantiæ excellentia et elogia.* Ejus præclara elogia, V, 73, 1 : *Misericordia et veritas te non deserant;* VII, 251, 1. Melior est enim finis orationis quam principium, VII, 250, 1. Est certum electionis signum, XVIII, 494, 1 : *Vide ergo bonitatem et severitatem Dei; in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin et tu exarderis.* Perseverantiæ donum proprium prædestinatorum, *Psalm.* I, 70, 2. Perseverantia in finem est virtutum consummatio, XV, 270, 1 : *Qui autem perseveraverit usque in finem, salvus erit.* Coronat virtutes omnes, IX, 213, 1 : *Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam.* Perseverantes soli digni sunt cœlesti requie, XIX, 385, 2 : *Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus; quemadmodum dixit : Sicut juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam; et quidem operibus ab institutione mundi perfectis.* Perseverantia in patiendo accipit coronam, et habet opus perfectum, XX, 26, 1 : *Patientia autem opus perfectum habet.* Est suavis cuilibet morituro, XIX, 310, 2 : *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex; non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus.*

3° Perseverantiæ obtinendæ modus, erga beatam Virginem devotio, IX, 657, 1 : *Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me non peccabunt.* Medium ad eam assequendam est ut pro ea obtinenda assidue oremus, XVII, 248, 2; XIX, 6, 1. Datur humilibus et sollicitis, XIX, 5, 2. Ad perseverantiam septem stimuli, X, 33, 1 et seq. : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol : nam stultus ut luna mutatur.* Perseverantia est in bonis operibus adhibenda, X, 183, 1.

4° Perseverantia in oratione necessaria est, non continuatio, XVI, 238, 1 : *Oportet semper orare, et non deficere.* Perseverantia in oratione insigne Dei donum est, *Psalm.* I, 420, 1 : *Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me.* Est nervus orationis, X, 225, 2 : *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet non consolabitur; et non discedet, donec Altissimus aspiciat* (Vide ORATIO).

PERSIA, PERSIDIS. Persia Babyloni est ad Orientem, XI, 566, 2. E Perside an venerint Magi Christum adorantes, XV, 71, 2.

PERSICUM. Persicum Evangelium quam antiquum, et unde in Europam venerit, XV, 14, 1.

PERSONA. I. PERSONA IN DIVINIS. 1° *Personarum divinarum pluralitas et distinctio.* Persona-

rum in divinis est pluralitas et distinctio, I, 231, 1 : *Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo*, VI, 425, 1 : *Quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si nosti?* IX, 619, 1, 2 : *Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam;* XVI, 543, 2 et seq.: *Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem.* Ipsæ realiter a se distinguuntur, IX, 624, 1, 2. Et sunt tres reales hypostases, *ibid.*

2° *Personarum SS. Trinitatis proprietates*, XVIII, 513, 1 : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Unam et eamdem habent essentiam, IX, 63, 2 : *Ipse* (Deus) *creavit illam in Spiritu sancto.* Personarum divinarum inter se conjunctio, XVI, 570, 2. Persona una SS. Trinitatis aliam includit, XVII, 77, 2; 103, 1. Persona in Trinitate est alteri intima, et quælibet alteri inexistit, V, 222, 1 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio,* IX, 63, 2. Persona nulla in SS. Trinitate mittitur, nisi quæ procedit ab ea quæ mittit, XVI, 570, 1 : *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis;* 576, 2 : *Sed ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quando una dicatur mitti ab alia, 570, 2. Personæ SS. Trinitatis singulæ sanctissimæ sunt, XXI, 113, 1. Earum singulis sua essentialis debetur adoratio, IX, 624, 1, 2.

Personalitas in SS. Trinitate Judæis fuit incognita, VI, 428, 1, 2. Eam negant Judæi, X, 572, 2 (*Vide* TRINITAS).

3° *Persona in Christo* (Vide JESUS CHRISTUS).

II. PERSONA GRAMMATICE SUMPTA. In tertia persona loquitur Deus honoris causa, XIII, 572, 2. In tertia persona Hebræi viros honoratos alloquebantur, VI, 483, 1. Personæ commutatio crebra est in phrasi Scripturæ, V, 409, 1, 2.

III. PERSONARUM ACCEPTIO. 1° *Personarum acceptionis vitium in quo consistat*, XX, 97, 1, 2 : *Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ.* Personarum acceptio in judicio in quo consistat, 300, 2 : *Numquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini?* 640, 1 : *Non accipiam personam viri, et Deum homini non æquabo;* 659, 2 : *Non accipit Deus personas principum, nec cognovit tyrannum.*

2° *Personarum acceptio non est apud Deum*, XIII, 507, 2 ; 508, 1, 2 : *Et erit post hæc : Effundam Spiritum meum super omnem carnem;* XVIII, , 2 : *Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, et Græci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco, non enim est acceptio personarum apud Deum,* Job, 659, 2. Personarum acceptio non habet locum in gratuitis, XVIII, 59, 2.

3° *Personarum acceptio in judicibus et superioribus ingens vitium quam sit*, II, 396, 1 : *Præcepique eis, dicens : Audite illos, et quod justum est judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis ut magnum;* VI, 240, 1 : *Hæc quoque sapientibus : Cognoscere in judicio personam non est bonum ;* IX, 225, 2 : *Noli quærere fieri judex, nisi valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua;* X, 364, 2; *Job*, 301, 1; 684, 2. Personarum acceptio est populo exosa, VI, 240, 2. Quam sit noxia, 382, 2 : *Qui cognoscit in judicio faciem, non benefacit, et iste pro buccella panis deserit veritatem.* Maxime si persona sit impia, V, 564, 2 : *Accipere personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii.* Exempla non accipientium personas, II, 396, 1.

PERSUASIO. Persuasio obtinendi quod petitur, oranti necessaria, XX, 40, 2 (*Vide* ORATIO).

PERTINACIA. Pertinacia peccantium describitur, V, 651, 2 (*Vide* PECCATUM),

PERTURBATIO. Perturbationes radices habent a corpore, et sunt Satanæ characteres, *Job*, 181, 2; 182, 1. Perturbationes hominem mentis impotem reddunt, XI, 612, 2. Perturbationes animi ab acri increpatione sanantur, VI, 282, 1, 2. Perturbari nulla re certum signum est contemptus mundi, XII, 146, 2. Quomodo huc homo pertingere queat, *ibid.*, et 147, 1. Perturbatio rerum non debet nos percellere, *Job*, 181, 2; 182, 1 (*Vide* PAX, TRANQUILLITAS).

PERU, PERUANI. Peru an sit Ophir, XII, 90, 1; 91, 1.

Peruani. Peruani multi montes speciosiores et sublimiores Deum æstimant, XII, 30, 2. Peruani famuli et uxores chariores, domino et viro defuncto, in rogum vivos se cum eo injiciunt, XVIII, 464, 2.

PERVERSUS. Perversus idem est qui vafer, dolosus, fictus, VI, 102, 2 : *Perversa via viri aliena est : qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Est a se ipso alienus, 103, 1. Perversi sunt qui in malo obdurauerunt, VII, 72, 2. Perversus lingua quis dicatur, V, 546, 1 : *Qui perversi cordis est, non inveniet bonum; et qui vertit linguam, incidet in malum. Perversi difficile corriguntur*, quo sensu, VII, 72, 1 : *Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus.* Perversus quo sensu dicatur incorrigibilis, 259, 2 : *Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit* (*Vide* PECCATORES IN PECCATO OBSTINATI).

PERVERTERE. Pervertens alios deterior est ethnico, VI, 103, 1. (*Vide* SCANDALUM).

PERVICACIA. Pervicacia quomodo mentem excæcet, XII, 268, 1. Pervicacia adversus redarguentes, Deum ad iram concitat, V, 446, 2. Pervicaces inter se non convenient, XII, 128, 1.

PES. 1° *Pes naturali significatione sumptus.* Pedum usus quid homini præstet, XIV, 216, 1. Pedes multis animalibus pro manibus sunt, XXI, 126, 1. Pedes ignobiles honestius vestiuntur, XVIII, 375, 1. Pedes quinque faciunt passum, XII, 855, 2.

Pedes lavabantur olim ante epulum, cur, XVI, 127, 1. Pedes lavabant antiqui dum irent cubitum, VIII, 104, 2. Pedes olim hospitibus lavabantur, XIX, 241, 1. Pedes unde abluerentur sanctis peregre venientibus in primitiva Ecclesia, XI, 618, 1, 2. Pedis immissione in agrum vel in lucum olim fiebat usucapio, XIV, 254, 2. Pedem attollendi in oratione ritus, *Job*, 367, 1.

Pedes amplecti et osculari, signum est venerationis et reverentiæ, XV, 653, 2. Pedes sanctorum osculabantur prisci fideles, XXI, 73, 1. Pedes Christi Magdalena prius capillis suis abstersit, quam ungeret, XVI, 504, 2. Pedes discipulorum lavit Christus immediate ante institutionem Eucharistiæ, 522, 2 et seq. Idque ob tres causas, *ibid.*, 2. Pedes baptizandorum in Mediolanensi Ecclesia abluebantur, et quo ritu, 525, 1. Id postea vetitum, et qua de causa, 525, 2. Quin et episcopus ibi quibusdam e clero pedes lavabat die quinta majoris hebdomadæ.

2° *Pes symbolica significatione acceptus.* Primo. Pedes Dei tropologice qui sint, XIV, 161, 2. Dei pedes sunt invisibiles, XI, 170, 1, 2.

Secundo. Pedes et caput Christi mystice quid sint, XV, 545, 2. Pedibus denotatur Christi humanitas, XXI, 32, 2. Pedes Christi cur dicantur aurichalco similes, *ibid.*

Tertio. Pedes cur Seraphim velent, XI, 170, 1, 2. Pedes recti Cherubim quid designent, XIV, 483, 1, 2. Erant item pennati et vitulini, 483, 2. Quid hoc designet, 484, 1.

Quarto. Pedes vocantur apostoli, XXI, 32, 2. Pedes evangelizantium sunt apostoli per totum orbem discurrentes, XVIII, 180, 2. Unde et quare sint speciosi eorum pedes, *ibid.*

Quinto. Pedes Antichristi similes ursinis, XXI, 254, 1.

Sexto. Pes symbolice significat hominis affectus, VII, 191, 1. Est symbolum affectus et concupiscentiæ, XI, 685, 2. Pedes animæ quibus ad Deum venitur sunt intellectus ab eo illustratus, et voluntas ab eo impulsa, XVI, 400, 1. Pes anagogice significat vias, modos, rationes vivendi quas purissimas conservari oportet ut templum cœlestis Jerusalem ingrediamur, VII, 192, 1. Pes est symbolum actionis et operis, VI, 4, 1; XI, 170, 1, 2. Symbolum sunt pedes motuum et gressuum, IX, 212, 1. Pedes bene dirigendi præceptum, V, 173, 2 et seq. Pedes veritatis sunt stabiles, mendacii debiles, XIX, 301, 1. Pedes peccatorum sunt instabiles, XII, 123, 1. Pes superbiæ quid, *Psalm.* I, 224, 2.

Septimo. Pedibus comparantur subditi, XI 108, 2. Pedibus solent victi subjici, XVII, 101, 1. Pes aliquando pro *calceo* sumitur, II, 433, 2. *Pede loqui* quis dicatur, V, 164, 1.

PESCENNIUS. Pescennius Niger imperator panegyricum sibi recitari noluit, VI, 326, 2 et seq.

PESSULUS. Pessulus horti conclusi quis, VII, 74, 1, 2.

PESSIMUS. Pessimum et optimum quid sit, X, 122, 2. Pessimorum mentes non sunt suavi monitione mulcendæ, VI, 282, 2.

PESTIS. 1° Pestis unde ortum habeat, et quid sit, I, 507, 1; XXI, 195, 2 et seq. Quosnam potissimum invadat, I, 507, 1. Pestis cur appropinquantibus affricetur, IX, 383, 2. Pestem repræsentat ignis, XII, 541, 1. In peste vulgari homines omnem mortis, funeris et sepulcri sensum amittunt, 133, 1. Pestis tempore licet sorte sacerdotem eligere, qui sacramenta conferat, XIV, 33, 2. Pestis remedia, I, 507, 1.

Pestis Ægypti quanta fuerit tempore Moysis, XIII, 571, 2. Pestis Israelitarum quam memorat Amos, quando acciderit, *ibid.* Pestem cur Deus Chananæis immiserit, XIV, 552, 2. Pestem cur David elegerit, III, 535, 1, 2. Duravit ea triduo, 536, 1. Pestis Romæ grassata olim ob indignam communionem, XVI, 409, 1. Pestis quomodo sedata a Gregorio Magno, III, 536. 2. Pestis universalis a beata Virgine remedium, *ibid.* Et a S. Sebastiano, 537, 1. Quid contra pestem egerit S. Carolus Borromæus, *ibid.*, 2.

2° Pestilentes sunt derisores rerum sacrarum et sanctorum, VI, 37, 2.

PETASUS. Petasus diversa significat, IV, 514, 1.

PETERE, PETITIO. 1° Petenda quæ sunt a Deo in oratione, XVI, 562, 1 : *Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis;* 584, 2 : *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Petenda necessaria ad vitam, et hæc a Deo dantur, XX, 174, 1 : *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis.* Caduca non petenda, *ibid.* Peti nihil melius potest a Deo, quam ut convertat nos ad se, et ipse convertatur ad nos, I, 36, 1 : *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Quomodo a Deo petenda sint quæ decent, XVI, 584, 2. Quid sit *in nomine Christi* petere, 385, 1 et seqq. Petitio filiorum Zebedæi male erat fundata, XV, 448, 2 (*Vide* ORATIO).

3° Petenti omni tribuendum, XV, 174, 1, 2 : *Qui petit a te da ei; et volenti mutuari a te, ne avertaris.* Petenti simplum, domus duplum, XX, 37, 1, 2. Peti non debent nimis multa ab amico, VI, 276, 2 : *Subtrahe pedem de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.*

PETOSYRIS. Petosyris esse dicitur tractatus

de Divinatione vitæ et mortis qui venerabili Bedæ ascribitur, XIV, 34, 1.

PETRA. 1° Petræ inædificata domus æterna est, X, 15, 2. Petræ scissæ sunt, moriente Christo, XIV, 334, 1; XV, 634, 2 et seq. Petra super quam S. Stephanus lapidatus fuit, religiose Hierosolymis fuit asservata, XVII, 183, 2.

2° Petra Mosis fuit typus Christi, XI, 274, 1, 2. Petra vocatur S. Petrus, quia basis et petra Ecclesiæ est, XV, 366, 2 et seqq. Petra notat soliditatem et constantiam in fide Christi, 366, 2; 368, 1. Πέτρα et πέτρος Græcis lapidem seu petram sonat, 367, 1 et seqq. Petra symbolum virtutis, *Job*, 668, 1. Petra scandali quid, XVIII, 174, 1, 2.

PETRA urbs. Petra urbs et metropolis Arabiæ Petrææ, XI, 525, 1, 2. Unde dicta, 301, 2. Ejus postea amplitudo, *ibid.*

PETRONIA. Petronia femina quam prodigiose precibus S. Stephani sanata, XI, 194, 1, 2.

PETRONILLA (S.). S. Petronilla an S. Petri filia sit, XX, 235, 1. S. Petronilla virgo obiit, XV, 228, 1.

PETROSELINUM. Petroselinum unde sic dictum, IV, 262, 1. Melius nascitur inter petras, *ibid.*

PETROSUS. Petrosa terra in qua seminatum semen non potuit radices agere, quos significet, XV, 320, 1; 324, 2. Petri affinitas et consanguinitas carnalis, quæ, XVII, 139, 2.

PETRUS (S.) apostolus. 1° *S. Petri vocatio.* S. Petrus quando et quomodo a Christo vocatus sit, XV, 131, 2; 132, 1. Ejus domus erat Bethsaidæ vel Capharnai, 227, 2. Primo a fratre de Messia audiens eum videre exoptavit, XVI, 320, 2. Dicitur a Christo futurus hominum piscator, XVI, 108, 2. Vocatus e conjugio a Christo reliquit uxorem et filiam, quæ sanctæ fuere, XV, 228, 1. Fuit primarius filius Christi, XI, 218, 1. Prius dictus est a parentibus Simon, XV, 255, 1; 678, 2; XX, 406, 1. Varia ejus nomina, XX, 237, 1. Ejus nomen a Christo mutatur, et e Simone dictus est Cephas, XVI, 321, 1. Quomodo dicatur filius Jonæ, cujus pater veritas fuit, XIV, 27, 2. Ejus pater dictus Johannes, et crasi Jonas, XV, 365, 2. Ejus effigies, XX, 234, 2. Tonso vertice fuit, XVIII, 354, 1.

Ad Christum venire super aquas gestiit, XV, 345, 2. Quia certo norat esse Christum, eum qui apparebat, *ibid.* et seqq. Ejus fides hic eluxit, *ibid.*, 346, 2. Ambulat super aquas, 346, 1. Modica ejus hic diffidentia in causa fuit, cur mergi cœperit, *ibid.* et seqq. Fuit a Christo aliquantisper per mare deductus ut ejus fides firmaretur, 347, 1.

2° *S. Petri confessio.* Interrogatus quid de Christo sentiret velut sapientior et ferventior, respondet pro se et pro omnibus, 364, 2 et seq. Ejus confessio singillatim enucleatur, 365, 1 et seqq. Primus clare inter apostolos confessus est Christum esse filium Dei, *ibid.* et 2. Ob id beatus ab eo dictus est, *ibid.*, 2 et seq. Inde Papæ dicitur Beatissime Pater, 366, 1.

3° *S. Petrus a Christo constituitur caput et fundamentum Ecclesiæ.* Quid sit nomen *Petrus* et *Cephas*, XV, 367, 1, 2; XX, 337, 1. Super eum Ecclesiam suam fundandam promittit Christus, XV, 366, 2. Hinc est petra et basis Ecclesiæ, 366, 2; 369, 1. Quod pluribus probatur, 367, 1, 2. Ei datæ sunt claves regni cœlorum, 370, 1 et seqq. Quid sibi claves illæ velint, 370, 2. Et totus mundus a Christo promissus, 371, 1. Cœlesti polle. potestate, 372, 1.

4° *S. Petri privilegia varia*, XX, 231, 2 et seq. Est a Christo factus petra Ecclesiæ, est caput omnium apostolorum, XVII, 64, 2; XX, 232, 1. Fuit præpositus cæteris apostolis et universæ Ecclesiæ, XVI, 263, 2; 645, 2. Caput est Ecclesiæ et vicarius Christi, XVIII, 15, 2; 42, 2; 530, 2. Est caput aureum Ecclesiæ, VIII, 121, 1. Secundarium est fundamentum Ecclesiæ, XVIII, 269, 2. Christo successit non ut par, sed ut vicarius, XIX, 420, 1. Est fundamentum Ecclesiæ, jaspidi comparatur, XXI, 384, 1. Fuit hierarcha, XX, 232, 1. Gestavit triplicem coronam, I, 696, 2. Est apostolus per excellentiam, 237, 2. Pastor fuit pastorum, 377, 2. Ejus dignitas prima et antiquissima, XXI, 384, 1. Ei firmitas in fide promissa, XX, 232, 1. Auctoritatem et personam Christi repræsentat, 432, 2. Præest cum suis successoribus Ecclesiæ quasi monarcha, *ibid.* Vigebit in suis successoribus usque ad mundi finem, fuit in fide firmissimus, errorum fugat phantasmata, XXI, 384, 1. Ejus jus sublimius quam quorumvis regum et imperatorum, XX, 233, 1. Ejus nomen cur fideles litteris formatis ascriberent, *ibid.* Ejus jus ad superos et inferos pertinet, 233, 2. Cœlum claudit et aperit, *ibid.* Ejus potestas inconcussa manet et durabit usque ad finem mundi, *ibid.* Per veteres pontifices designatus fuit, quasi illis major, 233, 2 et seq. Licet correctus a Paulo, fuit tamen eo major, XVIII, 530, 2. Sed ei Paulus primatum ubique cedit, 492, 2; 507, 1. Judæorum simul et Gentium fuit apostolus, XVIII, 528, 1; 530, 1. Fuit peculiaris Judæorum curator, XX, 230, 2; 238, 1. Cur dicatur ascensor asini, XI, 220, 2. Ejus cura circa fideles et totam Ecclesiam, 427, 2 et seq. Ipse cum Paulo operas Ecclesiæ est partitus, XVIII, 528, 1. Ipse et Paulus Romanæ fidei et Ecclesiæ sunt auctores et principes, XXI, 310, 1.

5° *Petri agendi ratio in transfiguratione, et passione; ejus negatio.* Petrus cur Christum a morte retrahere satagat, XV, 373, 1, 2. Quo sensu ab eo vocatus sit Satanas, *ibid.* Volebat in monte Thabor hærere in gloria, 387, 1. Unde agnoverit ibi Eliam et Moysen, *ibid.* Nescit præ gaudio quid petat, *ibid.* Cur pro eo tributum Christus Capharnai solverit, 396, 2. Cur ei primo lavare pedes Dominus voluerit, XVI, 524, 1. Is autem id detractate reverentia, 524, 2; 526, 1. Cur Joannem de prodi-

lore interrogare jubeat, XVI, 531, 1. Cur lapsus sit in Christo negando, XVII, 177, 1.

Petri de se nimia præsumptio, XVI, 537, 1. Tripliciter peccat dicens se nunquam in Jesu scandalizandum, XV, 562, 2. Audiit ter ab eo se negandum antequam bis gallus cantet. *ibid.* In nocte passionis fidem non perdidit, sed in fidei professionem peccavit, 563, 1; 590, 2. Fidem Christi, et si eum ore negaret, corde tamen semper retinuit, XVI, 263, 1, 2. Strinxit gladium, non expectato Christi responso, XV, 577, 1. Voluit Malcho caput findere, 577, 2. Ejus zelus cum zelo Mosis confertur; uterque regulam excessit emendabili animositate, 578, 1. Non bene gladium hic stringebat, *ibid.*, 2. Malchum percussit zelo erga Dominum, in eo tamen peccavit, XVI, 607, 2. Christum captum sequitur a longe, XV, 582, 2. Peccavit imprudentia quod se ad ignem ministris miscuerit, *ibid.* et seq. An steterit, an sederit ad ignem, 589, 2. Quomodo esset in atrio foris, *ibid.* Cecidit ad vocem ancillæ, *ibid.* Ejus prima negatio, 590, 1. Negando mentitus est in re fidei, *ibid.* Ter tantum negavit, non septies aut sexies, *ibid.*, 2. Negationum ejus ordo, *ibid.* An excusari ejus responsio, et negatio in bonum sensum capi possit, *ibid.* Negando peccavit mortaliter, et gratiam Dei amisit, *ibid.* Cur permissus tam graviter labi, 591, 1. Primo galli cantu a lapsu non est excitatus, *ibid.* Negavit secundo cum juramento, *ibid.*, 2. Item tertio cum detestatione, 591, 2. Respexit eum Dominus, quo sensu et modo, 592, 1. Galli cantu excitus vocis Domini est recordatus, 592, 2. Cur egressus sit foras ut amare fleret: Judæis negando non dedit scandalum, *ibid.* Ejus fletus quo culpam deleret, 593, 1.

6° *Petro Christus post ressurrectionem apparet, eumque constituit rectorem Ecclesiæ.* Cur ei Christi resurrectionem nuntiari angelus jusserit, XV, 651, 2. Ei inter viros primo apparuit Christus, XVIII, 399, 1. An piscans, pisces centum quadraginta reti conclusos solus attraxerit, XVI, 643, 2. Eum Dominus interrogat an se diligeret, 644, 2 et seqq.; 646, 2. Ac tum eum constituit suæ Ecclesiæ rectorem, 645, 2 et seq. Ei commissæ oves a Christo pascendæ, VI, 357, 1. Ardenter et robuste Dominum diligebat, XVI, 645, 1. Jam factus cautior, non audet se de amore jactare, *ibid.* Cur de amore Domini interrogatus, sit contristatus, 647, 1. Crucifigendus prædicitur, 647, 2. Cur de Joannis morte Dominum roget, 649, 2. Ejus curiositas a Domino reprimitur, 650, 1.

7° *S. Petri vita apostolica et Pontificatus, accepto Spiritu sancto in Pentecoste.* S. Petri gesta per annos digesta, XVII, 2, 1; 3, 1 et seq. Ejus cura de apostolorum cœtu supplendo, XVII, 65, 2. Unde dicatur exsurgere, cum in Judæ locum alium voluit nominari, *ibid.*, 2 et seq. Statuit duos eligendos in apostolatum, 70, 1. Solus pro omnibus apostolis loquitur in Pentecoste ad Judæos, 93, 2. Ejus generositas accepto Spiritu sancto, *ibid.* Quare claudum in se jussit respicere, 114, 2 et seq. Primum ejus miraculum quando patratum, 116, 2. Petrus incarceratur, 125, 1. An acceperit partem pretii agri venditi ab Anania, 145, 2. Ananiam non occidit, 147, 2. Ejus umbra sanat ægrotos, 150, 1. Quare ab apostolis Samariam mittitur, 196, 1. Quomodo Simoni Mago perditionem sit interminatus, 200, 2. Lyddæ Æneam sanat, 224, 2. Tabitham ad vitam revocat, 256, 1. Cur mittitur ad Cornelium centurionem, 231, 1; 233, 1. Quasi leo sic comedit gentes, 235, 1. Quamdiu legem Mosis servarit, 235. 2. Cur ter viderit vas lineum animalium immundorum, 236, 1. Ejus hospitalitas, 237, 1, An a Cornelio adoratus, 238, 2. Satis diu in Judæa et in vicinia mansit, et quare, 259, 2. Pauli primum Hierosolymam iter, cum apostolis de re christiana collaturi; cur cum Petro Evangelium contulerit, XVIII, 522, 2 et seq.; 524, 1.

Quo anno cathedram Antiochiæ posuerit, XVII, 224, 1; 245, 1, 2. Ei apud Antiochiam prædicanti caput fuit ab improbis in contumeliam tonsum, XI, 208, 1. Quamdiu Antiochiæ sederit, XVII, 224, 1. An vere apud Antiochiam a Paulo sit reprehensus, XVIII, 529, 1. Judaismum simulans peccavit scandalum dando Gentibus, 529, 2. Quale et quantum ejus peccatum fuerit, *ibid.* Libenter moneri sustinuit, IX, 322, 1. S. Pauli correptionem humiliter audivit et suscepit, V, 361, 1.

Reversus Hierosolymam quare ab Herode comprehensus, XVII, 260, 1, 2. Cur tam arcte ab eo custoditus, 260, 2. Ejus gaudium in fœtore carceris, 261, 1. Cur pro eo Ecclesia continuo oraret, 261, 2. Ejus securitas de Dei providentia, 261, 2; 363, 1. In carcere dormiebat postridie capite plectendus, V, 285, 1. Liberatur ab angelo, et a quo, XVII, 262, 2. Quomodo carcere sit egressus, an ostiis apertis, an ea penetrarit, 266, 1; 270, 1.

Egressus e carcere Petrus abit Cæsaream, Sidonem, Berythum, Tripolim, Aradum, Antaradum, Antiochiam, inde Galatiam, Pontum, Asiam, Bythiniam, ubique evangelizans, XVII, 269, 2. Etiam in Ponto prædicavit, XX, 238, 2. An Phigellum constituerit episcopum Ephesinum, XVIII, 584, 1, Romam proficiscitur, idque Dei jussu, XVI, 269, 2; 276, 2. Romæ fuisse certo asseritur, XVII, 247, 1; XIX, 111, 2; XX, 400, 1. Romam sedem quæ erat Antiochiæ, transtulit, XVIII, 441, 1. Romæ fuit episcopus, XVIII, 444, 2 et seqq. Ubi Romæ hospitatus, XVII, 270, 1. Cur in Epistola Pauli *ad Romanos* non salutetur, XVIII, 243, 2. S. Petrus Romæ scribit primam Epistolam ad fideles dispersos in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia, XVII, 3, 2; XX, 230, 1; 238, 1. Gaudet metaphora petræ et lapidis, XX, 280, 2. Se testem passionum Christi dicit, 376, 2 Ex prophetis vitam et gesta Christi didicit, XI, 57, 1 Quæ bona et quam felicitatem urbi Romæ invexerit, XVII, 270, 1. Quæ eo absente mala occuparint, *ibid.*

Regiones ab eo perlustratæ cum Roma pulsus esset, XVIII, 243, 1. In Italia, Hispania, Africa et Britannia discurrit ad Ecclesias fundandas et juvandas, *ibid.* An in Angliam profectus sit, XX, 234, 1. Siculos Christi fidem primus docuit per se et suos discipulos, VIII, 439, 1.

Petrus redit Jerusalem, ubi celebrat primum concilium Hierosolymitanum, XVII, 4, 1. Quasi præses huic concilio præfuit, XVIII, 527, 1. Definitoriam sententiam in concilio Hierosolymitano pronuntiat, XVII, 300, 1.

8° *S. Petri martyrium et mors.* Petrus et Paulus Romam redeunt, et collabentem pene Ecclesiam ob Neronis persecutionem instaurant, XVII, 7, 2. Simonem Magum prosternentes a Nerone carceri mancipantur, XVII, 8, 1. Petro e carcere fugienti apparet Romæ Christus, XVI, 537, 1; 426, 2; XVII, 131, 1; XVIII, 400, 2. Secundam Epistolam scribit, in qua significat ex revelatione sibi constare, velocem fore depositionem tabernaculi sui, XVII, 8, 1; XX, 404, 2. Scripta fuit e carcere, XX, 404, 2. Habuit revelationem suæ mortis, et temporis, XIX, 309, 1; XX, 377, 1; 426, 2. Fuit Romæ cum Paulo in eodem carcere, XIX, 313, 2. Ejus charitas et unio cum S. Paulo, XX, 493, 1. Morti proximus in carcere vinctos Christo lucrifecit, 374, 1. Quomodo S. Clementem suum successorem fecerit, 377, 2. Ejus martyrium et causa martyrii, 235, 1. Fuit clavis cruci affixus, et inverso modo, XVI, 648, 1. Sanguine fidem obsignavit, XXI, 384, 1. SS. Petri et Pauli martyrium, XVII, 8, 1.

9° *S. Petri virtutes.* Primo. *S. Petri pœnitentia* austera per totam vitam, XII, 347, 2; XV, 245, 2; 593, 1. Peccatum negationis Christi perpetuo planxit, IX, 177, 2; 407, 1; XVII, 22, 2. Ejus jugis fletus et assidua ploratio ad galli cantum, XIV, 152, 2; XV, 593, 1; XXI, 384, 1. Pœnitentiæ amore solis lupinis, herbis et oleribus vescebatur, V, 405, 2; XIII, 229, 2; VII, 135, 1.

Secundo. *Ejus humilitas,* XVII, 238, 2; 247, 1. Ejus modestia, XX, 291, 1.

Tertio. *Ejus vitæ puritas, castitas et fervor,* XXI, 384, 2. Affectum carnalem erga uxorem et filiam penitus exuit, XII, 835, 2. Ejus candor et sinceritas, XX, 493, 2. Ejus fervor, XX, 235, 1. Adamanti comparatur, XIII, 229, 2.

10° *S. Petri elogium et gloria,* XX, 231, 2; 234, 2. Ei crux fuit gloriosa, XVI, 648, 2. Ejus sepulcrum Romæ quam celebre et gloriosum, XI, 268, 2, XVI, 648, 2; XX, 235, 1. Catenas S. Petri quomodo honoravit Deus et Ecclesia, XVII, 261, 2 et seqq. Earum inventio per Eudoxiam Augustam uxorem Theodosii junioris; miracula in iis patrata, *ibid.* In earum honorem Romæ basilicam extruxit Eudoxia, quæ etiamnum Romæ superest, 262, 1. Has SS. Patres miris laudibus extulerunt, *ibid.* Earum limatura solebat a summis Pontificibus dono ad reges et principes mitti, ac per eam Deus multa miracula edebat, 262, 2. Constantini Imperatoris curationem a lepra S. Petrus promittit, apparens ei dormienti, XVIII, 14, 1. S. Petri templum a Paulo V Pontifice perfectum, XI, 194, 1, 2. S. Petrus sibi ecclesiam dedicavit Londini in Anglia, IV, 434, 1. Cur ei Paulus a dextris pingatur, XVIII, 15, 2.

Petrus et Paulus olivis comparantur, XIV 399, 2. Sunt duo filii olei, 411, 2. S. Petrus an angelus habens potestatem magnam, XXI, 323, An fuerit senior ille qui dixit Joanni ne fleret, 122,

PETRUS (S.) Alexandriæ episcopus. S. Petri Alexandrini episcopi et martyris humilitas quomodo sit exaltata, VI, 411, 2. In throno episcopali a suis cum palmis est collocatus, XXI, 174, 2.

PETRUS (S.) martyr. S. Petrus martyr quomodo dæmonem virtute Christi ligarit et expulerit, XXI, 345, 1.

PETRUS (S.) martyr alius. S. Petrus martyr quomodo populos ad pœnitentiam animaret, XIII, 230, 2.

PETRUS (S.) martyr Dominicanus. S. Petrus martyr dominicanus injuste accusatus et incarceratus Christo crucifixo conquerens, quid ex eo audierit, XV, 629, 1.

PETRUS CHRYSOLOGUS (S.). S. Petrus Chrysologus unde ita dictus, quo viso creatus est archiepiscopus Ravennas, VI, 63, 2.

PETRUS (S.) Damianus. S. Petrus Damianus fuit cardinalis et episcopus Ostiensis, XIV, 391, 2. Quomodo Hildebrandum cardinalem vocet suum sanctum Satanam, XV, 374, 1. Relicto cardinalatu, petiit sibi licentiam dari ad monasterium redeundi, XXI, 66, 1, 2. Intra monasterium reipsa se recepit, 314, 2. Ei quæ pœnitentia injuncta ob relictum cardinalatum et episcopatum, XII, 288, 1. Falso accusatus suam innocentiam rectæ conscientiæ testimonio tuebatur, XII, 147, 2. Petrus Damianus Phineem putat esse Eliam, III, 100, 1. S. Petri Damiani patheticum epitaphium, XII, 438, 1.

PETRUS CŒLESTINUS (S.). S. Petrus Cœlestinus in pœnitentiis erat initio indiscretior, at postea rigorem temperavit, X, 162, 1. Pontificatu se abdicavit, *ibid.*

PETRUS (S.) abbas. S. Petrus abbas, cognomento Igneus, per medios ignes transivit illæsus, X, 553, 2.

PETRUS (S.) abbas alius. S. Petri abbatis sepulturam lux cœlestis indicavit, XI, 266, 2.

PETRUS (S.) abbas Claravallensis. S. Petri abbatis Claravallensis in oculi amissione patientia, I, 278, 1.

PETRUS (S.) de Alcantara. S. Petri de Alcantara in morte vox et plausus, V, 441, 1; 476, 2; IX, 67, 1.

PETRUS (S.) episcopus Bracarensis. S. Petrus primus Bracarensis episcopus, an fuerit Samuel, filius Uriæ prophetæ occisi a Joakim rege Juda, XV, 688, 2; XVI, 139, 1.

PETRUS Eremita. Petri Eremitæ visis tormentis inferni, ad vitam redeuntis, vitæ emendatio, XI, 424, 2.

PETRUS Telonarius. Petri Telonarii conversio admirabilis, XVI, 250, 2. Petri Telonarii visio de sua in vita eleemosyna, IX, 412, 1. Ex avaro per visionem factus est liberalis; ejus liberalitas in pauperes, X, 133, 1; 208, 1, 2.

PETRUS FABER. Petrus Faber, primus S. Ignatii fundatoris Societatis Jesu socius, salutare monitum dedit pro religiosis ad hospitium divertentibus, XVI, 154, 1. Maluit obedire quam vitæ consulere, XIII, 442, 2. Tam in vita quam in morte fuit obedientiæ victima, V, 33, 1; VII, 521, 2.

PETRUS CANISIUS. Petrus Canisius, Societatis Jesu, usque ad mortem pro Ecclesia laboravit, XVI, 192, 1. Dissidia, lites, odia, sua blandiloquentia persanabat, V, 264, 1; IX, 191, 2. In omnibus adversis Deum benedicebat, XX, 49, 1. Ejus cœlestis illustratio quoad sui cognitionem, 63, 2. Obedientia sua vicit hæreticos, VI, 125, 2. Hussitarum in eum scomma, IX, 191, 2.

PETRUS Vermilius. Petrus martyr Vermilius in Anglia docuit de Eucharistia quidquid volebat rex et magistratus, X, 167, 2.

PETRUS AUREOLUS. Petri Aureoli in annorum supputationibus error, XXI, 349, 2; 352, 1. *Apocalypsin* tantum applicavit, non explicavit, 232, 1; 233, 2.

PETRUS GALATINUS. Petrus Galatinus *Apocalypsin* ccommentatus est, de ejus commentario Cornelii a Lapide judicium, XXI, 12, 1.

PETRUS GNAPHÆUS. Petrus Gnaphæus hæresiarcha in SS. Trinitatem fuit injurius, XV, 246, 1. Addidit trisagio, *Qui crucifixus est pro nobis*, sed perperam, XI, 173, 2.

PETRUS SERRANUS. Petrus Serranus Cordubensis in Ezechielem luculenter scripsit, XII, 473, 2.

PETRUS ABAILARDUS. Petri Abailardi elogium, XII, 704, 2.

PETRUS ROMANUS. Petrus Romanus ultimus futurus est Pontifex Romanus, XXI, 307, 2; 322, 1; 355, 2.

PETULANTIA. Petulantia juvenum quomodo retundenda, X, 94, 1.

PHACEE. Phacee fuit prodromus Herodis Ascanitæ, XI, 206, 1. Ambo inter se comparantur, *ibid.*

PHADARA. Phadara fuit frater Salathiel, habuit quoque filium nomine Zorobabelis, XIV, 318, 2.

PHAETON. Phaetontis incendium quando contigerit, I, 444, 2. Contigit sub Moyse: quale ipsum fuerit, an solum terræ siccitas, XIII, 611, 1. Phaeton unde dictus, *ibid.* Phaetontis fabula unde procusa, XXI, 299, 1. Phaeton solis currum moderans imperite, imago est pastorum pravorum, XII, 745, 2.

PHÆDRUS. Phædrus libertus Augusti fabulas conscripsit, IX, 385, 2.

PHÆNOMENA. Phænomena aeris et nubium sæpe speciem, colorem et situm mutant, X, 400, 1. Phænomena quæ dicantur a philosophis, XX, 192, 2.

PHALANGIUM. Phalangium genus aranearum noxium est, VI, 333, 2. Enecat cum risu, V, 417, 2.

PHALARIS. Phalaris tauro æneo a suis inclusus et crematus, X, 41, 2.

PHANTASIA. Phantasiæ hominum quæ sint simulacra, XX, 626, 1. In phantasia loquitur Deus per angelos, in mente per se, XIII, 245, 2; 246, 1. In phantasia hominis multa dæmon potest repræsentare, XV, 126, 1.

PHANUEL. Phanuel idem est quod facies Dei, XVI, 79, 2.

PHARAILDIS (S.). S. Pharaildis cum marito Pippino castitatem in conjugio coluit, XVIII, 301, 2.

PHARAN. *Pharan* deduci potest a *peer*, id est decus, gloria, XIV, 249, 1. Pharan mons in quo gesserit typum missionis Spiritus sancti in apostolos, 248, 2. Symbolum est cœli, 249, 1.

PHARAO. 1° Pharao vox unde dicatur et quid hebraice sonet, I, 432, 1; XII, 713, 2. Pharao non proprium sed commune fuit nomen regum Ægyptiorum, IV, 214, 1. Ægypti reges unde vocati Pharaones, I, 361, 2; 432, 1.

2° Pharao rex Ægypti tempore Abraham quibus plagis affectus fuerit ob raptam Saram, I, 188, 1.

3° Pharao a quo Joseph princeps totius Ægypti constitutus est, I, 361, 2; 362, 1 et seqq.

4° Pharao novus affligens Hebræos et ignorans Joseph, quis et qualis fuerit, I, 429, 1, 2. Pharao ignorans Joseph quid tropologice significet, 436, 2. Quid allegorice, 437, 2. Pharao prohibens Israeli dari paleas quid symbolice significet, 473, 2. Ejus impietas jubentis masculos Hebræorum submergi, 434, 1. Cur hoc jusserit, *ibid.* Significat in eo diabolum, *ibid.* Quibus dolis Hebræos oppresserit, XVII, 175, 2. Vocatur Assur ob crudelitatem et potentiam, XI, 616, 2. Vocatur draco fluvialis, 607, 1. Ejus filia se finxit Mosen peperisse, XIX, 483, 1. Pharao flagellis induruit, XVIII, 168, 2. Quomodo se indurarit, I, 488, 2 et seq. A seipso proprie et directe obduratus est, XVIII, 167, 2 et seqq. Quomodo eum obdurarit Deus, 26, 2. Quomodo et cur eum Deus excitarit, 166, 2. Eum cur Deus regem constituerit, I, 510, 1. Cur eum tamdiu sustinuerit, *ibid.* Ejus obstinatio, VI, 128, 2. Ob eam male periit, 390, 1, 2. Ille cum omnibus suis in mari Rubro periit, XIV, 260, 2; 261, 2. Ejus arrogantia punita, *Job*, 542, 1. Pharao exemplar est vindictæ rebellium, V, 534, 1. Ejus cladi assimilatur strages Assyriorum et Sennacherib, XI, 249, 1. Typus est Baltasaris regis, et uterque diaboli, XIV, 262, 1. Pharao figura diaboli, I, 429, 2; *Psalm.* II, 95, 1, 2. Typus est peccatoris,

Job, 509, 1; 542, 2. Ejus currus mystici qui, I, 556, 2. Pharaonis epitaphium, 563, 1.

5° Pharao Nechao a Nabuchodonosore profligatus est, XII, 290, 1.

6° Pharao Ephree vel Vafres quis fuerit : ejus avus fuit Nechao, XII, 285, 2. Fortuna ejus et superbia, *ibid.* Fuit Pharaonum postremus, *ibid.* Vocatur tumultus, id est perturbator regni, 292, 1. Ejus cum Nabuchodonosore bellum describitur, 176, 2. Pharao Apries vel Ephree, vel Vafres confertur aquilæ, 626, 2. Cum Sedecia rebellans Nabuchodonosori, fœdus iniit, et ab eo subactus est, *ibid.* Quam fuerit superbus, 713, 2. Quomodo a Deo depressus, 714, 1, 2. Vocatur draco, id est crocodilus, cur, *ibid.* Quomodo fuerit baculus arundineus Israeli, 716, 1. Vocatur Assur, cur, 724, 1. Comparatur cedro, cur, *ibid.* et 2.

PHARASIM. *Pharasim* sunt equi militares, acres et bellicosi, XII, 698, 2.

PHARES. Phares quid significet, I, 349, 1. Habitus fuit ut primogenitus Judæ, habuitque jura primogenitorum præ Sela, 563, 1.

PHARES. *Mane, Thekel, Phares* pluribus modis exponitur, et varie legitur, XIII, 74, 2.

PHARETRA. Pharetra Dei qualis, *Job*, 589, 2. Pharetra Dei est occultum Dei judicium, XII, 386, 1. Pharetra Chaldæorum cur dicatur sepulcrum, 55, 1, 2.

PHARISÆI. 1° *Quid essent Pharisæi apud Judæos.* Pharisæi unde dicti sint, XV, 98, 2; XIX, 43, 1. Eorum auctores, XV, 98, 2. Erant in pretio apud populum, *ibid.* Quam nobiles apud Judæos essent, XVII, 299, 2. Eorum secta apud Judæos erat nobilissima, XVIII, 1, 2; XIX, 43, 2. Eorum erant septem sectæ, XVII, 419, 1. Erant rectores populi, et multi eorum sacerdotes et levitæ, XV, 351, 1; 488, 1. Quatenus eis erat obediendum, 488, 1. Illorum auctoritas et potentia, XVI, 354, 1; XIX, 43, 2.

2° *Eorum doctrina.* Pharisæi erant legis peritissimi et observantissimi, XVII, 153, 2. Legem Dei non recte interpretabantur, XVI, 165, 2 et seqq. Credebant animæ immortalitatem, non Sadducæi, XVI, 386, 2. Animarum docebant μετεμψύχωσιν, XIX, 43, 1. Censebant astra esse animata, 94, 2. Censebant totam legem non esse servandam, sed partem ejus majorem, XX, 111, 2. Verbo Dei suas traditiones addebant, VI, 431, 1. Eorum zizania, XV, 327, 2. Pharisæorum error de cultu Dei externo, et vita interna nequam, X, 209, 2 et seq. Internam concupiscentiam docebant non esse peccatum, XV, 157, 2. Eorum error duplex circa juramentum, XV, 492, 1; XX, 211, 2. Quo prætextu docerent negandam esse parentibus alimoniam, XV, 351, 1. Eorum error docentium non licere comedere manibus illotis, 332, 1.

3° *Pharisæorum vita.* Primo. *Illorum apparens in facie vitæ austeritas.* Illorum continentia et pietas, jejunia, vestis, legis observantia, rigor, XIX, 43, 1. Exacte sabbatum observabant, XV, 301, 2. Vix equis utebantur, et cur, XVII, 210, 2. Crebro et religiose manus et vasa lavabant, XV, 349, 2; 493, 2; 693, 1, 2. Inter epulas sæpe religionis causa manus lavabant, XVI, 330, 1. In crebris magnisque lotionibus sanctitatem ponebant, XVI, 163, 2.

Secundo. *Eorum fastus, superbia et hypocrisis.* Eorum intolerabilis superbia, XIV, 306, 2. Sibi sanctitatem arrogabant, XV, 349, 1. Profitebantur certiorem legalium rituum notitiam, XV, 98, 2; 349, 1. Prima accumbendi loca in conviviis ob superbiam aucupabantur et occupabant, XVI, 195, 1. Se justos reputantes, peccatores contemnebant, 203, 1. Perperam murmurabant quod Christus cum peccatoribus versaretur, *ibid.* Ideo denotantur in fratre filii prodigi, 206, 1; 212, 1, 2; 213, 2. Illorum ambitio, 478, 2. Eorum hypocrisis tempore Christi, XI, 430, 2; 431, 1; XV, 351, 2; XVI, 219, 2. Docebant et non faciebant, XV, 488, 2. Quæ populo onera imponerent, *ibid.* Suam sanctimoniam varie ostentabant, 489, 1. Cur sua phylacteria dilatarent, *ibid.* Eleemosynam facturi tubam inflabant, 181, 1. Minima curabant, maxima negligebant, 493, 1.

Tertio. *Illorum avaritia et corruptio.* Eorum avaritia, XVI, 439, 2. Ad Evangelium vocati, venire noluerunt ob avaritiam et voluptatem, 197, 2 et seqq. Sed iis pauperes fuerunt surrogati, 199, 1. Infideles erant tam in opum administratione, quam in doctrina legis divinæ populo tradenda, 218, 2. Erant iniqui judices, XV, 493, 1. Erant terrenis affixi, XVI, 441, 2; 442, 1. Eorum rapina et immunditia, 493, 2. Cur sint sepulcra dealbata, 494, 1. Erant infernales, XVI, 442, 1. Patrem habebant diabolum, ejusque spiritum sequebantur, 447, 2 et seq. Erant in multis rebus culpabiles, 443, 1. Quæ peccata admitterent in extruendis sepulcris prophetarum, XV, 494, 1. Erant, ut et patres, propheticidæ, 494, 2. Cur dicantur caupones, eorum idololatria qualis esset, XI, 115, 1, 2.

Quarto. Pharisæi erant pastores mali, XIV, 491, 1. Erant non pastores, sed laniones ovium et lupi, XV, 252, 1. Erant ceu fures et latrones ovium, XVI, 468, 2. Quomodo regnum Dei hominibus clauderent, et intrare volentes non sinerent intrare, XV, 491, 2. Viduarum domos emungebant, *ibid.* Multos Gentiles ad judaismum pertrahere satagebant, 492, 1. Comparantur canibus mutis, XI, 663, 1.

4° *Pharisæorum contra Christum error, invidia, odium et rancor.* Eos acriter taxant Joannes et Christus passim, XV, 98, 2. Cur viperis et serpentibus assimilentur, 99, 1, et seqq.; 308, 1, 2. Cur dicantur generatio adultera, XV, 311, et seq.; 697, 2. Quare Joannem de baptismo interrogant, XVI, 314, 1, 2. Herodem in Galilæa licet regnantem, instigarunt ut Joannem caperet, et quare, XV, 129, 1. Discipulos Joannis instigant ut petant a

Christo quare cum suis non jejunaret, 244, 2. Eorum obstinatio audientium Joannem et Christum ex curiositate, 288, 2 et seqq. Illum dicebant habere dæmonium, quia austere vivebat ; hunc, quia communem vitam sectabatur, vocabant gulosum, 289, 1. Putabant Christum merum esse hominem, 239, 2. Eum, cum venit, agnoscere noluerunt, quia humilem videbant, XVI, 569, 2 ; 574, 1, 2. In eo ignorantia crassa laborarunt, 569, 2. Judicabant de Christo secundum carnem, 437, 1. Cur de Patre ejus inquirant, 438, 2. Quibus Christus respondet caute, *ibid.* et seq. Scire debebant eum nonnisi a Deo missum, 464, 1. Eorum superbia in spernenda Christi doctrina, XV, 292, 1. Illorum infidelitas in doctrina Christi rejicienda, XVI, 443, 2. Cur eos Deus non sinit intelligere dicta a Christo, 444, 1 ; 449, 1. Eorum negantium e Galilæa Prophetam unquam venisse, testimonium falsum, temerarium et stultum est, 429, 2 et seq. Erant Christo adversarii quam maxime, XV, 306, 1 ; 352, 2. Miracula ejus tacite perstringunt, 311, 1. Christum vocant Samaritanum, XVI, 451, 1. Et dicunt eum habere dæmonium, 451, 2. Faciunt Christum magum, qui ope dæmonis faciat miracula, XV, 251, 2. Illorum cæcitas, XI, 663, 1. Cur a Christo vocentur cæci, XV, 353, 1. Eorum cæcitas proveniebat ex priore invidia eorum, 322, 1 et seq. Horum obstinatio tempore Christi, VI, 392, 1. Ipsorum incredulitas et obstinatio, XVI, 478, 2 ; 576, 2. Eorum mendacium et æmulatio contra Christum, XVI, 190, 2. Christi gloriam invidebant, 377, 1. Ex odio et invidia Christum admittere noluerunt, XV, 387, 1. Eorum in ipsum odium et rancor, XVI, 376, 2 et seq.

Cur Pharisæi a Christo signum e cœlo petant, XV, 311, 1 ; 361 et seqq. Quare ei quæstionem de uxoris dimissione proposuerint, 418, 2. Cornutam quæstionem ei proposuere, 301, 2 ; 476, 2. Ei adulantur, 477, 2. Erant similes vulpi, XVI, 191, 1. Christum intricare volentes, in laqueum suum inciderunt, XV, 478, 1 : 480, 2. Ei ignorantiam Scripturarum affingere volunt, 483, 1. Docentur ab eo de persona Messiæ, 485, 1. Eorum dolus in accusatione adulteræ, XVI, 432, 2 ; 434, 1. Urgent graviter paralyticum ad piscinam a Christo sanatum, 375, 2. Christum initio scenopegiæ quærebant, ut eum caperent et occiderent, 419, 1. Eum dicebant insanire, quod ipsos diceret sibi mortem machinari, 421, 2. In eum insurgunt quod sabbato paralyticum curasset, *ibid.* et seqq. Eorum iniquum judicium, 422, 2 et seqq. Erant e magistratu, et apud pontifices Jesum accusarunt, 424, 2. Ex cæci nati curatione sumpserunt occasionem Christum calumniandi, 462, 2. Cur cæcum iterum, iterumque interrogent, *ibid.* Cur aggrediantur parentes ejus, 463, 1. Anxia eorum de eo disquisitio, *ibid.* Ei maledixerunt, 463, 2. Confessionem ex ore Christi elicere volentes, quod ipse esset Messias, id faciunt ejus calumniandi causa, 478, 1.

Christo mortem declinabant a longo tempore, XVI, 441, 1. Pharisæi de Christo necando consultant, XVI, 498, 1. Cur sibi a Romanis ob illum indemnem metuant, *ibid.*, 2. Hunc metum prætexunt tantum suæ invidiæ et odio in Christum, 498, 2 ; 499, 2. Statuunt eum interficere, 500, 2. Circa Pascha eum capere volunt, XVI, 501, 2. Cur Lazarum redivivum interficere voluerint, 507, 1. Christum quamprimum de medio tollere satagunt, 507, 2. Neminem ad mortem damnabant, 609, 1. Petunt a Pilato ut Christi sepulchrum jubeat custodiri, rabie et odio ejus flagrantes, XV, 641, 2 et seq. Timebant ne resurgeret, 642, 1. Conati ei resurrecturo omnimodis occludere exitum, resurrectionis miraculum et fidem auxerunt, 642, 2.

5° *Pharisæorum pœna iis a Deo inflicta.* Peccatorum impleta mensura erant evertendi, XV, 495, 1. Eorum labores magni et sudores pro lege Dei, sed sæpe inutiles, 444, 2. Octies iis væ Christus intentat, et quid per hæc innuat, 491, 1. Sua nequitia meruere occupari a dæmone, et a Deo puniri, 314, 1 et seq. Eorum interitus et excidium a Christo prædicitur, 471, 1 et seqq. Quomodo sint maledicti, XVI, 429, 1. Quomodo Christum essent quæsituri et non inventuri, XV, 425, 1, 2. Quomodo eos in peccato suo morituros dixerit Christus, XVI, 440, 2. Cur gravius accepturi sint judicium, XV, 491, 2. A Ninivitis coarguentur in die judicii, 313, 1. Et a regina Austri, 314, 1.

PHARISÆUS de quo Christus parabolam sumit. Pharisæus quomodo se ad orandum composuerit, XVI, 241, 2. Cur steterit : populi Judaici symbolum est, *ibid.* Quare oraret apud se : ejus fastus et jactantia, 242, 1. Quomodo orans Deo gratias ageret, *ibid.* Omnes sceleratos reputat, se solum justum, *ibid.* Quot peccata orans committat, 242, 2. Quas daret decimas, *ibid.* Ejus superbia, 243, 1. Ejus oratio cassa fuit, 244, 2.

PHARMACUM. Pharmaca a Deo sunt creata, X, 271, 1, 2. Nec ea vir sapiens abhorret, 271, 2.

PHARUS. Pharus insula vicina Alexandriæ turrim habet quæ navigantibus igne collucet, XIV, 191, 2.

PHASE. Phase non fuit celebratum in deserto post egressum e Sina, II, 230, 1. Debebat illud manducare etiam is qui abstinentiam a carnibus voverat, 230, 2. Immundi non poterant id comedere, *ibid.* Sed in secundum mensem differre debebant, *ibid.* Quid faciendum, si adhuc secundo mense erant immundi, 231, 1 (*Vide* PASCHA).

PHASITIGRIS. Phasitigris videtur esse fluvius Phison, IX, 659, 2.

PHASSUR. 1° Phassur quid nomine suo significet, XII, 386, 1. Phassur, filius Emmer, non fuit pontifex, sed tantum e templi præfectis, 158, 1.

2° Phassur filius Melchiæ, alius a Phassur filio Emmer, æque ut hic in Jeremiam iniquus fuit, XII, 167, 1.

PHATHAHIA. Phathahia jurisperitus constitutus ab Artaxerxe ut cum Nehemia causas litesque populi dijudicaret, IV, 255, 2.

PHATUEL. Phatuel pater Joel quid hebraice significet, XIII, 476, 1, 2.

PHAVORINUS. Phavorinus astrologos judiciarios egregio dilemmate perstringit, XII, 90, 1.

PHELTIAS. Pheltias, filius Banaiæ, princeps et dux erat populi, XII, 583, 1.

PHENENNA. Phenennæ contra Annam protervia ob proles, et quomodo illa repressa, III, 258, 1, 2; 266, 1, 2 et seq.; XIII, 407, 2.

PHERECYDES. Pherecydes animi immortalitatem docuit, IX, 5, 2.

PHERON. Pheron, Ægypti rex, aspectu feminæ non adulteræ, visum recuperavit, X, 9, 1.

PHIALA. 1° Phialæ vocis quod sit etymon et significatio, et quale sit vas, XXI, 294, 1, 2. In iis adolebatur thymiama in templo Salomonis, 130, 1; 295, 1. Phialæ tabernaculi describuntur, I, 649, 2. Phialarum in templo triplex erat usus, XIV, 544, 1. Magna earum illic erat copia, *ibid.* et 2. Est phiala lebete sacratior, *ibid.* et seq. Omnes erant templi, *ibid.*

2° Phialas suas quomodo angeli effudisse intelligantur, XXI, 297, 2. Phialæ et citharæ seniorum quid significent, 127, 2.

3° Phialæ templi mystice sunt concionatores, I, 649, 2. Phiala nomine metaphorice vocatur lectus, VI, 265, 1.

PHIGELLUS. Phigellus an a S. Petro creatus episcopus Ephesinus, XVIII, 584, 1. Amicitiam cum beato Paulo finxit, XIX, 280, 2.

PHILADELPHIA urbs. Philadelphia urbs Mysiæ ubi sita, unde dicta, XXI, 28, 1. Alia est Philadelphia in Syria, *ibid.*

PHILADELPHIA ut virtus. Philadelphia Christianorum quanta esse debeat, XX, 322, 1.

PHILANTROPIA. Philantropia Dei in homines summa, XIII, 95, 2; XVI, 344, 2. Philantropia Dei multa admiranda continet, XIX, 337, 1 (*Vide* DEI BONITAS).

PHILASTRIUS (S.). S. Philastrii zelus et lenitas, X, 454, 1.

PHILASTRIUS scriptor. Philastrii locus restitutus, III, 292, 1.

PHILAUTIA. Philautia plerique laborant, V, 509, 1. Ea laborat homo maxime audito adulatore, VI, 395, 1. Philautia quam sit noxia, XVIII, 574, 2: *Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.* Est multorum malorum causa, XIX, 299, 1: *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa; et erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei.*

PHILEMON. Philemon non fuit e septuaginta discipulis, XVI, 144, 1. Philemon erat civis Colossensis, apud suos nobilis; ejus domus ecclesia fuit, et diu permansit: ejus pietas et hospitalitas, XIX, 342, 2.

PHILETUS. Philetus resurrectionem negavit, XVIII, 401, 2; XIX, 289, 2.

PHILIPPENSES. Philippenses Epaphroditum suum apostolum cum muneribus ad Paulum miserunt, XIX, 1, 1. Erant in eum liberales, 67, 2. Pro Evangelio multa sunt passi, 6, 1.

PHILIPPI urbs. Philippi, urbs Macedoniæ, a quo restaurata, XVII, 309, 2. An ad Thraciam pertineat, *ibid.* Philippi urbs describitur, XIX, 1, 1.

4° Populus Christianus an jus habeat eligendi ordinandos, XVII, 295, 1, 2. An diaconos primos elegerit, 164, 1. Populus Christianus corona episcopi est, XIX, 57, 2. Populus clerum ordine naturæ præcedit, ut grex pastorem, XIX, 4, 1. Olim populus cum clericis in ecclesia psalmos canebat, X, 490, 1. Et sacerdoti succinebat *Amen*, 543, 2. Populus Pontificis benedictionem flexis genibus excipiebat, 545, 1, 2.

POPULUS arbor. Populus arbor quid apud Ægyptios indicaret, VII, 129, 1.

PORCELLUS. Porcelli testamentum vetus quale sit, XIV, 309, 2 et seq.

PORCINUS. Porcina caro Judæis vetita, XI, 747, 1. Eam edere in lege veteri fuisset peccatum mortale, IV, 523, 2. Porcinam carnem edere recusantes excarnificatur, 523, 1, 2.

PORCA. Porca in agro dicitur terra inter duos sulcos elata, X, 288, 2.

PORCUS. 1° Porci fœditas et natura, V, 332, 2. Porcus dictus a spurcitie, XI, 747, 1. Porci grunnitus elephantes terret, XIII, 81, 2. Porci triangulari acie hostem impetunt, IX, 670, 2. Porcus in fœdere olim immolabatur, XVIII, 366, 1.

Porcum Hierosolymæ insculpsit imperator Hadrianus, II, 63, 2. Romani eum in vexillis præferebant, *ibid.* Judæis is erat exosus, *ibid.*

2° Porcorum grex unde fuerit apud Judæos, qui porcis non vescebantur, XVI, 135, 1. Cur dæmonesi n porcos ingredi permiserit Christus, *ibid.*, 2. Quomodo hi porci se in mare præcipitarint, 136, 1.

3° Porcus est symbolum hominum profanorum et veritatem spernentium, II, 63, 2; XX, 469, 1. Item omnium peccantium, XX, 469, 2. Porco lascivæ mulieres comparantur, V, 332, 2.

PORPHYRIA. Porphyria quomodo suam continentiam probarit, XIII, 46, 1.

PORPHYRIO avis. Porphyrio qualis sit avis, II, 66, 2. Quare sit immunda, 67, 1. Sua morte adulterium prodere tradit Ælianus, II, 67, 1; IX, 611, 1.

PORPHYRIUS (S.) S. Porphyrius Gazensis episcopus Marnæ idolium incendit, quo prodigio monitus, XIV, 455, 1.

PORPHYRIUS philosophus. Porphyrius philosophus unde nomen traxerit, XIII, 295, 1. Fabulas conscripsit, IX, 385, 2.

PORRUM. Porri dotes et proprietates, XXI, 394, 1.

PORTA. 1° Portæ quod per eam onera importentur sic dictæ, IV, 261, 1. Aliud est etymon, *ibid.* Portæ quas ad res serviant urbi, XII, 355, 1, 2, In portis olim judicia fiebant et judices jus dicebant, V, 45, 2; VI, 167, 1; 513, 1; X, 552, 2; XI, 295, 2. In portis Hebræi judicia exercebant, quia eo libere convenire poterant tam indigenæ quam alienigenæ, XIII, 584, 1. Ibi quoque erat forum tum civile rerum venalium, tum judiciale causarum forensium, XIII, 584, 1; XVI, 119, 1. Porta hinc subinde capitur pro judicio quod in porta exercebatur, XIII, 584, 1.

2° Portæ urbis Hierosolymæ erant duodecim ad singulas mundi plagas quatuor, et quænam illæ, IV, 236, 2; 237, 1. Portæ duodecim tribuum quæ, XII, 862, 2. Sed eæ quas describit Ezechiel, non per omnia respondent portis priscæ Jerusalem, *ibid.* Porta anguli erat porta Benjamin, unde sit ita dicta, XII, 234, 1. Porta Benjamin superior quæ esset Hierosolymis, 159, 1. Erat et alia porta Benjamin inferior, *ibid.* Erat juxta hanc carcer qui ad jurisdictionem præfectorum templi pertinebat, *ibid.* Porta Benjamin erat in nova urbe Jerusalem, XIV, 537, 2. Porta equorum Hierosolymis erat porta eadem quæ fontis et aquarum; unde triplici hoc dicta nomine, XII, 234, 2. Porta fictilis quæ diceretur, 155, 2. Porta gregis erat in Sion, et super eam turris, XIV, 99, 1. An hæc dicatur turris gregis, *ibid.*, 2. Cur dicatur filia Sion et gregis, 99, 2. Porta piscium in Jerusalem quæ diceretur et unde; ejus situs; alia ejus nomina, an ad occidentem urbis sita, 278, 1, 2. Quæ porta secunda, *ibid.* Portæ nefastæ in Jerusalem quæ dicerentur, XII, 155, 2. Porta S. Stephani quæ sit Hierosolymæ, XVII, 183, 2. Portæ Jerusalem quomodo dicantur corruere, XII, 120, 1. Portæ templi apertæ fuere, moriente Christo, XIV, 485, 1.

3° Portæ priscæ templi quæ latitudo et longitudo, XIV, 414, 1. Portæ templi erant tres, XII,

790, 1. Eæque erant totidem in quolibet atrio, *ibid.* Eæ ad tres orbis plagas spectantes, ac sibi in tribus muris obversæ, quid significent mystice in Ecclesia Christi, 784, 1. Porta Orientalis templi erat nobilissima, 582, 1; 785, 1. Porta altaris in templo quænam esset, 560, 2. Porta atrii interioris aperiebatur principi in sabbatis et calendis, 846, 1. Quid hæc apertio mystice denotet, *ibid.* Porta clausa principis quænam esset, 830, 1. Ea erat semper clausa, sed principi ingredienti aperiebatur, eo egresso ad vesperam claudebatur, et per eam ipse quoque egrediebatur : populus vero per portam Meridionalem et Aquilonarem ingrediebatur et egrediebatur, et per unam ingressus, per alteram ei adversam egrediebatur, 846, 1, 2. Quæ moralis ejus rei causa, *ibid.*, 2. Hæc allegorice est beata Virgo, 830, 1, 2. Cur ter dicatur, quod fuerit clausa, 831, 1. Est eadem Orientalis, *ibid.* Hæc item porta est utraque beatæ Virginis conceptio immaculata, *ibid.* Porta gratiarum et cœli est beata Virgo, *ibid.*, 2. Mystice et anagogice hæc porta intelligitur vel fides, vel Christus, vel sacra Scriptura, vel aditus regni cœlestis ante Christi adventum, 795, 2; 832 1. Porta aurea erat tam templi quam urbis, XV, 464, 1. Porta Speciosa templi quæ diceretur, XVII, 114, 1, 2. Erat non atrii, sed extrema, *ibid.*

4° Portæ terræ quæ sint, XII, 126, 1. Portæ Caspiæ quæ dicantur, XVII, 266, 1.

5° Portas duas comminiscitur Macrobius, per quas homines vita functi descendant vel ascendant, IX, 12, 1. Porta cornea et eburnea somniorum, quam Homerus fingit, quæ sit, X, 195, 2. Portæ tribulationum quæ vocentur, 552, 2. Portæ mortis quid, *Psalm.* I, 54, 2. Portæ mortis sunt pericula peccati, *Job*, 717, 2. Portæ Sion quid, *Psalm.* I, 54, 2. Portæ intendere mystice quid sit, XII, 799, 1, 2, Portæ inferi est totus infernus, vel hæretici, qui contra Ecclesiam et fidem Petri non prævalent, XV, 369, 2.

6° Porta angusta cœli quæ sit, quæ lata ad perditionem ducens, XV, 209, 2. Portæ duodecim cœlestis Jerusalem quid designent, XXI, 373, 2. Earum perpetua apertura in cœlo quid denotet, 403, 1. Quomodo sint cælatæ ex margaritis, 398, 1.

PORTARE. Portare quid in Scriptura significet, XIX, 353, 2.

PORTENTUM. 1° Portenta in aere per angelos effecta Antiochi Epiphanis tempore, IV, 518, 1, 2. Item cum Titus Jerosolymam obsideret, et Longobardi Italiam invaderent, *ibid.* Item in Belgio quid portenderint, 519, 1. An fiant naturaliter, *ibid.*

2° Portentum fuit Christus in vita, morte et doctrina, XIV, 388, 1. Portentum fuit quidquid circa Christum actum est, et maxime ipsius vita, XVI, 76, 2.

PORTHMUS. Porthmus sunt angustiæ maris inter duos continentes XIV, 19, 1.

PORTICUS. 1° Porticus proprie quid sit, XVI, 372, 2. Porticuum templi et atriorum descriptio, XII, 780, 2 et seqq. Porticus cur addita templo Salomonis, XIII, 500, 1. Porticus Salomonis quæ sit et quæ dicatur XVI, 477, 2 et seqq.; XVII, 118, 1. Ea erat in atrio Gentium, XVII, 149, 2. Porticus templi Salomonis erant tres, singulæ quadraginta quinque columnas habebant, V, 245, 2. Porticus templi Salomonis quot cubitos lata et longa fuerit, XII, 791, 1, 2. Quæ ejus altitudo, *ibid.* Alia erat ab illa in qua docuerunt Christus et Apostoli, *ibid.*, 2. Porticus inferiores templi vocantur pavimentum stratum lapide, 816, 2. Sententia Abulensis, Titelmani et Jansenii de porticu impugnatur, III, 575, 2.

2° Porticus templi mystice significant subsidia et quasi umbracula quibus Deus tegit et fovet laborantes in opere virtutum, XII, 786, 1. Porticus symbolum erat longanimitatis et patientiæ sanctorum, *ibid.*

PORTIO. Portio congrua fructuum beneficii, ex qua honeste juxta statum vivere possunt, clericis assignanda est, XII, 740, 2.

PORTITOR. Portitores paralytici magnam fidem ostenderunt, in eum Christo sistendo, X, 238, 1.

PORTUS. Portus Boni commoda, XVII, 425, 1.

POSSE. *Posse* pro *velle* sæpe in Scriptura sumitur, XV, 450, 1; 673, 2; 687, 1, 2; XVI, 449, 1. *Potest* accipitur subinde pro *solet*, XVI, 323, 1.

POSSESSIO, POSSIDERE, POSSESSOR. 1° Possessio dicitur quasi pedum sessio aut positio, XVIII, 108, 1. Possessio capitur pedis impositione, VI, 139, 2. Possessio adibatur calcando rem possessam, III, 469, 1. Possessio rei acquiritur emendo, V, 108, 1. Possessiones venditæ in jubilæo ad primos dominos redibant, XII, 847, 2. Possessio accedit viro per bonam uxorem, X, 242, 2. Possessor ob dubium superveniens possessione justa depelli non potest, XVIII, 308, 1.

2° Possessio pecuniæ et omnis rei temporariæ pretio æstimabilis, vetatur apostolis, XV, 260, 2. Possessio bonorum in communi non derogat perfectioni, XVI, 506, 1. Quid ex ea boni sequatur, *ibid.* An perfectionem minuat, *ibid.*, 2. Possessiones vendebant primi christiani, XVII, 108, 1.

3° Possessio spiritualis quæ sit, VI, 218, 2. Possessio orbis Christo promissa in mercedem, XI, 728, 2. Possessio secunda Dei quæ sit, 269, 1. Possessio secura Deus est, V, 92, 1. Qui possidetur a Deo, vicissim Deum possidet, XIII, 645, 1. Possessio non alienanda mystice quid significaret, II, 388, 2. *Possidere animam*, quid sit, XVI, 258, 2. Eam patiens possidet, *ibid.*

POSSIBILIS, POSSIBILITAS. Possibilia omnia cum nondum acta sint, sunt tamen et latent in Dei omnipotentia, quasi in semine, XVIII, 86, 2. Possibilia omnia sunt Deo, XVI, 25, 1. Possibilitas omnis creaturæ et hominis provenit immediate a Deo, I, 459, 2.

POSSIDONIUS. Possidonius philosophus coævus Judæ aliisque Machabæis, IV, 405, 1.

POST. *Post formicam apis* proverbium quid significet, V, 160, 2.

POSTERIORA. Posteriora Dei quid sint allegorice, quid tropologice, quid symbolice, I, 740, 2 et seq. (*Vide* DEUS).

POSTERITAS. Posteritatis Abrahæ multitudo, gloria, fama, æternitas unde colligatur, XVIII, 88, 1. Posteri per lucernam repræsentantur, VI, 70, 1. Posteri impiorum non erunt durabiles, sed peribunt, X, 332, 1, 2; *Job*, 118, 2.

POSTHUMIUS (S.). S. Posthumius in febri non imminuit jejunia, X, 276, 2.

POSTULARE. *Postulare* quid jurisconsultis significet, XVIII, 142, 1, 2. Postulanda a Deo, *Psalm.* II, 319, 2. Postulationes quomodo differant ab oratione et obsecrationibus, XIX, 193, 2.

POTATOR. Potatores videntur in vino habitare, VI, 205, 2 et seq.

POTENTATUS. Potentatus regimen imperiosum et violentum significat, IX, 308, 1. Potentatus vita brevis, XIII, 104, 2.

POTENS. 1° Quis vere potens sit, X, 566, 1. Potentem cur plerique timeant et ament, VI, 7, 2 : *Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis.* Potentes graviter irascuntur, X, 53, 1 : *Secundum enim ligna sylvæ, sic ignis exardescit : et secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam.* Potentiorum injuriæ et prædæ infirmi sunt expositi, XIV, 214, 1 : *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, et respicere ad iniquitatem non poteris : quare respicis super iniqua agentes, et taces devorante impio justiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, et quasi reptile non habens principem.* Hi facile opprimunt parvos, IX, 262, 1; 263, 1; 386, 1.

2° Potentes de sede deponit Deus, XVI, 41, 1 : *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.* Et deposuit maxime sub tempus nativitatis Christi, *ibid.*, 2. Potentium humiliatio, *Job*, 303, 2 : *Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cervices vestræ.* Potentes sæculi moriuntur miseri, 452, 2.

3° Potentes pauperem non opprimant, VI, 167, 1 : *Non facias violentiam pauperi quia pauper est : neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam ejus, et configet eos qui confixerunt animam ejus.* Sint mansueti, X, 454, 1.

4° Quomodo cum potentibus agendum, eis non resistendum, IX, 167, 1 : *Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii.* Sunt instar fluminis, *ibid.* Eis resistendum est, dum ad peccatum invitant, 168, 2 : *Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Cum illis non est litigandum, 261, 1 : *Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.* Nisi in certo casu, 263, 1 : *Non litiges cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi.* Non est eis mutuum dandum, 270, 2; 271, 1 : *Noli fœnerari fortiori te; quod si fœneraveris, quasi perditum habe.* Maximi periculi est arguere potentes, *Job*, 459, 1 : *Quis arguet coram eo viam ejus? et quæ fecit quis reddet illi?* In potente spes non est defigenda, VI, 186, 1. Potentium amici magna in se onera suscipiunt, IX, 385, 1 : *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat; et ditiori te ne socius fueris.* Ideo tales cavendi, *ibid.*

POTENTIA, POTESTAS. I. POTENTIA DEI (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § I). *Primo:* Potentia Dei et mundi quomodo differat, XVIII, 505, 2. Ad potentiam omnia Dei mirabilia revocantur, *Psalm.* II, 221, 1. Quomodo potentia et bonitas in Deo locum habeant, X, 311, 1. Potentia divina in rebus difficilibus humanæ infirmitati præponenda, XVIII, 88, 2.

Secundo. Potestas Christi in omnes homines, XVI, 592, 1. Potestas in cœlo et in terra Christo qua homini data est in incarnatione, et post resurrectionem, XV, 657, 1. Potestas judicandi omnes mortuos data Christo a Patre in incarnatione, XVI, 379, 2. Hæc est propria Deo, *ibid.* Potestas judiciaria humanitati Christi debetur, XVII, 242, 1. Eam in actu habuit primo conceptionis instanti, 242, 2. Potestas miracula patrandi Christo semper et ubique parata erat, XVI, 385, 1. Potestas judiciaria cum Christo communicanda patientibus, XIX, 497, 1.

II. POTESTATES CREATÆ. — 1° *Potestates angelicæ.* Potestates angelicæ imperium suum in dæmones exercent, IV, 282, 1. Potestatem suam angeli apostatæ retinuere, XVIII, 404, 1. Potentiæ dæmonum et fragilitatis humanæ descriptio, *Psalm.* I, 394, 2.

2° *Potestates humanæ.* Primo. *Potestas civilis.* Potestas omnis in manu Dei est, IX, 298, 1 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Potestas regnandi venit a Deo, V, 212, 1 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.* Potestas sæcularis est a Deo mediate, XVIII, 220, 1 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo : quæ autem sunt a Deo ordinatæ sunt.* Cur etiam potestas Gentilium ab eo sit instituta, 220, 2. Subordinata est a Deo et sub Deo, *ibid.* Quomodo a Deo ordinata omnis potestas, *ibid.* Ei resistens peccat mortaliter, *ibid.*: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Potestas principum et prælatorum a Deo descendit, XX, 64, 1. Potestas civilis vel ecclesiastica est necessaria ad politicum regimen, XV, 452, 1. Potentia regum et regnorum imbellis est nisi Dei ope et cultu fulciatur, XIII, 413, 1 :

Quia nunc dicent : Non est rex nobis : non enim timemus Dominum; et rex quid faciet nobis?

Secundo. *Potestas ecclesiastica.* Potestas Ecclesiæ duplex : spiritualis et temporalis, XV, 410, 1 (*Vide* ECCLESIA). Potestas pontificum est spiritualis, XV, 370, 2 et seq. : *Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis.* Ipsorum potestas ligandi et solvendi amplissima est, et varia ab iis exercetur, 371, 2. Derivant eam etiam in ministros Ecclesiæ sibi subditos, *ibid.* Summæ potentiæ est peccata remittere, VIII, 576, 1 : *Tu autem Deus noster, suavis et verus es, paliens et in misericordia disponens omnia. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam; et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati.* Potestas absolvendi a peccatis et eadem retinere a Christo collata apostolis, et in his omnibus sacerdotibus, XVI, 633, 1 : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum relinueritis retenta sunt*, XXI, 71, 2 : *Hæc dicit Sanctus et Verus, qui habet clavem David : qui aperit, et nemo claudit : claudit et nemo aperit.* Ea non est Evangelii prædicatio, 633, 2; 634, 1. Potestas duplex Ordinis datur sacerdotibus, XVI, 695, 1. Potestas puniendi est in Ecclesia ejusque prælatis, XVIII, 286, 1 : *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Potestas ejiciendi dæmones Ecclesiæ cur data, XVII, 151, 2 et seq.: *Concurrebat autem et multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros et vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes.*

Tertio. *Potestatis sæcularis et ecclesiasticæ symbola.* Potestas sæcularis et ecclesiastica tropologice denotatur per urbem et templum quæ describit Ezechiel, XII, 842, 1. Potestas sæcularis est velut gladius quo perversi justos opprimunt, VI, 141, 1. Potestas virga denotatur, eaque homines premit et opprimit, VI, 147, 1. Potestas perniciosa pennis aquilinis repræsentatur, VI, 185, 1.

3° *Potentiæ animæ.* Potentiæ tres animæ quæ a SS. Trinitate reformentur et perficiantur, XVI, 551, 1 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Potentiarum animæ inter se consociatio, XIV, 353, 2. Omnes potentiæ animæ, sensus, vires, cogitationes, actiones Deo offerendæ, VI, 179, 1. Non sunt nimietate obruendæ vel enervandæ, VI, 275, 2 : *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.*

4° *Potentia in creaturis quibuslibet.* Potentia et actus ab Hebræis sæpe usurpatur pro objecto et contra, XVIII, 28, 1. Potentia obedientialis in creaturis activa, VIII, 641, 2. Potentia creata non potest esse longa et continuo attenta, VI, 510, 2.

POTUS. 1° Potus aquæ salubris est, X, 80, 1, 2. Quare, *ibid.* Potus maxime congruit circa refectionis finem, 81, 1. Eo etiam fames levatur, *ibid.* Is in convivio comestionem sequitur, 125, 1. In eo facile exceditur, *ibid.*, 2. Potus intemperantia cavenda, quia noxia, XVI, 259, 1.

2° Potus denotat cœlestes delicias, melius quam cibus, XXI, 183, 2; 407, 2

PRÆCEPTOR. Præceptor etiam dominum et herum sonat, XVI, 233, 2. Præceptoris institutio perpendiculo similis est, V, 541, 2. Præceptor potest discipulos hebetes acriter reprehendere, XVI, 277, 2. Præceptoribus discipuli semper gratias agant, X, 560, 2.

PRÆCEPTUM. 1° *Præcepta in genere.* Præceptum sumitur *pro ante captum*, XI, 271, 1. Præcepta Dei sanctis videntur recta, peccatoribus iniqua, X, 315, 1 : *Quomodo convertit aquas in siccitatem, et viæ illius vitis illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira ejus.* Præcepta quomodo Deus det non bona, XII, 647, 2 : *Ergo et ego dedi eis præcepta non bona, et judicia in quibus non vivent.* Præcepta Dei gravia non sunt, XV, 296, 1 : *Tollite jugum meum super vos;..... jugum enim meum suave est, et onus meum leve.* Præcepti an sit omnia ad Dei gloriam facere : sed est præcepti aliquando omnia sua in genere referre ad eam, XVIII, 350, 1 : *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis; omnia in gloriam Dei facite.* Præceptum negativum obligat semper, XIV, 361, 1. Præcepta Dei servans liber erit a pœna, V, 388, 1 : *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat; qui autem timet præceptum, in pace versabitur.* Præceptum unum observans, Deo dante, facile reliqua observabit, IX, 40, 1, 2. Præcepta superiorum servanda sunt, XVII, 305, 1, 2: *Perambulabat autem* (Paulus) *Syriam et Ciliciam, confirmans Ecclesias : præcipiens custodire præcepta Apostolorum et seniorum.*

Præceptum militare est confligere cum hoste non in terra propria, sed in terra hostili, IV, 477, 1.

2° *Præcepta legis Mosaicæ.* Cur præcepta dicantur testimonia, testamenta, judicia, X, 462, 1. Præcepta legis Mosaicæ triplicia, 8, 1, 2. Præcepta judicialia quæ sint, I, 609, 1. Quædam etiam inter ea erant moralia, *ibid.* Præcepta cæremonialia quæ sint, *ibid.*

Præcepta Decalogi exponuntur, II, 410, 1. Quomodo primo ejus præcepto vetetur sculptile, et an sculptilium vetatio ad primum, an ad secundum pertineat, 410, 2. Sculptile in hoc præcepto continet etiam fusile, ductile, conflatile, tornatile, *ibid.* Sculptile est idolum, *ibid.* Eo non vetatur imaginum usus contra Calvinum et Abulensem, 411, 1.

Hoc præceptum est tantum naturale, 412, 1. Substantia et finis primi præcepti, 413, 1. Quare se in eo Deus vocet zelotem, *ibid.*, 2.

Secundum præceptum exponitur, II, 414, 2. Moralis hujus præcepti exaggeratio, 415, 1.

Explicatio tertii præcepti, II, 415, 2. Lex sabbati an sit partim naturalis, partim cæremonialis, *ibid.* Contra hoc præceptum quinam fideles peccent, 417, 1, 2. Quomodo festa violantes a Deo puniantur, *ibid.*, 2. Quænam opera sabbato prohibita, *ibid.*

Quartum præceptum exponitur, II, 418, 1. De promissione huic præcepto addita, *ibid.*, 2. Præceptum quartum Decalogi promissionem habet longævæ vitæ, XVIII, 669, 1, 2. Id habet promissionem specialem, primum præceptum generalem, 670, 1. Quomodo hæc promissio verificetur, 669, 2.

Quintum et sextum præceptum explicantur, II, 419, 1.

Septimo vetatur rei alienæ usurpatio, II, 419, 1.

Octavo prohibetur omnis linguæ abusus, II, 419, 2.

Nono concupiscentia uxoris alienæ, II, 419, 2. Præceptum de non concupiscendo, an hac in vita adimpleri queat, XVIII, 120, 2.

Omnia præcepta *Ecclesiastici* non obligant sub peccato, IX, 39, 1. Varia ea sunt et diversi generis, 40, 1.

3° *Præcepta legis novæ*. Quæ præcepta legis veteris Christus sua lege abolevit, XVII, 301, 1. Quot essent, *ibid.* Præcepta Evangelio propria recensentur, XV, 31, 1, 2. Item ea quæ partim sunt consilia, *ibid.* Item præcepta seorsim data Apostolis, 33, 1, 2. Præceptum dilectionis proximi includit præceptum dilectionis Dei, XX, 583, 2.

Præceptum Apostolis datum de non possidenda pecunia, calceis, virga, etc., non fuit perpetuum, sed temporale duntaxat, XV, 260, 2 et seqq. At perpetuum quoad substantiam, 261, 2. Præceptum correptionis peccantium nonnisi in magna necessitate obligat, 406, 2. Præceptum de carne Filii Dei comedenda multis videbatur durum et rigidum, XVI, 410, 1, 2. Præceptum de docendis Gentibus quando Apostolis datum, XVII, 48, 1. Præcepta multa dantur in Scriptura universæ Ecclesiæ, sed implenda per aliquos, non per singulos, XVI, 404, 2 (*Vide* Decalogus, Lex, Mandatum et unumquodcumque præceptum singillatim expositum sub proprio titulo præcepti vel vitii ei oppositi).

PRÆCINCTUS. Præcincti esse solent ad agendum expeditiores, XVIII, 678, 1.

PRÆCIPERE. Præcipere Dei in Scriptura tantumdem est ac ordinare, disponere dirigere, IX, 455, 1. Præcipere est ordinare etiam permittendo tantum, XII, 249, 1.

PRÆCIPITANTIA, PRÆCIPITATIO. Præcipitantia quam sit noxia, VI, 73, 1. Præcipitationis mala, III, 335, 2; 336, 1, 2.

PRÆCO. Præcones evangelici satores sunt æternitatis, XI, 360, 1 (*Vide* Apostoli, Concionatores). Præcones vanitatis varii recensetur, VII, 6, 1, 2.

PRÆCOX. Præcocia cito flaccescunt, VI, 73, 2.

PRÆCOQUUS. Præcoquæ ficus quæ dicantur, XIV, 141, 1, 2.

PRÆCURSOR. 1° *Præcursor Christi*, vide Joannes Baptista.

2° *Præcursor Antichristi*. Præcursor Antichristi futurus est aliquis insignis impostor, XIX, 161, 2; XXI, 259, 1. Et quidem episcopus, *ibid.* Ejus fraus et calliditas, XXI, 259, 2. Faciet quoque miracula, et cur, 260, 1. Immittet in statuam Antichristi dæmonem, qui per eam loquetur, 260, 2. Is cum Antichristo in tartara deturbabitur, 358, 1.

PRÆDA. Prædæ nomine vocantur cibi a muliere forti servis et ancillis dati, VI, 499, 2 et seq. Præda hosti excussa cui cedat, I, 199, 2 et seq. Prædæ quinque Christi, XI, 213, 1, 2.

PRÆDARI. Prædantes alium tandem ipsi præda fiunt, V, 315, 2. Prædatus innoxios fit aliis præda, V, 315, 2; VI, 160, 2 et seq.

PRÆDATOR. Prædator celerrimus fuit Christus, XI, 212, 2.

PRÆDESTINATIO, PRÆDESTINATUS. *Vide* Deus, cap. III, art. III, IV, § III. Providentia supernaturalis, n° 4 et seqq.

PRÆDICATIO. 1° Prædicatio non est potestas absolvendi a peccatis data Apostolis, XVI, 633, 2. Prædicatio non est laicorum munus, XVIII, 239, 1. Prædicatio est præcipuum munus episcoporum, XVIII, 252, 2; XIX, 179, 2. Prædicatio est mystica liturgia, XVIII, 238, 2 et seq.

3° Prædicatio publica Gentilibus cœpit a Cornelio, XVII, 244, 2. Cur ea a Jerusalem cœpit, XVI, 283, 1. Prædicatio Apostolorum an exiverit in omnem terram, et in omnes gentes, et quidem ante excidium Jerusalem, XVIII, 182, 1. Fuit iis præcepta, XIX, 321, 2. Prædicatio velut ignis fuit, XVI, 181, 1, 2. Triumphat in Apostolis, XVIII, 428, 2. Prædicationis Pauli effectus, 11, 1, 2. Qualis ea fuerit, XIX, 119, 2. Quomodo de prædicatione hypocritarum gaudeat Apostolus, XIX, 9, 2. Prædicationis apostolicæ fructus, *Psalm*, I, 470, 1 (*vide* Apostoli, § IV et VI).

PRÆDICATOR, *Vide* Concionator.

PRÆDICATORES fratres seu Dominicani. Prædicatorum Fratrum tria sunt munia, et trinum officium, XII, 186, 2; 746, 2 (*Vide* Dominicani).

PRÆDO. Prædonum quale studium, *Job*, 427, 2; 497, 1. Prædones similes sunt avibus pennatis et rapacibus, V, 43, 1. Quibus verbis alios ad sui societatem pelliciant, 37, 1; 38, 1; 2 et seq. Eorum immanitas, 38, 2. Cum iis versari est periculosum, 40, 2. Sibi ipsis tendunt laqueos, 42, 2. Viatores dolose in avia deducunt, ubi eum expoliant, 511, 2.

PRÆELECTIO. Præelectio Jacobi præ Esau magis ad posteros ejus spectabat quam ad ipsum Jacob, XII, 446, 2.

PRÆESSE. Præesse bonis operibus quid sit, XIX, 333, 2.

PRÆFECTUS. Præfecti avari provinciarum recte sanguisugæ appellantur, VI, 445, 2.

PRÆFICÆ. Præficæ quæ essent mulieres, XII, 84, 1, 2; XV, 248, 1, 2. Præficæ erant mulieres lamentatrices, 583, 2. Voce, gestu et tibiæ sonitu planctum in funeribus ciebant, XIII, 585, 2. Præficæ uti ad luctum, ita et ad gaudendum commovebant, XIV, 71, 1.

PRÆFIDENTIA. Præfidens suo ingenio aliorum monita spernit, nec quidquam vult addiscere, V, 408, 2 : *Quærit derisor sapientiam, et non invenit; doctrina prudentium facilis.* Præfidentia sæpe causa est ruinæ spiritualis, XIX, 32, 2 (*Vide* PRÆSUMPTIO).

PRÆGNANTES, 1° Prægnantes gravem habent anhelitum, et motus crebros, IX, 363, 1. Crebra patiuntur fastidia, vertigines, colicas, deliquia, etc., X, 194, 1. Prægnantes ex femella cur sint morosæ et iracundæ, VI, 18, 2. Prægnantes cur facile fugere nequeant, iis non pepercere Romani in excidio Jerusalem, XV, 506, 1, 2.

2° Prægnantes sæpe ab hostibus discinduntur, et parvuli ad parietem eliduntur, XIII, 467, 1, 2. Est hoc enorme scelus, quod quia Ammonitæ in Israelita commisere, excidio a Deo destinantur, 547, 1. Prægnantes Galaad secare mystice quid sit, 547, 1, 2.

3° Prægnantium dolori confertur dolor diei judicii, XIX, 32, 2,

PRÆGUSTUS. Prægustum æternæ vitæ multi sancti in pia Eucharistiæ sumptione sentiunt, XIV, 255, 2.

PRÆLATURA. 1° Prælaturam triplicem Christus habuit, XIV, 219, 2.

2° Prælatura non est danda indignis, VI, 301, 2; *Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Nec lucro deditis, 308, 1 : *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.*

3° Prælaturæ ambiendæ non sunt, XX, 424, 2: *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.* Prælaturæ ambitio hominem excæcat, illique rationem eripit, III, 497, 1. Prælaturas fugerunt sancti, XVI, 180, 2.

PRÆLATUS. 1° *Prælatorum dignitas, potestas et honor eis debitus.* Prælati cur dicantur homines Dei, XIX, 261, 1. Prælatus portat et portatur, *Psalm.* II, 76, 1. Sunt quasi sigillum Dei, XIV, 352, 2. Eis concessa est potestas ligandi atque solvendi, XV, 410, 1. Eorum est excommunicare, XVIII, 286, 1, 2. Iis, non laicis negotium absolutionis fornicarii a S. Paulo committitur, 427, 1. Ipsis denuntiandi sunt prius moniti peccatores et scandalosi, XV, 409, 2. Qui deinde in eos etiam animadvertere possunt, *ibid.*, et seq. Prælati habent angelum illustriorem pro custodia, XXI, 61, 2.

Prælatos quomodo revereantur homines, XXI, 73, 1. Iis est obediendum, XIX, 522, 1. Prælatum spernens, Deum spernit, III, 305, 1. Ei maledicens ejus prosperitas extinguitur, VI, 72, 1.

2° *Prælatorum officia, munia, cura, et onera,* XVI, 472, 2 et seq. : *Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis;* XIX, 522, 1 : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes.* Eorum obligationes quantæ sint, XXI, 65, 1 ; 67, 1. Eorum quod sit officium, XIV, 479, 1 : *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.* Prælati in susceptione prælaturæ spondent se subditorum salutem pro virili curaturos, X, 76, 2 : *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris, dedit enim pro te animam suam;* 79, 1 : *Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas.* Prælati sunt fidejussores pro salute subditorum, V, 153, 2 : *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus.* Rerum temporalium curam aliis committant, sibi servent spiritualium dispensationem, XVI, 505, 2. Prælatus commissi sibi gregis curam gerere debet, X, 536, 1 : *Qui curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione.* Velut arietes, prælati gregem præire et pascere debent, XII, 356, 2 : *Facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua, et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.* Magis studeant animabus lucrifaciendis, quam pretiosis molibus templorum ædificandis, 173, 1. Eorum gloria sunt subditi bene morati, V, 528, 1. Raro liberi sunt a subditorum culpa, XIV, 320, 1. Prælatus non sinat se ab alio regi, X, 180, 2; 181, 2. Prælatus suis præcipere potest sub peccato mortali, IX, 115, 1 : *Judicium patris audite, filii; et sic facite, ut salvi sitis.* Singulos propria doceant, XVI, 179, 1 : *Dixit autem Dominus : Quis, putas, est fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?*

3° *Prælatorum dotes et et virtutes.* Primo. *Prælati non debent esse tirones, sed exercitati et perfecti,* VIII, 12, 2 : *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi : uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Prælati prout sunt, sic sunt et subditi, V, 437, 2. Prælatus sit bonus, licet subditi sint mali, III, 341, 1 : *Cumque venissent dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum Saüle et Jonatha, excepto Saül et Jonatha filio ejus.* Eorum tres virtutes ex S. Bernardo, charitas de corde puro, conscientia bona, et fides non ficta, XIX, 180, 1, 2 : *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia*

bona, et fide non ficta. Ejus primariæ virtutes, X, 539, 1 : *Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, et quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne. Quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.* Quatuor habere debent dotes præ reliquis sacerdotibus : *primo*, quod jugem habeant memoriam Dei in contemplatione ; *secundo*, quod supportent infirmitates populi ; *tertio*, quod habeant populum in corde et visceribus, per sollicitudinem charitatis ; *quarto*, quod habeant conversationem cœlestem per opera perfectionis, X, 460, 1. Eorum dotes quatuor repræsentant quatuor animalia Joannis, scilicet, leo fortitudinem, vitulus justitiam, aquila temperantiam, homo prudentiam, XXI, 107, 1. Prælatus quatuor constat virtutibus cardinalibus, qui si eas amittat, peribit, XV, 154, 2 : *Vos estis sal terræ ; quod si sal evanuerit, in quo salietur ? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.* Prælati pleni esse debent sapientia et scientia, XXI, 109, 2. Prælatus passionibus suis dominetur, VI, 12, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Sex alas habere debet, XI, 170, 1. Prælati actionem contemplationi misceant, VI, 179, 1, 2. Habeant linguam quæ aliorum morbis medeatur, V, 450, 1 : *Lingua placabilis, lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum.* Sint senes, id est viri perfecti, XVI, 647, 2.

Prælata sanctimonialium qualis esse debeat, IX, 319, 2 ; 320, 1.

Secundo. *Prælati suis exemplo præeant*, XVI, 527, 2 : *Vos vocatis me Magister et Domine ; et bene dicitis ; sum etenim ; si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos facialis ;* XIX, 52, 2 : *Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram ;* XX, 383, 2 et seqq. : *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum..... Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Prælati sunt quasi lucifer, stella, sol, VI, 54, 2 ; X, 537, 1 : *Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei ;* XXI, 238, 1 : *Et signum magnum apparuit in cœlo : mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.* Prælatus est lux mundi, et urbs in monte posita, XV, 155, 1, 2 : *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Eorum vita ab omnibus videtur, XX, 384, 1. Eorum vita est quasi picta tabula quam subditi inspiciunt, 303, 1 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Prælati debent esse fulgura vitæ, ore tonitrua, XII, 488, 1. Debent esse portenta sanctitatis, XIV, 387, 2 ; 388, 2 : *Audi Jesu sacerdos magne, tu et amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt.* Prælatum decet vita austerior, VI, 65, 2. Debent esse Cherubini, XII, 507, 2.

Prælatorum vitia pestis sunt subditorum, XII, 593, 2 : *Væ quæ consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas !* Prælati duo vitia capitalia, audacia imperiosa et studium voluptatis, XV, 522, 2 : *Si autem dixerit malus servus ille in corde suo : Moram facit dominus meus venire ; et cœperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriosis, veniet dominus servi illius, in die qua non sperat, et hora qua ignorat ; et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.*

Tertio. *Prælatis est humilitas in primis necessaria*, XVII, 366, 1 : *Vos scitis, a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, et lacrymis et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum.* Eorum summa laus est ut præsint cum humilitate, IX, 226, 2 : *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam. Quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur,* X, 181, 2. Non se præ subditis efferant, X, 143, 1 : *Rectorem te posuerunt ? noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis.* Prælati non debent ut reges dominari in cleris, sed ut pastores pascere gregem domus, XIV, 100, 1. Prælatus auctoritatem cum modestia copulet, XV, 452, 2 : *Jesus autem vocavit eos ad se et ait : Scitis quia principes gentium dominantur eorum, et qui majores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos : sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister ; et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* Sciant se potestatem a Deo accepisse, XX, 64, 1. Prælati officium est sollicitudo, non celsitudo, XII, 734, 1, 2 : *Fili hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos : Terra, cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem ; et ille viderit gladium venientem super terram, et cecinerit buccina, et annunliaverit populo : Audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit.* Prælati etiam officia humilia obeant, XVI, 529, 1. Prælati animas e puro zelo dum quærunt, proles multas pariunt spirituales ; at cum plausum et lucra aucupantur, nullas amplius gignunt, et quas genuerunt,

alere non valent, XIII, 408, 1 : *Da eis, Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia.*

Quarto. *Prælati non ambiant opes et plurima beneficia*, X, 463, 2 et seq. : *Panem ipsis in primis paravit in satietatem ; nam et sacrificia Domini edent, quæ dedit illi et semini ejus. Cæterum in terra gentes non hæreditabit, et pars non est illi in gente : ipse enim pars ejus, et hæreditas.* Suos amicos et nepotes de bonis ecclesiasticis non ditent, I, 385, 1. Nepotes suos promoventes ad ecclesiasticas dignitates, sæpe sibi mortis tum præsentis, tum futuræ sunt causa, VII, 836, 1, 2. Prælati avari taxantur, XI, 716, 1, 2. Iis commendatur mediocritas, XVII, 66, 1.

Quinto. *Prælati charitatem et affectum subditis exhibere debent.* Prælatorum est alios portare et ferre, II, 244, 1, 2 : *Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro qua jurasti patribus eorum ?* Prælatus sit subditorum suorum mater, VII, 490, 2 : *Exultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum : recti diligunt te.* Subditis se non tam patres quam matres exhibeant, XVIII, 554, 2 : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Prælatis duo sint ubera, scilicet maternus affectus congratulationis et compassionis, VII, 477, 1 : *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino.* Subditis se faciles præbeant, XVII, 247, 1. Tolerent et curent subditos rebelles ac difficiles, XIV, 493, 1. Quomodo immorigeros subditos corrigere debeant, XVIII, 425, 1, 2 ; XIX, 522, 1. Prælatorum juniorum severitas subditos offendit, 177, 2. Quomodo se quasi murum irascenti Deo opponere debeant, XII, 591, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus : Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.* Prælatis quid in Christo et Nehemia imitandum sit, IV, 230, 1, 2. Non tantum laboriosa sed et honorifica munia cum subditis partiri debent, XIX, 322, 2. Non sint invidi, V, 437, 2. Sint inter se concordes, XVII, 111, 1 : *Petrus autem et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.*

Prælati est orare pro populo, III, 529, 2 : *Absit a me hoc peccatum, ut cessem orare pro vobis.* Prælati debent subditorum orationes Deo offerre, XXI, 830, 2.

Sexto. *Prælati constanter in veritate tuenda et vitiorum reprehensione se gerere debent*, XVIII, 425, 1, 2. Intrepide etiam coram magnis debent veritatem dicere, II, 277, 1. Hac de re insignia exempla, *ibid.* et seqq. Qualem animi celsitudinem præferre debeant, XXI, 386, 2. Scandala de Ecclesia tollere satagant, XVIII, 286, 1 : *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis ; et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.* Devorent et occidant omnia subditorum vitia, XVII, 225, 2 : *Vidit* (Petrus) *cælum apertum, et descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, et serpentes terræ, et volatilia cæli. Et facta est vox ad eum : Surge, Petre, occide et manduca.* Elevantibus se prælatis ad vitæ reformationem et perfectionem, elevatur Ecclesia quasi luna sequens sol, XIV, 260, 1. Non indulgeant amori in constituendis pastoribus, XVI, 649, 2.

Septimo. *Prælati quam vigilantes esse debeant*, , 310, 1. Excubent in ecclesia, VI, 521, 2. Cujusque subditi vultum, mores et actiones inspiciant, V, 357, 1 : *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.* Diligenter disciplinam servare faciant, VI, 222, 1. Eorum negligentia nocet Ecclesiæ, XV, 327, 1 : *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit.*

4° *Prælati mali.* Prælatis malis quatenus obediendum, XV, 488, 1, 2. *Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos, dicens : Super cathedram Moysi sederunt scribæ et pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate et facite : secundum opera vero eorum nolite facere ; dicunt enim et non faciunt.* Prælati peccantes sunt ad Pontificem deferendi, XV, 410, 1. Prælati negligentes officio spoliandi, *Job*, 617, 2 ; 662, 1, 2. Quid a prælatis exacturus sit Deus, XVI, 180, 2 : *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo ; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Prælatos paucos salvari docet S. Chrysostomus, XI, 292 (*Vide* Episcopus, Pastor, Princeps).

5° *Quibus rebus prælati in Scriptura comparentur.* In leone repræsentantur per multas analogias, VI, 468, 1. Ii sunt ligna Ecclesiæ, VII, 543, 2. Velut vinitores sunt, XIII, 317, 2. Sunt columnæ ob quinque analogias, XXI, 76, 2. Prælati mali per lupos vespertinos denotantur, XIV, 299, 1.

PRÆLIUM. Prælium est res periculosissima, IV, 457, 2. Prælium triplex cum Lucifero iniit S. Michael, XXI, 235, 1 ; 246, 1. Prælium Gog et Magog an futurum mille annis post resurrectionem et mortem Antichristi, XII, 764, 1.

PRÆMIUM. 1° Præmiorum spe animus erigitur, *Job*, 182, 2. Præmium tentationum vincentium, XX, 21, 2. Præmium contemnentis temporalia, *Psalm.* I, 25, 1. Præmia tum hujus, tum futuræ vitæ Deus pro meritorum mensura rependit, V, 496, 1.

2° Præmium futuræ gloriæ, VII, 165, 2. Præmii cœlestis magnitudine se exstimulant sancti ad la-

bores adeundos, X, 570, 1, Præmia generalia electorum in cœlo duo sunt, XIV, 604, 2. Præmium cœleste est ingens pro parvo labore et cura, XVI, 252, 1. Præmiorum cœlestium est disparitas, XVIII, 408, 2 et seq. (*Vide* Cœlestis gloria, Merces).

PRÆMONSTRATENSES. Præmonstratenses monachi quam ob causam a primæva sanctitate deciderint, XIII, 315, 1.

PRÆNOMINA. Prænomina soli cives Romani, non liberti, habebant, XVII, 391, 2.

PRÆNOTIO. Prænotio futurorum contingentium est dos propria Deo, et index divinitatis, XIII, 247, 2 (*Vide* Præscientia).

PRÆORDINATIO. Præordinatio efficax ad gloriam an facta sit ex mera Dei voluntate, ante prævisa merita, XVII, 284, 1, 2.

PRÆPARARE, PRÆPARATIO. 1° *Præparare* in Scriptura tantumdem est ac *roborare* et *firmare*, XI, 121, 2; XVIII, 180, 2.

2° Præparatio ad adventum Christi quæ facienda, XX, 488, 2. Præparatio Evangelii est calceus militis christiani : in quo illa sita sit, XVIII, 680, 2 et seq. Præparatio operum bonorum nostrorum a Deo fit tripliciter, 603, 2.

3° Præparatio major ad majora dona Spiritus sancti recipienda quæ sit, XVII, 84, 1, 3. Præparandus animus ad tentationes, ei qui ad meliora convertitur, IX, 90, 1.

Præparatio ad orationem, *vide* Oratio.

PRÆPONERE. Præponere se nulli est basis omnis virtutis, XIX, 21, 2 (*Vide* Humilitas).

PRÆPUTIUM. Præputium capitur pro incircumcisione, et pro præputiato, XVIII, 65, 1. Ita vocabant gentes Judæi, XVIII, 604, 1; XIX, 88, 2. Item id quod quavis in re immundum est, XIX, 88, 2. *Præputium carnis* quodnam sit Apostolo, *ibid.* Per hoc gentilismus denotatur, XVIII, 83, 1; XIX, 88, 2. Præputium Judæis circumcisis reduci potest, XVIII, 309, 2. Præputii reductio cujus rei symbolum, IV, 414, 1. Præputia arborum quæ Judæis vetita essent, II, 124, 1. Præputia pomorum quæ comedi vetita, XIX, 88, 2.

PRÆS. Præs et vas quomodo invicem distinguantur, VI, 170, 1, 2. Præs pro debito pecuniario se sponsorem præstat, X, 76, 1.

PRÆSCIENTIA. 1° Præscientia divina omnia tempora complectitur, XXI, 167, 1 : Est infallibilis, XV, 509, 2 et seq. Præscientia Dei alia conditionata, alia perfecta est, XX, 239, 1; 240, 1 : *Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ et Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi.* Latius patet quam prædestinatio, 239, 1. Ea in Deo quoad electionem hominum sex dotes includit, 239, 2. Præscientia conditionata quid sit, XVIII, 145, 1 : *Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Præscientia Dei est signaculum prædestinationis, XIX, 30, 2 et seq. : *Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus : et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Est posterior prædestinatione, tanquam effectus sua causa, XVIII, 146, 1. Ei conjunctus est amor, 292, 1. Ejus claritas et distinctio, XVIII, 86, 1 : *Vocat* (Deus) *ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.*

2° Præscientia et decretum Dei de Christo objiciendo morti, XVII, 95, 1 et seqq. : *Hunc* (Jesum) *definito consilio et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis.* Præscientiæ et liberi arbitrii quæ sit concordia, *ibid.* Præscientiæ Dei necessitas actum liberum sequitur et præsupponit, *ibid.* Quid de ea Calvinus censeat, 96, 2 (*Vide* Deus, cap. III, art. III, §§ III, et IV).

PRÆSCRIPTIO. Præscriptio quid sit in jure, XVIII, 537, 1.

PRÆSENS. Præsens tempus sæpe ponitur pro futuro, V, 512, 1.

Præsens tempus bene collocandum, *Job*, 184, 1 (*Vide* Tempus).

PRÆSENTIA. 1° *Præsentia Dei.* Præsens Deus ubique, III, 641, 2 et seq. Præsentia Deo sunt omnia, XII, 492, 1; XIV, 596, 2. An operatio sit ratio præsentiæ Dei, XVII, 330, 2 (*Vide* Deus, cap. III, art. III, § II; Omnipotentia).

Præsentia Dei ubique habenda et in omnibus actionibus nobis fingenda, V, 77, 1, 2 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos,* IX, 465, 2 : *Non dicas : A Deo abscondar, et ex summo quis mei memorabitur ? In populo magno non agnoscar : quæ est enim anima mea in tam immensa creatura ?* X, 488, 2 : *De omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum qui fecit illum ; et dedit illi contra inimicos potentiam ;* XIII, 448, 2 : *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale ejus ;* XX, 602, 2 : *In hoc perfecta est Dei charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii ; quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo.* Præsentia Dei mirabilem vim habet ad moderandas actiones, *Psalm.* II, 333, 1 : *Servavi mandata tua et testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.* Præsentia Dei est virtutis stimulus, V, 187, 1, 2; XIX, 116, 2; *Job*, 249, 1; 301, 2; 471, 1, 2. Regula actionum est, XX, 581, 1 : *Et in conspectu ejus suadebimus corda nostra.* Est signaculum proborum, XIX, 292, 1, 2. Variæ ejus praxes et modi, IX, 394, 2; X, 488, 2 (*Vide* Deus, cap. III, art. III, § II).

2° *Præsentia hominum.* Præsentia principis ad multa utilis est in bello, III, 467, 1. Confirmatur Caroli V exemplo, *ibid.* Præsentia viri magni virtutis stimulus, 265, 2.

PRÆSEPE. Cur in præsepe Christus reclinatus sit, XIV, 245, 1, 2; XVI, 60, 2. Quæ ejus tropo-

logica causa, XIV, 245, 1, 2. Præsepii Christi septem symbola, 247, 1. Est id Romam delatum, ubi asservatur et colitur, XIV, 247, 1 ; XVI, 60, 2. Videtur Romæ in templo beatæ Mariæ Majoris, V, 204, 1.

PRÆSES. 1° Præsides et rectores quales esse debeant, XIII, 79, 1. Præsides amant veritatem, et oderunt mendacium, X, 358, 1.

2° Præsides Judææ dicti sunt procuratores, iique recensentur, XVI, 90, 1. Præsides Romani Judæam administrarunt, tetrarcha Archelao in exilium pulso, XV, 90, 1, 2. Præsides in provincias abeuntes cur secum procuratores et advocatos Italos ducerent, XVII, 402, 2. Eorum titulus erat optimus, 46, 1.

PRÆSIDIUM. Præsidium in solo Deo collocandum, XII, 697, 2, Præsidium Dei firmum, *Job*, 372, 1. Sanctis patet, 372, 2. Post præsidia divina, humana quoque sunt adhibenda, IV, 428, 2.

PRÆSTABILIS. Præstabilis est Deus super peccatores, XIII, 496, 2. Quam verbum hoc sit elegans, ejus vis et etymon, *ibid.* Hæc præstabilis misericordia in Deo oritur ex magnitudine ejus animi, et ex infinita ejus bonitate, 497, 1.

PRÆSTERES. Præsteres serpentes qui dicantur, XVIII, 342, 2.

PRÆSTIGIATORES. Præstigiatores frequentes erant apud Judæos, XIV, 125, 1.

PRÆSUL. Præsul est qui præest sollicitudine, X, 146, 2.

PRÆSUMERE. Præsumere idem est quod prius sumere, X, 227, 2. Præsumere cœnam quid sit, XVIII, 358, 1.

PRÆSUMPTIO. Ex præsumptione de misericordia non est peccandum, IX, 176, 1, 2 ; 177, 1. *De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum.* Est peccatum in Spiritum sanctum, 178, 2. Præsumptionis schema, 505, 1 : *Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est, et cognovit subversionem illorum quoniam nequam est.* Præsumptio intolerabilis est, Deum assidue offendere, et indubitatam ejus opem sperare, XIV, 93, 2 : *Principes ejus in muneribus judicabant, et sacerdotes ejus in pecunia divinabant : et super Dominum requiescebant, dicentes : Numquid non Dominus in medio nostrum ? non venient super nos mala.*

Præsumptionis mala, III, 476, 2. Causa fuit lapsus Davidis, *ibid.* Contra eam monita, *ibid.* Præsumptio suiipsius quam nociva, IV, 328, 1 : *Domine Deus cœli et terræ, intuere superbiam eorum et respice ad nostram humilitatem, et faciem sanctorum tuorum attende, et ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te : et præsumentes de se, et de sua virtute gloriantes, humilias.* Præsumptio venenum bonorum operum, *Psalm.* I, 25, 2. Ne quidem de virtute præsumendum, III, 626, 2.

PRÆTERITUM. 1° Præteritum conjunctivum multi usurpant pro præsenti et imperfecto, IX, 462, 2. Præterita more Hebræo quamlibet temporis differentiam significant, 624, 2. Præterita ponunt Prophetæ pro futuris ob rei certitudinem, XVIII, 85, 2.

2° Præterita quomodo sint typi futurorum, XXI, 8, 2. Præterita qualiter videat Deus, X, 312, 1, 2 (*Vide* DEI SCIENTIA). De præteritis frustra quis dolet, 107, 2.

PRÆTEXTATA. Prætextata Eustochii crinem et cultum incultum cum mutaret, cœlitus correpta et castigata fuit, XI, 144, 1, 2 ; XIX, 140, 2.

PRÆTOR. Prætor dictus a *præeundo*, quam præitor, XVI, 608, 2.

PRÆVARICARI, PRÆVARICATIO. *Prævaricari* in Scriptura est rebellare et rebellionem concitare, IV, 474, 1. Prævaricatio Hebræis idem est quod discordia, rebellio, schisma, apostasia, V, 544, 2. Prævarications consummari quid sit, XIII, 117, 1.

PRÆVENIRE. Præveniens partem offensam, magnanimus est, VI, 47, 2.

PRÆVISIO. Deus neminem ante prævisionem peccati finalis in quo moritur, Deus reprobat, V, 488, 2; X, 352, 2 (*vide* DEUS, cap. III, art. III, § IV, n° III).

PRÆXASPES. Præxaspes quia libere Cambysem monuerat, eum offendit, et in filio mulctatus est, IX, 386, 2.

PRAGA. Praga in festo omnium sanctorum ab imperatore Ferdinando II occupata, VI, 79, 1.

PRANDERE. Non prandebant veteres, aut saltem modice, sed cœnabant, X, 125, 2 (*Vide* COENA); XV, 225, 1. Idque circa vesperam, XV, 473, 2. Ideo prandii vix ulla in Veteri Testamento fit mentio, 225, 1.

PRANDIUM. Prandium dictum quasi παρ'ἔνδιον, XVII, 94, 1. Prandium nuptiarum spiritualium, XVIII, 490, 1.

PRASINUS. Prasinus quis color, conflatur ex gilvo et nigro, 429, 1. Terram repræsentat, *ibid.* Prasini erat factio aurigarum Circensium, XXI, 138, 2. Horum quis esset color, *ibid.*

PRAVUS. Pravorum sodalitas cavenda, *Psalm.* I, 107, 1, 2.

PRAXEDES (S.). S. Praxedes, filia Pudentis senatoris Romani sanguinem martyrum cum sorore domi colligebat, XVIII, 319, 1; XIX, 317, 1. SS. Praxedes et Pudentiana martyrum corpora sepeliere, 141, 2

PRAXIS. Praxis post doctrinæ auditionem necessaria est, IX, 6, 1, 2. Praxis ditescendi quæ, VII, 211, 2.

PRECES (*Vide* ORATIO).

PRESBYTER. 1° Presbyter vocatur senior, sive sacerdos, sive laicus, IV, 328, 1. Presbyteri apud Spartanos erant summi magistratus, XXI, 97, 2. Presbyter etiam episcopum aliquando significat, XVII, 295, 2. Presbyteri olim vocati sunt episcopi,

XIX, 3, 2. An eorum in primitiva Ecclesia eadem cum episcopis auctoritas, *ibid.* Presbyteri adsunt episcopis in consiliis, ut consiliarii, XVII, 299, 2. Iis olim commissum judicium causarum sæcularium, XVIII, 292, 1, Presbyteri in minoribus oppidis constituendi, episcopi in majoribus, XIX, 322, 2. Quis sit honor duplex debitus presbyteris, 246, 2. Presbyteri conjugati olim, post ordines susceptos uxore sua abstinebant, XI, 211, 1. Coram presbytero anima humilianda est, IX, 146, 2.

PRETIOSUS. Pretiosus in Scriptura sæpe idem est quod rarus, V, 555, 1. *Pretiosus spiritu* quis vocetur, 554, 1; 555, 1. Pretiosa sapiens comparat et asservat, VI, 117, 1, 2.

PRETIUM. 1° Pretium mercium æquale servandum, X, 366, 1. Pretium quare vocetur sanguis, 189, 1.

2° Pretium temporis, VII, 129, 2. Pretium sapientiæ, 183, 2.

Pretium meretricis vix est unius panis, V, 174, 2. Id quam esset exiguum, *ibid.*

3° Pretium quod Christus a Judæis pro suo pastoratu et doctoratu exigat, XIV, 492, 1, 2. Pretium venditionis Christi quod fuerit, *ibid.*, 2. Pretio vili quinque aureorum a Juda venditus est Christus, XIII, 551, 1 (*Vide* Judas).

4° Pretium salutis quale, *Job*, 349, 2 (*Vide* Jesus Christus, Salus).

PRETO-JANES. Preto-Janes filius Salomonis, III, 606, 1. Ejus tituli, *ibid.* et seqq.

Preto-Joannes imperator Abyssinorum utriusque Sabææ dominum se scribit, XIII, 520, 1.

PRIAPUS. Priapus an idem sit cum Moloch, ejusque cultus, V, 69, 1. Priapus per obscenas libidines et fornicationes colebatur, XIII, 404, 2, Priapi sacerdotissa Maacha, III, 630, 1. Amovetur e sacerdotio, 633, 2. Sacerdotium Priapi augustum, 634, 2. Horrendus Priapus, *ibid.*

PRIDIE. *Pridie Mardochæi* festum apud Judæos, 448. 2.

PRIMÆVUS. Primævus spiritus in religiones et viros ecclesiasticos revocandus, III, 156, 1 (*Vide* Religio).

PRIMASIUS. Primasius Uticensis scriptum in Paulum S. Hieronymo adscriptum limavit, XVIII, 32, 1.

PRIMATUS. Primatum quomodo Christus teneat in omnibus, XIX, 77, 2. Primatus penes Ecclesiam Romanam est, XVIII, 44, 1. Primatus Petri innuitur, XVI, 643, 1. Primatus Petri in quo consistat, XV, 255, 2 (*Vide* Ecclesia, Jesus Christus, Petrus).

PRIMIPILUS. Primipili quæ esset apud Romanos in castris dignitas, XVII, 230, 2.

PRIMITIÆ. 1° Primitiæ a decimis distinguuntur dupliciter, II, 287. 1. Eas quadruplices solvebant Judæi, *ibid.* Deo dandæ sunt et quare, I, 617, 2. Primitiæ inter oblationes primum locum tenent, XIV, 599, 1. Earum offerendarum ritus, XII, 843, 2. Sexagesima pars danda pro primitiis, 844, 1. Eæ dandæ Pontifici, *ibid.* Quare frugum sibi Deus primitias jusserit offerri, II, 19, 2; V, 81, 2; IX, 629, 2. Significant hæ Christum resurgentem, II, 20, 1. Primitiæ sunt hilari liberalique animo Deo dandæ, X, 219, 2. Primitiæ sacrificii Nadab et Abiu, II, 55, 1.

2° Primitiæ omnium rerum sacerdotibus et Episcopis dandæ, XII, 838, 1, 2.

3° Primitiæ dormientium quomodo sit Christus, XVIII, 402, 2.

4° Quis primitias spirituales Deo offerat, V, 81, 2. Primitiæ Deo quomodo simus, XX, 71, 1. Primitiæ Deo cur sint virgines, XXI, 276, 2. Primitiæ martyrum sunt S. Stephanus et S. Jacobus frater Joannis, XII, 828, 1. Primitiæ virtutum Deo sunt offerendæ, IX, 69, 2.

PRIMOGENITUS. 1° Primogenitum in Scriptura quomodo accipiatur, XI, 295, 2. Primogenitus in Scriptura dicitur is ante quem nemo natus est, etsi nullus post eum gignatur XV, 69, 2; XVI, 59, 2. Primogenitorum olim prærogativæ, XIX, 394, 1; 412, 2; 503, 2. Eorum jus sacrum erat, 182, 1; 503, 1. Primogenitus habebat olim octo prærogativas, I, 392, 2. Ejus olim jus erat quadruplex, 268, 2. Erat princeps fratrum, *ibid.* In hæreditate duplum habebat, *ibid.* Erat sacerdos familiæ, I, 268, 2; XX, 286, 2. Pater moriens ei peculiariter benedicebat, I, 268, 2. Quæ primogenita vendiderit Esau, XIX, 394, 1. Primogeniti semper in regno et principatu succedunt, V, 513, 2.

2° Primogenita animalium Deo offerenda debebant esse septem dierum ad minus, I, 618, 1. Quid hoc anagogice significet, *ibid.* Cur ea sibi Deus offerri jusserit, 546, 1. Quæ primogenita ei essent offerenda, 548, 1. Tropologice quando Deo primogenita offeramus. 546, 2. Ea sunt Dei triplici titulo 548, 1.

3° Primogenita Ægyptiorum cæsum diabolum, et angelos ejus, etiam hostes fidelium significant, I, 521, 2.

4° Primogenitus Dei filius est populus Israeliticus, X, 235, 2, XIII, 425, 1, 2. Christus est primogenitus omnis creaturæ, qua homo, et qua Deus, XIX, 75, 2. Quomodo dicatur primogenitus ex mortuis, 77, 2. Primogeniti pauperum vocantur pauperrimi, XVIII, 99, 1. Primogenita mors quæ dicatur, XVIII, 99, 1; *Job*, 390, 1.

PRIMUS. Prima doctrina et prædicatio, qua peccator convertitur et justificatur, est velut imber matutinus, XIII, 504, 2. Primam fidem irritam facere quid sit, XIX, 243, 1; 244, 1 (*Vide* Conversio, Fides, Peccatum).

Primus Melitæ quis diceretur, et quæ esset hæc dignitas, XVII, 437, 2.

PRINCEPS. 1° Principum auctoritas a Deo venit, quomodo olim vocarentur. Regnum et regnandi jus a Deo accipiunt, V, 211, 1, 2 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decer-*

nunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam. Sciant se potestatem a Deo accepisse, XX, 64, 1 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Suum mendicato a Deo imperium et potestatem possident, XIX, 263, 2 : *Præcipio tibi.... ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi : quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium.* Principes legitimi a Deo dantur, XIII, 393, 1 : *Ipsi regnaverunt, et non ex me : principes extiterunt, et non cognovi.* Cur principes vocentur homines Dei, XIX, 261, 1. Sunt quasi sigillum Dei, XIV, 352, 2 : *In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel, fili Salathiel, serve meus, dicit Dominus ; et ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.* Quidam fato se et natura cæterorum dominos esse constitutos arbitrantur, 253, 2.

Principes urbium olim vocabantur reges, XIV, 454, 2. Olim solebant vocari patres, I, 320, 2. Cur antonomastice vocentur justi, V, 553, 2 : *Non est bonum damnum inferre justo, nec percutere principem qui recta judicat.* Principes patrum sunt principes familiarum, IV, 207, 2. Princeps pro pontifice sumitur interdum, XII, 843, 1; 844, 1.

II. PRINCIPUM QUÆ SIT AUCTORITAS ET DIGNITAS. Quid injuste usurpent, et quid juste eis competat, III, 305, 2 : *Nunc ergo vocem eorum audi : verumtamen contestare eos et prædic eis jus regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem, et ait : Hoc erit jus regis qui imperaturus est vobis : filios vestros tollet*, etc. Princeps est in terra quasi sol in cœlo, id multis analogiis ostenditur, XI, 548, 1, 2. Cedro conferuntur principes, XII, 724, 2. Vocantur et abietes et platani, 725, 1. Symbolice vocantur montes et fundamenta terræ, XIV, 128, 2 : *Audiant montes judicium Domini, et fortia fundamenta terræ.* Sunt orbis portitores, *Job*, 230, 2 : *Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem.* Sunt bases reipublicæ, III, 272, 1 : *Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.* Sunt vectes populi, XII, 373, 2 : *Defixæ sunt in terra portæ ejus : perdidit et contrivit vectes ejus.* Princeps est lapis et fundamentum populi, I, 410, 1. Princeps metaphorice vocatur angulus, et turris, et paxillus, et arcus, XI, 318, 1 : *Deceperunt Ægyptum, angulum populorum*, XIII, 267, 2; XIV, 479, 1 : *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul* ; XVIII, 608, 1 : *Superædificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.* Princeps est quasi humerus populi, et baculus reipublicæ, XI, 232, 1 : *Et factus est principatus super humerum ejus.* Sunt baculi suorum, XIX, 353, 2 : *Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis tuæ.* Sunt naucleri reipublicæ, XII, 701, 1, 2. Sunt quasi aurigæ reipublicæ, IV, 8, 1, 2 : *Eliseus autem videbat et clamabat : Pater mi, Pater mi ! currus Israel et auriga ejus*, XIV, 272, 2. Principis æqua decreta quantam auctoritatem habeant, VI, 54, 1 : *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Principum est definire ponderum et mensurarum qualitatem, XII, 843, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus : Sufficiat vobis, principes Israel : iniquitatem et rapinas intermittite, et judicium et justitiam facite, separate confinia vestra a populo meo, ait Dominus Deus. Statera justa, et ephi justum, et batus justus erit vobis.* Principii symbolum et descriptiones, XIII, 267, 2.

III. PRINCIPUM OFFICIA. 1° *Principum officia erga Deum et Dei legem.* Si tutum et stabile regnum habere velint, id fundent in justitia et sanctitate, et timore Dei, XI, 646, 1 ; XII, 178, 1, 2. Fidem veram ut reipublicæ basim tueantur, III, 109, 1, 2. Princeps Deo nitatur ab eoque se regi sinat, V, 494, 1. Princeps bonus a Spiritu sancto regitur, IX, 294, 1, 2 : *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.* Principes peculiariter tenentur servare legem Dei, III, 7, 1, 2 : *Confortare igitur, et esto robustus valde, ut custodias et facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses servus meus, ne declines ab ea ad dextram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis.* Et plebem docere legem Dei custodire, *ibid.* et seq. Sciant principes mundum quasi agrum sibi a Deo traditum, ut ejus sint coloni, eumque justitia et omni virtute excolant, VII, 208, 1. Ei curæ esse imprimis debet justitia et fides, XI, 250, 2 : *Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.* Sunt fidejussores pro salute subditorum, V, 153, 2. Principes non faveant hæreticis et hæresim non foveant, X, 525, 2 : *Ipse* (Josias) *est directus divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis, et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Præter David, et Ezechiam, et Josiam, omnes peccatum commiserunt.* Eorum regimini officiunt mathematici et astrologi, XVII, 356, 2. Principes cum Moyse sæpe Deum debent consulere, II, 226, 1. Soli Deo nitantur, III, 10, 1. A Deo incipiant, 29, 1. Imitentur Salomonis pietatem, 597, 2 : *Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu Ecclesiæ Israel, et expandit manus suas in cœlum, et ait.* Cœlestibus intendant, XXI, 386, 2. Principes audiant Ecclesiam et Pontificem, XIV, 436, 1 : *Hæc ait Dominus exercituum dicens :* ECCE VIR ORIENS NOMEN EJUS: *et subter eum orietur, et ædificabit templum Do-*

mino : et ipse portabit gloriam, et sedebit et dominabitur super solio suo : et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos. Subsint Pontificibus, XVII, 412, 2. Eorum potestas dirigi debet a sacerdotali, II, 336, 1. Principes salutem Ecclesiæ sedulo curent, IV, 230, 2. Principes recensentur qui se coram episcopis prostraverint, XI, 592, 1, 2 : *Erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.*

Principes politici sacris se non immisceant, III, 18, 2; 168, 1 : *Fecitque..... Gedeon ephod, et posuit illud in civitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo, et factum est Gedeoni et omni domui ejus in ruinam.* Non se ingerant Dei aut Ecclesiæ negotiis, XV, 490, 1 : *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.* Principes sæculares non sunt caput Ecclesiæ, XVIII, 376, 2 : *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretatio sermonum.* Princeps sacras res invadens Ecclesiam et rempublicam evertit, sed a Deo talione punietur, VI, 393, 2.

2° *Principum officia erga rempublicam et subditos.* Primo. *Quanti momenti sit eorum vita, ad bonum reipublicæ regimen.* Qualis princeps, talis populus, IX, 295, 1 : *Secundum judicem populi, sic et ministri ejus, et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.* Eorum vita ab omnibus videtur, XX, 384, 1. Eorum vita est quasi picta tabula quam subditi inspiciant, 303, 1 : *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Princeps est animata lex, VI, 389, 2 : *Cum surrexerint impii, abscondentur homines : cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* Principis est obedire legi, XI, 116, 2 : *Principes tui infideles, socii furum; omnes diligunt munera.* Principes nunquam soli pereunt, *Job*, 520, 2 : *Ecce gigantes gemunt sub aquis, et qui habitant cum eis.* Princeps et gens politice sunt unum, XIV, 211, 1. Principes boni faciunt totum regnum bonum, contra mali, VI, 389, 2; 392, 1 : *In multiplicatione justorum lætabitur vulgus; cum impii sumpserint principatum, gemet populus.* Sub bonis principibus exultat populus, et sub malis respublica gemit, 392, 1. Princeps bonus rempublicam florentem facit, IX, 295, 2 : *Rex insipiens perdet populum suum, et civitates habitabuntur per sensum potentium.* Princeps bonus regnum florens reddit, malus exhaurit, et pessumdat, aliæ utrinque contrarietates, V, 432, 2 et seq.: *In multitudine populi dignitas regis; et in paucitate plebis ignominia principis.* A principum bona vita et fide bona subditorum vita dependet, XIII, 379, 1. Principum peccata sunt populo perniciosa, XI, 164, 2. Eorum vita et opera reipublicæ statum fundant, XIV, 403, 1.

Secundo. *Principibus quæ dotes et virtutes necessariæ sint.* Novem enumerantur, XIV, 489, 1, 2. Principis tres dotes, scilicet sapientiam, potentiam, bonitatem, VIII, 454, 2. Principum dotes quatuor, consilium, æquitas, prudentia, fortitudo, V, 211, 1. Eorum quinque dotes et virtutes : magnanimitas, timor Dei, sapientia, justitia, abstinentia a muneribus, I, 59, 1. Princeps qualis esse debeat docetur ex rubo, I, 454, 1; 592, 2. Princeps unus insignis quam multa interdum possit, 484, 2; 593, 1. Principes quid maxime sequi oporteat, X, 143, 2 et seqq. Quibus in rebus diutine versari debeant, 144, 2. Eminere debent aliis, III, 319, 1 : *Stetitque in medio populi* (Saul), *et altior fuit universo populo ab humero et sursum.* Principes eminere debent in magnanimitate, III, 312, 2. Non timeant magnorum potentiam et insolentiam exemplo Estheris, IV, 381, 2. Principum est nihil admirari, XXI, 315, 2. Princeps debet subditis esse melior, IX, 223, 1. Suis exemplo præluceat, XI, 438, 2. Principes sunt gemmæ lucentes, XIX, 209, 2. Princeps magno ingenio et capaci animo sit oportet, VI, 310, 1. Utilissime principes *libros Regum* legunt, III, 251, 2.

Tertio. *Principes quomodo debeant regere*, III, 173, 1, 2. 1° Bonum reipublicæ spectando, non suum. Quomodo debeant rempublicam administrare, scilicet subditos sæpius visitando, totumque se eorum commodis impendendo, III, 302, 1, 2. Quæstiones multiplices de modo regendi, X, 143, 2; 144, 1, 2. Princeps reipublicæ bonum spectet, non suum, V, 28, 1. Principes reipublicæ servire debent ob tributa quæ ab ea accipiunt, XVIII, 221, 1: *Ideo enim et tributa præstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.* Principes probi a Deo prosperantur et diriguntur, IX, 299, 2 : *In manu Dei potestas terræ, et exsecrabilis omnis iniquitas gentium, et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* Bene principatu fungentes coronant Christum, XIV, 433, 2.

2° Cum sapientia, prudentia et consilio. Principum prima dos est prudentia, XIV, 360, 1. Principes digni semper fuerunt sapientes, IX, 155, 2; 156, 1. Princeps debet esse Cherub, id est præcellere sapientia, XII, 707, 2. Principes insipientes subditis sunt ludibrio, XII, 464, 2.

Iis semper adesse debent consiliarii, XXI, 100, 2. Partiantur cum aliis onus, I, 595, 2. Princeps fortes et sapientes deligat judices et officiales, V, 27, 2. Principes non castigent nisi ex prudentum consilio, XIV, 21, 1. Principes qui consulere alios nolunt, nihil perficiunt res gerendo, occasione jam elapsa, V, 466, 2 : *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium : ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.* Animum suum nemini aut paucis aperiant, IV, 305, 1 : *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est.* Princeps amet secreti tenaces consiliarios, VI, 50, 1. *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri; sed homo so-*

piens exhauriet illud. Videant ne quem nimis evehant, X, 180, 2. Eorum rebus ne se immisceant subditi, XIV, 144, 2.

3° *Cum veritate, eam amando et sectando.* Principem dedecet mendacium, V, 528, 2 : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Ejus verbo nititur et regitur respublica, 529, 1. Sua dicta honeste retractare nequit, *ibid.* Veritas sit ei cordi, VI, 403, 1 : *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Principes ægre audiunt veritatem, *Job*, 440, 2. Principes qui amant veraces et veritatem, ita ex adverso oderunt mendaces et mendacium, X, 358, 1. Principes non dent aures delatoribus, X, 61, 1 : *Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia et seras.* Princeps adulatoribus auscultans fit improbus, et improbos habet ministros, VI, 401, 1 : *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.* Si pascitur mendaciis, calumniis, causa est ut ministri talibus innocentes opprimant, *ibid.*

4° *Cum justitia.* Principis est proprium judicare, IX, 293, 1 : *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.* Hinc vocatur judex, *ibid.* Non sit in judicando præceps, VI, 487, 2 : *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.*

5° *Cum lenitate, clementia, longanimitate.* Principibus maxime necessaria est mansuetudo et comitas, X, 453, 2 : *In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne ;* XI, 717, 2. In eis summa virtus est benevolentia et mansuetudo, XV, 294, 1, 2 : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Eorum dos lenitas, III, 619, 1 : *Qui* (seniores) *dixerunt ei* (Roboamo) : *Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.* Regnum in clementia inchoent, 323, 1. Eos maxime decet clementia, I, 738, 2; XI, 521, 2; 717, 2. Ejus rei exempla, 416, 2. Benignitas eorum virtus, III, 353, 1. Longanimes sint, XVIII, 622, 2. Principem oportet esse benignum et fortem, VIII, 475, 1 : *Timebunt me audientes reges horrendi : in multitudine videbor bonus, et in bello fortis.* Omnibus sibi subjectis sint æquales, III, 517, 2. Princeps sit moderatus et modestus, XX, 383, 2 et seqq. Principes mansuetudini regunt, IX, 315, 2; 316, 1 : *Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis.* Principes vehementissime regnare desiderant, III, 381, 1. Debent appetitum dominandi moderari, VI, 352, 1 : *Infernus et perditio nunquam implentur, similiter et oculi hominum insatiabiles.*

Principes dedecet vindicta, III, 381, 1. Iram moderentur et castigationem differant, et facile quiescant, VI, 271, 2 : *Patientia lenietur princeps et lingua mollis confringet duritiam,* X, 53, 1. Indignationem suam in aliquem conceptam exterius ostendere non debet, V, 497, 1 : *Indignatio regis, nuntii mortis : et vir sapiens placabit eam.* Privatas injurias non ulciscatur, IX, 300, 1. Sæpe ex ira si se ulcisci nequeat, apoplexia tangitur et exanimatur, VI, 16, 1 : *Sicut fremitus leonis, ita et regis ira, et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.* Accusatoribus non facile credant, IV, 401, 1 : *Multi bonitate principum, et honore qui in eos collatus est abusi sunt in superbiam..... Et in tantum vesaniæ proruperunt, ut eos qui credita sibi officia diligenter observant, et ita cuncta agunt ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere ; dum aures principum simplices, et ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt.* Principes norunt multa dissimulare, III, 319, 2 : *Saül abiit in domum suam in Gabaa ; et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Filii vero Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste ? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera : ille vero dissimulabat se audire.* Principes potentia elati jus sibi arrogant vitæ et necis, IX, 288, 2 : *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, et non suspicaberis timorem mortis.* Principes interrogationibus, blanditiis et vino secreta expiscantur, IX, 392, 2 : *Ne retineas ex æquo loqui cum illo* (potente), *nec credas multis verbis illius : ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis.* Quæ dum norunt, dicentem incarcerant, aut puniunt, 392, 2 et seq. : *Immitis animus illius conservabit verba tua, et non parcet de malitia et de vinculis.*

6° *Cum amore erga subditos, et maxima pauperum cura.* Princeps bonus subditos amat quasi filios, IV, 442, 1. A suis amari studeat, non timeri, XVII, 416, 2. Principes sint erga omnes affabiles, 399, 2. Princeps fidat potius subditis quam externis, exemplo Alexandri Magni, IV, 473, 1. Sit populi pastor, XI, 497, 1 : *Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, fœtas ipse portabit.* Principes suos nec expilent nec deglubant, XIV, 90, 1. Quam parva tributa suis debeant imponere, I, 713, 1. Subditos non gravent tributis et exactionibus, VI, 358, 1. E pauperum vectigalibus palatia ædificantes male peribunt, XII, 173, 2; 174, 1 : *Væ qui ædificat domum suam in injustitia, et cœnacula sua non in judicio.* Suos tamen subditos laboribus exerceant, III, 85, 2 et seq. Princeps blandus facit ut subditi ei pareant in legibus et oneribus, VI, 272, 1. Subditos nec despiciat ne caveretur, X, 143 1 : *Rectorem te posuerunt ? noli extolli : esto in illis quasi unus ex ipsis.* Principes severi causa sunt multorum malorum in subditis, VI, 286, 2. Principes quomodo debeant esse filii olei tripliciter, XIV, 411, 1. Sunt

medici reipublicæ, XI, 136, 1. Morum medici sint oportet, *Job*, **102, 1.** Princeps sit tutor pauperum, miserorum et viduarum, **VI, 487, 1**; **488, 1**: *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Sit vindex pauperum, *Job*, **574, 1**: *Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam.* Curet ut pauperes et agricolæ litibus careant, **VI, 365, 1.** Peregrinos tueatur, **487, 2.** Princeps populo esse debet ceu tectum, portus, rivus, umbra, petræ in æstu, **XI, 429, 2**: *Ecce in justitia regnabit rex, et principes in judicio præerunt. Et erit vir sicut qui absconditur a vento, et celat se a tempestate, sicut rivi aquarum in siti, et umbra petræ prominentis in terra deserta.*

7° *Cum liberalitate et beneficentia.* Principes sint benefici, **X, 74, 2.** Eorum virtus est beneficentia, **X, 133, 2**: *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele. Nequissimo in pane murmurabit civitas, et testimonium nequitiæ illius verum est.* Eorum frænum est beneficentia, **XI, 575, 1.** Princeps bonus suam bonitatem in subditos derivat, **IX, 395, 1.** Princeps sit liberalis, **IX, 46, 1.** Eum decet liberalitas, **VI, 7, 2.**

8° *Cum multa sollicitudine et vigilantia.* Populos sibi commissos circumeant et visitent, exemplo Eliachim, **IV, 324, 2.** Principes noctu vigilent, exemplo Assueri, **IV, 379, 1.** Principes non stertant in multam lucem, **III, 17, 1**: *Igitur Josue de nocte consurgens movit castra.* Princeps debet esse oculus reipublicæ, *Job*, **572, 1**: *Oculus fui cæco et pes claudo.* Debet esse sicut sol, **I, 340, 1.** Princeps Argus sit oportet, et sibi caveat a proditoribus, **XII, 274, 2.**

9° *Cum severitate erga subditos malos aut rebelles.* Quomodo erga scelestos se gerere debeant, **X, 509, 2.** Acriter in rebelles sæviunt, **V, 534, 1**: *Semper jurgia quærit malus; angelus autem Domini crudelis mittetur contra eum.* Principes debent publica subditorum scelera coercere, **VI, 264, 2**: *Propter peccata terræ multi principes ejus, et propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.* Scelera auferant a populo ut Deus auferat scelerum pœnas, **III, 43, 1, 2.** Puniuntur propter peccata subditorum, **283, 2.** Eorum lapsus propter peccata populorum excæcantur, **XI, 407, 2**: *Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros, qui vident visiones, operiet.*

3° *Quomodo in bello faciendo se gerere debeant principes.* Æmulationes nationum sopire debent, **III, 517, 1.** Inconsulto Deo bellum non incipiant, **113, 1, 2**: *Post mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, et erit dux belli? Dixitque Dominus: Judas ascendet; ecce tradidi terram in manus ejus.* In bellis invocent angelos custodes, **32, 1.** Castra eorum sint casta, **286, 1, 2.** Sciant a Deo dari victoriam, **348, 2.** Fidem hostibus servent, **39, 2.** Diu cum eodem hoste non pugnent, ne artem militarem hostis discat, **122, 2.**

4° *Principum impiorum et malorum scelus et pœna.* Quis sit princeps impius, **VI, 378, 1, 2**: *Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Nihil facit gratis, sed ob quidlibet munera exigit, **377, 2.** Urso et leoni comparatur, *ibid.*, **1.** Est pejor carnifice, *ibid.*, **2.** Principes impii et sævi a Deo dantur quasi carnifices ad sumendum de impio populo pœnas, **XIII, 459, 1, 2**: *Dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea.* Sunt magnum Dei flagellum, *Job*, **293, 2.** Principes injusti sunt terræ superfluitas, **VII, 208, 1.** Principes ecclesiastici vel sæculares cum a sanctitate vel justitia deficiunt, tantumdem est ac si sol, luna et stellæ obscurarentur, **XII, 730, 1.** Eorum septem peccata referuntur, **XI, 664, 2.** Principes mali contemptibiles, *Job*, **293, 1, 2**: *Effundit despectionem super principes, eos qui oppressi fuerant relevans.* Principum contemptus magni criminis præcedentis judicium et pœna, *Psalm.* **II, 238, 1**: *Effusa est contemptio super principes, et errare fecit eos in invio, et non in via.* Principum impiorum consilia quomodo Deus soleat dissipare, **II, 324, 2.** Princeps impius Deum sentiet iratum, itaque regnum ejus opprimet calamitas, **VI, 372, 2**: *In exultatione justorum multa gloria est: regnantibus impiis, ruinæ hominum.* Principum malorum pœnæ, *Psalm.* **I, 18, 2**: *Et nunc, reges, intelligite: erudimini qui judicatis terram..... Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa.* Principes impii plerumque miseros habent exitus, **XII, 176, 1, 2**: *Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ, regem Juda: Non plangent eum: Væ, frater; et væ, soror: non concrepabunt ei: Væ, Domine, et væ, inclyte! Sepultura asini sepelietur, putrefactus et projectus extra portas Jerusalem.* Principes pii magnam in cœlo gloriam sunt adepturi, impii vero in gehenna graviter sua et subditorum scelera luent, **XIV, 67, 2.**

IV. QUÆ SINT OFFICIA ET AGENDI RATIO ERGA PRINCIPES. 1° *Principes quomodo tractandi,* **XIII, 79, 1.** Cum iis conversari, artis est, **IX, 268, 1**: *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim disces sapientiam et doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela.* Principes viros sibi devincire studeant viri apostolici, **XVII, 34, 1.** Libere etiam sunt increpandi, dum peccant, **XII, 179, 1, 2.** Exempla afferuntur eorum qui id libere fecerunt, *ibid.* et seqq.

2° *Principibus non detrahendum nec maledicendum,* **I, 617, 2.** De eorum vitiis tacite agendum, **XIX, 154, 1.** Principem offendere non est bonum, quia Deus injurias æque vindicat ac parentum, **V,**

553, 1, Eum percutiens, totam rempublicam percutit, *ibid.*, 2 : *Non est bonum damnum inferre justo, nec percutere principem qui recta judicat.* Principibus non maledicendum, XIX, 336, 1. Ei maledicenti lucerna extinguetur, VI, 72, 1 : *Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.* Principem a fæce hominum irrideri indignum, *Job*, 585, 2 : *Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei; quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, et vita ipsa putabantur indigni.* Principem colit vir bonus, et adulatur improbus, VI, 8, 1.

3° *Principibus obedire oportet, nisi Deo contraria jubeant*, XVIII, 219, 1 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo : quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt;* XIX, 336, 2 : *Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, recte obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Principibus civilibus obedire debent christiani, idque propter Deum, XX, 297, 1 ; 298, 1 : *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum; sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.*

4° *Ad principem quomodo accedendum*, IX, 288, 2 : *Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi; et non suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam.* Modus agendi cum principibus, 391, 1, 2 : *Advocatus a potente discede : ex hoc enim magis te advocabit;* 392, 1, 2; 393, 1, 2 : *Ne improbus sis, ne impingaris, et ne longe sis ab eo, ne eat in oblivionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius : ex multa eum loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis..... Cave tibi, et attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subversione tua ambulas. Audiens vero illa, quasi in somnis vide, et vigilabis.* Principes non sunt irritandi, 289, 1. A principe epulo laute exceptus gratum se illi præbere debet, VI, 174, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam ; et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Quæ attentio in hoc convivio adhibenda, *ibid.*, 2 et seq. Ejus mensa periculosa est, 175, 2. Ejus epulæ sæpe veneno inficiuntur, 181, 2 : *Ne desideres de cibis ejus in quo est panis mendacii.* Ejus ministris secreto danda sunt munera, VI, 109, 2 : *Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam.*

Principum favor quam sit fragilis et quam eis parum fidendum, I, 430, 2: *Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph: et ait ad populum suum : Ecce populus filiorum Israel multus, et fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur; et si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis, egrediatur de terra.* Eorum favor et amicitia instabilis et gratia fallax, IX, 288, 2; *Job*, 173, 1; 404, 2.

V. Varii circa principes usus apud diversos populos. Principibus Assyriorum præferri ignis solebat, IV, 322, 1, 2. Olim principes myrto coronabantur, XIV, 363, 1. Quare eis detur osculum a subditis, VI, 241, 1; 243, 1.

Principes populi apud Judæos visiones et revelationes a Deo accipere frequens erat, XI, 407, 1. Principes sancti fuere, subinde prophetæ veri, V, 494, 1. Principes plerique in antiquo Testamento fuere pastores, XI, 356, 2. Principes Judæorum perversi vocantur pastores stulti, XIV, 497, 1, 2.

Princeps et rex Judæorum non poterat ingredi Sanctum, imo nec atrium sacerdotum, XII, 830, 1. Poterat sedere in porta orientali sanctuarii, quæ inde dicta principis porta, *ibid.* Ex ea spectabat exterius sacrificia, et in ea de iis comedebat, *ibid.* Ejus locus in terra Israel describitur, 842, 2. Quanta ejus sors fuerit, *ibid.* et 2. Solus per portam orientalem atrii ingrediebatur, et per eamdem quoque egrediebatur, 846, 1.

Principes septem primarios habebant reges Persarum, XIV, 391, 1.

Principes multi die Jovis sancto pedes lavant pauperibus vel subditis, XVI, 527, 2.

VI. Principes sacerdotum apud Judæos. Principes sacerdotum apud Judæos qui dicerentur, XVII, 125, 2 et seq. Principes sacerdotum varii apud Judæos erant, XII, 158, 1. Principes sacerdotum erant olim viginti quatuor, et in templo suas cathedras habebant XXI, 97, 2; 98, 1. Principes sacerdotum etiam dicti sunt, qui non erant pontifices, XVI, 91, 2. Principes tam sæculares quam ecclesiasticos cur S. Lucas ita studiose recenseat, qui Christi prædicantis tempore fuere, 91, 1.

Qui principes crediderunt in Christum, sed propter Pharisæos eum non confiterentur, XVI, 516, 2. Idque ob gloriam hominum, *ibid.*

Principes sacerdotum congregati mane die Mercurii, ad tractandum de Christo occidendo, XV, 543, 1. Cur id faciant dolo, 544, 1. Cur nolint in paschate, *ibid.* Argenteos quos retulit Judas, recipere noluerunt, 597, 1, 2. Eorum simulata sanctitas, 598, 2.

VII. Principes Angelorum. Principes angelorum in conspectu Dei stantes quinam sint, et undenam id probetur, XXI, 19, 1. Illorum cultus in Italia celebris, 20, 1. Is cultus Ecclesiæ pastoribus suadetur, *ibid.*, 2. Illorum typus fuit candelabrum septiceps, 21, 1. Eorum nomina, *ibid.* Cui ea primum revelata, *ibid.* Eorum officia, epitheta et emblemata, *ibid.*, 2. Ex quo ordine angelorum hi sint, 22, 1. Sunt septem virtutes providentiæ Dei, *ibid.*, 2 (*Vide* Angeli, Spiritus).

Qui vocentur principes hujus sæculi, XVIII,

261, 2. Princeps tenebrarum diabolus dicitur (*Vide* DIABOLUS).

Princeps Persarum quis restiterit Gabrieli, quominus cito ad Danielem orantem veniret, XIII, 141, 2. Non fuit Cambyses rex, non dæmon, sed angelus præses Persarum, *ibid.* Quomodo rem suam apud Deum egerit, *ibid.*

PRINCIPATUS. 1° Principatus omnis a Deo derivatur, IX, 296, 2 : *In manu Dei potestas terræ.* Est item in manu Dei, 298, 1 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Principatus est quædam paternitas. XVIII, 615, 2. Principatus et regnum parem non patitur, XI, 399, 2 : *Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat : et pallium breve utrumque operire non potest.* Principatus insignia humeris gestantur, 232, 1, 2. Principatus sapientis est stabilis, IX, 294, 2 : *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.*

Principatus non est ambiendus, sed fugiendus, VIII, 397, 2 : *Quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet ;* IX, 222, 1 : *Noli quærere a Domino ducatum, neque a rege cathedram honoris.* Principatus omnis brevis, id probatur exemplis, referente S. Hieronymo, XII, 642, 2; 643, 1.

Principatus Judæorum post reditum e captivitate fuit penes pontifices, XII, 178, 2.

2° Principatus cum de angelis bonis dicitur, absolute ponitur : cum de malis, aliquid restringens additur, XVIII, 613, 1. Principatus angeli orbibus cœlestibus præsunt, IX, 471, 1. Principatus sunt custodes regum et regnorum, XIII, 142, 1.

PRINCIPIA. Principia Romæ in basilicam S. Pauli a Gothis est deducta, ut intacta custodiretur, XVIII, 17, 1.

PRINCIPIUM. 1° Principium capitur aliquando pro *principatu*, et eo quod est aliqua in re præcipuum ac princeps, V, 30, 1 ; 109, 1 ; 221, 2 ; 223, 1; IX, 332, 2; XI, 706, 1 ; XIII, 161, 2.

2° Principium Christus quomodo se dicat, XVI, 442, 2. Principium potius competit Filio Dei, quam Spiritui sancto, respicitque ejus originem qua genitus est a Patre, *ibid. Principium* apud Joannem dicit respectum ad omnia tempora, XVI, 295, 2. In quo principio fuerit Verbum, 295, 1, 2. Principium Verbi Dei quod dicatur, XX, 505, 2. Cur principium detur æternitati, XVI, 295, 1, 2.

3° A principio intrinseco vitaliter actus vitalis procedit, XVII, 334, 2. Principium resurgentium est Christus, XIX, 77, 1. Principium bonæ vitæ et salutis supernaturale est et a Dei gratia oritur, XVIII, 432, 1. Quomodo principium sapientiæ sit eam possidere, V, 108, 2.

PRINUS. Prinus arbor species est ilicis, XIII, 186, 2.

PRIOR abbas. Prior abbas quam esset oculorum continens, II, 22, 1. Prior abbas quid egerit audiens detrahentes, X, 61, 2.

PRISCA et AQUILA. Prisca et Aquila scenopegi, Roma a Claudio imperatore ejecti, eodem redierunt, XVIII, 242, 2.

PRISCILLA. Priscilla maritum suum Apollo domi fidem docuit, XVII, 347, 2.

PRISCILLIANISTÆ. Priscillianistæ solem orientem adorabant, VII, 605, 1. Dicebant stellam, quam videre Magi fuisse fatum Christi, XV, 74, 1.

PRISCUS. Prisci hostis dediti, 94, 2. Ungebantur, et quando, 239, 1. Ne inebriarentur oleo utebantur, 315, 2. Prisci erant frugales, XVI, 641, 2.

PRISCUS (S.). S. Prisco fame afflicto cerva lac præbuit, V, 145, 2.

PRIVATUS. Privata persona sibi potest vivere, non publica, III, 173, 2. Privatus quisque quomodo justitiam et judicium faciat, XII, 632, 1, 2. Privatis hominibus suadetur vitæ hilaritas, X, 108, 2. Privatorum oratio propria vulgari lingua proferenda, XVIII, 390, 1 ; 391, 1, 2.

PRIVIGNUS. Privigni cum noverca concubitum aversabantur gentes, XVIII, 285, 1.

PRIVILEGIUM. Privilegia tria quæ Tobias senior accepit a Salmanasare rege, IV, 270, 2. Privilegia duodecim S. Petri apostoli, XX, 231, 2. Privilegia civium Romanorum quæ essent, XVII, 313, 1 ; 390, et seqq. Privilegia septem Melitensibus a S. Paulo collata, XVII, 435, 1.

PRO. *Pro saliunca ascendit abies,* quid mystice significet, XI, 654, 2 et seq.

PROBARE, PROBATIO. *Probare* per metalepsin multa significat, V, 523, 2. Probantur justi tentationibus, IX, 98, 2 ; 99, 1. Probamur per afflictiones, XIX, 377, 2 (*Vide* AFFLICTIO). Probatio fidei quomodo operetur et causet patientiam, XX, 23, 1, 2 et seqq. Probationem operatur patientia dupliciter, XVIII, 92, 1.

Probare se homo debet ante sacram communionem, XVIII, 368, 1.

PROBATICA. Probatica piscina unde diceretur, XIV, 99, 2.

PROBITAS. Probitas præstantior est libertate, V, 522, 1, 2. Ejus est omnibus bonum, nulli malum facere, VI, 106, 1. Ea familias adauget et roborat, 216, 2. Plurimum valet ad regimen, 398, 2.

PROBLEMA. Problemata Ben-Sira ascripta fabulosa sunt et erronea, X, 571, 1, 2.

PROBRUM. Probrum proximi non est in lucem proferendum, id qui facit, in charitatem peccat, V, 294, 1 : *Abscondunt odium labia mendacia : qui profert contumeliam, insipiens est.* Proba non sunt probris retundenda, 321, 1 : *Qui despicit amicum suum, indigens corde est ; vir autem prudens tacebit.* Amicitiam dissolvunt, 558, 2 : *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico ; omni tempore erit exprobrabilis.*

PROBUS. Probus Salomoni vocatur sapiens, V, 270, 1, 2. Probi et improbi tres notæ, IV, 415, 2. Probum inter malos esse laudabile est, *Job*, 3, 2; 14. Probi seipsos et sua crebro excutiunt, 565, 2.

Probi non timent argui, *Job*, 173, 1. Probi non vereantur improbos, IX, 567, 1. Probi subinde labuntur, nec lapsum advertunt, nisi per morbum aliamve afflictionem, XI, 481, 1, 2. Probi cæduntur in bello ob tres causas, III, 229, 1, 2. Probi cur affligantur, IV, 305, 2; 306, 1. Cum probis negotiandum, IX, 203, 2 (*Vide* JUSTI, PII, SANCTI).

PROBUS imperator. Probus imperator milites laboriosos requirebat, V, 354, 1, 2.

PROBUS (S.). S. Probus episcopus Reatinus quam sancte sit mortuus, II, 321, 2.

PROCELLA. 1° Procella dicta eo quod percellat, IX, 468, 1; X, 405, 2. Procella est vehementior venti impetus in mari, IX, 468, 1. Procellas omnes solus Deus pervidet, *ibid.*, 2. Procellæ sæpe a Deo immittuntur ob scelera quæ in navibus fiunt, aut antea facta sunt, XIV, 33, 1.

2° Procella est symbolum impii, V, 304, 2. Procellæ et grandines symbolum sunt horrendi prælii, supplicii, vindictæ, XIV, 285, 1. Procella metaphorice acrem vindictam significat, IX, 468, 1, 2. Quæ procella tenebrarum hæreticos maneat, XX, 677, 1.

PROCELLIS assimilantur apostoli, XIV, 477, 1.

PROCERITAS. Proceritas nihil confert ad animos, IX, 333, 2.

PROCESSIO in divinis personis. Processio æterna Spiritus sancti a Patre, XVI, 571, 1 (*Vide* SPIRITUS SANCTUS).

PROCESSIO pro incessu solemni et religioso sumpta. Processionum usus fuit etiam in Veteri Testamento, contra hæreticos Magdeburgenses, XIII, 499, 1. Ipse quoque Christus Dominus eas sanxit, *ibid.*

PROCESSUS. Processi et Martiniani martyrum jubilus in tormentis, XI, 275, 2.

PROCHORUS. Prochorus diaconus S. Joannis apostoli gesta scripsit, XVII, 165, 1.

PROCLITES. Proclites in conviviis erat idem quod modimperator, X, 141, 2.

PROCLIVITAS. Proclivitas ad malum etiam in justis manet, XX, 371, 2 (*Vide* JUSTUS).

PROCLUS. Proclus episcopus Constantinopolitanus Theodosio Juniori contra Scythas pugnanti accommodavit ea quæ in Scriptura dicuntur de Gog et Magog, XIII, 252, 1. In terræ motu populo litaniam cum indixisset, terræ motu urbs concuti desiit, XIII, 499, 1.

PROCONSUL. Proconsul quis esset Romæ magistratus, XVII, 277, 2.

PROCOPIUS. Procopius Gazæus breviter in Isaiam scripsit, XI, 99, 2.

PROCULA uxor Pilati. Procula dicta est Pilati uxor, an salvata sit, XV, 603, 2.

PROCULA vidua. Procula illustris vidua tempore S. Chrysostomi, XIX, 241, 1.

PROCULUS (S.) martyr. S. Proculus martyr Bononiensis caput recisum a terra sustulit et gestavit, V, 34, 1.

PROCULUS (S.) episcopus. S. Proculi episcopi sanctitas, visione angelorum recreatur, I, 210, 2.

PROCURATOR. Procurator vineæ mercedem reddens operariis, quos designet, XV, 443, 2.

PROCUS. Procorum zelotypia, XVIII, 554, 1. Proci juxta angulos domus amasiarum obambulant, V, 188, 1. Proci rivales sæpe se mutuo occidunt, IV, 294, 2.

PRODICUS. Prodicus hæresiarcha docuit lunam esse deam, XII, 68, 2.

PRODIGIUM. 1° Prodigii quod sit etymon, X, 452, 2. Prodigium dicitur quod *porro dicit*, id est futura prædicit, XIII, 508, 2. Prodigia et signa quomodo differant, quid utraque sint, XVI, 368, 1, 2. Prodigia, virtutes et signa an reipsa inter se differant, XVII, 94, 2. Prodigiorum viri qui et quales dicantur, XIV, 387, 2; 388, 1. Prodigium fieri alicui quid sit, *Psalm.* I, 458, 2.

2° Prodigia in monte Sina vera et realia fuere, non apparentia tantum, XVIII, 506, 2. Quæ prodigia eventura prophetet Joel, XIII, 508, 2.

Prodigia quæ in nativitate Dominica contigerint, XIX, 509, 1. Prodigia quæ acciderint in vita et morte, et post mortem Christi, XIII, 508, 2. Prodigia ascensionis Christi quæ fuerint, XVII, 58, 2.

Quæ prodigia urbis Jerusalem excidium a Romanis præcesserint, XIII, 509, 1; XIV, 485, 1; XV, 503, 2.

Prodigia Antichristi erunt fallacia, XIX, 157, 2 (*Vide* ANTICHRISTUS). Quæ prodigia in fine mundi eventura, XIII, 508, 2.

PRODIGUS. Prodigus non parat sibi amicos, sed irrisionem, IX, 552, 2. Perperam sua effundit, etiam quæ non erant juste parta, 553, 1. Prodigi sua consumunt vivendo luxuriose: sunt furioso similes, hinc dantur iis curatores, VI, 393, 1.

Prodigi filii ad patrem redeuntis oratio, XVI, 210, 2.

PRODITIO. Proditio Judæ fuit opus diaboli, XVI, 523, 1. Quando eam suis Christus prædixerit, 529, 2 et seqq. Proditio Judæ fuit immane sacrilegium, XV, 553, 2. Eam detegit Christus Apostolis, 552, 2. Ordo detectionis hujus, 553, 1. S. Joanni ea fuit indicata per panem intinctum, XVI, 531, 1 (*Vide* JUDAS).

PRODITOR. Proditores dicuntur detractores et susurrones, XII, 82, 2. Proditores solent sociis oculo annuere, V, 285, 2 et seq. Cavendi sunt, VI, 68, 2. Eorum domus funditus delentur, et sale asperguntur, 82, 1.

PROFABULATIO. Profabulatio in fabulis quid sit, XV, 28, 2.

PROFANARI, PROFANATIO. Profanari quomodo diceretur sacerdos vel res aliqua, XI, 569, 2. Profanatio templi a seditiosis zelotis facta an dici queat abominatio desolationis, XIII, 132, 1, 2.

PROFANUS. Profanus quis dicendus, XIX,

503, 2. Profanum idem aliquando quod est immundum, X, 497, 1. Profana ex contactu sacrorum fiebant sacra, XII, 847, 2. Profani a sacris arcendi sunt, XIX, 182, 1.

Profano anno utebantur Judæi ad commercia et res civiles, XIV, 317, 1. Quando is inciperet, *ibid.* Profana etiam sapientia addiscenda est, X, 299, 1.

PROFECTUS. Profectus in via spirituali in quo situs, XX, 536, 1 : *Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est.* Comparatur Lucifero in diem perfectum crescenti, 436, 2. Quod sit ejus signum, IX, 656, 1 : *Qui edunt me adhuc esurient, et qui bibunt me adhuc sitient.* Profectus discipulorum recreat magistrum, XX, 641, 2 : *Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Profectus filii et discipuli est gaudium patris et magistri, VI, 193, 2 ; 194, 1 : *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* Profectus in virtute semper inchoandus est, IX, 502, 2 : *Cum consummaverit homo, tunc incipiet : et cum quieverit, operabitur.* Stimuli ad eum ; 513, 1 : *Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces Dei manet in æternum* (Vide PROFICIENTES).

PROFESSIO FIDEI. Professio fidei ad salutem necessaria est, XVIII, 178, 2. Professio fidei quæ fit ore, valet ad justitiam conservandam et augendam, 178, 2. Est exterior forma corporis Ecclesiæ, 637, 1. Eam edebant qui adulti ad eam convertebantur, XIX, 262, 1. Quid differat professio fidei et confessio, XVIII, 234, 1. Professio fidei, legis et cultus Dei, vocari potest religio, XX, 90, 1. Professio fidei infantium in Baptismo an sit votum, VII, 199, 1. Professio in Baptismo est quasi juramentum, 286, 2. Professio in Baptismo facta semper ante oculos nobis habenda est, XVIII, 107, 2. (*Vide* FIDES).

PROFESSIO RELIGIONIS. Professio religionis auget meritum boni operis, VII, 198, 2 (*Vide* RELIGIO).

PROFESSIO ut conditionis status accepta. Professio sua cuique videri debet optima, IX, 690, 1.

PROFESSOR. Professores linguæ hebrææ successerunt interpretibus primitivæ Ecclesiæ, XVIII, 373, 2.

PROFICERE, PROFICIENS. 1° Quomodo Christus profecerit in gratia et sapientia apud Deum et homines, XVI, 86, 2 : *Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate et gratia apud Deum et homines.*

2° Proficere semper in virtute et sanctitate debemus, IX, 109, 1 : *Qui timent Dominum præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas ;* XVI, 88, 1. Proficere semper in melius Christiani debent, XX, 542, 2. Non proficere, a virtute deficere est, XVIII, 333, 1, 2 : *Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium ? Sic currite ut comprehendatis.* Proficientium status rationalis est, 265, 1. Proficientes in fide et virtute quando moraliter visiones videant, XIII, 508, 1.

PROFICISCI. Proficiscentes in Terram sanctam cur cruce insignirentur, IV, 565, 2.

PROFUNDA, PROFUNDITAS, PROFUNDUM. 1° In quo profundo fuerit Paulus, XVIII, 496, 2.

2° Profundum et altum sæpe idem sunt, XVIII, 196, 1. Quod sit profundum Dei, 617, 2. Quod Christo profundum affingat Elxai, 616, 2. Quæ profunda Dei scrutanda, 263, 2. Profunda quæ sunt, ut plurimum obscura sunt, XII, 522, 1. Profunditas sapientiæ, VII, 273, 1.

Profundum peccatorum quid dicatur, V, 561, 1, 2. Ejus dimensiones, 562, 1.

Profunditas sumitur interdum pro calliditate et versutia, XIII, 351. 1.

PROGNOSTICA. Prognostica pluviæ, VII, 366, 2.

PROGREDI, PROGRESSUS. Progrediendum semper in via spirituali, XII, 847, 1. Progressus in via vitæ apte describitur per introitum et exitum, *Psalm.* II, 341, 2 (*Vide Profectus*).

PROHIBERE. Prohibent nuptias et cibos, qui illa a diabolo esse docent, XIX, 224, 1.

PROLES. 1° Proles quæ ab hoc patre nascitur, potuisset et ab alio nasci, IX, 247, 1. Proles ex uxore quærenda est, non aliunde, V, 143, 1. Proles numerosa Dei benedictio est, *Job*, 151, 2. Erat benedictio Veteris etiam Testamenti, 443, 1. Prolium educatio proprie matrum est, VI, 522, 2. Quia et plus matrem quam patrem referunt, 533, 1. Proles est thesaurus matrum, XIX, 307, 1. Quantas parentibus pariat molestias, XVIII, 314, 1, Proles in fornicatione recte nequit educari, XVIII, 293, 2. Proles sequuntur amorem et affectum quem in matre magis quam in patre experiuntur, XIII, 285, 1. Et matribus sunt quam patribus corpore et moribus similiores, *ibid.* A matre vitia sugunt, *ibid.* Justo Dei judicio parentum scelera imitantur, 345, 1.

Proles Osee prima cur filius, et secunda filia sit, XIII, 291, 1, 2. Quid tres ejus proles designent, *ibid.* Tertia proles quid significet, 294, 2 (*Vide* FILIUS).

2° Proles Dei quomodo simus, XVII, 335, 2. Proles connubii spiritalis, XVIII, 318, 1, Et connubii cum diabolo, *ibid.*, 2.

PROLOGUS. Prologus in *Ecclesiasticum* additus a Jesu juniore non habet auctoritatem sacræ Scripturæ, IX, 44. 2 (*Vide* ECCLESIASTICUS).

PROMETHEUS. Prometheus est pyrophorus, XIV, 16, 1. Promethei lucem e cœlo furantis fabula exponitur, VI, 83, 1, 2. Promethei quæ sit fax, XII, 445, 1. Promethei ludi quomodo celebra-

rentur, XIV, 15, 2. Promethei fabula moralizata, X, 304, 1. Prometheus ignem hominibus inserens, moraliter est Jesus Christus, IX, 52, 1, 2.

PROMITTERE, PROMISSIO, PROMISSUM, 1° *Promissiones a Deo factæ*. Primo. Promissa Dei qualia, *Psalm.* I, 64, 2. Promissa Dei sunt inenarrabilia, X, 236, 2. Promissa Dei sunt condimenta laborum et persecutionum, XIX, 406, 1. Sunt dulcis meditatio in tribulatione, *Psalm.* II, 322, 2. Promissio Dei cur vocetur misericordia et veritas, XIV, 251, 2. Promissiones divinas consequendi modus, *Psalm.* II, 264, 1, 2 et seq.

Secundo. Promissio Abrahæ an facta est ante circumcisionem, XVIII, 83, 2 et seq. Ea nobis obvenit ex fide in Christum, 84, 1, 2. Ea multis modis est impleta, XIX, 405, 2. Sed maxime in spiritualibus ejus filiis, id est Christianis, XVIII, 159, 1; 162, 2. Ea tamen primario spectat ad Judæos, 158, 2. Facta est ea Abrahæ et semini ejus, 542, 2 et seq. Eaque fuit vera, quia juramento confirmata, XIX, 405, 1.

Tertio. Promissio facta fuit priscis patriarchis, de Messia, de protectione Dei, justitia, gloria, et hæc ad filios et nepotes transiit ut hæreditas, X, 437, 2. In veteri lege quæ promiserit Deus se Christianis daturum, XX, 410, 1. Promissa Hebræis facta *Levitici*, cap. XXVI et alibi, quos spectet, VII, 308, 2.

Quarto. Promissiones Prophetis factas Deus adimplevit, XIX, 487, 2. Promissiones Dei sæpe implentur in posteris, I, 29, 2; II, 232, 1. Promissiones temporales sæpe non implentur, *Job*, 538, 2.

Quinto. Promissa evangelica simul omnia recensentur, XV, 341, 2 et seq. Promissio filiationis Dei non excludit, sed includit liberum arbitrium, XVIII, 162, 1. Promissio amicitiæ Dei et regni cœlestis facta est Christianis, 611, 2. Promittit Deus vitam æternam in fide constantibus, XX, 558, 1. Promissio mercedis pro opere bono est nobis onerosa, non gratuita, ac proinde in Deo debitum justitiæ, XIX, 312, 2.

2° *Promissiones ab hominibus factæ*. Primo. Promissio voti quandonam stulta sit, VII, 200, 1 : *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere : displicet enim ei infidelis et stulta promissio, sed quodcumque voveris, redde* (*Vide* VOTUM). Promissiones ultimæ hominis canæ sunt, XIII, 383, 1.

Secundo. Promittenda pauca, sed præstanda, IX, 169, 2 : *Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis et remissus in operibus tuis*; 271, 1 : *Non spondeas super virtutem tuam : quod si spoponderis, quasi restituens cogita*; 556, 1 : *Est qui præ confusione promittit amico, et lucratus est eum inimicum gratis*. Promissiones solet homo negare quatuor de causis quæ in Deo non habent locum, II, 324, 1 : *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur : nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, et non faciet? locutus est, et non implebit?* Eæ tribus de causis non implentur, VI, 270, 2: *Nubes, et ventus, et pluviæ non sequentes, vir gloriosus, et promissa non complens*. Promittens multa, nec ea implens, similis est nubi ab Austro coactæ, nec pluviam danti, 270, 1. Promittens aliquid temere, postea remorsu conscientiæ pungitur, si id implere nequeat, *ibid.*, 2. Promissionis mendacis stultitia, 271, 1. Promissa non præstans propriam ruinam quærit, V, 545, 1..

PROMPTITUDO. Promptitudo voluntatis est necessaria ad omnium virtutum perfectionem, XVIII, 471, 2. Ea cingulo designatur, 680, 2. Item calceo, *ibid.* et seq.

PRONITAS. Pronitas ad peccandum non sola in posteros transiit, XVIII, 97, 2.

PRONOMEN. Pronomen reciprocum Hebræis est idem quod absolutum, V, 403, 1. Pronomina *mihi*, *tibi*, apud Hebræos et Latinos per pleonasmum sæpe redundant, VI, 164, 1.

PROŒMIUM. Proœmium Græcum in *Ecclesiasticum* composuit S. Athanasius, id non est in Latina Vulgata, nec est Jesu Sirach, IX, 42, 1, 2. An sit pseudepigraphum, *ibid.*, 2.

PROPAGATIO. Propagatio religionis olim fiebat cum propagatione generis, XIV, 273, 1.

PROPAGO. Propagines urbium sunt vel suburbia, pagi, oppida, vel familiæ et tribus, vel filii et nepotes, vel opes et messes, XIV, 177, 1, 2.

PROPASSIO. Propassiones non fuere in Christo, sed passiones, XIX, 391, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, PASSIO).

PROPENSIO. Propensio Christi ad miserendum et auxiliandum, XIX, 377, 2 ; 390, 2.

Propensio spectanda est in puerorum institutione, VI, 141, 2 (*Vide* EDUCATIO, FILIUS, PUER).

PROPHETA, PROPHETARE. I. QUIS SIT PROPHETA, ET PROPHETARE QUID SIGNIFICET. 1° *Propheta quis sit, et nominis ejus etymon*, XVIII, 386, 1. Propheta in Scriptura varie significet, XI, 48, 2; XV, 211, 1; 496, 1. Propheta accipitur in Scriptura pro viro sancto et eximio, XVI, 462, 2. Prophetæ proprie sunt qui futura prænuntiant, XI, 48, 2; XVIII, 386, 1. Dicitur et Propheta qui arcana cordis aut alia secreta revelat, item qui divinæ voluntatis arcana perspecta habet, XVIII, 386, 2. Septuplices sunt Prophetæ, *ibid.*, 387, 1 ; 388, 1 ; 630, 1. An omnes illi sint Prophetæ quos Propheta aliquis initio libri sui quasi progenitores suos nominat, XII, 426, 2; XIV, 273, 1.

2° *Prophetare varie accipitur et varia significat*, XI, 48, 2; XVIII, 387, 1; 388, 1; XXI, 223, 2. Prophetare capitur pro *interpretari*, XX, 437, 1. Prophetare etiam docere, psallere, miracula facere, prophetiam confirmare significat, X, 516, 2 ; 530, 1 ; XI, 48, 2; XIII, 507, 2 et seq. Prophetatur tam verbis quam factis, XII, 533, 1.

3° *Omnes Prophetæ homines fuere, nulli angeli*, XIV, 547, 1. Cur angeli vocentur, *ibid.*

4° *In quo veri Prophetæ a falsis differant*,

XIII, 250, 2. Qui differant a conjectoribus, VI, 479, 2.

5° *Varia Prophetarum nomina et typi.* Cur dicti sint *Videntes*, VI, 405, 1; XIV, 494, 1. Prophetæ sunt oculi Ecclesiæ et Synagogæ, unde *Videntes* dicti, VIII, 31, 2; XI, 45, 2; 407, 1; XVIII, 376, 2. Cur dici possint vomentes, VI, 420, 1. Vocantur cantores, II, 247, 1. Cur vocentur viri spiritus, XIII, 403, 1.

Per equos nigros repræsentantur mystice, XIV, 427, 1. Montibus assimilantur, *ibid.*, 2. Sunt velut mundi soles, XIII, 233, 1, 2.

II. PROPHETARUM VITA ET SANCTITAS. Prophetæ erant religiosi laudes Dei canentes, III, 316, 1. Prophetæ aliqui erant quasi religiosi Dei laudibus vacantes, non futura prædicentes, *ibid.* Prophetæ appellari possunt vere religiosi, XIII, 219, 2; 220, 1. Omnes sacro oleo uncti non fuere, nec consecrati, 228, 2. In montibus degebant, V, 203, 1. Cur a populo secederent, XIII, 231, 2. Prophetæ mundus est desertum, XXI, 311, 1. Quis habitus eorum exterior fuerit, 228, 2. Eorum vestis erat saccus et cilicium, XIII, 228, 2; XV, 96, 1. Eorum vestis exterior erat pallium e setis et pilis animalium contextum, XIV, 518, 2. Gestarunt sandalia, XV, 262, 1, 2; XVII, 264, 2. Erant angeli terrestres, XIII, 229, 2. Prophetæ prisci fuere portenta, XI, 219, 1, 2. Eorum tres dotes, robur. judicium, efficacia, XIV, 92, 1. Omnes ardenter adventum Christi desiderarunt, XVI, 454, 2. Suis precibus adventum Messiæ accelerari meruerunt, XI, 727, 1. Prophetarum preces et suspiria meruere de condigno Filii Dei incarnationem, et quod e David nasceretur, XIII, 116, 2. Prophetarum de Christo Ecclesiæ sponso vota, VII, 467, 2. Cur in Christi morte plangere debuerunt, XIV, 514, 1.

Prophetæ habentur insani ab idololatris, IV, 42, 1. Propheta in patria sine honore est, XV, 338, 1. Cur eos occiderent Scribæ, XIV, 494, 2 et seq. Eorum plerique in Jerusalem sunt occisi, XVI, 192, 2. Prophetæ quomodo apud Judæos sepelirentur, XII, 73, 1. Eorum sepulcra ædificare quatenus esset vitiosum, XIV, 494, 1.

Eorum ossa quomodo pullulent de loco suo, X, 527, 2. Eorum nomen et fama perennat, X, 527, 2. Per sua oracula etiamnum apud Christianos vivunt, 528, 1.

III. *Prophetarum a Deo missio, inspiratio et revelatio.* 1° *Prophetarum missio.* Prophetæ fuere missi a Deo et Christi præcursores, XVI, 471, 1. Causa eos mittendi fuit varia et multiplex, XI, 52, 1, 2. Eos per ignem auctoravit Spiritus sanctus, XVII, 82, 2. Prophetæ repræsentant personam Dei, ut ejus legati, XIII, 451, 2. Fuere Dei legati fideles, V, 392, 1. Sunt angeli Domini, XIV, 328, 1. Sunt Christi Dei, XIX, 361, 1. Erant velut concionatores a Deo ad peccantem populum missi, VI, 405, 1. Vocantur manus et organum Dei, XIV, 318, 1, Cur vocentur ancillæ Dei, V, 254, 2. Sunt os et oracula Dei, XIII, 232, 1, 2. Sunt paranymphi Christi, 234, 1, 2. Sunt ad Judæos missi velut Apostoli, XVIII, 282, 1. Apostolorum et christianorum per suam prophetiam fuere ministri, XVIII, 255, 1.

2° *Quomodo Prophetis Deus prædicenda futura revelaret.* Prophetandi origo est unio cum Deo, X, 258, 1. Prophetarum interna dispositio fuit animæ serenitas, XIII, 226, 2. Prophetis Deus tripliciter locutus est, I, 182, 2. Divina patiuntur, VI, 421, 1. Quomodo spiritum propheticum haberent, XI, 66, 1. Prophetæ falsi cur se spiritu prophetico agi simularent, XIV, 299, 1. Omnia sua oracula a Deo acceperunt, XX, 66, 2. Aliquando per voces, aliquando per visiones de futuris erudiebantur, XI, 66, 1. Visio eorum qualis esset, XIV, 158, 2. Eorum visiones communiter erant imaginariæ, XIII, 632, 1. Non tantum per internam locutionem oracula Dei excipiebant, sed etiam subinde videbant ideas vel species objectas oculis aut potius imaginationi, 608, 1. Prophetarum prophetia fuit sensilis, XI, 49, 1. Est ea facta per angelos, *ibid.* Per angelos a Deo illuminantur, XXI, 109, 1. Mentis intuitum dum figerent in contemplatione unius simplicis veritatis, prægustum quemdam habuere beatitudinis, XIII, 245, 1. Sæpe viderunt futura in extasi, subinde alienati fuerunt a sensibus, et in extasin rapti, XIII, 245, 2. Habuere frequentes raptus in prophetando, XVIII, 262, 1. Eorum mens uno loco cum corpore substantialiter existens, alio et alio vi spiritus rapiebatur, XII, 782, 2. Non loquebantur in extasi, XIV, 158, 1, 2. Cum prophetarent de futuris, præsentes erant, non futuri, XXI, 108, 1, 2. Multa eorum quæ scribunt in visione ipsis ostensa, alia reipsa per eos et in eis facta sunt, XIV, 494, 1.

Prophetarum qualis scientia fuerit, XIII, 532, 2. An omnes prophetias suas intellexerint, XI, 51, 1, 2. Respondetur negative, *ibid.* An mysterium vocationis Gentium cognoverint, XVIII, 611, 1. Propheta est certus id eventurum quod prædicit, X, 527, 2.

Dabat eis Deus certa signa sui, XI, 46, 2; 47, 1. Excipientes divinam revelationem, fide divina tenebantur credere quæcumque a Deo revelante audiebant, et sua oracula esse a Deo, non vero somnia, XI, 47, 1; XIII, 19, 1; 246, 2. Etiam esse possunt sine fide Dei, X, 432, 2.

Non ita possidebantur a Spiritu sancto, quin multa possent agere et docere proprio spiritu, XVI, 352, 1. Prophetiæ spiritum non habebant perpetuo, sed erat is spiritus transiens, XIII, 250, 2; 615, 2; XIV, 57, 2. Subinde errant, et quare, III, 462, 1. Cum quædam ex suo spiritu proferunt XIII, 250, 2.

IV. QUODNAM OBJECTUM PROPHETARUM IN PROPHETANDO. — Eorum argumentum multiplex fuit, XI, 52, 2. Tria eorum fuere officia : primum docere, 52, 2; 53, 1. Alterum concionari, 54, 1. Ter-

tium futura prædicere, 56, 1, 2. Quatuor eorum munia, X, 516, 2. Prophetarum verba ad adventum Messiæ ordinata sunt, 233, 1. Eorum scopus et finis Christus est, X, 233, 1; XIII, 240, 1, 2. Prophetæ omnes Christo præluserunt, XI, 57, 1. Omnes de Christo prophetaverunt, XVI, 46, 1. Omnes in Christum collimant, XV, 6, 1. Ad Christum plerumque assurgere et subito velut avolare solent, XIII, 363, 1; 504, 1. In Christum desinunt et ad eum subito avolant, XIV, 301, 2. De Christo vaticinaturi non ex abrupto ad eum transeunt, sed gradatim, et cur, XIV, 451, 2. Omnium captivitatum et miseriarum finem et liberatorem statuunt Christum, XIII, 575, 1. De nomine Jesu prophetaverunt, XIX, 30, 2. Israelitas in fide Messiæ confirmarunt, quomodo se redemerint in fide virtutis, X, 528, 1. Messiæ adventu nuntiato, expectantes eum Judæos mire recrearunt, VI, 288, 1. Eorum oracula sunt velut favi, 230, 1. Judæos modernos convincunt, XI, 56, 1, 2.

Prophetæ prisci non tantum futura prædicunt, sed et docent et concionantur, XVIII, 394, 2. Eorum munus erat non solum futura prædicere, sed et populum docere, et legem Dei prædicare, XV, 278, 1. Prophetæ sunt velut prædicatores, XVII, 304, 1. Quales fuerunt prædicatores, V, 293, 1. Sunt pictores virtutis et vitii, XI, 52, 2, XIII, 227, 2. Sunt liber Dei et Spiritus sancti, XI, 52, 2. Vinitores sunt vineæ Domini, XIII, 317, 2. Fuere velut satores, XVI, 366, 2. Eorum officium est exhortari et consolari, XVII, 139, 1. Iis cessantibus invalescit iniquitas, VI, 405, 1. Fuere politici vel mystici Israelis parentes, X, 426, 2.

Semper auditores suos terrent, XVII, 15, 2. Primo auditores suos terrent, postea in spem erigunt, et cur, XI, 69, 2; 70, 1. Post tristia, solent lætæ subjungere, XI, 313, 2; XIII, 461, 2; 644, 1; XIV, 163, 2; 199, 1. Cur raro contra decem tribus prophetarent, XI, 52, 2. Prophetæ qui Judæ prophetarunt directe, indirecte quoque Israel respexere, et vice versa, XIII, 572, 1. Licet loquantur Judæis sæculi sui, tamen spiritu prophetico futuris etiam loquuntur, XI, 109, 2. Oracula sua omnibus temporibus scripserunt, XIII, 550, 2. Solent de posteris prophetare ut ævi sui vitia taxare non negligant, XI, 746, 2. Taxant scelera sui sæculi primo, deinde sub iis carpunt similia posterorum crimina, maxime committenda tempore Christi contra ipsum Christum, XIII, 550, 2. Prædixerunt horrorem diei judicii, item ejus signa prævia, XXI, 158, 2.

V. Quodnam Prophetarum dicendi et scribendi genus et modus. — 1° Prophetæ aliquando scripto, aliquando verbo, aliquando utroque modo prophetabant, XII, 178, 1; 256, 1. Visiones suas primo viva voce populo enunciabant, deinde conscribebant ut ab auditoribus repeti, et a posteris legi possent, XI, 66, 2; 67, 1; XIV, 158, 1. Multa prophetarunt quæ scripto nobis non consignarunt, XIV, 358, 2. Prophetæ omnes prophetias suas non scripserunt, vel si scripserint, aliquæ perierunt, 23, 2.

2° In publicis plateis, et magis in portis sua oracula prædicabant, XIII, 584, 1. Aliquas prophetias pro foribus templi omni populo legendas proponebant, XII, 178, 2. Suas prophetias jam *verbum*, jam *visionem* vocant, XXI, 28, 1. Solent prophetias suas et insignia Dei promissa obsignare per : *Hæc dicit Dominus*, quod in suis minis et oraculis identidem iterant, XI, 698, 1; XIV, 321, 1. Suas visiones et prophetias juramento confirmare solebant, XIII, 413, 2. Eas quando Deus jussit prophetias suas obsignare, XXI, 410, 2. Prophetæ non solent in publicis scriptis annos consignare a numero vitæ suæ, vel alterius privati, XII, 475, 1. Cur prophetiis suis titulos præfigant, XIII, 278, 1, 2. An Prophetæ qui nomen patriæ non præferunt, sint Hierosolymitæ, 279, 1.

3° Ad plures et plura diversis temporibus futura sua oracula extendunt, XI, 67, 1, 2. Loquuntur de Sion terrena et spirituali quasi de una et eadem re, cur, XI, 69, 1. Per Sion et Jerusalem nunc Judæos incredulos, nunc conversos intelligunt, *ibid.* Felicitatem bonorum spiritualium cum ubertate legis veteris comparant, *ibid.* Futuram redemptionem et felicitatem temporalem Judæorum cum spirituali miscent, XVIII, 159, 1, 2. Loquuntur de salute parta per Christum velut de acri certamine, XI, 69, 2. Solent redemptionem Christi describere per schema reditus e captivitate Babylonica vel Assyriaca, 390, 2. Cum de Christi redemptione loquuntur, duplici contrario nomine et fere copulato eam significare solent, 696, 2. Solent loqui de gentium et impiorum conversione quasi de venatione, captione, XII, 134, 1, 2. Invite prophetant mala, XIII, 561, 2. Deo per eos loquente tacere non audent nec possunt, *ibid.* Cur soleant post oracula excidii et cædium funebre carmen subjungere, 239, 1, 2.

4° Cur Prophetæ sint obscuri, XI, 60, 2; 61, 1. Eorum quanta sit obscuritas, XIII, 235, 1. Non servant ordinem temporis nec rei gestæ, nec gerendæ, XI, 66, 2; XXI, 11, 1; 350, 1; 416, 1. Sæpe tempora quibus prophetias habuerunt, non distinguunt, XIV, 380, 2. Omnia tempora æque ac terrena ac sæcularia videntur ipsis modicum quid, imo punctum vel momentum duntaxat, 331, 2. Iis omne tempus, etiam longissimum, videtur breve, XIX, 509, 1.

Prophetæ ab uno ad aliud saliunt, et cur, XI, 67, 2. Congrua occasione has metabases faciunt, *ibid.* Saliunt et resiliunt a typo ad antitypum, XIV, 402, 1. Dubium sæpe est an loquantur de typo an de antitypo, XI, 68, 1. Litteraliter subinde complectuntur typum et antitypum, *ibid.*

Multa prædicunt quæ quomodo et quando impleta sint, ignoratur, XI, 77, 2; 78, 1. Multa comminantur quæ etsi reipsa accidisse certum sit, quando tamen illa acciderint, incertum est, XIII,

481, 1. Multa prædicunt, quæ etsi facta non legantur, facta tamen fuisse non dubitandum, XIII, 519, 1; 637, 2.

Prophetarum verba diversos, imo contrarios subinde habent sensus, XIII, 241, 1. Sæpe alludunt ad historias sui temporis, quæ tunc omnibus notæ erant, jam autem incognitæ sunt, 248, 2. Subinde alludunt ad fabulas gentium et poetarum, 244, 1. In nominibus propriis cur alludant ad eorum significata, 236, 1, 2. Per fluvios provincias eis adjacentes denotant, XI, 215, 2. Abundant paradoxis, XIII, 251, 2. Enallage et mimesis iis frequens, XI, 71, 1. Gaudent metaphoris et allegoriis, XI, 71, 1, 2; XIII, 343, 2. Metonymia sæpe utuntur, XIII, 237, 2. Nomina propria gentium pro moribus vel morum similitudine commutant, XI, 72, 2. Cum ad certas provincias et gentes prophetant, cur consuetudines, ritus, mores, quin et voces illis proprias usurpant, XIII, 248, 2. Sæpe idem dicunt posteriori hemistichio quod dixerunt in priori, XI, 73, 1. Verba mentalia subinde capiunt pro realibus, et contra, *ibid.*, 2. Præteritis cur utantur pro futuris, 70, 1. Loquuntur de futuro per præteritum ob futuri certitudinem, XIV, 207, 1; XVIII, 26, 2; 603, 2; XX, 778, 2. *Vide* infra *Prophetæ Minores*.

VI. *Varii Prophetæ qui diversis temporibus apud populum Dei extiterè.* 1° Prophetæ legis naturæ qui fuerunt, XI, 431, 2. Propheta legis Mosis, *ibid.* Propheta magnus tota gens Hebræorum, III, 251, 2.

2° Propheta missus in Bethel contra idola Jeroboam non est Jadon, III, 624, 1. Verisimilius est Joas, *ibid.* Tria facit miracula, *ibid.*, 2. Præceptum a Deo et datum de non comedendo in Bethel, eum ad mortem obligabat, 624, 2. Mors ejus permissa in testimonium veritatis, 625, 2; 626, 1. Peccavit comedendo, sed venialiter tantum, 625 2.

3° Propheta in Bethel fuit fidelis, III, 624, 2 et seq. Mentitur officiose et venialiter tantum, 625, 1. Prophetam Dei sepelivit, 626, 2. Falso affirmat Josephus eum impedivisse Jeroboami conversionem ad Deum, *ibid.* Cur sepultus sit in sepulcro prophetæ Dei, 627, 1.

4° Prophetæ Majores et Minores omnem historiam et sapientiam gentilium antecesserunt, XIII, 254, 2. Fuerunt ante Pythagoram et veteres philosophos, XI, 57, 2. Vixerunt omnes ante trecentos annos, *ibid.* Per plurimos annos prophetarunt, XIII, 572, 1. Eorum harmonia chronologica, XI, 85-92. Ipsi occupant potiorem Scripturæ partem, eorum alii priores, alii posteriores vocantur, X, 300, 1. Prophetæ et prophetides variæ e Galilæa fuere, XVI, 429, 3.

4° Prophetæ Majores quinam sint, sunt quadriga Cherubim, XI, 42, 2. Eorum elogia, 43, 1. Quatuor Ezechielis Cherubini comparantur, 45, 1, 2. Prophetas quatuor designant quatuor rotæ divinæ providentiæ, XII, 505, 1.

6° Prophetæ Minores cur vocentur Minores, XIII, 216, 1. Multa prophetarunt quæ scripto non tradiderunt, *ibid.* Cur pauca scripserint, *ibid.*, 2. Argumentum eorum idem est quod Majorum, 219, 1. Eos sæpe in Novo Testamento Christus citat, *ibid.* Etiam christianis eorum oracula adaptari possunt, *ibid.* Duodecim sunt numero, sicut duodecim Patriarchæ et duodecim tribus, *ibid.*, 2. Sunt duodecim Apostolorum prodromi et antitypi, *ibid.* Horum alii prophetaverunt duabus tribubus tantum, Judæ et Benjamin, alii decem, alii utrisque: quomodo id in suis prophetiis indicent, 220, 2. Minantur Israelitis captivitatem Assyriacam, Judæis Babylonicam, et sub utraque extremam a Romanis captivitatem, *ibid.* Cur alii horum patres nominent, alii taceant, 221, 1. Duplici de causa eos quidam nominant, *ibid.* Cur in aliquibus nomen patriæ recenseatur, *ibid.* An ii quibus patria non additur, Hierosolymitani fuerint, *ibid.* Aliqui eorum tempus prophetiæ non notant, alii e contra id exprimunt, cur id nonnulli omittant, *ibid.* et 2. Medii Prophetæ qui tempus in titulis non præferunt, an prophetaverint sub illis regibus sub quibus prophetavit propheta præcedens, qui temporis titulum præfert, *ibid.* Probabile est eos pene omnes in Bibliis ordine temporis quo prophetaverunt, esse collocatos, *ibid.* Quis eorum sit ordo, *ibid.* Unus oracula alterius confirmat, 222, 1. In Minores Prophetas qui scripserint, *ibid.*, 1, 2. Abundant parabolis, symbolis, ænigmatibus, et cur, 223, 1. Aliquando ad litteram loquuntur de antiquis populi Judaici liberatoribus, allegorice de Christo; aliquando ad litteram de Christo, etsi cum allusione ad priores, 224, 1, 2. An aliqui eorum e cœtu Prophetarum fuerint, 231, 2. Certas sedes non habuerunt et domos, *ibid.* Nominum eorum etymologia, *ibid.* Quis eorum in prophetando finis fuerit, 232, 1. Eorum obscuritas, 233, 1. Mira harmonia Minores Majoribus concinunt, 238, 1. Apud eos est creber sarcasmus, *ibid.*, 2. Affectibus abundant, 240, 1. Eorum harmonia chronologica, 254, 1, 2 et seq. Cur prophetare inceperint circa exordia urbis Romæ, 255, 1, 2. Qui ante captivitatem Babylonicam, qui post reditum ex ea prophetaverint, 256, 1. Prophetarunt omnes per trecentos annos, *ibid.*, 2. Loquuntur concise, ænigmatice et parabolice, ideo obscuri sunt, 357, 1. Prophetarum ultimi fuerunt Zacharias et Malachias, multi fuerunt Machabæorum tempore, IV, 433, 1.

7° Propheta eximius est Christus nec æquit alia Propheta qui ejus esset præco, XVI, 316, 1; 320, 2. Prophetæ alicujus animam in Christum migrasse Pharisæi censebant, vel eum resurrexisse, et hunc esse Jesum, XV, 364, 1, 2.

8° Prophetæ legis novæ, XI, 43, 2. Tempore Christi aliquos Prophetas Deus excitavit, XVI, 429, 2. Prophetare iterum Gentibus quomodo dicatur Joannes, XXI, 219, 1. Prophetæ multi fuerunt Hierosolymæ, cum a Romanis expugnaretur, XI, 134, 1.

Prophetarunt multi in Novo Testamento proprie futura prædicendo, tum ex Spiritus sancti afflatu loquendo, et variis linguis Deum celebrando, XIII, 507, 2. Prophetas habuit Ecclesia a sui initio, XVII, 253, 2. Quomodo in conventu invicem cedere aut tacere deberent, et spiritum cohibere, XVIII, 396, 1.

VII. PROPHETÆ CREDENDI ET LEGENDI. — Prophetis quanta fides adhibenda, XX, 432, 2. Eorum prophetiæ sapienti perscrutandæ, X, 299, 1, 2. In prophetarum lectione sapientiam et fidem christianam S. Justinus reperit, VII, 606, 2. In Prophetis quærenda est sapientia, non eloquentia, XIII, 234, 2.

PROPHETIA. 1° *Prophetiæ vocis variæ acceptiones, definitio, diversæ species, natura.* Primo. *Prophetiæ vocis variæ acceptiones et definitio.* Prophetia quam varia significat, X, 405, 2. Prophetia vox Paulo multa significat, XVIII, 387, 2. Prophetia est melodia, et prophetare est laudare, III, 456, 2. Prophetia apud Paulum est facultas Dei consilia plenius ac certius cognoscendi et enarrandi, XVIII, 386, 2. Prophetia etiam vocatur quælibet oratio, doctrina et sermo sacer, XVIII, 206, 2; XIX, 233, 1.

Secundo. *Prophetiæ definitio*, XI, 46, 1, 2; XIII, 248, 1. Quæ sit prophetia de præsenti de futuro et præterito, XI, 46, 1. Versatur circa occulta, *ibid.*, 2. Prophetiæ propria definitio, *ibid.* Quare distinguatur ab augurio, necromantia, a sortibus consultoriis etiam licitis et conjectatione, 47, 2. Ejus definitio propria explicatur, 46, 47, 48.

Prophetia aliquando dicitur visio, aliquando verbum, auditio, X, 477, 2; XI, 66, 1; XIV, 361, 2. Vocatur visio ob quatuor rationes, XI, 103, 2; 104, 1. Prophetia tam læta quam minax vocatur *onus*, VI, 421, 1. Prophetia cur vocetur assumptio, XI, 278, 2. Prophetia Scripturæ quæ dicatur, XX, 437, 1. Prophetiæ hieroglyphicum quid sit, XIII, 223, 2. Prophetiæ symbolum manus est, XII, 477, 2.

Tertio. *Prophetiæ variæ species.* Prophetiæ species quintuplex, II, 253, 1. Octo prophetiæ sunt modi et species, XIII, 249, 1, 2. Prophetia iterum duplex est, XI, 48, 2; 49, 1. Intellectualis prophetia quæ sit et quotuplex, 49, 1. Imaginaria prophetia quæ sit, *ibid.* Prophetiæ varii gradus, 49, 2; 50, 1. Alia prophetiæ divisio, *ibid.* et 2. Prophetiæ actus septem, XIII, 20, 1.

2° *Veræ prophetiæ natura, vis ad probandum, prophetiarum adimpletio.* Primo. *Prophetiæ sunt divinæ*, X, 432, 1. Prophetias ad verbum dictavit Spiritus sanctus, XIX, 304, 1. Prophetia vera venit a voluntate Dei, XX, 437, 2 et seq. Prophetia proprie donum Dei est, XIII, 247, 2. Prophetia vera a falsa quatuor indiciis dignoscitur, 228, 2. Unde dignoscantur quod lætæ, vel tristes, vel mixtæ sunt, 245, 1. Prophetiæ Prophetarum Judæorum solæ sunt canonicæ et divinæ, X, 432, 2.

Prophetia an in sola imaginaria visione in mente sit, XIII, 19, 2. Prophetia quamdiu ejus executio pendet, obscura est, XXI, 10, 2. Interdum typum et antitypum complectitur, I, 32, 2. Per catachresin ad præteritum et præsens tempus se etiam extendit, XIII, 248, 2. Exempla utriusque, *ibid.*, et 249, 1. Aliquando tamen dum præterita prædicuntur, ventura quædam permiscentur, 249, 1. Prophetiam cum remota est, cur signari jubeat Deus, 109, 2. Quomodo dicatur claudi et signari, XI, 217, 2; 218, 1.

Secundo. *Prophetia est certa nota veræ Ecclesiæ*, XI, 43, 1. Prophetia est firmior visione, XX, 433, 1. Est velut lucerna, *ibid.*, 2. Prophetiæ fidelibus signum sunt benedictionis, XVIII, 394, 2.

Tertio. *Prophetiarum adimpletio.* Pleræque prophetiæ Veteris Testamenti adimpletæ sunt vel ante Christum, vel post Christum, XIII, 252, 1. Prophetia de vocatione Gentium ad Ecclesiam quando impleta sit, vel quando impleri cœpta, 644, 2. Prophetiæ perfecte in cœlo implebuntur, XI, 90, 2.

3° *Prophetiæ donum quibus a Deo datum sit.* Prophetiæ donum Deus sanctioribus subinde negat, minus sanctis vero, imo impiis communicat, XIV, 548, 2. Itaque Prophetiæ spiritus aliquando etiam impiis datur, III, 389, 1, 2; XIII, 227, 1, 2; XX, 433, 2. Ejus spiritus continuus nisi sanctis non datur ob tres causas, XIII, 227, 1, 2. Non datur nisi illustribus servis Jesu Christi, XXI, 336, 1, 2. Est virginitatis præmium, XVII, 379, 1. Ejus spiritus fuit in Paulo, XVIII, 13, 1. Ejus donum assequendi quis sit modus, X, 258, 1; XIII, 227, 2. Qua via anachoretæ prophetiæ donum acceperint, XIII, 228, 1. Exposcit lumen supernaturale, 246, 1, 2. Prophetiæ donum majus est conscribere sacros libros ex Deo, quam futura prædicere, IV, 201, 1.

4° *Prophetiarum ordo.* Prophetiæ Prophetarum non eo ordine sunt editæ quo collectæ, XI, 305, 1. Editæ aliis et aliis temporibus, unde mirum non est si idem obscurius repetant, 327, 1, 2. Prophetiæ Christi eo ordine quo ab ipso per se vel suis editæ sunt dispositæ, XV, 38, 1, 2.

Prophetia in Jerusalem defecit tempore excidii ejus per Nabuchodonosorem, X, 236, 2. Eam resuscitari orat Siracides, *ibid.*

5° *Prophetiæ quædam de quibus aliqua in commentariis quæstio.* Prophetia Enoch qualis fuerit, XX, 677, 2. Prophetia de Josia trecentis annis ante ejus nativitatem, III, 624, 1. Prophetia Jeremiæ de idolis Ægypti per Christum puerum dejiciendis, XII, 286, 1. Ea quæ de eversione Babylonis, quo anno dicta sit, 312, 2. Prophetia Jonæ de Ninives subversione comminatoria fuit, et conditionata, XIV, 51, 1. Prophetia Caiphæ de morte Christi quatenus vera fuit, et a Spiritu sancto profecta, XVI, 500, 1.

PROPHETICUS. Prophetici spiritus saltus et

resultus qui, XIV, 402, 1. Propheticum lumen quid sit, XIII, 246, 2. Est necessarium, non liberum menti, *ibid.* (*Vide* PROPHETA, PROPHETIA).

PROPHETISSA. Prophetissa ad quam Isaias accedit, quæ fuerit, XI, 210, 2; 211, 1, 2. Allegorice ipsa fuit vere Deipara, 211, 1, 2.

PROPINQUUS. Propinqui apud Hebræos quod jus haberent, V, 190, 1.

PROPITIATORIUM. 1° Propitiatorii descriptio, XIX, 435, 2. Erat id quasi arcæ operculum, I, 639, 2. Erat ex auro, 640, 1. An fuerit alte elevatum super arcam, *ibid.* Erat placatorium, et oraculum, et quasi sedes Dei, *ibid.* Vocatur oraculum, quia ex eo Deus vocaliter respondebat, XIX, 435, 2. Ex propitiatorio an Deus fuerit locutus per se in assumpto corpore, an vero per angelum, II, 102, 1, 2. Propitiatorium erat thronus clementiæ Dei, I, 74, 2.

2° Propitiatorium tropologice Christum significat et quomodo, I, 640, 2.

PROPORTIO. Proportio partium quæ sit in corpore humano, XIII, 39, 1.

PROPOSITIO. Propositiones generales negantes et affirmantes sunt absolute intelligendæ, XVIII, 22, 1. Propositiones affirmantes sæpe intelligendæ sunt non universaliter, sed commode, et cum exceptione, XV, 25, 2. At negantes absolute, et sine ulla conditione, *ibid.*

PROPOSITUM. 1° *Propositum in Deo. Propositum præcedentium delictorum in Deo quid sit*, XVIII, 75, 2. Propositum quid, et quinam vocati sint secundum propositum, 144, 1, 2. Æternum Dei beneplacitum et liberale decretum significant, 144, 2. Propositum, consilium et beneplacitum Dei idem sunt, 589, 2.

2° *Propositum in hominibus.* Primo. *Propositum emendationis in peccatore.* Propositum formale emendationis ad veram contritionem requiritur, XII, 636, 2: *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit judicium et justitiam, vita vivet, et non morietur.* Quod multi propositum serium emendationis non habeant, hinc damnantur, XX, 117, 1, 2. Propositum vitæ novæ est velut partus difficilis, XVI, 583, 2: *Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus: cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.*

Proposita bona sæpe faciunt peccatores, sed occurrente tentatione, illico ad vitia relabuntur, quia cor non mutant, XIII, 495, 2.

2° *Proposita bona quomodo firmiter tuenda*, IX, 586, 2: *Lœramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur, sic et cor confirmatum in cogitatione consilii. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur.* In bono proposito non est cessandum, nec retro respiciendum, XVI, 142, 1: *Ait ad illum Jesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.* Ipsum est illico executioni mandandum, 533, 1. Propositi pii efficacis vis, XXI, 280, 2. Propositum firmum omnibus sæculi illecebris resistendi cor hominis mundum a sæculo reddit, XX, 95, 1. Proposita bona oliyæ comparata, *Job*, 351, 1.

3° *Proposita bona quando renovanda.* Proposita bona mane concipienda, V, 339, 2. *Bene consurgit diluculo, qui quærit bona; qui autem investigator malorum est opprimetur ab eis.* Ab iis pendet totius diei decursus, *ibid.* Propositum mane faciendum Deo perfectius serviendi, IX, 108, 1: *Qui timent Dominum, inquirent quæ bene placita sunt ei.*

4° *Propositum peccandi.* Propositum deliberatum peccandi est velut statera dolosa, XIII, 450, 2.

PROPRIETARIUS. Proprietarii monachi olim infames erant, et sacra sepultura privabantur, XVII, 148, 1.

PROPRIETAS. Proprietates tres relativæ excellentissimæ sunt in Trinitatis personis, IX, 624, 2.

PROPTER, PROPTEREA. *Propter* quadruplicem causam significat, XVIII, 89, 1. *Propterea* aliquando est illativum, non causale, XVI, 422, 1.

PROPUGNACULA. Propugnacula argentea quid significent, VIII, 228, 1, 2.

PROPUGNATOR. Propugnatorum cohors quæ esset Bysantis, et eorum symbolum, XXI, 26, 1, 2.

PRORA. Prora cur in navibus constringi soleat, XVII, 429, 1.

PROSELYTUS. Proselyti olim tempore legis Mosaicæ qui dicerentur, XVII, 91, 1; XVIII, 606, 2. Proselytus erat qui a gentilismo ad judaismum accedebat, XV, 492, 1. Proselyti qui sint, et quomodo vocentur timentes Deum, XII, 597, 2. Proselytis quoque terram dividi jussit Deus, 855, 1, 2. Proselyti anno septimo a suis debitis non liberabantur, sed Judæi soli, II, 451, 1. Proselyti cum Judæis in sabbatis conveniebant, ad legem in synagoga audiendam, XVII, 280, 2. Proselyti ad judaismum facti multi per Machabæorum victorias, XIV, 540, 1.

PROSEUCHA. Proseucha capitur pro templo et synagoga, XVII, 310, 1.

PROSPER, PROSPERITAS. 1° *Prosperitas a quo venit, et quibus promissa.* Prosperitas omnis a Deo descendit, IX, 298, 1; 299, 1: *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Est filiis promissa ob bonos parentes, VI, 53, 2: *Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.*

2° *Prosperitatis hujus vitæ natura.* Prosperitas est instabilis, *Job*, 597, 1: *Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide*, 625, 2. Facile mutatur in adversitatem, 597, 1. Prosperitas hujus vitæ somno similis, 422, 1: *Velut somnium avolans non invenietur; transiet sicut*

visio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non videbit : neque ultra intuebitur eum locus suus. Prosperitatis tempus dies significat, nox tribulationis, *Psalm.* I, 78, 2. Prosperitatis effectus, *Psalm.* I, 181, 1. Prosperitas adversitate, adversitas prosperitate temperanda, IX, 355, 1, 2; XI, 149, 1.

3° *Prosperitatis pericula.* Prosperitas periculosa, quod exemplo Davidis et Salomonis probatur, III, 475, 2; 479, 1; 613, 1. Prospera mentem dissolvunt, X, 356, 1, 2; 496, 2; 497, 1. Et inflant, 115, 2. Ea stultus efficitur stultior, XIV, 204, 1. Prosperitas enecat virtutem, V, 282, 1. Inducit Dei et adversitatis oblivionem, IX, 356, 2: *In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum.* Inducit Dei contemptum, VI, 432, 2. Hæc sæpe grave malum causat, IX, 549, 1, 2 et seq. : *Est processio in malis viro indisciplinato, et est inventio in detrimentum.* Prosperitas cuique velut tempestas est, XV, 344, 1. Sæpe opprimit eum a quo habetur, XIV, 204, 2.

4° *Prosperitatis impiorum effectus et exitus, Psalm.* I, 475, 2 et seq. Prosperitas impiorum in magnam calamitatem desinit, V, 53, 2 et seq. : *Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.* Ea magis timenda quam adversitas, 54, 1. Semper mixta est adversitati, 419,1 : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Prosperitas impiorum brevis est, VI, 238, 1 : *Ne contendas cum impiis, nec æmuleris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Quasi somnus est, *Psalm.* I, 479, 2. *Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Prosperitas impiorum ruina, *Job*, 453, 1 : *Quoties lucerna impiorum extinguetur, et superveniet eis mundatio, et dolores dividet furoris sui?*

Prosperitas impiorum magna est tentatio justorum, et quomodo ea superetur, *Psalm.* I, 232, 1 : *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias.* Prosperitas impiis non est invidenda, V, 99, 1 : *Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus;* VI, 194, 2; 195, 1, 2 : *Non æmuletur cor tuum peccatores : sed in timore Domini esto tota die. Quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua nunquam auferetur* (*Vide* Impii).

PROSTIBULUM. Prostibulum latine et lupanar et meretricem sonat, XIII, 518, 2. Eadem etiam prostibula feminine dicebatur, *ibid.* Prostibulum est domus mortis et gehennæ, V, 200, 1.

PROSTRATIO. 1° Prostratio signum est humilitatis, cur, IV, 335, 1.

2° Prostratio Judæorum in horto ad terram, XV, 576, 2, XVI, 607, 1. Ista prostratio casum Judæorum irreparabilem, item reproborum significat, XV, 576, 2.

PROTAGORAS. Protagoras ex bajulo lignorum factus est philosophus, XIII, 639, 1. Ejus scomma in anum comptam, XIX, 329, 2. Protagoræ athei libri Athenis sunt exusti, 289, 1.

PROTECTIO. Protectio Dei, *Psalm.* I, 161, 1, 2: *Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Psalm.* II, 116, 1, 2 : *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur;* 274,2 : *Qui timent Dominum, speraverunt in Domino; adjutor eorum et protector eorum est.* Protegere dexteram quomodo dicatur Deus, non sinistram, 341, 2: *Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.* Protectio Dei ergo sanctos, IX, 431, 1, 2: *Statuit filios suos sub tegmine illius, et sub ramis ejus morabitur. Protegetur sub tegmine illius a fervore, et in gloria ejus requiescet.* Protectio Dei qualis, *Job*, 146, 1 Est murus adamantinus, 29, 2. Protectio nostra Christus, 372,2 : *Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me.*

PROTEUS. Proteus est forma gubernatorum, V, 323, 1. Est symbolum dolosorum, VI, 103, 1.

PROTOCANONICUS. Protocanonici libri S. Scripturæ qui vocentur, IX, 15, 1; XX, 496, 1 (*Vide* Scriptura sacra).

PROTOGENES. Protogenes in sua arte nimis morosus fuit, XIX, 111, 1.

PROTOPLASTUS. Protoplasti ob linguam non bene custoditam e paradiso sunt ejecti, V, 450, 2.

PROVENTUS. Proventus variarum regionum describitur, XII, 699, 2. Proventus optimus est qui ex agro colligitur, VI, 219, 1. Proventus impiorum e labore usurpatur ab iis ad peccatum, V, 292, 1.

PROVERBIUM. 1° Proverbium quid proprie in Scriptura significet, XII, 623, 1. Quid sit proprie, V, 15, 1, 2. Sæpe cum parabola et parœmia confunditur, V, 15, 1, 2; X, 295, 2; 300, 2; 301, 1; XVI, 586, 2. Aliquando hæc distinguuntur ab invicem, X, 301, 1, 2. Proverbium unde dicatur, V, 17, 2. Ejus definitio, 18, 1. In quo ejus gratia consistat, *ibid.* Proverbia vocantur non solum adagia, sed et quælibet sententiæ graves, IX, 268, 1.

2° Proverbia gravia et matura sapientiam sectanti sunt in consilium adhibenda, IX, 216, 2 et seq. Proverbia significantia malum plerumque in auctorem recidere, X, 41, 1, 2. Proverbia denotantia alium luere quod alius peccavit, XII, 631, 1, 2. Proverbia quadrantia in eos qui cum parva præstare nequeant, ambiunt magna, 106,1,2. Proverbia quædam novis nova convenire indicantia, XV, 247, 2. Alia rem impossibilem significantia, 430, 1. Alia curam minimorum, et oscitantiam in maximis denotantia, 493, 1, 2.

3° Proverbia Salomonis sunt liber πανάρετος, IX, 27, 1. Proverbiorum Salomonis stylus et profunditas, V, 545, 2. Eorum elegantia, VI, 165, 2 et seq. Ea cedunt *Ecclesiastico*, IX, 27, 1. Sunt

in tres partes divisa, I, 165, 1. Eorum ordo sæpe non est certus, IX, 30, 1. An carmine sint conscripta, VI, 252, 2.

4° *Proverbiorum* libri quod sit argumentum, V, 1, 1; 2, 1. Ejus auctoritas canonica, 2, 1. Est a Salomone conscriptus, sed quædam proverbia sunt ab aliis digesta et disposita, 2, 2. Ejus partes primariæ sunt duæ, *ibid.* Ejus gnomæ ordinem et connexionem non habent, 3, 1; 269, 2. Quo stylo ea sint conscripta, *ibid.*, 2. Olim in synagogis decantabantur, *ibid.* Eorum liber quomodo inscribatur. 4, 1. Quam variam materiam contineant, *ibid.* Notant quid sæpe fiat, non quid semper, *ibid.* Eorum sapientia, *ibid.*, 2. Vocantur a Patribus sapientia Salomonis, *ibid.* Eorum dignitas et utilitas, 6, 1. Quis eorum scribendorum finis et scopus, *ibid.*, 2. Omnium virtutum documenta tradunt, *ibid.* An hagiographis, an prophetalibus accensenda sint, *ibid.* Sunt velut oracula, 18, 1. In iis sæpius Dei attributa inculcantur, 19, 2. In ipsis quæ lateat elegantia : sæpe posterius eorum membrum oppositio est prioris, aperte vel occulte, 269, 1; 284, 1. In iis nonnullæ gnomæ sunt meræ similitudines; quædam etiam sunt de eventis hujus vitæ, 269, 2. Nonnullæ sunt comminatoriæ, aliæ promissoriæ; quædam ethicæ, quædam œconomicæ, aliæ politicæ, *ibid.* Ejus gnomæ brevitate sua acutæ sunt, 327, 2.

PROVIDENTIA (*Vide* Deus, cap. III, art. III, § IV).

PROVIDUS. Providus in actionibus nos esse oportet, XVII, 267, 1.

PROVINCIA. Provinciæ filii quinam dicerentur, IV, 209, 1. Per provinciam olim intelligebatur Babylonia, sicut nunc per urbem Roma, *ibid.* Provincia quæque suas habet proprietates, XVIII, 536, 1. Per provincias quando Apostoli dispersi sunt (*Vide* Apostoli).

PROVISIO. Provisionem vini, frumenti, olei, etiam annuam, non vetat Dominus, dum sollicitudinem anxiam inhibet, XV, 203, 2.

PROXIMUS. 1° *Proximus quis sit*, XVIII, 221, 2. Proximus erat nomen correlativum, XV, 153, 1 : *Quis eorum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?* Proximum est quid nobis vicinissimum, XVI, 151, 1 : *Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus proximus?* Proximus quilibet vocatur amicus, IX, 535, 2. Proximus cur Hebræis sit socius et amicus, XIV, 446, 1 : *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo..... Et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris.* Quo sensu fuerit Deus Hebræis peccantibus proximus, XIX, 381, 2 et seq. Omnes proximi sumus, et nobis proximi sunt omnes homines, X, 361, 2; XVI, 150, 2. Proximus est alter ego, *Job*, 150, 2.

2° *Quæ regulæ sequendæ in relationibus cum proximo.* Proximo non faciendum quod tibi fieri nolles, IV, 286, 1 : *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Qui proximum censurat aliter ac se, duplici utitur pondere, VI, 58, 1 : *Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Proximo præstandum aut non præstandum quod ipsi nobis fieri volumus aut nolumus, XV, 209, 1 : *Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis : hæc est enim lex et prophetæ.* Proximum ex nobis metiri debemus, *Job*, 151, 1.

3° *Quid proximo non faciendum.* De eo non est contemptim loquendum in convivio, X, 139, 2 : *In convivio vini non arguas proximum, et non despictas eum in jucunditate illius.* Proximum despiciens stolide facit, V, 320, 2 et seq. : *Qui despicit amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacebit.* Ejus vitia velanda sunt, 321, 1. Proximi carnem edit detractor, VI, 197, 2 : *Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt; quia vacantes potibus, et dantes symbola consumentur, et vestietur pannis dormitatio.* Proximus egentem despiciens peccat inhumanitate et superbia, V, 425, 1 : *Qui despicit proximum suum, peccat; qui autem miseretur pauperis, beatus erit.* Proximus non nimis crebro adeundus, maxime ut quid ab eo appetatur, VI, 276, 1 : *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.*

4° *Quid proximo præstandum.* Primo. *Proximus est diligendus;* XV, 484, 1, 2 : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ.* Proximus diligendus quis sit, XX, 111, 1 : *Si tamen legem perficitis regalem : Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis.* Est diligendus proxime post Deum, et sicut nos ipsos diligimus, XV, 484, 1. Quomodo et quantopere diligendus, XVI, 151, 1; XX, 593, 2 : *In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere.* Diligendus est propter Deum, XVIII, 222, 2. Vera hic charitate diligi nequit, nisi simul diligatur Deus, *ibid.* Quomodo in ejus dilectione tota lex contineatur, IX, 482, 2; XV, 484, 2 : *In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ* (*Vide* Amor proximi).

Secundo. *Proximo suum jus tribuendum debito tam justitiæ quam charitatis*, IX, 482, 2.

Tertio. *Proximo benefaciendo, et quidem intuitu Dei*, XX, [illegible] 2. Proximo præstanda est misericordia, XVI, 126, 2. Ei quod datur, Christo datur, XVI, 564, 2. Ab eo non est vultus avertendus, X, 361, 2. Proximus in vitæ periculo cons-

titutus, eripiendus est, VI, 227, 1 : *Erue eos qui ducuntur ad mortem ; et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.* Eum fideliter juvans a Deo et ab hominibus laudabitur, X, 133, 1, 2. Proximorum auxilio vacans facile colligit animum cum voluerit, si nihil desiderat eorum quæ videntur, *Psalm.* I, 305, 2.

Quarto. *Proximo, quia proximus est, injuriæ condonandæ sunt,* X, 47, 1 : *Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.* Ei remittenda offensa ex intimo corde, XV, 416, 2 : *Sic et Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* (Vide INJURIA).

Quinto. *Proximo læso prius satisfaciendum, quam sacrificium offerendum,* XV, 162, 2 : *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum.*

Sexto. *Proximus convertendus et corripiendus.* Proximum convertentes, sunt sicut os Dei, XII, 130, 2: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris : convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos.* Proximus peccans ut corripiatur, exigit fraterna charitas, XV, 407, 2 et seq. Idque primo privatim, deinde coram testibus, 408, 2 (*Vide* CORRECTIO, CORREPTIO).

PRUDENS, PRUDENTIA. 1° *Prudentiæ definitio, natura et actus.* Primo. *Prudentiæ definitio,* XX, 352, 2. Unde vox *prudentia* formetur, et unde prudens et prudentia dicantur, V, 76, 2; XX, 352, 2. Prudentia et doctrina qui differant, V, 20, 1, 2 : *Parabolæ Salomonis filii David, regis Israel,... ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendum eruditionem doctrinæ.* Prudentiæ nomine vocatur apud *Ecclesiasticum* sapientia, IX, 57, 1 : *Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.* Prudens eloquii mystici quis sit, XI, 134, 1, 2.

Secundo. *Prudentiæ natura.* Prudentia in quo consistat, in præteritorum memoria, præsentium consideratione, et futurorum prævisione, VII, 291, 2. Consistit in frigore et timore, X, 159, 2 : *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem, etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.* Prudentia dicendi et agendi consistit in particulari, imo in individua rerum peristasi et circumstantia, V, 467, 2 : *Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus.* Prudentia vera sine cæteris virtutibus esse nequit, IX, 430, 2. Prudentia efficax quando dicatur, 84, 1, 2. Prudens cur dicatur thronus intelligentiæ, V, 368, 2. In ariete designatur, VI, 468, 2. Prudentia triplex est, ethica, œconomica, politica, X, 438, 2 : *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute et prudentia sua prædili, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum.*

Tertio. *Prudentiæ partes, actus et officia,* XX, 352, 2. Prudentia quid in homine efficiat, VII, 283, 2 : *Sapientia hominis lucet in vultu ejus, et potentissimus faciem illius commutabit.* Prudentia ficta et sincera cernitur in judicio, ficta veraque humilitate et rebus omnibus, IX, 539, 1, 2 : *Est solertia certa, et ipsa iniqua. Et est quæ emittit verbum certum enarrans veritatem.* Prudentia sapientis est intelligere actiones suas; at impiorum est machinari dolos et fraudes; sed hæc illorum sapientia summa est insipientia, V, 410, 2 : *Sapientia callidi est intelligere viam suam : et imprudentia stultorum errans.* Non præsentia solum, sed et præterita ac futura prospicit, VI, 3. 2 : *Ubi non est scientia animæ, non est bonum; et qui festinus est pedibus, offendet.* Prudentia est oculus animæ, *ibid.* Ad omnes actiones reflectit, *ibid.* Omnia agit considerate, V, 391, 1 : *Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est aperit stultitiam.* Prudens cuilibet famæ non temere credit, 368, 2 : *Homo versutus celat scientiam, et cor insipientium provocat stultitiam.* Non facile omni verbo et consilio credit, 420, 2 : *Innocens credit omni verbo; astutus considerat gressus suos.* Prudens nemo simul et audax, XVIII, 672, 1. Providens pericula, ea prudenter declinat, VI, 137, 1 : *Callidus videt malum, et abscondit se.* Facile discit et docet prudentiam, sive doctrinam, V, 408, 1 : *Quæsivit derisor sapientiam, et non invenit; doctrina prudentium facilis.* Rationes commodas invenit et vitat contrarias, VI, 216, 1 : *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.* Prudentes etiam a servo moneri et corripi gaudent, IX, 321, 2; 322, 1 : *Servo sensato liberi servient : et vir prudens et disciplinatus non murmurabit corripiens, et inscius non honorabitur.* Prudentia spiritualis in rebus dubiis ad judicium Ecclesiæ Romanæ recurrit, XVIII, 266, 1. Prudens ita operatur ut fructum a solo Deo expectet, V, 505, 1 : *Eruditus in verbo reperit bona, et qui sperat in Domino, beatus est.* Prudens quandoque prudenter desipit, VII, 333, 2.

Prudentes pauciloqui sunt, loquuntur raro et considerate, V, 554, 1, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est; et pretiosi spiritus vir eruditus;* Job, 298, 2 : *Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.* A prudentia in loquendo et agendo quisque noscitur, V, 352, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum : sic probatur homo ore laudantis.* Quid ea in loquente requirat, *ibid.* Prudentia in dicenda sententia tam in consilio quam extra illud, servanda, 467, 2 : *Lætatur homo in sententia oris sui : et sermo opportunus est optimus.* Prudens sermonem orditur a sui vituperio, 577, 1 : *Justus prior est accusator sui : venit amicus ejus, et investigabit*

bum. Prudens pro veritate **respondet**, *Job*, 154, 1.

Prudens socium loquentem non deludit, V, 321, 2 : *Qui despicit amicum suum indigens corde est, vir autem prudens tacebit.* Dum reprehendit, non vulnerat, secus imprudens, 363, 2 : *Est qui promittit, et quasi gladio pungitur conscientiæ, lingua autem sapientium sanitas est.* Prudens tardus est ad iram et vindictam, VI, 12, 1 ; 13, 1 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.*

2° *Prudentiæ effectus et fructus.* Primo. *Prudentiæ fructus spirituales.* Prudentiæ elogium et encomium, VI, 117, 1 ; XX, 352, 2 et seq. Prudentia Dei insigne donum, ejus effectus varii, XI, 257, 1, 2. Prudentia est virtutum omnium modus, hinc ei modus poni nequit, VI, 182, 2 : *Noli laborare ut diteris : sed prudentiæ tuæ pone modum.* Prudentia est omnium virtutum auriga, XIX, 212, 1, 2. Est virtutum princeps, regina, lux, V, 260, 2 et seq. : *Principium sapientiæ, timor Domini ; et scientia sanctorum prudentia.* Magistra et mater est fortitudinis, XIV, 160, 2. Est mater patientiæ, VI, 12, 1. Reddit onera spiritus portatu facilia, V, 574, 2 : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam ; spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere ?* Prudentia naturalis potest corda alia penetrare tripliciter, VI, 351, 2 : *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Prudentia dictat misericordiam, 12, 1. Reddit hominem longanimum et dominum iræ, *ibid.*, 2. Prudens facile pacem mutuam conservat, XV, 702, 1, 2 : *Habete ergo in vobis sal, et pacem habete inter vos.* Prudentia hominis periti resistit cordi pravo et tristitiæ, X, 240, 1, 2 : *Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistet illi.*

Secundo. *Prudentiæ fructus temporales.* Prudens seipsum a multis malis et infortuniis immunem præstat, VI, 9, 1 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit ; qui autem possessor est mentis, diligit animam suam ; et custos prudentiæ inveniet bona.* Prudens beatus est, XI, 257, 2. Quare prudens ordinarie in actionibus suis sit prosper, VI, 77, 1. Quare aliquando in actionibus suis non prosperetur, X, 169, 1. Prudentia parat opes et gloriam, V, 216, 1 : *Mecum sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia.* Prudens laborando mendicitatem cavet, X, 343, 1 : *In ore imprudentis condulcabitur inopia, et in ventre ejus ignis ardebit.* Prudentia domum tum materialem, tum civilem ædificat et perficit, VI, 216, 1, 2 et seq.: *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.* Prudentes principibus placent, IX, 557, 2 : *Sapiens in verbis producet seipsum, et homo prudens placebit magnatis.*

3° *Prudentiæ necessitas.* Prudentes esse jubemur sicut serpentes, XV, 267, 1 et seq. : *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.* Varia ejus præcepta, XX, 352, 2 ; 353, 1 ; 416, 2. Ejus præcepta tria, XI, 258, 1. Prudentem oportet sapere ad sobrietatem, *Job*, 519, 1 : *Respondens autem Job dixit : ..... Cui dedisti consilium ? Forsitan illi qui non habet sapientiam, et prudentiam tuam ostendisti plurimam ?*

Prudentia est prima dos regis ad rite gubernandum, IV, 216, 1. Maxime regi necessaria, XI, 430, 2 : *Non vocabitur ultra is qui insipiens est, princeps.* Prudentia decet præfectos et gubernatores, V, 27, 1, 2 : *Audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit.* Prudentes viri sunt reipublicæ aurigæ, XI, 134, 1, 2. Prudentia principum respublicas florentes reddit, IX, 295, 2 : *Rex insipiens perdet populum suum, et civitates habitabuntur per sensum potentium.*

Prudentia in rectore maxime necessaria est, XII, 504, 1. In episcopo necessaria, XIX, 212, 1, 2 : *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem.* Prudentia potior dos in prælato quam sanctitas, XVII, 70, 2.

Prudentia in conflictibus et bello adhibenda, VI, 220, 2 : *Quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa consilia sunt.* Item in bello spirituali, 221, 1. Prudentia militaris adhibenda in cohibendo milite a spoliis, IV, 431, 2.

4° *Prudentiæ exempla.* Prudentia bellica Judithæ, IV, 349, 1, 2. Prudentia pueri Jesu in admirationem audientes rapiebat, XVI, 83, 1. Quantam prudentiam in omnibus rebus habuerit Paulus, XVII, 33, 2. Prudentis vitæ axiomata, VII, 6, 1. De prudentia apologus, V, 261, 1. Prudentiæ dogma, XIII, 143, 2.

5° *In quibus maxime reperiatur prudentia.* Prudentia in capite frigente viget, I, 305, 1, 2. In sensibus viget, et proprie senum est, V, 513, 1 : *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur*, IX, 672, 2 ; 673, 1, 2 ; 674, 1 : *Quam speciosum canitiei judicium, et presbyteris cognoscere consilium ! Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus et consilium ! Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei.* Hinc in iis crescit, decrescentibus aliis virtutibus, 674, 2. Prudentia non reperitur in ore stulti, VI, 302, 1. Nec eum decet, *ibid.*

6° *Prudentia humana et carnalis.* Prudentia carnis est sapere carnalia, XVIII, 131, 2 : *Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt ; qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est ; prudentia autem spiritus, vita et pax.* Hæc mortem, dum prudentia spiritus vitam operatur, *ibid.* Illius descriptio, *ibid.* Cur illa inimica sit Deo, 132, 1 ; *Quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Prudentia humana nihil est, 213, 2 : *Nolite*

esse prudentes apud vosmetipsos. Prudentia sæculi præpostera, *Job*, 451, 1. Prudentiæ propriæ non est innitendum, IV, 287, 1; V, 76, 1, 2.

PRUINA. Pruina dicta a *perurendo*, I, 310, 1; IX, 622, 1; X, 405, 2; 411, 1. Quid proprie sit, X, 408, 1. Unde generetur, *ibid.* Eamdem habet cum nive generationem, *ibid.*, 2. Est similis cineri colore, copia, virtute, item sali, *ibid.*, 2. Pruina est quasi avis hiemis, 402, 2. Ejus commoda, IX, 622, 1; X, 408, 1. Ejus incommoda, X, 408, 2.

PRUNA. Pruna mundata sunt Isaiæ prophetæ labia, XI, 172, 2.

PRUNARIUM. Prunarium in curru Cherubim quid symbolice designet, XII, 511, 2.

PRURIGO, PRURITUS. 1° Pruriginis morbo laborant voluptuarii, et cur, XIX, 308, 1.

2° Pruritus aurium in impiis quid sit, XIX, 308, 1. Prurigo et pruritus symbolum concupiscentiæ et voluptatis, VI, 66, 1; IX, 597, 2 et seq.

PSALLERE, PSALMODIA. 1° *Psallere sapienter* quid sit, XVIII, 390, 2; *Psalm.* I, 309, 1. Psallendi Deo genera quatuor, *Psalm.* II, 161, 2. Psallere item prophetare vocatur, XVIII, 387, 1.

2° Psalmodia sacra commendatur, X, 335, 1, 2. Est opus angelicum, XI, 172, 2. Ejus usus et fructus, X, 490, 1; XIX, 107, 2. Psalmodiæ quatuor fructus, XX, 213, 2.

3° Psallendi usus apud veteres Christianos, XVIII, 660, 1. Psalmodia in primitivæ Ecclesiæ conventibus fiebat, 395, 1. Psalmodia perpetua a quo primum in Ecclesia est introducta, XXI, 111, 2; 118, 1.

PSALMUS. 1° Psalmus, hymnus et canticum quomodo differant, XVIII, 659, 1. Psalmi singuli seorsim dictati et scripti sunt, XIII, 253, 1. Psalmi nonnulli cur alphabetici scribantur, *Psalm.* I, 139, *in titul.* Psalmi Graduales unde dicti, XII, 785, 1; *Psalm.* II, 259, *in titul.* Psalmi Graduales cujus rei figuræ, *ibid.* In Psalmis significatio primi verbi est regula significationis secundi, *Psalm.* I, 14, 1. Psalmus nonus et quadragesimus quando compositus, IV, 118, 1. Psalmus trigesimus tertius, quando compositus, III, 397, 1. Item quinquagesimus primus, 402, 1. Item quinquagesimus quintus, 397, 1. Item quinquagesimus octavus, 388, 1. Non omnes psalmos composuit David, sed Asaph etiam aliquos scripsit, IV, 184, 2. Psalmi Salomonis spurii sunt, X, 404, 2. Psalmi qui Aggæi et Zachariæ nomine inscribuntur, an ab ipsis compositi, XIV, 314, 1, 2.

2° Psalmus secundus ad litteram de Christo loquitur, XIX, 356, 2. Uti et Psalmus octavus, qui et ei inscribitur, 368, 1. Nec non et psalmus vigesimus primus, 373, 1. Et Psalmus trigesimus nonus, 455, 2. Psalmus quadragesimus quartus est epithalamium Christi et Ecclesiæ, non Salomonis et filiæ Pharaonis, 360, 1. Psalmus nonagesimus nonus compositus ut eo populus ad devotionem excitaretur, etiam ad christianos refertur, 380, 2 et seq. Psalmus centesimus nonus de Messia, non de alio quopiam est intelligendus, XV, 485, 2 et seqq.

3° Psalmorum laus, III, 526, 2. Psalmi Davidis nonnisi devotionem in Deum et amorem in proximum spirant, X, 484, 1. Psalmus quinquagesimus pœnitenti assidue legendus est, XVIII, 467, 1. Psalmus nonagesimus in tentationibus a multis legi solet et sub noctem contra dæmones, III, 388, 1; IX, 99, 2. Psalmorum interpretes quantum boni præstent, X, 433, 2. Psalmi mentem excitant, elevantque ad sublimia, XIII, 227, 1.

4° Psalmos Judæi et cantica in templo ad laudem Dei canebant, XIII, 587, 1. Idque partim voce, partim instrumentis musicis, *ibid.* Psalmi hodie in Ecclesia passim canuntur, X, 489, 2.

PSALTERIUM. Psalterium est totius Scripturæ compendium, Bibliorum epitome, et totius theologiæ consummatio, X, 490, 1. Psalterii Anglicani quanta sit auctoritas, IX, 70, 2.

PSEUDOAPOSTOLUS. Pseudoapostoli adversus quos Paulus insurgit, fuere judaizantes, XVIII, 482, 1. Eorum in ipsum calumniæ, 482, 2. Eorum mores, 495, 1. Lenones sunt Satanæ, 492, 2. Illorum fastus, *ibid.* Lucris student, et evangelium adulterant, 430, 2. Semper dulcia profitentur, 336, 2.

PSEUDOBEROSUS. Pseudoberosus a vero Beroso multum distat, XI, 322, 2.

PSEUDOCHRISTUS. Pseudochristi fuere varii apud Judæos, XV, 509, 1, 2.

PSEUDOMESSIAS. Pseudomessiæ apud Judæos varii fuerunt, XVI, 468, 2; 471, 1. Invenerunt, ut mactent, 472, 1.

PSEUDOPASTOR. Pseudopastores cur vocentur hirci, XIV, 478, 1.

PSEUDOPROPHETA. Pseudoprophetæ a veris quibus signis dignoscantur, XIII, 228, 2. Pseudopropheta est, qui evocat a via salutis, aut ad latam et perversam, XV, 211, 2. Pseudoprophetæ sunt hæresiarchæ, XI, 43, 2. Pseudopropheta cur dicatur cauda refrænans et juncus, 239, 1, 2. Pseudoprophetæ ad assentationem loquuntur, 431, 1. Pseudoprophetarum adulationes, XII, 377, 1. Pseudoprophetæ alii furantur verbum Dei, alii adulantur, alii jactant visiones, et falsa miracula, 186, 2. Explodebant hi Jeremiam. 187, 1, 2. Pseudoprophetæ nunquam defuere, XX, 440, 1. Pseudoprophetæ comptuli incedebant, XIV, 91, 1. Cur sibi stigmata infligerent, 519, 1. Eorum mores describuntur, XII, 746, 2. Parietem liniunt luto soluto et friabili sine paleis, 592, 1.

PSYCHICUS. Psychici qui dicantur, XX, 163, 1.

PSITTACUS. Psittacus biennio primo vitæ facile addiscit, in senio obstupescit, VI, 143, 2; 193, 1. Psittaci Brasiliæ pastorum vigilantiæ sunt symbolum, XII, 527, 2. De psittaco apud exteros bene habito apologus, XVI, 105, 1.

PTISANA. Ptisana quid sit, ptisanæ medicæ

salubritas, ejus usus in febribus, III, 506, 1; VI, 354, 1.

PTOLEMÆUS. Ptolemæus commune erat nomen regum Ægypti, XIX, 409, 2. Ptolemæi sorores suas in uxores ducere solebant, XIII, 28, 1. Ptolemæi ipsi Ægyptum et incolas perdiderunt, X, 227, 2. Ptolemæorum qui post Alexandrum Magnum in Ægypto regnarunt series, IV, 407, 1, 2.

PTOLEMÆUS I SOTER seu LAGUS. Ptolemæus Soter fuit ab aquila enutritus, I, 597, 2. A Ptolemæo Lagi cæteri vocati sunt Ptolemæi, IV, 393, 1; IX, 45, 2. Fuit vir fortissimus, varia ejus gesta, XIII, 149, 1. Infeliciter cum Antiocho Theo dimicans fœdus cum eo iniit, *ibid.* Judæos valde afflixit, IX, 89, 1; X, 227, 1, 2; 230, 1; 232, 2; 552, 1. Ptolemæo Lagi optime sapuit panis cibarius in fame, VI, 334, 2. Quando vita functus, IX, 20, 1; 45, 2.

PTOLEMÆUS II PHILADELPHUS. Ptolemæus Philadelphus bibliothecam Alexandrinam mire auxit, ipsius auspiciis adornata interpretatio Bibliorum Græcorum, IX, 1; XIV, 192, 1. Multa Judæorum millia ex Ægypto libertate donata domum remisit, et ideo Septuaginta interpretes obtinuit, et e Judæa accersit, IV, 505, 2; X, 306, 2; 552, 1; XIV, 482, 1. Quas quæstiones Septuaginta interpretibus proposuerit, IX, 10, 2. Biblia Hebraica in græcum verti curavit, IX, 19, 1; 20, 1; 45, 2. Qualem mensam templo Hierosolymitano obtulerit, XIV, 558, 2.

PTOLEMÆUS III EVERGETES. Ptolemæus Evergetes unde sic dictus, II, 223, 2; IX, 43, 2; XIII, 150, 1. Quando Ægypto præfuerit, IX, 45, 2. Ptolemæi Philadelphi successor et frater Syriam invasit, et Laodicem neptis suæ interfectricem interemit, et regnum diripiens in Ægyptum revertitur, XIII, 150, 1.

PTOLEMÆUS IV PHILOPATOR. Ptolemæus Philopator filius fuit Evergetis, unde ita dictus, IV, 471, 2; XIII, 150, 1, 2. Bellum gerit feliciter cum Antiocho Magno et Seleuco Ceraunio, *ibid.* Templum Hierosolymæ ingressus Sancta Sanctorum ingredi volens, quas pœnas dederit, XIV, 504, 1. Ejus cædes et libido, XIII, 150, 2.

PTOLEMÆUS VI PHILOMETOR. Ptolemæus Philometor filius Ptolemæi V Epiphanis unde ita dictus, IV, 471, 2. Syriam Alexandro genero suo eripere satagit, IV, 471, 1. Sed justo Dei judicio Ægyptum amisit, *ibid.*, 2. Heliopoli in Ægypto templum Judæis extruxit, XI, 320, 2.

PTOLEMÆUS VII, seu EVERGETES II PHYSCON. Ptolemæus Evergetes II seu Physcon, frater Philometoris, fratri illiberi in regno successit, IV, 498, 1. Fuit crudelis et incestus, IV, 489, 2. Dicebatur frater et maritus, et gener Cleopatræ, *ibid.* Corpus filii sui in membra divisum matri inter epulas misit, *ibid.*

PTOLEMÆUS MACER. Ptolemæus Macer quis; cur dignitate sua et vita spoliatur, IV, 544, 1, 2.

PTOLEMÆUS ABOBI. Ptolemæus Abobi dux in campo Jericho, occisor Simonis Machabæi, IV, 544, 1, 2.

PTOLEMÆUS MATHEMATICUS. Ptolemæus mathematicus quid de regum familiaritate censeret, XIII, 79, 1. Ejus epitaphium, XXI, 62, 1, 2.

PTOLEMENSES. Ptolemenses indigne ferentes Antiochum Eupatoris cum Juda pacem iniisse, sedat Lysias, IV, 557, 2. Erant Judæorum hostes, *ibid.*

PUBASTI. Pubasti urbs Ægypti prope Pelusium est, XII, 722, 1.

PUBERTAS. Pubertas quare sit noxia et periculosa, V, 67, 2. Post pubertatem vulgo nubunt puellæ, XVI, 80, 1.

PUBLIA. Publia S. Joannis Chrysostomi mater, facta deinde abbatissa, quam intrepide Juliano Apostatæ restiterit, et quam ab eo contumeliose habita, XII, 92, 2; XIII, 84, 1.

PUBLICANUS. Publicani dicti quod publica vectigalia redimant et exigant, XV, 176, 1. Poterant esse Judæi, XVII, 71, 1. An eorum officium sine peccato exerceri poterat, XV, 243, 2. Publicanorum injustitia in quo consistat, XVI, 93, 1. Erant apud Judæos infames, et a publicis magistratibus arcebantur, 241, 2. Vocabantur latrones, *ibid.*, 246, 2. Sæpe erant scelerati, 248, 2. Publicani et meretrices quomodo præcedant Pharisæos in regnum Dei, XV, 469, 2.

Publicanus quomodo in templo orans se gesserit, XVI, 241, 2. Ipse symbolum est populi Gentilis, 242, 1. Contumeliam sibi a Pharisæo illatam dissimulat, imo agnoscit et veniam postulat, 243, 1. Quomodo a longe staret: ejus humilis oculorum dejectio, *ibid.* Cur pectus tunderet *ibid.*, 2. Ejus brevis oratio, sed efficax et succulenta, *ibid.* Descendit in domum suam justificatus, 244, 1, 2.

PUBLICUS. Publicum crimen est triplex, XIX, 248, 1. Publici peccati quantum malum sit, XII, 38, 2. Publicum scelus publica pœna puniendum, XIV, 418, 2. Publicas cædes ob peccata publica immittit Deus, XII, 658, 1.

PUBLIUS princeps Melitensium. Publius quis princeps Melitensium, XVII, 437, 2. Ejus opulentia, *ibid.* Factus deinde Melitensium episcopus, an et Atheniensium fuerit, 437, 2.

PUBLIUS monachus. Publius monachus oratione diabolum stitit a Juliano Apostata emissum, I, 711, 1; II, 104, 2.

PUDENS. Pudentis senatoris domus commune hospitium erat advenarum Christianorum; ad eam divertunt SS. Petrus et Paulus; ejus domus fuit et nunc est ecclesia, XVII, 270, 1; 327, 2; XIX, 317, 1. Quos habuerit liberos, XIX, 317, 1. Inscriptio quæ in ingressu ecclesiæ illius hodie legitur, *ibid.*, 2.

PUDENTIANA (S.). S. Pudentiana virginitatis votum fecit, XVIII, 319, 1. Sanguinem et reliquias martyrum domi suæ colligebat, XIX, 317, 1.

PUDIBUNDUS. Pudibundi cu. frontem manu perfricent, XII, 522, 1, 2. Hinc frons pudoris sedes est, *ibid.* Pudibundus omnia pudenda cavet, X, 363, 2.

PUDICITIA, PUDICUS. Pudicitiæ elogia, V, 143, 2; XVIII, 317, 2 et seq. Thesaurus pretiosus est, 326, 2. Vix stat cum forma, VI, 528, 2. Pudicitia legis christianæ, XX, 164, 1, 2. Pudicitia a gentilibus matronis morti prælata, IV, 323, 2. Et a virginibus christianis, 337, 2. Pudicitia cum libidine duellans depicta, 352, 1. Pudicitia decet mulieres, XIX, 303, 1. Etiam in vestium simplicitate consistit, 203, 2. Pudica gravia sunt, impudica levitatem amant, XIX, 64, 1 (*Vide* CASTITAS, LIBIDO, LUXURIA).

PUDOR. 1° *Quid sit pudor et quotupleæ.* Pudor species timoris est, IX, 160, 2 : *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Non est virtus, sed passio, quid sit, 161, 1. Est virtus cum libere elicitur, *ibid.* Duplex est, unus vanus, alter sanctus, 161, 2; 162, 1 : *Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam.* Est pudor non bonus, sed vituperabilis, X, 357, 1 : *Verumtamen reveremini in his quæ procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem reverentiam observare, et non omnia omnibus beneplacent in fide.* Pudoris mali tredecim species recensentur, 357, 2; 358, 1, 2 et seqq.; 364, 1.

2° *Pudoris utilitas.* Pudor frænum omnis mali est, IX, 598, 2. Pudor optime deterret a peccando, X, 358, 1. Pudor custos, index et comes est pudicitiæ, X, 7, 1; 12, 2; 13, 1, 2 : *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Est monile virginum et mulierum, 12, 2. Pudor virtutis comes, V, 392, 2. Pudere nolle de pudendo magna est impudentia, IX, 165, 2. Pudere nos debet mali, 598, 2.

3° *Pudor malus et humanus superandus.* Ex nimio pudore non est peccandum, IX, 163, 1 : *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.* Pudor impedit hominem ne peccata confiteatur, V, 578, 1. Is per pœnitentiam curari debet, VI, 90, 1. Etiam ipsius animæ morbum sanat, *ibid.*, 2. Pudor humanus in studio virtutis superandus est, X, 561, 1 : *Consiliatus sum enim ut facerem illam; zelatus sum bonum, et non confundar. Colluctata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum.* Pudor a pietate deterrens superandus, XV, 455, 1 : *Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Jesus transiret : et clamaverunt, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David.*

3° *Pudor et confusio impiorum et damnandorum in judicio quantus futurus,* XX, 560, 1; XXI, 158, 1, 2. Quæ ejus ratio, XX, 560, 1 (*Vide* JUDICIUM). Pudor quomodo indui dicatur. *Job*, 216, 2.

PUELLA. 1° Puellæ pro castitate servanda quantum sobrietati studere debeant, IV, 332, 2 : *In superioribus domus suæ fecit* (Judith) *sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, et habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, et neomenias, et festa domus Israël.* Puella indiget duce et custode, cur, V, 67, 1 : *Reliquit ducem pubertatis suæ, et pacti Dei sui oblita est.* Puellæ tria vitia, XI, 138, 2 et seq. : *Et dixit Dominus : Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt extento collo, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, ambulabant pedibus suis, et composito gradu incedebant, decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crinem earum nudabit.* Puellæ quomodo plaudere dicantur, 139, 1. Puellæ innuptæ sua tegunt vitia, V, 585, 2. Puella basiliscus est, XI, 138, 2 et seq. Puellæ nubentes limen domus Romæ olim non tangebant, XIII, 500, 1.

2° Puella duodenis a Christo ad vitam revocata quos peccatores denotet, XV, 249, 2. Puellæ cujusdam Alexandrinæ baptismum petentis angeli fuere sponsores, XII, 633, 1, 2. Puella quædam Tullensis triennio toto omni cibo abstinuit.

PUER, PUERITIA. 1° *Variæ vocis* pueri *acceptiones litterales et tropologicæ in Scriptura.* Puer in Scriptura passim pro discipulo et famulo capitur, I, 735, 1; XIV, 373, 1. Puer Hebræis et filium et servum significat, XVI, 41, 2. (In hoc articulo vox *puer* pro filio juniori et tenello exclusive sumitur.) Pueri triplices, VIII, 487, 1. Puer centum annorum quis sit, XI, 753, 2. Puer pauper et sapiens quis sit, VII, 183, 2. Pueri nomine dicuntur sancti, XI, 231, 2. Pueri dicuntur agni, unde Christus dicitur agnus, quia factus est puer, XII, 100, 1, 2; XVI, 318, 1. Pueris papiliones insequentibus, homines hujus mundi homines appetentes, comparantur, IV, 378, 1. Pueri sunt hominum carnalium schema, V, 33, 2. Pueri et insensati rectores magna rerum publicarum pœna est, XI, 135, 1, 2.

2° *Puerorum natura et indoles.* Puerorum natura ex se bona est, VI, 158, 2 : *Stultitia colligata est in corde pueri, et virga disciplinæ fugabit eam.* Pueri sunt obliviosi, V, 93, 2 : *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis : custodi legem atque consilium.* Eorum mens levis et volatica, VI, 159, 1. Eorum mentes sunt vanæ et fluidæ, V, 107, 2 : *Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.* Eorum natura non facile semper ex actibus cognoscitur, VI, 58, 2 : *Ex studiis suis intelligitur puer, si munda et recta sint opera ejus.* Pueritia ætas docilis et flexilis, IX, 206, 1 : *Fili, a juventute tua accipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam;* Job, 445, 2. Pueri sunt in credendo faciles, V, 420, 1, 2 : *Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos.* Facile discunt, et quæ didicerint, usque ad senium

retinent, 214, 1. Sæpe sunt alii in pueritia, quam futuri sunt in senio et ætate virili, VI, 59, 1, 2 et seq.; 142, 1, 2 et seq. Ex primis tamen eorum operibus facile colligitur qualia eorum sint futura opera in ætate majori, 58, 2. Sæpe sua interna vitia dissimulant, *ibid.* Plerumque modum vivendi retinent quem a teneris imbiberunt, 141, 1 : *Proverbium est : Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Pueritia est aurora totius vitæ, V, 399, 1: Præludit virilitati, VI, 9, 1. Non facile præcepta sapientiæ capiunt, V, 403, 2.

Pueri sunt communiter simplices, innocentes, candidi, XV, 399, 1. Et tales esse jubemur, *ibid.*: *Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Eorum laudibus delectatur Deus, 466, 1 : *Videntes autem principes sacerdotum et scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes : Hosanna filio David, indignati sunt, et dixerunt ei : Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis : Utique nunquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?* Tripliciter eum laudant, *ibid.* Simplicitas puerilis apta est regno Dei, XV, 425, 2 : *Jesus vero ait eis* (discipulis): *Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire : talium est enim regnum cœlorum.* Pueri sapientes celebrantur, XI, 753, 1, 2.

(Quæ spectant peccatum originale in parvulis, eorum baptismum et sortem post decessum, *vide* Baptismus, Infantes, Parvulus, Peccatum originale).

3° *Puerorum educatio.* Primo. *Puerorum institutio quanti sit momenti,* IV, 206, 1 ; XX, 542, 2; XXI, 378, 1. Puerorum bona institutio eorum salus et reipublicæ, III, 247, 2 : *Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, et nutricis ac gerulæ fungebatur officio.* Puerorum institutio commendatur, XVII, 32, 1. Puerorum institutionis magna cura est habenda, VI, 59, 1; XIV, 498, 1; XX, 542, 2. Puerorum institutio quam utilis, necessaria, quam nobilis et sancta, XVIII, 576, 1 et seq.

Secundo. *Qualis esse debeat puerorum institutio.* Pueritia educatione seria et gravi eget, X, 92, 2. Pueri sunt petulantes, ideo pædagogo opus habent, IV, 144, 1; XVIII, 547, 1, 2; 549, 1, 2 : *Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium : sed sub tutoribus et actoribus est usque ad præfinitum tempus a patre.* Pueris incautis, et imperitis, et cupidis quæ sint necessaria, V, 23, 2 : *Ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus.* Eorum institutio velut tirocinium militis, VI, 142, 2. Et velut tinctura et innovatio, 143, 1.

Pueri statim Deo sunt dicandi, VI, 142, 2. A pueritia Deo serviendum, III, 264, 1, 2 : *Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam quam postulavi eum ; idcirco et ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino.* Sunt ad Christum adducendi, VI, 142, 2. Cum ratione uti incipiunt, tenentur ad Deum converti per actus virtutum, *ibid.* Puer in primo usus rationis instanti non tenetur ad Deum per amorem Dei super omnia naturalem et supernaturalem converti, XIV, 360, 2. Docendi sunt pueri omnia quæ ad timorem Dei pertinent, X, 95, 1, 2 : *Doce filium tuum et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.* Iis sensim instillanda dogmata, IX, 437, 1 : *Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Quanto studio educandi, docendi et catechizandi, XV, 425, 2. Pueros a senioribus et sacerdotibus benedictionem petere laudabile est, XV, 424, 2.

A puero virtuti studendum, V, 105, 2 : *Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.* Probitas pueris stillanda sensim, idque ab incunabulis, VI, 141, 2; 144, 1. Et pro cujusque propensione, 141, 2. Eorum mens est quasi tabula rasa, *ibid.* Pueritia sit senilis, senectus puerilis, IV, 269, 2 : *Cumque esset junior* (Tobias) *omnibus, nihil tamen puerile gessit in opere.*

Primum musicam docendi sunt, et per eam bonos mores, X, 434, 1. Cur musicam doceri debeant, VI, 159, 2. A puero exerceat qui in aliqua arte excellere cupit, X, 559, 1.

Tertio. *Pueri et rudes disciplina adigendi, et severe coercendi,* X, 630, 2. Non sunt omnia eis permittenda, X, 93, 1, 2 : *Læta filium, et paventem te faciet; lude cum eo, et contristabit te. Non corrideas illi, ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui.* Indulgentia pueros perdit, *Job,* 445, 1 : *Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus.* Sunt velut animal brutum, unde virga in rectum sunt coercendi, VI, 158, 1, 2 : *Stultitia colligata est in manu pueri, et virga disciplinæ fugabit eam.* Virga refrænandi sunt, VI, 192, 1 : *Noli subtrahere a puero disciplinam ; si enim percusseris eum virga, non morietur : tu virga percuties eum, et animam ejus de inferno liberabis.* Et ita a morte liberantur, *ibid.*, 2. Eorum levitates flagello cohibendæ, IX, 596, 1. Sunt edomandi ceu pullus equinus, VI, 404, 1 : *Virga atque correptio tribuit sapientiam ; puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.* Pleni sunt concupiscentiis noxiis, ideo virga castigandi sunt, X, 86, 1, 2 : *Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo, et non palpet proximorum ostia,* 88, 1; 92, 1 : *Equus indomitus evadet durus, et filius remissus evadet præceps.* Quis inde sequatur fructus, 86, 1; 88, 1; 92, 1. Si non castigentur, fiunt indomiti, 92, 1.

Quarto. *Pueri plerique patrissant et parentum vitia imitantur*, XIII, 345, 1. A pueris suscipienda bona disciplinæ patris et matris, V, 32, 2. Pueri parentibus subdantur, XVI, 84, 2 (*Vide* EDUCATIO, FILIUS, INFANS, INSTITUTIO, PARENTES, PARVULUS, PATER, MATER).

4° *De pueris facta historica.* Primo. Pueri Christi vultus divinus Magorum oculos, et magis mentem feriebat, XV, 75, 2. Puer Jesus inscitia non laboravit, nec scholas debuit frequentare, XVI, 85, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

Secundo. Pueri quibus Christus manus imposuit evasere in viros sanctos et sapientes, XV, 426, 1. Pueri ei in Dominica Palmarum acclamant, 466, 1. Pueri olim Eucharistiam sub specie vini sumebant, XX, 278, 1.

Tertio. Pueri sæpe martyrium ambiere et obiere, V, 168, 2. Pueri et puellæ quædam tormentorum acerbitate et varietate martyres viros superarunt, IV, 533, 1, 2. Puer Homerita quam constanter se supplicio obtulerit, XI, 263, 1. Alii duodecim Africani, *ibid.* Item alter septennis, *ibid.* Item alter Edessenus, *ibid.*, 2. Pueri martyris in Arabia mira fortitudo et sapientia, XII, 393, 2. Pueri et puellæ Deo per martyrium vel votum virginitatis vel religionem, suam pueritiam dedicantes, sunt velut virides sationes, X, 338, 1. Puer Judæus virtute Eucharistiæ ignis fornacem non sensit, XVI, 405, 2.

Quarto. Pueri quomodo apud Brasilios majores, et in Religionibus seniores regant, XI, 262, 1, 2. Pueri Brasilii maxime parentes converterunt, *ibid.*

Quinto. Puer quinquennis blasphemans, e sinu paterno a diabolo arreptus, XI, 466, 1.

PUERPERA. Puerpera masculi quadraginta diebus erat immunda, XVI, 68, 2 et seq. Quam offerret victimam, *ibid.*; 71, 1, 2. Ejus impuritas erat duplex : naturalis et legalis, 69, 1. Quo ritu in lege Moysis purificaretur, II, 79, 2; XVI, 71, 1, 2 (*Vide* PURIFICATIO).

PUGIL, PUGILUM. Pugiles sunt qui pugnis dimicabant, XII, 696, 2. Pugilum in Olympico certamine quanta post victoriam esset gloria, XXI, 90, 1. Eorum labores et patientia, 181, 2 (*Vide* OLYMPIONICÆ).

PUGILLUS. Pugillus cum requie quid sit. VII, 171, 1, 2.

PUGNA. 1° Pugna angelorum in cœlo quomodo peracta sit, XIII, 142, 2. Cur ea pugna tribus septimanis durarit, *ibid.*

2° Pugna cum resolutis et desperatis est periculosissima, IV, 432, 2. Pugna est laqueus cædium, VI, 169, 2 (*Vide* BELLUM, PRÆLIUM).

3° Pugna pugilum et palæstritarum unde orta, XII, 696, 2.

4° Pugna S. Pauli cum bestiis Ephesi quæ fuerit, XVII, 361, 2.

5° Pugna animæ unde oriatur, XVIII, 125, 1. Pugnam vitiorum et virtutum tropologice repræsentat contentio Esau et Jacob, XIV, 555, 1 (*Vid.* CERTAMEN SPIRITUALE).

PULCHER. Pulchrum primum est Deus X, 386, 2. Pulchrum appropriatur Filio Dei, *ibid.*, 1 Pulchrum et pulchritudo Christi quomodo sit Eucharistia, XIV, 468, 1. Pulchra mundi sunt mera vanitas et sordes, X, 370, 1 (*Vide* PULCHRITUDO).

PULCHERIA. Pulcheria Mariano nupta virgo in conjugio mansit, XVIII, 301, 2. Pulcheriæ Augustæ elogium, XIII, 546, 1. Pulcheriæ pietas et donaria, I, 655, 1. Virum suum et fratrem pios reddidit et potentes, VI, 514, 1. Quo joco Theodosii imperatoris oscitantiam castigarit, XV, 447, 2.

PULCHRITUDO. 1° *Quid sit pulchritudo et in quo consistat*, VI, 528, 1; IX, 687, 1. Pulchritudo corporea in tribus sita est, VI, 528, 1. Pulchritudo est radius et splendor solis divini, X, 11, 2. Pulchritudinis elogia, 385, 1. Pulchritudo flos bonitatis est, I, 439, 1, 2. Pulchritudo corporis sæpe est specimen formæ animi, XI, 529, 2; XVII, 176, 1. Pulchritudo tam corporis quam animæ velut lucerna est in candelabro sancto, X, 14, 2. Pulchritudo corporis externa templis Ægyptiorum comparata, VIII, 31, 1. Pulchritudo auro splendenti comparatur, V, 332, 1. Item circulo aureo suum, 2. Item gladio, *ibid.* Pulchritudo allicit animos et affectus, IX, 281, 2; 282, 1, 283, 2. Mentes virorum inescat, VI, 529, 1. Ejus epitheta, *ibid.*

Pulchritudo dos puellarum, VII, 535, 1. Ea mulieri loco dotis est, V. 326, 1. Eaque est fulcrum gloriæ tam suæ quam viri. *ibid.* Non est tamen in conjugio multum spectanda, IX, 686, 2 et seq.; X, 641, 1.

2° *Pulchritudo quam labilis, evanida et periculosa.* Quam hæc labilis et evanida sit, IX, 330, 2. Pulchritudo corporis quam sit periculosa et gnomæ de ea, IX, 687, 1; XII, 612, 2. Pulchritudo meretricis sæpe est fucata, et aliunde mutuata, V, 130, 1. Non convenit ea mulieri stultæ, et cur, 331, 1. Hanc mulier impudica deturpat, 332, 1. Pulchritudo mulieris quam sit illecebrosa, 172, 1. Ab illa sunt oculi avertendi, 130, 1, 2. Pulchritudo Judithæ Holofernem ad luxuriam excitavit; beatæ Virginis, eam intuentes ad castitatem, IV, 346, 2 (*Vide* FORMA, MULIER).

3° *Pulchritudo spiritualis quæ sit*, Psalm. I, 293, 2. Pulchritudo Ecclesiæ, VIII, 58, 2. Illius duplex pulchritudo, VII, 535, 1. Ut et animæ, 536, 2. Pulchritudo sponsæ Christi quænam, *Psalm.* I, 299, 1. Pulchritudo vera est timor Dei, VI, 530, 1.

PULLA. Pulla vestis olim viduarum erat, XIX, 236, 1.

PULLUS. 1° Pullus equinus mirabiliter homines metuit, IX, 610, 2. Pullum equinum album veteres soli sacrificabant pro consequenda victoria, XXI, 140, 2. Pulli struthionum a parente derelicti miserabiliter ejulant, XIV, 70, 2. Mater eos non pascit, *ibid*, Pulli hirundinum versantes inter parentum

stercora oculantur chelidonia, IV, 273, 2. Pulli avium per omnia parentibus obsequuntur, VI, 190, 1. Pulli corvorum undenam in nido vivant, 448, 2. Sunt in parentes immites, *ibid.*

2° Pullus asinæ cui Christus insedit, quid symbolice repræsentet, XIX, 459, 1.

PULMENTARIUM. Pulmentarium est obsonium ad panem adhiberi solitum, XVI, 641, 2.

PULMENTUM, PULTES. Pulmentum et pultes quid sint, unde fiant, erant priscorum cibus, etiam Latinorum, I, 268, 2. Pultes veteribus in usu loco panis erant, XII, 261, 2.

PULMO. Pulmonis et follis analogia, VIII, 804, 1. Pulmo quasi follis cordi necessarium dat refrigerium, XII, 753, 1.

PULPITUM. E pulpitis verbum Dei recte prædicatur, V, 45, 2.

PULS. Puls vocatur cauliculus ille tenuissimus e radice plantarum pullulans, X, 332, 2. Puls cibus erat priscorum Hebræorum et Latinorum, XVI, 641, 2.

PULSUS. 1° Pulsus arteriarum qualis in tristibus, qualis in lætis, V, 548, 1.

2° Pulsus campanæ ab Ecclesia benedictæ quomodo fugat dæmonem procellas excitantem, IV, 298, 1 (*Vide* CAMPANA).

PULVILLUS. Pulvilli peccatorum qui sunt, XII, 592, 2. Pulvilli reticulati, 594, 1, 2.

PULVIS. 1° Pulvis tineas procreat, VI, 284, 1. Pulvis redit in pulverem, VII, 402, 2 et seq. Pulvis sepulcralis nos excitat, *Job*, 460, 1.

2° Pulverem de sandalis quomodo excutere jubeantur apostoli, et quare id fieret, XV, 265, 1. Pulverem reipsa excutiebant apostoli apud eos qui Evangelium recipere nollent, XVII, 285, 2. Pulverem cur Judæi in Paulum jactent, 390, 2 et seq.

3° Pulvis pedum Dei, quem eis Nahum attribuit, tria denotat, XIV, 160, 2. Pulvis in Scriptura est signum adventantis exercitus, XI, 296, 1. Pulvere apud Hebræos servitus et luctus significantur, 302, 2. Pulvis pigmentarius virtutes orationis e mortificationis comites, VIII, 2, 2.

PUNCTUM. Punctum lineas jugiter terminat, 420, 2. Punctum honoris quale, *Job*, *ibid.*

PUNICETA. Puniceta Romanorum deliciæ sunt, XIV, 513, 1.

PUNICUS. 1° Punica lingua et Hebræa affines sunt, XVII, 247, 2. Punicum malum unde sic dictum, VIII, 48, 2 et seq.

PUNIRE, PUNITIO, 1° *Punire est actus justitiæ vindicativæ, ultro culpam et peccatum puniendi præsupponunt*, XIII, 436, 1. Quam severe Deus peccata puniat, II, 413, 2; *Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me.* Puniuntur severe qui Dei judicia et castigationes impiorum non æstimant, 289, 2. Punitiones Dei peni mentem repentinam quid denotent, XVII, 147, 2.

2° *Puniri peccata a Deo signum est amoris et curæ Dei, non puniri ingens malum*, XII, 617, 1, 2: *Et requiescet indignatio mea in te : et auferetur zelus meus a te, et quiescam, nec irascar amplius. Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, et provocasti me in omnibus his : quapropter et ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, et non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.* Puniri a Deo satius est quam ab hominibus, III, 535, 1, 2. *Dixit autem David ad Gad : Coarctor nimis, sed melius est ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum.* Puniri cito, misericordia est, IX, 179, 1 : *Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.* Quos punit Deus in hac vita, in futura non puniet, XIV, 166, 2 : *Quid cogitatis contra Dominum ? consummationem ipse faciet ; non consurget duplex tribulatio* (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § X, JUSTITIA).

3° *Punitio impiorum et malorum per judicem vel regem, Deo et populis placet*, VI, 240, 2 : *Qui dicunt impio : Justus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio.* Punitio malorum a magistratu facta laus est bonorum, XVIII, 220, 2 : *Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem ? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum.* Punitio improborum salus est proborum, XX, 93, 1. Quinque viri qui in illa re qua excellebant, plexi punitique sunt. III, 114, 2.

PUPILLA. 1° Pupillæ etymon, Latinum, Græcum, Hebraicum, V, 184, 1. Cur Hebræis dicatur filia, XIV, 318, 1. Ipsa tribus propugnaculis munitur, V, 184, 2. Ejus usus, *ibid.* Totum mundum in se continet, *ibid.* Pupilla nihil magis custoditur, XIV, 378, 1.

2° Pupilla gratiæ symbolum est, IX, 486, 1.

PUPILLUS. Pupilli sunt injuriis expositi, *Job*, 619, 2. Pupillorum jura non sunt violanda, VI, 190, 1 : *Ne attingas parvulorum terminos, et agrum pupillorum ne introeas : propinquus enim illorum fortis est, et ipse judicabit contra te causam illorum.* Pupilli sunt Deo curæ, VI, 190, 1; *Job*, 175, 2. Pupilli et viduæ Deum tutorem habent, XX, 93, 1. Illorum clamorem exaudit Deus, X, 424, 1. Pupillorum ingens consolatio est, quod in Deo Deique protectione vivant, XIII, 469, 1. Pupillorum jura judices defendant, IX, 148, 1 ; *In judicando esto pupillis misericors ut pater.* Pupilli a legibus defenduntur, *Job*, 175, 2. Jus romanum pupillis subsidia decernit, *ibid.* Jure civili tutor destitutis datur, *ibid.* Magna legis in pupillos providentia, *ibid.*

PURGAMENTUM. Purgamenta hujus mundi cur se vocet Apostolus, XVIII, 284, 1.

PURGATIO. Purgatio templi per Judam Macha-

bæum facta, IV, 432, 1, 2; 433, 1, 2; 497, 1. Contigit ante mortem Antiochi Epiphanis, 543, 1, 2 (*Vide* TEMPLUM).

PURGATORIUM. 1° *Purgatorii veritas contra hæreticos astruitur et propugnatur*, IV, 286, 2 et seq. : *Panem tuum et vinum tuum super sepulturam justi constitue*; 554, 2 : *Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur*; IX, 423, 1; 486, 2 : *Et postea resurget* (Deus) *et retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipsorum, et convertet in inferiores partes terræ*; XII, 637, 1; XIV, 591, 1 : *Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum; et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum et quasi argentum*; XV, 164, 1 : *Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte adversarius tradat te judici, et judex tradat te ministro et in carcerem mittaris, Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*; 307, 2 et seq. : *Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro*; XXI, 282, 2. Purgatorium astruit Apostolus, XVIII, 271, 1 et seqq. : *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc* (quod est Christus) *aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit : dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit,..... Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*. Purgatorium credidit Judas Machabæus et Judæi tam prisci quam moderni, IV, 554, 2 : *At vero fortissimus Judas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium*. Purgatorium in concilio Florentino Græci confessi sunt, IX, 237, 1. Id Novantes etiam nescientes esse ostenduut, XIX, 482, 2.

2° *Quæ sit Purgatorii pœna*. Purgatorius ignis verus est ignis, IX, 237, 1. Est murus igneus paradisi cœlestis, XIV, 374, 2 : *Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu*. Purgatorii pœna quam acerba, XX, 480, 1. Purgatorius non contemnendus, *Psalm.* I, 240 : *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*. Ejus pœna semel finietur, XV, 164, 1. Ejus ignis quomodo Christo in judicio particulari assistet, XVIII, 273, 1. Purgatorii ignis per flammeum gladium ante paradisum significabatur, I, 412, 1. Purgatorium austro et aquilone, ad quem quis cadit, denotatur, VII, 369, 1, 2. Purgatorium an interpositum inter limbum patrum et infernum, XVI, 226, 1. Purgatorii locus aliquando infernus dicitur, *Psalm.* I, 79, 1 : *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*. Purgatorium desiderii quis, XVI, 177, 1.

3° *Animarum in purgatorio existentium status, an invocandæ, quomodo eis succurri queat*. Animæ in Purgatorio existentes sunt Ecclesiæ membra, XVIII, 575, 2. De salute sua sunt certæ, IX, 359, 2 : *Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis, denudatio operum illius*. Animæ in eo amant et laudant Deum, XXI, 134, 1 : *Et omnem creaturam quæ in cœlo est et super terram, et sub terra, et quæ sunt in mari, et quæ in eo, omnes audivi dicentes : Sedenti in throno et Agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in sæcula sæculorum*. In purgatorio existentes animæ an invocandæ, IV, 564, 2. Purgatorii animas non invocamus ut sanctas, XII, 125, 1. A purgatorii cruciatibus liberat sacrificium, IV, 554, 2; 555, 1. In eo etiam valent indulgentiæ, XV, 371, 2 et seq. : *Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cœlis*. E purgatorio nuper liberatum Salomonem concionator Italus dixit ex revelatione facta mulieri, III, 614, 1.

4° *Quid in purgatorio Christus post mortem descendens, egerit*. Christus in purgatorium post mortem descendens primum et plenum jubilæum dedit, IX, 666, 1 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino*; XV, 641, 1. E purgatorio verisimile est a Christo liberatas fuisse animas in ejus ad inferos descensu, XIII, 464, 2 : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, o mors; morsus tuus ero, inferne*. Christus resurgens e purgatorio plurimas, vel omnes animas liberavit, XVII, 97, 1; XX, 337, 1 : *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit*.

PURIFICATIO. 1° *Purificatio legalis mulierum*. Purificationis lex quibus feminis lata in lege Moysis, II, 73, 1. Ab hac fuit immunis beata Virgo, *ibid.* 2 et seqq. Non obligat jam Christianos, 74, 1. Purificationis dies cur in partu masculi erant quadraginta, in partu feminæ duplicabantur, 76, 2. Quid hoc tropologice significat, 77, 1. Purificationis tres erant leges, tam matrem, quam prolem et victimam spectantes, XVI, 68, 2. Quis ejus esset ordo, 71, 1, 2. De sacrificio in purificatione oblato, II, 77, 2. Purificatio pœnitentiam significat, 74, 1.

Purificatio beatæ Virginis festum quando et ubi institutum, XXI, 232, 1.

2° *Purificationes aliæ a lege Mosis præscriptæ*. Purificationes Judæorum dicebantur justitiæ vel justificationes legis veteris, XI, 741, 1, 2. Purifica-

tiones Judæi interdum devotionis ergo suscipiebant, XVII, 383, 1, 2. Purificatio in templo Hierosolymitano quæ esset, 382, 2.

3° *Purificatio apud veteres fiebat per sulphur et ignem*, IV, 502, 2.

4° *Purificatio mentis.* Purificatio præmittenda orationi, *Job*, 272, 2 (*Vide* ORATIO).

PURITANUS. Puritani Angli dictorum sunt servantes, etiam in malo, VI, 74, 1.

PURITAS. 1° *Quid sit puritas, in quo ea maxime spectetur et consistat*, XVIII, 679, 1. Puritas est quædam sanctitas, XX, 566, 1. Puritas omnimoda dicitur sanctitas, XIV, 214, 1. Puritas est quieta dormitatio et mystica solitudo, *Job*, 87, 2. Quanta puritas Dei, hinc pura eum decent, XX, 94, 2. Puritas verborum Dei, VI, 429, 2.

2° *Puritas animæ unde proveniat.* Puritas animæ ab uno Deo provenire debet, IX, 96, 2. Nascitur ex amore et adhæsione ad Deum, resque divinas et cœlestes, XIV, 214, 1.

3° *Puritas conscientiæ quantum sit bonum*, XIX, 272, 2: *Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura.* Puritas cordis Deo gratissima, VI, 153, 2 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.* Puritas accessum habet ad Deum, *Job*, 17, 1; 607, 2. Puritas cordis Deum videt, 273, 2. Puritas vitæ est candida vestis animæ, XXI, 69, 2: *Habes pauca nomina in Sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua.* Puritas lino denotatur, XII, 112, 2 : *Hæc dicit Dominus ad me : Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non inferes illud.* Puritas est comes veræ religionis, IV, 414, 1. Vitæ puritas veræ Ecclesiæ et religionis signum, XIX, 119, 2 : *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium.* Puritas doctrinæ, castitatis et vitæ, est una e notis veræ fidei et Ecclesiæ, XX, 164, 2 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.*

4° *Puritas tam corporis quam animi est servanda*, Job, 606, 2: *Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis?* Puritas virginea ab amore animæ erga Christum exigitur, XVIII, 679, 1. Puritas corporis admonet puritatem animæ esse servandam, IV, 343, 1.

Puritas cordis prælato necessaria, XVIII, 180, 1, 2: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona et fide non ficta.* Puritas angelica in sacerdote requiritur, XIV, 563, 2 (*Vide* SACERDOS).

Puritas Saræ filiæ Raguelis, IV, 280, 1. Puritas et pœnitentia in beata Virgine mire fuit conjuncta, X, 393, 1.

PURPURA 1° Purpura quid sit, I, 633, 2. Purpura est sanguis ostrei, XIX, 257, 1. Ejus inventio prima, XI, 114, 1; XVII, 400, 2. Purpura marina fit ex succo conchiliorum marinorum, IV, 432, 1. Ea quæ fit ex violis aliisque herbis pallet, *ibid.* Purpura Tyria est ardens et quasi ignea, *ibid.* Purpura Tyria est præstantissima, XI, 346, 1.

2° Purpura apud Romanos, alia erat consularis, alia regia, IV, 451, 2. Purpura est color regius, I, 633, 2. Purpura regum vestis, XII, 609, 2; XVI, 220, 1; XXI, 312, 2. Cur purpura regum dicatur pannus luctuosus, XVII, 400, 2. Purpura olim meretrices utebantur, XI, 114, 1.

Purpura vestis cardinalium, et quando data cardinalibus, XII, 609, 2. Purpura cur data sit a Papa cardinalibus, XV, 611, 1.

3° Purpura tabernaculi aquam repræsentat, XIX, 432, 1. Ipsa charitatis symbolum, VI, 511, 1. Purpura non est lapis involvendus, 303, 2.

PURPURARIA. Purpuraria unde dicatur Lydia, XVII, 310, 2.

PURPUREUS. Purpureas cristas galeis cur milites adderent, XIV, 178, 1. Purpureis et coccineis vestibus utebantur Chaldæi, XIV, 427, 2. Purpureus color index ignei animi est; dicitur quasi *purus urens*, id est ignis, 178, 2. Purpureum capitur subinde pro albo, XXI, 171, 2.

PUSILLANIMIS, PUSILLANIMITAS. 1° Pusillanimitas describitur, II, 243, 2; IX, 414, 1. Pusillanimis parvis rebus offenditur et facile irascitur, X, 53, 1. Pusillanimis adversam fortunam vix sustinet, 572, 2 et seq. : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam : spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere?* Imo nec ipse sustinetur, 573, 1. Nihil ferre potest, *ibid.*, 2. Pusillanimes sunt parvi animi et impatientes, V, 423, 1, 2: *Impatiens operabitur stultitiam, et vir versutus odiosus est.* Pusillanimes tristia de se et aliis semper ominantur, XIV, 86, 1. Pusillanimitas est seipsum occidere, III, 431, 1.

2° *Pusillanimitatis effectus.* Pusillanimitas animi debilitatem causat, VI, 225, 1, 2: *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Pusillanimitas quam noceat Deum laudare volenti, IX, 227, 1 : *Noli esse pusillanimis in animo tuo : exorare et facere eleemosynam ne despicias.* Myrmecoleoni comparatur, 228, 1.

3° *Pusillanimitatis remedia.* Pusillanimes ad Christum agonizantem pro remedio confugiant, XV, 568, 2. Quomodo eos conservet Deus, IX, 487, 1, 2 : *Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ, et confirmavit deficientes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis.*

PUSILLUS. 1° Pusilli homines ingenio et arte præstant, XIV, 3, 1, 2. Pusilli cur non sunt scandalizandi, XV, 402, 2 (*Vide* PUERI).

2 Pusillus grex cur dicantur fideles, XVI, 172, 1. Pusilli qui judicio extremo interfuturi sunt, XXI, 358, 2.

PUTEOLI, PUTEOLI urbs unde dicta : ejus situs

PUTEUS. 1° Putei quod sit etymon, XVI, 357,2. Putei ab Isaac tres effossi, I, 273, 1. De eorum nominibus. *ibid.* Quid hi tres putei mystice significent, 274, 2. Puteos sibi quisque in Mesopotamia locisque vicinis ob terræ ariditatem fodiebat, et hos tum sibi fodiendo comparabat, XIII, 327, 2. Putei crebri erant in Judæa ad aquam colligendam, XII, 263, 2. Erant aliquando loco carcerum *ibid.* Erant ii cœnosi, quia patentes superne et profundi: indefunibus in eos rei demittebantur, *ibid.* Putei eo amplius redundant quo plus aquæ ex iis hauritur, VI, 49, 1.

Puteus in quo SS. Praxedes et Pudentiana martyrum reliquias condebant Romæ, etiamnum superest, XIX, 317, 1.

E puteo qui est in idolio, bibere licet, XVIII, 323, 2.

2° Puteus aquarum viventium quis, VIII, 82, 1. Puteus profundus et angustus typus est meretricis, VI, 202, 1.

REGNERUS rex Danorum. Regnerus Danorum rex apostata graviter est a Deo punitus, XI, 707, 1.

REGNUM, REGNARE. I. REGNA TEMPORALIA.— 1° *Regnorum origo et causa.* Regnum omne a Deo provenit, IX, 296, 2 : *In manu Dei potestas terræ, et execrabilis omnis iniquitas gentium, et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* Regna cur a Deo subinde dicantur concessa, XIII, 86, 1. Regna terræ orta sunt ex peccato Adæ, VI, 363, 2 et seq. : *Propter peccata terræ multi principes ejus, et propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.*

2° *Regnorum gubernationem potissimum curat Deus*, VI, 130, 1. Regna omnia gubernantur a Deo, XII, 509, 2. Regna singula et gentes singulis angelis ad custodiam assignatæ, XIII, 141, 2.

3° *Quonam pacto regna bene regantur et conserventur.* Regnorum fundamentum fulcrum et radix est vera religio et verus Dei cultus, XIII, 377, 2 : *Cum sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim, et malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium : et fur ingressus est spolians, latrunculus foris.* Eorum centrum est justitia, VI, 394, 1 : *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam.* Regnorum felicitas a tredecim rebus dependet, II, 461, 1, 2. Regnum par est et salutare ab uno regi, XII, 760, 1 : *Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel; et rex unus erit omnibus imperans : et non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna.* Regnum quo magis sibi regique suo unitum, eo est validius, 842, 2. Quonam pacto regna usque in finem conserventur, X, 143, 2. Quid in regno difficillimum sit, 144, 1. Quid potissimum regnum conservet, *ibid.*

4° *Quibus rebus regna pessumeant et dissolvantur.* Regnum per quod acquiratur, per quod amittatur, VII, 186, 1 : *Melior est puer pauper et sapiens rege sene et stulto, qui nescit prævidere in posterum. Quod de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad regnum, et alius natus in regno, inopia consumatur.* Sæpe regna ob populi peccata in multos principatus dividuntur, VI, 363, 1. Regnantibus impiis magna mala in orbem et urbes incubant, 372, 2 : *In exultatione justorum multa gloria est : regnantibus impiis, ruinæ hominum.* Eos subditi imitantur, 373, 1, 2. Regnum plus damni patitur a ministris malis sub rege bono, quam sub rege malo a bonis ministris, V, 443, 2 : *Acceptus est regi minister intelligens; iracundiam ejus inutilis sustinebit.* Regnum regis adolescentis, VII, 189, 1, 2. Regna transferuntur de gente in gentem, IX, 297, 1. Idque propter injurias et injustitias, 302, 1, 2 : *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias, et contumelias, et diversos dolos.*

5° *Regnorum terræ vanitas, miseria et pericula.* Primo. *Regnorum mundi et regalis potentiæ quanta vanitas*, I, 562, 2 et seq. : *Jamque advenerat vigilia matutina, et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis et nubis, interfecit exercitum eorum : et subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum;* XI, 304, 2 : *Nunc locutus est Dominus, dicens : In tribus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo, et relinquetur parvus et modicus, nequaquam multus;* XXI, 331, 1 : *Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, et misit in mare, dicens : Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, et ultra jam non invenietur. Et vox citharædorum et musicorum, et tibia canentium, et tuba non audietur in te amplius; et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius; et vox sponsi et sponsæ non audietur adhuc in te, quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. Et in ea sanguis Prophetarum et sanctorum inventus est in te, et omnium qui interfecti sunt in terra.* Regna splendida et eorum opes vento comparantur, VII, 218, 1. Cur ventis comparantur, XIII, 148, 2 : *Surget vero rex fortis, et dominabitur potestate multa, et faciet quod placuerit ei. Et cum steterit, conteretur regnum ejus, et dividetur in quatuor ventos cœli.* Qua ratione habeant ventorum naturam, XIV, 429, 2 : *Et respondi, et dixi ad angelum, qui loquebatur in me : Quid sunt hæc, domine mi? Et respondit angelus, et ait ad me : Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut stent coram Dominatore omnis terræ.* Regna omnia sunt somnia et terrena, XIII, 17, 1; 30, 2; 426, 2 : *Sicut mane pertransiit, pertransiit rex Israel.* Regna varia et mutabilia sunt, 155, 2. Ea singulis prope sæculis de una familia in aliam transeunt, VI, 130, 1. Non sunt familiis perpetua, cur, 356, 1, 2 : *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera : non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.* Regna quam facile Deus transmutet, XI, 342, 2 : *Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam et spatiosam : ibi morieris, et ibi erit currus gloriæ tuæ ignominia domus Domini tui.* Regna hujus mundi quam brevi concidant, XIV, 165, 1 : *Et in diluvio prætereunte consummationem faciet* (Deus) *loci illius.* Regnum omne sub regno graviore est, XIV, 370, 1.

Secundo. *Regnorum mundi miseria et pericula.* Regnum terrenum miserrimum, ejusque exempla, VIII, 388, 1. Regnum est splendida servitus,

XIX, 209, 1. Regnum quam sit res periculis plena, exemplis docetur, II. 243, 2 et seqq. : *Audivit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valde : sed et Moysi intoleranda res visa est, et ait ad Dominum : Cur afflixisti servum tuum? quare non invenio gratiam coram te et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me?* Regni cupido vehementissima in regibus, III, 381, 1 : *Iratus est aurem Saül nimis, et displicuit in oculis ejus sermo iste, dixitque : Dederunt David decem millia, et mihi mille dederunt; quid ei superest, nisi solum regnum?* Regnandi libido nihil non molitur, IV, 370, 2. Regna remota justitia, sunt magna latrocinia. XIV, 105, 1 : *Nunc vastaberis filia latronis, obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam judicis Israel.* Regna multa Gentilium mera fuerunt latrocinia, XII, 153, 1.

Regna terræ parvi pendenda, IV, 86, 2. Regnum terræ multi reges præ æterno parvi pendunt, XXI, 402, 2.

6° *Regna quædam de quibus in Scriptura mentio fit.* Regnum Israel Deus non instituit, sed regnum Juda, XIII, 392, 1, 2. Utrumque idolis deditum fuit, 287, 2. Cur regnum Roboam discissum et divisum fuerit, X, 498, 1, 2. Regnum Hebræorum non tantum humanum erat, sed et spirituale et divinum, XIII, 391, 2 (*Vide* Hebræi).

In Merodach incipit regnum Chaldæorum, IV, 195, 1, 2. Regnum Assyriorum defecit in Asarrhaddon, *ibid.* Regnum et monarchia Persarum quot annis steterit, XII, 148, 1 (*Vide* Assyrii, Chaldæi, Persæ).

Regnum hæreticorum et Turcarum tandem aliquando pessumibunt, XI, 707, 2 (*Vide* Mahometani, Turcæ).

Regnum Antichristi quomodo sit futurum tenebrosum angelo quinto phialam effundente super sedem bestiæ, XXI, 299, 2 (*Vide* Antichristus).

7° *Quibus rebus regna in Scriptura significentur.* Regna lucerna designantur, VI, 71, 1. Regnum Juda et Israel an litteraliter significentur per duas virgas pastoritias Zachariæ, XIV, 487, 2. Regna cur bestiis assimilentur, XIII, 86, 1. Regna quatuor tantum per statuam magnam, quam vidit Nabuchodonosor, repræsentantur, 20, 2. Cur alia regna præterierit Daniel, 21, 1.

II. Regnum spirituale Dei et Christi. — 1° Regnum Dei tripliciter sumitur, XVIII, 233, 1. Regnum Dei est ipse Deus cum omni sua felicitate, XX, 106, 1. Regni Dei ab hominum regno quadruplex discrimen, *Psalm.* II, 453, 1, 2. Regnum Christi quod sit, non venit cum prævio apparatu et pompa, XVI, 235, 1 et seqq. : *Interrogatus autem a Pharisæis : Quando venit regnum Dei? respondens eis, dixit : Non venit regnum Dei cum observatione.* Quomodo id intra nos sit, *ibid.*, 2 : *Neque dicent : Ecce hic, aut illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Quale id futurum existimarent apostoli, et quando illud inchoandum sperarent, 251, 1. *Hæc illis audientibus : adjiciens, dixit parabolam, eo quod esset prope Jerusalem; et quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur.* Id Christus adiit post crucem ascendens in cœlum : ex illo redibit in terram in die judicii, *ibid.* In regno Christi desinunt monarchiarum symbola a prophetis visa, XIV, 431, 1; 435, 2. In id omnes reges et regna desinunt, 457, 2: *Exsulta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem :* Ecce Rex tuus *veniet tibi justus, et salvator.* Id magis spirituale quam temporale est, *ibid.* Regnum Christi erat spirituale et cœleste, ideoque mite, XV, 459, 1 : *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam. et pullum filiæ subjugalis,* 612, 1. Regnum Christi spirituale est et æternum, XIII, 30, 2; 31, 1 : *In diebus autem regnorum illorum, suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur, comminuet autem, et consumet universa regna hæc, et ipsum stabit in æternum.* Quando id regnum cœperit, 31, 1. Alia omnia imperia superat duratione, amplitudine, efficacia, fructu, modo, sanctis legibus, fine, rege Christo, 33, 1, 2 : *Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, et comminuit testam, et ferrum, et æs, et argentum, et aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea;* XV, 601, 1; XVIII, 255, 1. Regnum Christi omnia regna consumet, *Psalm.* I, 304, 2 : *Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : dedit vocem suam, mota est terra.* Regnum Dei et Christi in cœlo et in terra est Ecclesia, XVII, 49, 2: *Quibus* (apostolis) *et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei.* Regnum Christi est æternum et ipsum est Ecclesia, 100, 2. Regnum Christi spirituale pluribus et multis describitur, XI, 429, 1, 2 et seqq. Id est in gratia, cordis et pace situm, 237, 1 : *Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis.* Regnum Christi in paupertate et mundi contemptu situm, XV, 80, 1. Regnum Christi et ligatio Satanæ idem sunt, XXI, 348, 1. Regnum Christi est Ecclesia, sed spirituale et ecclesiasticum, XIII, 643, 1, 2. Quam id amplum sit, *ibid.* Regnum Davidis mobile fuit et et temporaneum, Christi regnum immobile est et æternum, *ibid.* Illius ruptura variæ, *ibid.* Quo sensu regnum David a Christo sit restitutum, XV, 706, 1 : *Et qui præibant, et qui sequebantur, clamabant, dicentes : Hosanna Benedictus qui venit in nomine Domini : Benedictum quod venit regnum patris nostri David.* Regnum Davidicum æternum in Christo impletur, *Psalm.* II, 92, 1, 2 et seqq. per totum Psalmum. Regnum Christi est Ecclesia, et quando id cœpit, XVI. 21, 1 : *Hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David*

patris ejus; et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. Regnum Ecclesiæ triplici titulo Christo debetur, XI, 237, 2. Illud hic inchoatur, sed perficietur in resurrectione, quando cœlum et terra vere naturaliter innovabuntur, 753, 1. Sed in hac vita quomodo inchoetur, sed in cœlo perficietur, *ibid.* In die judicii id perficietur, XIII, 644, 1; XVI, 513, 2 et seq. Regnum Salomonis absolute non fuit æternum, sed Christi, id est Ecclesiæ est æternum, XIX, 357, 1; 360, 1 : *Ad Filium autem : Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi : virga æquitatis, virga regni tui.*

Christus qua homo duplex habuit regnum, etiam in terris vivens, spirituale et mundanum, XV, 601, 1 : *Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, dicens : Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus : Tu dicis.* Quo sensu regnum ejus non erat de hoc mundo, 600, 2. Regnorum potestatem non evertit Ecclesia, XVIII, 219, 1. Regnum Christi purpurea chlamyde, qua indutus in passione fuit, symbolice denotatur, 609, 2 et seq.

Quodnam regnum ejus viderint nonnulli apostolorum ante mortem, XV, 378, 2 : *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ejus.*

2° Regnum cœlorum Prophetæ veteres quidem promiserunt, at Joannes id prædicavit mox a Christo prædicante reserendum, XV, 287, 2. Regnum cœlorum simile grano sinapis, quod sit, 328, 1. An id Christo adaptari possit, *ibid.*, 2. Regnum cœlorum proprie spectat ad humiles, ut parvuli, XVI, 245, 2 : *Sinite parvulos venire ad me, et nolite vetare eos ; talium est enim regnum Dei.* Regnum cœlorum bellando et laborando capitur, *Psalm.* II, 395, 2.

3° Regnum Dei in anima quam excellens sit, XIV, 21, 1, 2 : *Et ascendent salvatores in montem Sion judicare montem Esau : et erit Domino regnum.* Consistit in gratia et virtutibus, *ibid.* Dirigitur ad animæ quæ regitur, utilitatem. *ibid.* Facit subditos suos nobiles, *ibid.* Regnum Dei quomodo in nos adveniat, XX, 688, 2. Quomodo regnum Dei non sit esca et potus, 233, 2 : *Non est regnum Dei esca et potus; sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto.* Regnum Dei spirituale est hic in anima per gratiam, in futuro per gloriam, XV, 95, 2 : *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum.* Quale ei regnum in oratione Dominica apprecemur, 187, 1, 2 : *Adveniat regnum tuum.* Regnum Dei primum quærendum, nec non ea quæ ad illud ducunt, 202, 2 et seq. : *Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.*

Duo regna sunt mortis et vitæ, inter quæ lex voluit interregnum facere, XVIII, 105, 2. Item Dei et peccati, utriusque arma, servi stipendium, 115, 1. In anima duplex et contrarium regnum, 112, 1.

REGULA. 1° Regulæ septem rectæ vitæ, XX, 280, 1.

2° Regulæ monasticæ a sanctis fundatoribus dictatæ, asseclis suis vitam sanctam et gloriosam conferunt, V, 389, 2. Eis non est perfectius quid addendum, VI, 172, 1. Regulæ monasticæ sunt murenulæ aureæ, VII, 521, 1.

REGULUS. 1° Regulus Capharnaita quis et qualis esset, XVI, 368, 1. An fuerit Judæus, an Gentilis, *ibid.* Non fuit idem cum centurione, *ibid.* Rogat Christum pro sanitate filii febricitantis, *ibid.* Minus in eum credidit, *ibid.* Hinc parva ejus fides arguitur, *ibid.* Ejus filius verbo sanatur, *ibid.*, 2. Cur ejus domum Christus non adierit, *ibid.* Is ir eum credidit, et domus ejus tota, 369, 2.

2° Reguli quidam Indici ob continuos labores ante cibum, fiunt longævi, XIX, 230, 2.

RELABI, RELAPSUS. Relapsus in peccatum quam grave sit malum, XX, 466, 1, 2 : *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deterioribus.* Relabentes in peccatum sunt canibus et suibus similes, 467, 2 et seqq.: *Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud proverbii : Canis reversus ad suum vomitum, et, sus lota in volutabro luti.* Relapsus in peccatum pejor est lapso, V, 561, 1 : *Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: sed sequitur eum ignominia et opprobrium,* XV, 315, 1 : *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, et non invenit. Tunc dicit : Revertar in domum meam unde exivi, et veniens, invenit eam vacantem, scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes habitant ibi : et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.* Relabens in peccata iterum quasi Christum crucifigit, XIX, 462, 1: *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cæleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, et ostentui habentes.* Relapsus in peccatum quam sit noxius, IX, 231, 2.

RELATIO. Relatio inter deos fiebat olim in funere regum et imperatorum, IV, 548, 2.

RELAXATIO. 1° Relaxationes regulæ et disciplinæ sunt vulpes parvulæ quæ vineas demoliuntur, VII, 592, 2.

2° Relaxatio animi utilissima est, XVI, 640, 2.

RELIGIO. 1° RELIGIO PRO CULTU DEO DEBITO SUMPTA. 1° *Religio quid sit, unde vox ejus derivetur.* Dicitur a religando, VII, 516, 1; XVII, 90, 1; 323, 1, 2; IX, 74, 1; 212, 2; XX, 88, 2; 90, 1, 2.

Religio dicitur θρησκεία, unde, XIX, 93, 2. Religio capitur etiam pro pietate, XX, 91, 2. Religio virtus quæ sit, 89, 1, 2. Omnis actus virtutis ad Dei honorem relatus, ejus est actus, XIX, 521, 2. Religionis actus duplex, VII, 200, 2. Religionis decem species, XX, 93, 2.

2° *Religio vera quæ sit*, XIX, 98, 1. Vera religio solum apud christianos invenitur, apud ethnicos facta est, IX, 7, 1.. Religio christiana est scientia et veræ Dei cognitioni innititur, 74, 1 : *Timor Domini, scientiæ religiositas.* Religio munda christianorum est, non hæreticorum, XX, 91, 2 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Religio vera ab hæreticis blasphematur, 442, 1. Religio pura dicitur argentum, XI, 115, 1. Religionis veræ comes est puritas et castitas, falsæ impuritas et libido, IV, 414, 1. Religionis veræ signum est virginitas, XIX, 119, 2 : *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur.* Religio angelorum de qua loquitur Paulus superstitiosa, XIX, 98, 1. Religio christiana semper in una lingua floruit, XIV, 303, 2 : *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno.* Religio christiana quam semper Romæ floruerit et floritura sit, XXI, 308, 2.

3° *Religionis veræ excellentia et effectus.* Primo. Religio est caput et princeps omnium virtutum moralium, IX, 69, 2; 74, 1. Est quasi anima religiosi status, 74, 2. Religio potior est sanitate et vita, IV, 420, 1, 2 : *Moriamur omnes in simplicitate nostra; et testes erunt super nos cœlum et terra, quod injuste perditi sumus.* Religio quantopere Deo placeat, XIV, 347, 2.

Secundo. Religio vera est basis regnorum, fundamentum reipublicæ, et regni firmamentum, II, 46, 1, 2; III, 621, 1; XIII, 377, 2; 413, 1 : *Quia nunc dicent : Non est rex nobis; non enim timemus Dominum : et rex quid faciet nobis.* Religio columen politiæ, VIII, 272, 2. Religio observata felicia regna, neglecta facit infelicia, IV, 177, 2. Religionis veræ propugnatio tuetur reges, VI, 84, 2 : *Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus.* Religio vera regnum stabilit, falsa evertit, X, 500, 1. Ea in republica deficiente, populus in vitia et factiones abit, VI, 406, 1 : *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus : qui vero custodit legem, beatus est.* Religionis avitæ eversio populum ad seditiones concitat, IV, 427, 1. Religio si vera et orthodoxa, expedit ut sit una in regno aliquo; si falsa, expedit esse plures, IV, 415, 1 : *Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus, et relinqueret unusquisque legem suam.*

Religio facit gentem populosam, XI, 683, 2 Religio est optimus murus urbium, XII, 372, 1.

Tertio. Religionis consonantia prima sit inter conjuges, VI, 19, 2. Religio animam sancto Dei amore replet, IX, 75, 1 : *Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit.* Religio mater est omnis felicitatis, XIV, 445, 2 : *Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus exercituum sed semen pacis erit; vinea dabit fructum suum, et terra dabit germen suum, et cœli dabunt rorem suam : et possidere faciam reliquias populi hujus universa hæc.*

Religionis virtutem quomodo in Eucharistia exercere possimus, XIV, 565, 1 Religio per loquacitatem violatur, XX, 90, 2 : *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.*

Quarto. Religionis causæ ad principes sæculares non pertinent, XVII, 344, 1, 2: *Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos : Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, o viri Judæi, recte vos sustinerem. Si vero quæstiones sunt de verbo, et nominibus et lege vestra, vos ipsi videritis : judex ego horum nolo esse.*

II. Religio pro statu religioso sumpta. — 1° *Religio vocatur status perfectionis*, XVIII, 491, 2. Religio est domus sapientiæ, X, 566, 2 : *Appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum disciplinæ.* Religionis status, et vita in eo, et vocatio ad eam opus Dei est, XIII, 553, 2; 554, .

2° *Religiones singulæ diversos habent et alios fines, eosque pios et sanctos*, XVI, 506, 2. Religio una potius homini præ alia congruit, VI, 19, 1. Religiones variæ Ecclesiam ornant, XVIII, 252, 1. Religio cujusque naturæ commoda, donum Dei est, X, 3, 1.

3° *Religionis status, dignitas et excellentia.* Religiones pene omnes instinctu et ope beatæ Virginis sunt institutæ, V, 256, 2. Religiones Deo sunt curæ ne deficiant, XII, 253, 1 : *Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo.* Religiones in quibus viget obedientia sunt invictæ, VI, 125, 1. Religiones in quibus viget disciplina sunt horti malagranatorum, XIV, 511, 2. Eæ quantopere ambiantur, 448, 2 : *In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, et apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes : Ibimus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est.* In iis non minus colitur Deus quam in templo, votis, oblationibus, sacrificiis, 354, 1. In iis Deus præsidet, *ibid.* Religionis perfectissimæ apicem perfectionis ponunt in opprobrio crucis et stultitia Christi, XVIII, 256, 1 : *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Religiones bonæ silentium servant, XX, 138, 1 : *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Religionis restauratores

qui, XI, 683, 1 : *Et ædificabuntur in te deserta sæculorum : fundamenta generationis et generationis suscitabis : et vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem.* Illi sunt viri misericordiæ et ædificatores sepium, *ibid.* et 2. Religionum reformandarum optima ratio quæ sit, XII, 212, 1. Religio dissoluta est aurum obscuratum, 408, 1, 2 : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?* Religionibus obest copia, XI, 228, 1, 2 : *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam.*

4° *Religionis status quæ sint in Scriptura figuræ.* Religio est secundus baptismus et martyrium, II, 219, 1. Est paradisus, I, 85, 1, 2. Est significata per scalam Jacob, 288, 1, 2. Religionis status est holocaustum, III, 358, 2. Repræsentatur per Carmelum, 652, 2. Religio est arx Ecclesiæ, V, 256, 1. Cur dicatur specula vel Sion, *ibid.*

5° *Quomodo Deo vocanti ad religionem obediendum sit.* Ad religionem a Deo vocatus, statim vocationi obediat, X, 132, 1, Nec a parentibus et sæcularibus consilium petat, 253, 2 ; 254, 1 (*Vide* RELIGIOSUS).

RELIGIOSITAS. Religiositas Mahometanorum non est vera religio, sed superstitio, IX, 74, 1.

III. RELIGIOSUS STATUS. RELIGIOSI.— 1° *Religiosus status quid sit, ejus excellentia, dignitas, commoda.* Religiosus quis proprie dicatur, hujus vocis variæ acceptiones, XX, 88, 1; 90, 1. Religiosi Nazaræi sunt et Nazaræi vocari possunt, XII, 411, 1 ; XIII, 553, 2 ; XV, 91, 1 ; 93, 1. Eos designarunt Rechabitæ, XII, 250, 1 ; 251, 1, 2. Religiosi primi orbis sunt prophetæ, laudibus Dei vacantes, non semper futura prædicentes, III, 316, 1. Dici possunt filii prophetarum, XIII, 231, 2. Religiosi veteres filii prophetarum vocabantur, XIV, 514, 1. Cur religiosi primi vocarentur ascetæ, XV, 428, 2.

Religiosa vita donum perfectum est, XX, 64, 2 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Est regale sacerdotium, 288, 1. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis : ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.* Religiosæ vocationis beneficia expressa in electione populi Israelitici, *Psalm.* II, 394, 1. Eorum vocatio e cœlis est, XXI, 398, 2 et seqq. Deo vocationem acceptam referunt, 182, 2. Religiosæ vitæ descriptio, XVIII, 459, 1. Eorum vita et mores graphice describuntur, XII, 251, 1, 2 ; 274, 1. Eorum vita qualis sit, XXI, 399, 1.

Religiosi status elogium, IX, 74, 2 ; 75, 1. Est melior conjugali, 145, 1. Religiosus status cæteris statibus eminet, XXI, 398, 2 et seqq. Undecim elogia religiosorum, XXI, 182, 1, 2 et seq. Eorum cælibatus et paupertas a Siracide non reprobantur, X, 245, 1, 2. Religiosi a sectariis vocantur seditiosi et turbatores, sed calumniose, XVII, 403, 2. Religiosos ordines beata Virgo ad Ecclesiæ subsidium submittit, VI, 499, 1 ; 501, 2. Per religiosos Deus Ecclesiam reformat, VIII, 142. 2. Sunt gloria Ecclesiæ, XIV, 506, 1. Quantum mundo prosint, XX, 92, 1. Eos cur mundani oderunt, 574, 1 et seqq. Sunt colendi et fovendi, cur sancti dicantur, XIX, 241, 1. Religiosus status est velut turris, XVI, 200, 2. Religio status est assiduæ purificationis, XVII, 383, 2. In ipso religionis ingressu ab omnibus peccatis emundantur, XXI, 182, 1. Sæculum vicerunt, *ibid.*, 2. Eos parit vita religiosa, XIV, 448, 2. Sunt beati quia sunt quod esse volunt, XX, 465, 1. Religiosi status commoda, XVII, 106, 2 et seqq. Religiosorum sunt diversa instituta, XXI, 399, 1.

Religiosa vita cœpit tempore apostolorum, XVII, 143, 2. Ejus quæ fuerint initia, 106, 2 et seq. Religiosi fuere priscorum Ecclesiæ doctores plurimi, VII, 521, 2.

2° *Quæ sint religiosorum figuræ in Scriptura sacra.* Religiosi propter sua vota significati in lege Mosis, II, 184, 1. Per Nazaræos legis Mosaicæ significantur, II, 218, 1. Per erinaceum denotantur, 464, 1. Religiosi dentibus comparati, VIII, 40, 2 et seq. Sunt chori castrorum, cur, 164, 2. Sunt laquearia Ecclesiæ cypressina, VII, 544, 1. Eorum emblema ex avibus sumptum, IX, 548, 2. Alaudis comparantur, XV, 200, 1. Religiosus est velut asina Christi, X, 185, 2. Similes sunt Henoch, 442, 2. Eos intelligit Isaias sub nomine Eunuchorum quibus nomen ex stirpe promittitur, XI, 657, 1, 2. Quomodo miscere aquam vino dicantur, XI, 115, 2. Ficubus comparantur, XII, 189, 2. Religiosi sunt velut fortes Davidis, XIV, 507, 2. Religiosus cur vasi lineo a S. Petro viso comparetur, XVII, 234, 2. Sunt velut margarita ob varias analogias, XXI, 398, 2 et seq.

3° *Religiosi sunt Deo curæ*, V, 301, 2. Morum nutritor et provisor Deus, XXI, 183, 1. Quomodo non sitiant, neque esuriant, 182, 2. Religiosorum angeli proprii sunt, VII, 202, 2 et seq. Sunt angelis familiares, XIII, 507, 2. In statu religioso animi quies maxime locum habet, V, 367, 2. Quibus consolationibus a Deo perfundantur, XXI, 54, 1. Oleo spiritualis consolationis inunguntur, quo jugum laborum eorum mollescit et dulcescit, XI, 251, 2. Ipsis a Christo promittitur in hac vita centuplum, IX, 343, 2 ; 344, 2. Eorum lautitias quam injuste suggillent malevoli, XIII, 310, 1.

4° *Religiosorum quæ sint officia et munia*, II, 219, 1. Primo. *Vocationis suæ arcana penetrare debent*, IX, 428, 2 : *Qui excogavit vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens.* Prout se gessere in novitiatu, sic erunt deinceps in vita, VI, 99, 2 : *Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem piger semper*

in egestate est. Religiosorum in novitiatu tentatio unde oriatur, I, 550, 1. Eos Deus primo mulcet, deinde tentat, demum roborat et perficit, 549, 2. Sua cuique religio videri debet optima, sibique congruentissima, IX, 690, 1. Suum ament ordinem, ut columba suum columbare, XIII, 439, 2.

Secundo. Religiosi sint religione pleni et toti cultui Dei addicti. Deo per vota ligati sunt velut sacrum quoddam vas, XIV, 567, 1 : *Maledictus homo qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile Domino.* Per tria vota quasi per tres clavos Christo concrucifiguntur, XV, 620, 2. De tribulatione sæculi venerunt ut serviant Deo die et nocte, XXI, 182, 2. Sunt de domo et familia Dei, *ibid.* : *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus, et qui sedet in throno, habitabit super illos.* Religiosi veluti connubium cum Deo ineunt, XIV, 577, 1. Religiosus est velut adeps sacratus, totus Deo cedens, X, 483, 1 : *Et quasi adeps separatus a carne, sic David a filiis Israel.* Sunt holocaustum, XIV, 567, 1; XX, 288, 1. Religiosi se suaque Deo debent, *Job*, 58, 1. Religiosi angelorum statum imitandum suscepere, V, 256, 1, 2. Inchoant vitam angelicam, XXI, 182, 1. Sunt toti addicti cultui Dei, XXI, 182, 2. Totos se dantes rebus cœlestibus, velut in cœlis agunt, IX, 430, 1. Sæpe per diem Deum dilaudant, X, 309, 1. Sua opera gratiarum actione et glorificatione Dei concludunt, 374, 1 : *Memor ero igitur operum Domini, et quæ vidi annuntiabo.* Plerique de nocte ad psallendum surgunt, 304, 1. Eorum preces quam sint efficaces, 225, 1 : *Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.* Antequam peregrinentur, templum adeunt, IV, 303, 1 : *Dixitque Raphael ad Tobiam : At ubi introieris domum tuam statim adora Dominum Deum tuum, et gratias agens ei, accede ad patrem tuum et osculare eum.*

Tertio. *Religiosi sinant se a Deo regi*, V, 77, 1 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipsa diriget gressus tuos.* Deum in omnibus rebus sibi præsentem proponant, 76, 2. Religiosi sint familiares et cum Deo ambulent, XIV, 136, 1, 2. Ita medicos adhibeant, ut spem in Deo potius quam in illis reponant, X, 276, 2; 277, 1.

Quarto. *Obedientiæ studiosi sint et correptionis amantes.* Religiosorum scapulare obedientiæ admonet, VII, 517, 1. Correctionem, objurgationem, castigationem ament, V, 346, 2 : *Qui diligit disciplinam, diligit scientiam : qui autem odit increpationes, insipiens est. Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino : qui autem confidit in cogitationibus, impie agit.* Superiori suo omnem conscientiæ statum cur aperire debent, XIII, 460, 1 : *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus.* Dum peccant, ad superiorem deferendi, XV, 409, 1, 2 et seqq. (*Vide* CORREPTIO). Quomodo a superioribus exerceantur, XX, 24, 2 Sæpe tædio continuæ obedientiæ ad vitam solitariam tentantur, V, 267, 1 : *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.* Religiosi senes laxantes disciplinam religiosam, sunt fatui senes, IX, 672, 2. Qui præfracti sunt erga superiores fiunt plerumque apostatæ, VI. 391, 2 : *Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur.* Et digni sunt infernali supplicio, 449, 2.

Quinto. *Concordiam et charitatem erga proximum sectentur.* Vivunt simul quasi fratres, XXI, 183, 1. Religiosus per charitatem est omnium ordinum, XVIII, 252, 2. Religiosus debet se omnibus accommodare. IV, 22, 2. Religiosi cur bini incedere debeant, VII, 178, 1 : *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se;* XVI, 145, 1 : *Et misit illos* (Jesus) *binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus;* XVII, 111, 1. Soli exeuntes sæpe tentationi luxuriæ succubuere, aut ejus calumniam sustinuere, XVI, 145, 1. Numquam debent esse soli, I, 467, 1. Religiosus solus sine socio quomodo vocetur a S. Thoma, VII, 178, 1.

Sexto. *Solitudinem et secessum prosequantur, et a rebus sæcularibus se avellant.* Quietem et secessum captent et magis orationi quam actioni insistant, II, 666, 6. Cur a sæculo se avellant. XX, 95, 2 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est..... immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Sunt velut peregrini, XV, 599, 1. Non se immisceant rebus sæcularibus, XIII, 380, 1 : *Quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Omnia negotia sæcularia abnegare debent, XV, 375, 2. Religiosorum vita mundo abscondita est, XIX, 103, 1 : *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Mortui debent esse mundo, XVIII, 106, 2 : *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?* Quomodo cum sæcularibus agere debeant, XII, 131, 2 : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris;* XV, 155, 1. Religiosus magnæ virtutis in aula versari potest, IV, 14, 1. Religiosi mali se et aulas perdunt, *ibid.* 2. Religiosi se in exteriora diffundentes, robur spirituale paulatim amittunt, XIII, 383, 1 : *Ephraim in populis ipse commiscebatur : Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reversatur.* Per amorem cœlestium a terra exaltantur. XVI, 513, 2.

Religiosi affectum nimium erga patriam et parentes exuant vel moderentur, XVI, 105, 1 : *Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Ait autem* (Jesus) : *Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Omnes carnales affectus erga parentes deponere debent, II, 218, 1.

Septimo. *Religiosi sint humilitatis, paupertatis*

amantes. Religiosus status est humilitatis status, XVI, 196, 1. Si singularia sectentur et appetant, semper in angoribus vivunt, V, 545, 2. Religiosorum paupertas voluntaria, VI, 434, 1. Terrena omnia a se abdicarunt, X, 245, 2. Sunt mundi domini, *ibid.* Paupertatem voluntariam colentes, sunt præstantiores divitibus dolosis, VI, 2, 2: *Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate, quam dives torquens labia sua, et insipiens.* Abdicantes se bonis, fiunt divites, XIX, 256, 1: *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* Opes spernant, ut Christum sequantur, VI, 198, 2: *Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.* Opibus coacervandis non inhient, XIV, 282, 1. Terrena omnia parvipaciant, XV, 179, 1. Sint pauperes sensu et censu, 230, 2. Caveant sibi a pecunia, XVI, 505, 1: *Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, et datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.* Religiosi mendicantes quomodo petendo sint beatiores dantibus eleemosynam, XVII, 375, 1.

Omnes religiosi, præter Franciscanos, habere possunt bona in communi, etiam immobilia, XV, 230, 2 et seq.; XVI, 506, 1. Male faciunt si amplas domos construant, confisi fidelium eleemosynis, VI, 243, 2.

Octavo. *Castitatem, mortificationem et modestiam profiteantur.* Multi religiosi nudipedes incedunt, præ castitatis studio, VII, 190, 2. Feminas sine teste non alloquantur, XVI, 145, 1. Quia sunt separati, debent abstinere se ab ebrietate, II, 218, 1. Omnes occasiones gulæ et etiam defectus minimos fugere debent, *ibid.*, 2. Eos satius est carni non parcere, quam mundanos et carnales in stercore suo computrescere, XIII, 489, 2. Quare debeant esse modesti, XX, 323, 2. Non debent pœnitentiis vires corporis exhaurire, XI, 612, 2.

Nono. *Quam sancti esse debeant;* XVI, 599, 1: *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.* Eorum vita quam alta et a vulgo separata sit, XIV, 466, 1: *Et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi sui: quia lapides sancti elevabuntur super terram ejus.* Debent esse ab omni peccato remotissimi, II 218, 1. Debent habere sanctas cogitationes, et si turpes occurrant, eas statim amputent, *ibid.* Si in aliquod peccatum inciderint, resurgant novo conatu, *ibid.* Debent esse valde perfecti, 219, 1. Ad summa et perfecta connitantur, V, 185, 1. Hi majorem sectentur perfectionem quam Judæi olim, etiam sancti, X, 184, 2. Portenta sanctitatis et prudentiæ esse debent, XIV, 388, 1, 2. Sint potentes in opere et sermone, XVI, 277, 1. Vita religiosa continua quædam probatio est, XX, 24, 2.

Decimo. *Religiosi apostolici præsertim animarum zelo ferveant, et omnia pro eorum salute tolerent* (Vide Apostolici viri, Concionator). Religiosi pro salute animarum sint solliciti, exemplo Christi et Nehemiæ, IV, 230, 1, 2. In studio virtutum et zelo animarum formicas imitentur, V, 158, 2 et seq. Item aqes 159, 1, Religiosi zelosi quantum in Ecclesia Dei laborent, V, 406, 1: *Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est; ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.* A sui victoria conversionem orbis incipiant, VI, 126, 1. Apud quos hospitari debeant, XV, 264, 1: *In quamcumque autem civitatem, vel castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete donec exeatis.* Hospitium facile non mutent, 264, 1. Quid in hospitio facere debeant, XVI, 154, 1. Etiam rusticos concionentur et eis opem ferant, XV. 252, 1: *Et circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem.* Religiosorum summa lætitia est in persecutionum et injuriarum tolerantia sita, *ibid.*, 2: *Beati cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.* Religiosi cujusdam in injuriis gaudium, 174, 1.

Undecimo. *Religiosi in sua religione et monasterio stabiles sint.* Si ex uno loco in alium jussu superiorum migrent, notam levitatis non incurrent, VI, 336, 2: *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Cur sæpe sedes suas mutent, XIV, 283, 2 et seq. Religiosus non debet scandalizari videns aliquos ad sæculum reverti, XIX, 46, 1.

Duodecimo. *Malorum religiosorum criminosa vita et pœna.* Religiosi torpidi laborem boni operis exhorrescentes, eum subire reformidant, VI, 156, 1. Religiosi tepidi non omnes gratias suas simul, sed modo hanc, modo illam amittunt, XIII. 358, 2: *Et ego quasi tinea Ephraim; et quasi putredo domui Juda.* Religiosi segnescentes sunt uvæ luxuriantes, sed immaturæ, XI, 153, 2. Religiosi a pristinis majorum institutis deviantes, denigrati dicuntur, XII, 414, 2: *Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, et facta est quasi lignum.* Religiosi voluptatem consectantes sunt velut porci in sordibus agentes, XII, 410, 1, 2: *Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.*

Decimo tertio. *Religiosorum bonorum merces in morte.* Religiosi boni in morte exultant, XIII, 464, 1. Una cum Christo erunt judices, idque ob quatuor causas, XV, 433, 1, 2: *Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes*

duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.

5° *Religiosorum aliqui usus.* Religiosi mane sua opera pietatis exercent, X, 158, 1. Habent, jam sumpto cibo, horam recreationis, 155, 2, Religiosi nonnulli cur nomen suum mutent, XI, 541, 2. An religiosus nobilitatem perdat. VIII, 467, 2. Religiosi cur tondeantur, XI, 208, 1. Religiosas non est turpe tonderi, XVIII, 353, 2. Religiosorum olim quæ esset salutatio, XXI, 177, 2.

6° *De religiosis aliqua facta historica.* Religiosa quædam Tabennesiota a reliquis despecta, jussu angeli declarata est omnium sororum sanctissima, XX, 45, 2. Religiosæ ægris inservientes, in Galliis a S. Francisco de Sales institutæ sunt, XVI, 28, 1.

RELINQUERE. Relinquere omnia propter Christum, est actus heroicus paupertatis, XV, 432, 2. Relinquens unum propter eum centum digniora et meliora recipiet, 436, 1.

RELIQUIÆ. 1° *Reliquiæ pro paucis reliquis sumptæ.* Reliquiæ generis humani ob Noe sanctitatem Deus in arca servavit, X, 445, 1. Reliquiæ Judæorum convertentur sub Christo, XI, 248, 1, 2. Reliquiæ Judæorum per Eliam et Henoch convertentur, XIV, 120, 1. Reliquiæ Azoti quæ dicantur, XII, 196, 1. Reliquias Idumæorum cur nominet Propheta, XIII, 644, 2.

2° *Reliquiæ pro corpore et ossibus sanctorum acceptæ.* Reliquiæ sanctorum veneratione sunt dignæ, III, 414, 1. Earum cultus astruitur, XVII, 192, 1; XX, 668, 1. Earum cultus non est superstitiosus, XIX, 98, 2. Reliquiarum cultum negat Calvinus, XVIII, 454, 1. Eas Calvinistæ mergunt et comburunt, XV, 684, 1. Reliquias sanctorum odit diabolus, nec ferre potest, XX, 668, 1. Reliquiæ sanctorum quam sint salutiferæ, XVII, 352, 1. Earum usus et vis, XV, 684, 2. Eas quomodo honorare debeamus, 647, 1.

Reliquiæ S. Pauli olim magno in honore fuere, XVIII, 15, 1. Reliquiæ S. Stephani quando inventæ, et per eas sex mortui ad vitam revocati, XVII, 192, 2. Per eas Majonam illatas multi Judæi sunt conversi, 187, 1. Reliquias martyrum Romæ in puteo collegere SS. Praxedes et Pudentiana, XIX, 317, 1 (*Vide* LIPSANA).

3° *Reliquiæ in sensu figurativo.* Reliquiæ peccati quæ dicantur, XX, 218, 2.

REMBERTUS (S.). S. Rembertus, Bremensis archiepiscopus vasa sacra vendidit, ut redacto inde pretio captivos redimeret, XII, 265, 2. Cæcum inungens chrismate, ei visum restituit, XVII, 199, 1. Semper de morte meditabatur, IX, 260, 1.

REMEDIUM. Remedia efficacissima victoriam obtinendi, IV, 545, 1. Remedium contra ingratos, mansuetudo, VII, 249, 2. Remedium contra libidinem, fuga est, 275, 2 (*Vide* LIBIDO). Remedium contra potentes impellentes ad peccatum, 337, 1. Remedium contra tentationes et persecutiones, *ibid.* Adversus cogitationes impuras, *ibid.*, 2. Remedium efficax contra tentationes carnis est orare beatam Virginem per immaculatam ejus conceptionem, XII, 831, 1.

REMIGARE. Remigant qui in medio navis maxime navim movent, V, 574, 2.

REMIGIUS (S.). S. Remigius luce cœlesti episcopus Rhemensis designatus est, X, 390, 2; XIV, 593, 2. S. Remigio columba ampullam sacro chrismate repletam attulit, XI, 705, 2.

REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. Remigius Altissiodorensis in omnes Prophetas Minores scripsit, XIII, 222, 1. Remigius an sit auctor Commentarii Ambrosiani in *Paulum*, XVIII, 32, 2.

REMISSIO, REMITTERE. 1° *Remissio peccatorum.* Remissio peccatorum opus est in se immensum, IX, 111, 1 : *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic et misericordia illius cum ipso est.* Remissio peccatorum summum Dei donum est, XIV, 152, 1, 2 : *Revertetur, et miserebitur nostri : deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Remissio peccatorum est donum cœleste, ex ea sequitur pax conscientiæ, XIX, 400, 1. Remissio peccati est actus justitiæ, XX, 529, 2 et seqq. : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate.* Est a solo Christo petenda, XIX, 457, 1. Hæc promissa est per Prophetas, *ibid.* : *Contestatur autem nos Spiritus sanctus. Postquam enim dixit : Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, dando leges meas in cordibus eorum, et in mentibus eorum superscribam eas ; et peccatorum, et iniquitatem eorum jam non recordabor amplius.* Quomodo ea in Veteri Testamento fieret, 446, 2. Remissionis peccatorum beneficium cur toties ab Apostolis inculcetur, XVII, 243, 1. Remissione peccati sui ex parte sua, quomodo dubitare pœnitens possit, XIV, 55, 2 : *Quis scit si convertatur et ignoscat Deus : et revertatur a furore iræ suæ, et non peribimus ?* Remitti peccata et tegi quomodo differant, XVIII, 82, 1 (*Vide* PECCATUM). Remissio peccatorum optime per hyacinthum repræsentatur, XXI, 395, 2.

2° *Remissio injuriæ.* Remissio injuriæ nobis illatæ est conditio peccatorum nobis a Deo dimittendorum, XV, 193, 1 (*Vide* INJURIA).

3° *Remissio animæ.* Remissio animæ oritur vel ex diffidentia, vel ex lassitudine, VI, 225, 1, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Remissius agere quid significet, IV, 552, 1. Remissionis a fervore quæ congrua sit pœna, XXI, 45, 1 : *Habeo adversum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris : et age pœnitentiam, et prima opera fac : sin autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo.* Remissio S. Timothei in prædicando unde ortum habuerit, 43, 2 (*Vide* TEPOR).

REMMON. Remmon duplex fuit urbs, una in

tribu Simeonis, altera in Judæ : utriusque situs, XIV, 537, 1. Unde locus dictus, *ibid.*

REMORA. Remoræ in mari vis quanta, *Job*, 62, 1. Remora pisciculus ingentes naves valido vento actus remoratur, XIV, 3, 2. Qua virtute naves detineat, XVIII, 2, 1, 2.

REMORSUS. Remorsus conscientiæ admisso peccato sentitur, X, 22, 1 : *Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.* Remorsus conscientiæ per vermem significatur, XI, 768, 2 : *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.* Remorsus conscientiæ peccatores lancinat, VI, 284, 2 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.*

REMPHAN. Remphan vel Rephan quid sit, XIII, 589, 2; 590, 1, 2. Unde vox illa græce derivetur, *ibid.* An vox sit Hebræa vel Arabica, *ibid.* Quale sit idolum, *ibid.* An sit Hercules vel Lucifer, 591, 1. Remphan interpretatur Lucifer, stella, et Hesperus, XII, 69, 1. Remphan est Lucifer stella, hanc colunt Turcæ et mane salutant, XVII, 177, 1.

REMUNERATIO. Remunerationis spes calcar ad fortiter patiendum, XIX, 484, 2 (*Vide* MERCES, PRÆMIUM).

RENEGATUS. Renegati Turcarum sunt infensissimi Ecclesiæ hostes, XIV, 539, 2.

RENES. 1° Renes unde sint dicti, VI, 194, 1. Renes formam et duritiem lapidum habent, XI, 603, 1. Renum dolor maximus, XII, 386, 1. Renum infirmitate an Paulus laborarit, XVIII, 503, 1.

2° Renes quid symbolice denotent, VI. 193, 2 et seq. Renes sunt sedes concupiscentiæ et affectuum, IV, 419, 1; XII, 102, 2. Renes symbolum sunt occultorum cordis, XXI, 59, 1.

RENOVATIO. 1° Renovatio aquilæ quomodo contingat, XI, 504, 1. Renovatio elementorum et cœlorum in mundi fine futura est, XX, 485, 2. Renovatio corporis in resurrectione, cur aquilæ comparetur, *Psalm.* II, 188, 2.

2° Renovatio mentis homini necessaria est, XII, 853, 2; XVIII, 640, 2 : *Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.* Eam commendant sancti, XVIII, 202, 2 et seq. : *Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri.* Renovatio spiritus semper necessaria et repetenda, XXI, 44, 1. In quo hæc sita, XIX, 104, 2 : *Nunc autem deponite et vos omnia : iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.* Renovatio spiritualis qui fiat, *Job*, 745, 2; 44, 1.

RENUNTIATIO. Qui non renuntiat omnibus possessionibus, non potest Christi esse discipulus, XVI, 201, 2 : *Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Renuntiatio in baptismo facta est juramentum, VII, 286, 2.

REPENTINUS. Repentinum in Scriptura dicitur, quod inopinato rebus desperatis accidit, etsi ante promissum sit, XI, 574, 1. Repente tam bona quam mala accidunt, *Job*, 34, 2. Repentini casus acerbi sunt, XII, 689, 2.

REPETERE. Ablata non repetere, quando præceptum, quando consilium sit, XVI, 115, 1.

REPLERE, REPLETIO. 1° *Repleo* pro plena multaque affero sumitur interdum, X, 493, 2. Repletio stomachi distillationes parit, XIII, 13, 2. Repletionis per cibos quatuor remedia, X, 129, 2.

2° Repleri legi Dei quid sit, IX, 108, 1.

REPOTIA. Repotia quod sit convivium, XXI, 88, 2. Christus quæ repotia suis præparet, *ibid.*

REPRÆSENTATIO. Repræsentatio inconstantiæ fortunæ et humanæ felicitatis, VII, 186, 2; 188, 2.

REPREHENDERE, REPREHENSIO, REPREHENSOR. Reprehendere quam reprehensionem ferre facilius, *Job*, 355, 2; 459, 1. Reprehensio post laudem amarior, 101, 1. Reprehensio prudentium et imprudentium quomodo differat, V, 363, 2. Reprehendere quomodo suos prælati debeant, XVIII, 425, 1, 2. Reprehensio vitii virtutis laude temperanda est, ne sit nimis acerba, XXI, 43, 1. Reprehensores vitiorum principis, populo grati sunt, VI, 241, 1 (*Vide* CORRECTIO, CORREPTIO, INCREPATIO).

REPROBARE, REPROBATIO, REPROBUS (*Vide* DAMNATIO, DEUS, cap. III, art. III, § II. PROVIDENTIA SUPERNATURALIS).—1° *Quid sit reprobatio, et ejus causa.* Quid sit reprobatio, VII, 260, 1. Reprobus subinde pro *improbus* capitur, IX, 284, 2 : *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt.* Reprobus sæpe idem est Apostolo quod vilis, abjectus, inutilis, XVIII, 511, 2 : *Oramus autem Deum, ut nihil mali facialis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est facialis, nos autem ut reprobi simus.* Reprobum per sensum quid Paulus intelligat, 54, 2 : *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniant.*

An reprobatio in Deo sit vel positiva, vel negativa damnandorum, non ob eorum demerita, sed ex mero Dei beneplacito, XIII, 435, 1, 2. Sententia affirmans multos in desperationem adegit, 436, 2. Reprobatio est ex homine peccante, seque in peccatis ad finem usque vitæ obdurante, 427, 2 : *Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Ipsa non est causa peccati, sed potius ejus effectus, 458, 1. Reprobatur nemo ante prævisa demerita vel merita, X, 172, 2 : *Ex ipsis benedixit, et exaltavit, et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit : et ex ipsis maledixit, et humiliavit, et convertit illos a separatione ipsorum.* Reprobatur nemo, post acceptam gratiam prævisus ea male usurus, nisi post et ob prævisa demerita, XX, 421, 2. Reprobatio non est causa exitus ab Ec-

clesia. lapsus et damnationis improborum, 552, 1 : *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.* Reprobi non sunt ante prævisionem peccatorum positi a Deo ad inobedientiam et rebellionem, 284, 2 : *Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Reprobatio culpam sequitur, *Job*, 287, 2 : *Si destruxerit, nemo est qui ædificet ; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.* Reprobatio quomodo homini et Deo tribuatur, opus est justitiæ vindicativæ, quæ ex natura sua peccatum sequitur, XVIII, 25, 1. Est duplex, negativa et positiva, 163, 1. Item æterna et temporalis, 325. 2 : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Reprobatio completa est injustitiæ complementum, X, 171, 2. Maledictionem incurrunt reprobi ob peccata, et quare, 175, 2; 176, 2 : *Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere, omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus : sic homo in manu illius, qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.* Reprobatio est actus justitiæ vindicativæ, quæ necessario peccatum vindicandum quasi objectum proprium præsupponit, X, 173, 1 ; XIII, 458, 1. Reprobi igitur in maledictione Dei non nascuntur, 352, 1 : *Væ vobis, viri impii, qui dereliquistis legem Domini Altissimi ! Et si nati fueritis, in maledictione nascemini. Et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Reprobationis infidelium et impiorum causa originalis est solum Dei beneplacitum, XV, 293, 1. *In illo tempore respondens Jesus, dixit : Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita, Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Reproborum gratia non est signata a Deo, XIX, 292, 1 : *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc : Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Reprobatio Judæorum unde facta sit, XIX, 426, 2 : *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus.*

2° *Reprobationis signum.* Reprobationis signum est nolle Deum sequi, sed suas voluntates, inclinationes, cupedines, XIV, 31, 2. Reprobationis signum est bonis affluere, iisque intemperanter se immergere, X, 497, 2. Reprobis virtutes cooperantur in malum, XVIII, 143, 2. Reprobus an salvari possit, VII, 260, 1.

3° *Reproborum status et pœna.* Reprobi post hanc vitam ad ignem infernalem damnabuntur, XVI, 562, 1 : *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardet.* Reprobi quomodo sint a Deo maledicti, X, 173, 1. Reprobi sero dolent ob neglectas in vita virtutes, XV, 527, 1 : *Fatuæ autem* (virgines) *sapientibus dixerunt : Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Frustra opem implorant, 528, 1 : *Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait : Amen dico vobis, nescio vos.* A dæmonibus aut angelis ad judicium raptabuntur, 516, 1. Et lata a Christo sententia, statim per dæmones in tartara projicientur, 538. 1 : *Tunc dicet et his qui a sinistris erunt : Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Ubi ipsum accusabunt falsitatis et iniquitatis, *ibid.* Nunquam inferno liberabuntur, 537, 2. In Deum, Christum, et sanctos blasphemant ex desperatione, odio et rabie, 532, 1. Reprobi an per Christum resurgent, XVIII, 403, 1 (*Vide* DAMNATI, INFERNUS, RESURRECTIO).

REPTILE. Reptile est animal quod ventre serpit et repit, aut quod tam exiguos habet pedes, ut iis non tam incidere quam repere videatur, XIV, 217, 2; 218, 1. Reptilia in terra degunt, et in suis antris quam primum deprehenduntur; nullum habent ducem, solitaria vivunt, tardigrada sunt, *ibid.* Reptilibus comparantur homines, *ibid.* Reptilia homines vafros et ventri deditos symbolice denotant, XIII, 321, 1.

REPUDIATA. Repudiata, alteri nubens, nunquam ad primo repudiantem poterat redire, II, 486, 1.

REPUDIUM. 1° Repudii causæ libelli in veteri lege, II, 484, 1, 2. Quænam causæ illud conscribendi, 486, 1. Repudii libellus, Deo dispensante, olim Judæis fuit licitus, VI, 18. 1 ; XII, 282, 1. An is libellus matrimonii vinculum solverit, II, 485, 1. Repudii libellus Judæis erat licitus, matrimoniumque dissolvebat, IX, 692. 1 ; X. 368, Qualis fuerit forma ejus. *ibid.*. 2. Qualis ejus forma apud Romanos, *ibid.* Repudium uxorum multis argumentis dissuadetur, XIV, 579. 1, 2. Non erat id olim licitum ob uxoris odium, 580, 2.

2° Jus repudii in Novo Testamento rejecit vel saltem corrigit Christus, II, 486. 1 ; XV, 167, 1. Id tantum licitum fornicationis causa, *ibid.*

REPUERASCERE. Repuerascere quomodo Christianus debeat, XVIII, 393, 1 (*Vide* PARVULUS, PUER).

REPUTARI. Reputari, imputari, et accepto ferre justitiam idem sunt, XVIII, 80, 2. Reputari dicitur pro tali, quod in se tale non est, *ibid.*

REQUIES, REQUIESCERE. 1° *Requiesco*, pro quiescere facio subinde accipitur. IX, 626, 1, 2. Requies servi, domini est salus et quies, X, 186, 1. Requiem quintuplicem habent mortui, 260, 2. Requies cur vocetur oratorium et templum, XII, 810, 1.

2° Duplex requies olim Judæis promissa fuit, XIX, 385, 2. Requies sabbati in usu fuit ab origine mundi ante legem Moysis, 386, 1. Requies

Judæorum terra promissionis, **requies** Christianorum æterna, 382, 1. Requies Dei quibus præparata sit, 386, 1. Requies cœlestis dupliciter præsignata est, *ibid.*, 2. Hæc restat post omnem requiem in terra, *ibid.* Quanta ejus sit suavitas, 387, 1. Requies Christi quomodo dicatur gloria, XI, 265, 1, 2. Et varie intelligitur, *ibid.*

REQUIRERE. Requirere faciem Dei vel principis, est eorumdem benevolentiam captare, VI, 413, 2 et seq.

RES. 1° *Res humanæ profanæ.* Res contrariæ universum ornant, X, 177, 1. Rerum omnium æquilibritas, 177, 2. Omnes essentialiter a Deo pendent, 380, 2. Res creatæ possessio Dei dicuntur, *Psalm.* II, 201, 2. Res magnæ dicuntur res Dei, *Psalm.* I, 222, 2. Et ei obediunt et serviunt, X, 381, 1. Quæque generatim suum habet par oppositum, *ibid.* Res mundi antiquissima est tempus, VII, 129, 1. Res humanæ velut in orbem eunt, V, 240, 1. Rerum humanarum cursus dicitur torrens, *Psalm.* II, 257, 2.

Res omnis suam habet cariem, IX, 426, 1. Res vanæ ciphræ sunt similes, VII, 14, 1. Res mundi per quid depravatæ, 71, 1.

Re eadem utitur Deus ad liberandum pios et castigandum impios, X, 314, 2. Res habitæ vilescunt, amissæ sunt in pretio, VI, 61, 2. Res quibus homines incumbere debeant, VII, 48, 2.

2° *Res humanæ sacræ.* Res sacræ quomodo adorandæ, *Psalm.* II, 165, 2.

RESIDENTIA. Residentia episcopis præcipitur, XX, 379, 2.

RESIGNARE, RESIGNATIO. In Dei velle nos debemus resignare, IX, 345, 1, 2 : *Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt.* Qui tentatur, in Dei voluntatem se resignet, 98, 1 : *Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe : et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe.* Resignatio sui in voluntatem divinam est optimum remedium in afflictione, XV, 571, 2 : *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste ; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Resignatio perfecta qualis, *Job*, 46, 2 : *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est ; sit nomen Domini benedictum.*

RESINA. 1° Resina quid sit, I, 341, 1 ; 371, 2. Resina est lacryma vel gutta stillans ex arboribus : celebris est resina Galaad in Scriptura, XII, 79, 2. Ejus vires et potentia, *ibid.* Resina quæ sponte fluit ex arbore, melior est illa quæ per incisionem elicitur, IX, 646, 2.

2° Resina animæ est pœnitentia, XII, 79, 2.

RESISTERE. 1° Resistere Deo nemo valet, *Job*, 287, 1.

2° Resistendum pravis inverecunde, IX, 163, 2 : *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium.* Quando resistendum principi iniquo, 168, 2 : *Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Resistendum nobis est concupiscentiæ, XX, 58, 1. Et tentationibus, 61, 1.

RESOLUTIO. Resolutio milites imperterritos, animosos facit, IV, 432, 2. Cum resolutis pugnare periculosum est, *ibid.* Resolutio fortis multum potest ad difficultates omnes evincendas, XII, 117, 2. Resolutio constans ad resistendum omnibus sæculi invitamentis, reddit hominem ab eo immaculatum, XX, 95, 1.

RESPECTUS. Respectus Dei ditat et beat, IX, 344, 1, 2. Respectus Christi ad Petrum negantem quomodo contigerit, XV, 592, 1 (*Vide* PETRUS).

RESPICERE. Respiciendum non est retro in Dei vocatione et bono cœpto, XVI, 142, 1, 2.

RESPIRATIO. Respiratio vitam causat, VI, 269, 1. Cur vocetur anima, *ibid.*

RESPONDERE, RESPONSIO. 1° *Variæ vocis* respondere *acceptiones in Scriptura.* Respondere capitur interdum pro *incipere loqui*, ordiri sermonem, XIV, 409, 1; XV, 27, 1; XVII, 149, 1; 243, 2; XXI, 179, 2. Idem est quod loqui. V, 490, 2. Responsum capitur sæpe apud scriptores pro *oraculo*, XVII, 236, 2. Responsum mortis quid Apostolus vocet, XVIII, 422, 1.

2° *Quomodo respondendum tum Deo tum hominibus.* Respondere Deo difficile est. *Job*, 228, 2 : *Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest : Cur ita facis?* 234, 2 : *Si fortitudo quæritur, robustissimus est ; si æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere ; si justificare me voluero, os meum condemnabit me : si innocentem ostendero, pravum me comprobabit.*

Non respondendum antequam plene audita sit quæstio vel interrogatio, IX, 339, 2 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum ; et in medio sermonum ne adjicias loqui;* X, 166, 2 : *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit.* Quod dum fit, superbiam redolet, levitatem, imprudentiam et rusticitatem, IX, 339, 2; 340, 1. Respondens antequam audiat, sæpe respondet insulse, V, 572, 1, 2 : *Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, et confusione dignum.* Respondere commode omnibus interrogantibus difficile est, IX, 269, 1 : *Non te prætereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.* Quomodo principi interroganti respondendum, 392, 2; 393, 1, 2 : *Ne retineas ex æquo loqui cum illo* (potente), *nec credas multis verbis illius : ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conservabit verba tua, et non parcet de malitia et de vinculis.* Respondens adæquate ad mentem interrogantis, eum videtur exosculari, VI, 241, 2 et seq. : *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.* Respondendum et non respondendum stulto, juxta stulti-

tiam ejus, 298, 2 : *Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.* Responsio lenis iram frangit irati, V, 445, 1 : *Responsio mollis frangit iram ; sermo durus suscitat furorem ;* 463, 1 : *Vir iracundus provocat rixas ; qui patiens est, mitigat suscitatas ;* X, 54, 1 : *Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit ; et si expueris super illam, extinguetur ; utraque ex ore proficiscuntur.* Responsio ad hæreticos de eorum fide infida, VII, 306, 2. Responsio oraculi Apollinis cuidam regi diviti, V, 224, 1.

RESPONSORIUM. Responsoria cur in divinis officiis iterentur, IX, 231, 2.

RESPUBLICA. 1° *Quibus assimiletur respublica.* Respublica velut mare est, V, 27, 1, 2. Est quasi navis. XII, 701, 2. Est quasi magnus homo politicus, XIX, 261, 1.

2° *Quidnam reipublicæ et conservandæ conducat.* Respublica sine ordine consistere nequit, XIX, 84, 2 : *Etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum : gaudens et videns ordinem vestrum, et firmamentum fidei vestræ.* Ejus salus in sapientia regentium et obedientia civium consistit, V, 324, 1 : *Ubi non est gubernator, populus corruet ; salus autem ubi multa consilia.* Ejus bonum regimen pendet a sacerdotio et regno, X, 465, 1, 2 : *Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum et gentis suæ, ut sit illi et semini ejus sacerdotis dignitas in æternum. Et testamentum David regi filio Jesse de tribu Juda, hæreditas ipsi et semini ejus, ut daret sapientiam in cor nostrum judicare gentem suam in justitia, ne abolerentur bona ipsorum, et gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.* Reipublicæ firmamentum, decus et gloria sunt regnum, sacerdotium et militia, XIV, 479, 1 : *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.* Respublicæ hæreticæ sacerdotes et sacerdotium christianum exterminantes, illis, Christo, sibi injuriæ sunt, XIII, 338, 1. Respublica ruit deficiente prudentia justorum, XI, 134, 2. Respublica floret regnante justo, et impio regnante cadit et perit, VI, 372, 2 : *In exultatione justorum multa gloria est ; regnantibus impiis, ruinæ hominum.* Turbatur per iniquum dominatum, 456, 2 et seq. : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere : per servum cum regnaverit,* etc. Respublica senibus committenda, V, 513, 2. Ejus rectores subinde se recreent, X, 108, 2. Quid respublica curare et providere debeat, VI, 462, 2. Quæ sit optima respublica, gnomæ septem sapientum, II, 405, 2 ; VI, 463, 2. Reipublicæ conducit pueros recte educare et castigare, X, 86, 1, 2 : *Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia.* Reipublicæ quam noceant immorigeri, XI, 262, 2. Respublicas conservant tam præmia quam pœnæ, II, 178, 2. Idem docetur apophthegmatibus, *ibid.* Rempublicam evertunt divitiæ immodicæ et discordia, XIX, 20, 1. Respublica tota ob unius peccatum punitur. II, 349, 1 (*Vide* REGNUM).

RESTAURATIO. Restauratio qualis gentium captivarum per Prophetas promittatur, XIII, 643, 2. Restauratio Jerusalem spiritualis quæ fuerit, XI, 610, 2 ; 611, 1. Restauratores Ecclesiæ suæ semper excitavit Deus, XIV, 326, 2 ; 327, 1.

RESTITUTIO. 1° *Restitutio in sensu restaurationis sumpta.* Restitutio omnium rerum creatarum fiet in fine mundi, XVII, 121, 2.

2° *Restitutio pro rei alienæ redditione.* Restitutionem in veteri lege quomodo Deus fieri præceperit, II, 34, 2. Restitutio alieni debita est omni jure, XVI, 164, 2. Restitutio in quadruplum non est lege naturæ vel Mosis præscripta, 249, 2. Restitutio rei alienæ domino legitimo potior est quam eleemosyna ex illa, VI, 50, 2 (*Vide* FURTUM).

RESURGERE, RESURRECTIO. I. RESURRECTIO CHRISTI, *vide* JESUS CHRISTUS.

II. RESURRECTIO MORTUORUM. *Resurrectio mortuorum quid sit et quomodo in Scriptura vocetur.* Resurrectio cur vocetur regeneratio, XV, 433, 1 : *Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel ;* XIX, 77, 2 : *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens ;* XX, 242, 2 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.* Est altera nativitas, *Job*, 326, 2 : *Putasne mortuus homo rursum vivat ? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Ea Syris vocatur consolatio, XVI, 490, 1. Resurrectio prima et secunda quæ sit, XXI, 356, 1, 2 : *Hæc est resurrectio prima. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima : in his secunda mors non habet potestatem.* Resurrectio tantum una est, 346, 1.

2° *Resurrectio mortuorum astruitur et probatur.* Resurrectionem negabant Sadducæi, credebant Pharisæi, XVI, 197, 1 ; 490, 1. Resurrectio ethnicis quam stulta videretur, XVII, 322, 1 : *Quidam autem Epicuræi et Stoici philosophi disserebant cum eo, et quidam dicebant : Quid vult seminiverbius hic dicere ? Alii vero : Novorum dæmoniorum videtur annuntiator esse ; quia Jesum et resurrectionem annuntiabat eis.* Resurrectionem quomodo jam factam esse docerent Hymenæus et Philetus, XVIII, 401, 2 ; XIX, 289, 2 : *Sermo eorum ut cancer serpit, ex quibus est Hymenæus et Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam.* Resurrectionem negantes quo fundamento nitantur, XVIII, 408, 2. *Sed dicet ali-*

quis : Quomodo resurgent mortui? qualive corpore venient? Insipiens, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Eam negantium pessima est hæresis, 290, 2.

Resurrectio sæpe in Scripturis asseritur, XI, 381, 1, 2 : *Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent : expergiscimini, et laudate qui habitatis in pulvere, quia ros lucis ros tuus*; XII, 757, 2 : *Facta est super me manus Domini, et eduxit me in spiritu Domini : et dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus : et circumduxit per ea in gyro : erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me : Fili hominis, putasne vivent ossa ista? Et dixi : Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me : Vaticinare de ossibus istis, et dices eis : Ossa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his : Ecce ego intromittam in vos spiritum, et vivetis. Et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vobis cutem ; et dabo vobis spiritum, et vivetis, et scietis quia ego Dominus*; XVI, 481, 1 et seqq.: *Respondens autem Jesus ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo*; XVII, 41, 1, 2; *Job* 413, 2; 414, 1 : *Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum : et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum : quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius : reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Resurrectio mortuorum fuit Judæis a Deo et angelis revelata, XIII. 168, 1 : *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt : alii in vitam æternam, et alii in opprobrium, ut videant semper.* Resurrecturos nos docet communis fidelium sensus, XVIII, 407, 1 : *Alioqui quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid et baptizantur pro illis? Ut quid et nos periclitamur omni hora?* Resurrectionem credebant veteres sancti ; X , 438, 2 : *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.* Eam etiam gentes credidere, XIII. 168, 1. Resurrectio corporis necessario cum animæ immortalitate connexa est, IV, 554, 2 : *At vero fortissimus Judas..... facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderunt, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.)* Ante resurrectionem qui ibant in mortem, ibant pariter in infernum, XIII, 461, 1, 2; 463, 2.

3° *Resurrectionis mortuorum causæ.* Ex resurrectione Christi fidem et spem resurrectionis nostræ habemus, XIII. 363, 2 : *Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus.* Christus est quadruplex resurrectionis causa, XVI, 490, 1 : *Dicit ei* (Marthæ) *Jesus : Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum.* Resurrectionis nostræ causa est Christus resurgens, XVII, 125, 1 : *Loquentibus autem illis* (apostolis) *ad populum, supervenerunt sacerdotes et magistratus templi et Sadducæi, dolentes quod docerent populum, et annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis.* Sua resurrectione nos suscitavit; XVIII, 402, 2; 403, 1, 2 : *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum*; XX, 244, 1: *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.* Semina resurrectionis in corpore non sunt, XVIII, 409, 2 : *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione*, etc. Resurrectio quoad substantiam est naturalis, quoad executionem supernaturalis, XVIII, 402, 2. Resurrectio est facilior quam creatio, XV, 481, 1. Resurrectionis causa est Eucharistia, XIV, 472, 1 : *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?* XVI, 394, 2; 406, 1 et seqq. : *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : et ego resuscitabo eum in novissimo die*; XXI, 46, 2 : *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis : Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.*

4° *Resurrectionis mortuorum symbola.* Resurrectio ad vitam æternam significatur per jubilæum et sabbatum, et annum sabbaticum, II, 170, 2. Ea per Henoch designatur, X, 442, 1. Raptu Eliæ denotatur, 511, 2. Ejus symbola sunt hydrargyrum et semen quodlibet, XII, 758, 1. Ea per octavum diem designatur, XII, 799, 2. Ejus symbolum est phœnix et hydrus, XIII, 462, 2; XVIII, 89, 2; XIX, 480, 1 ; XX, 399, 2. Ejus typus est Daniel redivivus e lacu leonum, XIII, 84. 2. Per aquilam se deplumantem et renovantem denotatur, XIV, 79, 2.

5° *Quomodo resurrectio mortuorum fiet, ejus ordo et series*, XIX, 133, 1 et seqq. : *Ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo ; et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.* Primo. *Quando fiet resurrectio mortuorum.* Resurrectio omnium rerum sicut et hominum erit in mundi fine, XX, 485, 1, 2 et seqq. Ante mundi finem non fiet, *Job*, 324, 2 : *Quomodo si recedant aquæ de mari, et fluvius vacuefactus arescat, sic homo, cum dormierit, non resurget ; donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec con-*

surget de somno suo. Resurrexisse neminem ante Christum ad vitam immortalem, de fide est, XVIII, 402, 2 : *Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium.* Resurrectio generalis futura in die Paschæ, XXI, 342, 2.

Secundo. *Ad quos se extendet resurrectio.* In resurrectione omnia corpora mortua vivificabuntur, IX, 665, 2 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.* In resurrectione omnes ad vitam revocabimur, XIII, 461, 1 : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos; ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne.* Resurgent omnes cum iis quos Christo acquisiverunt, XX, 228, 1.

Tertio. *Resurrectionis mortuorum aliæ circumstantiæ loci, temporis, modi.* Resurgent singuli in loco ubi fuerit cadaver et ossa, aut major eorum pars, XII, 757. 2. Resurrectio fiet in instanti, XVIII, 413, 1 : *Ecce mysterium vobis dico : Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba : canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti : et nos immutabimur.* An omnes simul resurgent, XIX, 133, 1. In qua ætate et mensura corporis et virtutum omnes resurgent, XVIII, 633, 1 : *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Quid in homine resurrecturum existimet Magister Sententiarum, XIX, 415, 2. Resurgemus cum quatuor humoribus, cum capillis, barba, unguibus, XVI, 258, 1 : *Et capillus de capite vestro non peribit.* Resurrectio plenissima est omnis elegantiæ, pulchritudinis et gloriæ, IV, 554, 2. In resurrectione universali, vesperi quomodo sit lux futura, XIV, 533, 2 et seq. : *Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque nox : et in tempore vesperi erit lux.*

6° *Fidei in mortuorum resurrectionem effectus.* Resurrectio mortuorum est spes christianorum, XII, 761, 1; XV, 651. 1; XVII, 50, 1; 397, 1. Ejus fides et spes quid in nobis operetur, XVIII, 89, 1; XIX, 285, 1. Erat Jobi solatium, *Job*, 414. 2.

7° *Resurrectio spiritualis qualis,* Job, 327, 2. Resurrectionis spiritualis quod sit signum; XIX, 100, 1 : *Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.*

RESUSCITATIO. Resuscitatio filiæ archisynagogi allegorice exponitur, XV, 248, 1. Item tropologice, 249, 2. Resuscitatio Lazari summam et divinam potentiam exigebat, atque ideo Christus in ea voce magna clamavit, XVI, 495, 2.

RETALIARE. Retaliare in malis, seu contumeliam contumelia ulcisci, noxium est, VI, 75, 1.

RETE. 1° Retia dicuntur quasi retinentia : retia piscationis apostolicæ sunt instrumenta, XVI, 109, 1, 2. Quid rete non fractum in captura multorum magnorum piscium denotet, XVI, 644, 1. Rete frustra avibus jacitur, quo sensu, V, 41, 1. 2.

2° Reti Salmanasar velut anceps Israelitas illaqueavit et abduxit, XIII. 620. 2. Rete Dei est tribulatio, XII, 362, 2. Rete quodammodo est facilitas providentiæ Dei, 729, 2.

RETEGO. *Retego* idem est quod detego, aperio, X, 493, 2.

RETINERE. Retinere peccata quid sit, XVI, 563, 1.

RETRIBUERE. Retribuere quod homo pauper non potest. retribuet Deus ei qui in ipsum benignitatem exercet, XVI, 197, 1. Retributio Dei et hominum qui differant, 196, 1, 2. Retributio cuique fit post hanc vitam.

RETROSPICERE Retrospiciendum non est in via perfectionis, XIX, 47, 2.

REUS. Reus nuncupatus a re quæ petitur, VI, 310, 2. Reum indicare superiori ut corrigatur, est actus sanctitatis, III, 350, 1. Reus inauditus damnari non potest, XVII, 415, 2. Ei potius favendum quam accusatori, *ibid.* Reus poterat damnari inauditus, a testibus convictus, XVI, 429, 2. Reus a judice punitus beneficio afficitur, VI, 333, 2. Légitime a judice adjuratus, dicere debet veritatem, 412, 1. Reo ad mortem damnato dabatur vinum, 485, 1.

REVELATIO. 1° *Revelatio pro manifestatione alicujus rei ignotæ et humanæ menti imperviæ.* Revelatio, scientia, prophetia et doctrina quomodo differant, XVIII, 388, 2. Videtur aliqua revelatio facta de Mose nascituro, XIX, 482, 2. Revelationes sibi factas Paulus silentio pressit, XVIII, 3, 2; 13, 2. Non habent revelationem suæ salutis, XIX, 45, 2.

De revelationibus SS. Gertrudis et Brigittæ quid sentiendum, VIII, 217, 2. Revelationes beati Amadæi cujus sint auctoritatis, XXI, 1. Multa continent fabulosa, *ibid.* Revelationes feminis factæ examinandæ sunt, nec iis facile credendum. III, 614, 1. Revelationes spirituales assiduæ mire mentem illustrant, XIV, 255, 1, 2.

2° *Revelatio pro manifestatione Dei vel ejus attributorum.* Revelatio Jesu Christi in die judicii quæ futura, XXI, 15, 2. Revelationis dies dicitur dies judicii. XX, 252. 1.

REVERENTIA, REVERERI. 1° Reverentia aliquando capitur pro pudore, X, 35, 2; XVIII, 408, 1. *Revereri* subinde est idem quod pudere, X, 357, 1. Aliquando pro timore, XVIII, 221, 1. Reverentia quomodo differat ab humilitate, religione, obedientia. XIX, 396, 1. Reverentia alia est activa, alia passiva, XIX, 396, 1. Reverentia quomodo generet horrorem et stuporem, XIV, 567, 2. Reverentiæ triplex gestus, XXI, 114, 1.

2° Deus quasi reveretur homines, quomodo, VIII, 536, 1. Duplex reverentia Christi, activa et passiva activa quæ, 321, 1. Quæ passiva, *ibid.* Reverentia Dei est sanctitas animæ, IX, 108, 2. Qua reverentia Deus in oratione adeundus, XI, 170, 2.

3° Reverentia quænam sit servanda in templis, et cur, VII, 191, 1. Reverentia angelorum in sacrificio Missæ, XVIII, 355, 2. Reverentia qualis in sacra synaxi adhibenda sit, VI, 178, 1 (*Vide* Deus, Missa, Oratio, Templa).

REVERTI. Reverti Hebræis quid sonet, XI 654.

REVIVIFICATIO. Revivificatio operum mortificatorum probatur, XIX, 403, 1 (*Vide* Pœnitentia).

REX. I. Regis nomen et hujus vocis significatio. Rex dicitur a *regendo*, vel recte agens, VI, 55, 1. Rex græce cur dicitur βασιλεὺς, XIV, 127, 2. Rex idem est quod basis populi, *Job*, 230, 2. Rex dicitur βασιλεὺς quia est basis reipublicæ, VIII, 414, 1. Reges olim dicti tyranni a fortitudine et potentia, XIII, 9, 2. Ab Homero dicuntur Jovis alumni, 393, 1. Sunt Christi, quia uncti oleo in sua inauguratione, XIV, 122, 2.

II. Regum potestas et auctoritas, quæ sint eorum auctoritatis origo et fundamenta. 1° *Regum potestas et auctoritas.* Regia potestas duplex, finita et infinita, III, 305, 1. Rex est regni sui primarius, XX, 299, 1 : *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Rex quasi quidam Deus terrestris, et ideo coronam gerit, III, 166, 2 : *Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon : Dominare nostri, tu, et filius tuus, et filius filii tui; quia liberasti nos de manu Madian.* Regis dignitas in pompa consistit, 610, 1. Regum majestas accedentes ad eos percellit, IV, 399, 2. Reges orbem portant, *Job*, 231, 1 : *Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem.* Eorum quanta sit potentia in bonum et malum, VI, 82, 2 : *Dissipat impios rex sapiens, et incurvat super eos fornicem.* Regum insigne est sceptrum sive virga, XII, 18, 1.

2° Reges suum regnandi jus et regnum a Deo accipiunt, V, 211, 2 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.* Omnes sunt a Deo vel per se, vel per suos instituti, XX, 298, 1. Reges legitimi a Deo dantur, XIII, 393, 1 : *Ipsi regnaverunt et non ex me : principes extiterunt, et non cognovi.* Impii et hæretici non regnant ex Deo, 392, 2. Hi sunt pistores et furnarii dæmonis, 382, 1. Rex Deum repræsentat, V, 529, 1. Reges Dei vices gerunt 212, 1. Rex est in terris viva Dei imago, XX, 298, 1. Reges sunt Dei in terris simulacra, XIII, 386, 2, XIV, 489, 1. Sunt ejus internuntii, V, 494, 1 : *Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.* Eorum sententia est oraculum, *ibid.* A Deo in responsis suis diriguntur, V, 493, 2 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Sunt instrumenta Dei in pœnam vel utilitatem, *Job*, 657, 2; 661, 1 : *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Reges sua regna Deo accepta referant et offerant, XXI, 116, 1. Rex similis angelo, VIII, 412, 2. Rex est velut sol, VI, 54, 2. Et angelus summus, *ibid.* Reges sunt velut soles terreni, XI, 548, 1, 2; XIV, 489, 1. Soli comparantur, cordi et medico, XIV, 489, 2. Sunt proxime post Deum timendi, VI, 238, 2 : *Time Dominum, fili mi, et regem, et cum detractoribus ne commiscearis : quoniam repente consurget perditio eorum, et ruinam utriusque quis novit?* Rex a Deo debet regi ut bene regat, V, 494, 1. Sinant reges se a Deo regi, VI, 93, 2 : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud.* Eorum decreta a Dei voluntate derivantur, 92, 1, 2. Eorum corda sunt in manu Dei, IV, 399, 2, VI, 93, 1; XIV, 316, 2. Quomodo cor eorum a Deo dividatur, VI, 91, 2. Eos mala consulere sinit Deus, cum genti cuipiam iratus est, bona vero, cum ei favet, 92, 2 et seq. Eis a Deo immittuntur ardores ad id capessendum quod ipse per eos vult peragere, 94, 1. Eos ipse contra hostes et insidias tuetur, *ibid.* Eos et regna Deus maxime curat, 130, 1 : *Equus paratur ad diem belli : Dominus autem salutem tribuit.* Habent aliquem angelum e superiori ordine pro sui custodia, XXI, 61, 2. Meminerint se Deo subditos esse, XX, 298, 2.

III. Quæ sint regii status vanitas, sollicitudo, pericula. Rex nascitur ut cæteri, VII, 186, 1. Reges omnes e servis orti, et servi e regibus, XV, 54, 2. Sunt mortales ut plebeii, *Job*, 87, 1. Reges cogitent se esse mortales, exempla, VIII, 417, 2 : *Sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus, et ex genere terreni illius qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum caro.* Regum et regnorum vanitas, VII, 186, 2 et seq. Eorum miseria exemplo declaratur, IX, 338, 1 : *Multi potentes oppressi sunt valide, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum.* Eorum potentia mera vanitas, XIII, 80, 2. Eorum felicitas quam sit momentanea, XX, 479, 2. Auroræ comparantur quæ aurea videtur, sed mox evanescit, XIII, 426, 1, 2 : *Sicut mane transiit, pertransiit rex Israel.* Repentinis mortibus expositi sunt, *Job*, 448, 1 : *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Repentinæ diversorum regum ac principum mortes, 448, 2. Imperatorum repente morientium series, *ibid.* Regum omnium celer est ortus et occasus, XIV, 185, 1. Reges regno excidere possunt, et fieri privati, VI, 433, 2. Reges servos facit sors, VII, 339, 1, 2. Quibus viis et actionibus perdantur, VI, 481, 2. Reges multi gloriam priorem

fœda libidine deturparunt, X, 496, 1. Caveant a minimo vino, VI, 482, 2; 483, 1 : *Noli regibus, o Samuel, noli regibus dare vinum; quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas.* Multi gula perditi, VII, 351, 1 : *Væ tibi, terra, cujus rex puer est, et cujus principes mane comedunt.* Reges abundant omnibus, præterquam veritate, III, 620, 1. Reges qui habent æmulos, omnia tuto timent, IV, 233, 1. Ad minimas umbras expavescunt, VI, 17, 1. Ærumnis non carent, X, 327, 1 : *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ, in matrem omnium..... a residente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terra et cinere, ab eo qui utitur hyacintho, et portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio.* Quanam in re reges sint plebeiis miseriores, VI, 384, 2. Reges sæpe sunt pauperes, cur, 433, 2.

IV. Quæ sint regum officia.—1° *Eorum dotes et qualitates in generali*, VI, 55, 1, 2. Quæ sint regis officia et partes, VI, 55, 2, 258, 1; 380, 1; 488, 1. Quid ei maxime necessarium sit, X, 144, 1. Quomodo regnare debeat, VII, 190, 1. Duo præcepta eis danda, *Memento quod es homo : memento quod est Deus*, III, 621, 2. Rex bonus quis, *Psalm.* I, 465, 1. Reges sint pastores populi, III, 448, 2 : *Et venerunt universæ tribus Israel ad David in Hebron, dicentes : Ecce nos, os tuum et caro tua sumus. Sed et heri et nudius tertius, cum esset Saül rex super nos, tu eras educens et reducens Israel; dixit autem Dominus ad te : Tu pasces populum meum Israel, et tu eris dux super Israel.* Cur ex pastoribus olim reges crearentur, VI, 356, 2. Regum est pascere suos, XVI, 645, 2. Rex sit subditorum velut pastor, XX, 309, 1. Pastores æmulentur, 674, 1. Aurigis comparantur, XIV, 426, 2. Reges summam habeant potentiam, sapientiam, bonitatem, et cur, 489, 1. Illorum est prodesse omnibus, nocere nemini, 21, 1. Quomodo rex gloriosus permanere possit, X, 144, 1. Quomodo bonam famam consequetur, 522, 2.

2° *Reges sint religionis cultores et fautores.* Deum honorent a quo regnum acceperunt, IX, 297, 2 : *In manu Dei potestas terræ, et exsecrabilis omnis iniquitas gentium, et utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* A Deo opem ad bene regendum in oratione petant, 298, 1. Juste regnent et sancte, V, 212, 1. Regant suos juxta Christi legem et Evangelium, X, 432, 1. Regum est potissimum habere curam veræ religionis, II, 461, 2 et seq. Docetur id exemplis, *ibid.*, 2. Regum piorum exempla et virtutes, 462, 2. A regibus pendet regni fides et infidelitas, XIV, 67, 2 : *In scelere Jacob omne istud, et in peccatis domus Israel, quod scelus Jacob? nonne Samaria? et quæ excelsa Judæ? nonne Jerusalem?* Rege sub impio subditi omnes impii, XXI, 157, 2. Reges cur seducere curent hæretici, 201, 2. Regnante rege pio floret Ecclesia et orbis, ex adverso regnante impio sequitur eorum mœror, squalor et ruina, VI, 372, 2 et seq. : *In exultatione justorum multa gloria est, regnantibus impiis ruinæ hominum.* Reges pii a Deo multitudine populorum donantur, V, 433, 2 : *In multitudine populi dignitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis.* Per pietatem imperium stabiliunt, IX, 320, 1 : *In medio fratrum rector illorum in honore : et qui timent Dominum, erunt in oculis illius.* Reges pii religionem restaurare possunt, si velint, X, 525, 1, 2 : *Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.* Hæresim extirpent, *ibid.* Regibus piis Deus difficultates omnes complanat ad extirpandam hæresim, XIV, 401, 1, 2 : *Quis tu, mons magne, coram Zorobabel? in planum : et educet lapidem primarium, et exæquabit gratiam gratiæ ejus.* Si fideles exonerent, et hæreticos onerent, aliquando consulto faciunt, et sic eos ad fidem compellunt, VI, 116, 1. Reges pii semper Ecclesiam et Pontificem Romanum coluerunt, XX, 298, 2 : Reges et reginæ quomodo sint nutritii Ecclesiæ, XI, 591, 2 : *Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ : vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.* Numerantur aliquot tales reges et reginæ, *ibid.* Reges audiant pontifices, XIV, 436 2 : *Et ipse extruet templum Domino : et ipse portabit gloriam, et sedebit, et dominabitur super solio suo : et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos.*

Reges impii cito a Deo de medio tolluntur, IX, 308, 2 : *Brevem languorem præcidit medicus : sic rex hodie est, et cras morietur.* Sæpe eorum consilia impia Deus in ipsos revolvit, VI, 92, 1. Regum gloria evanida est, nisi in gloriam cœlestem desinat, XXI, 402, 2 : *Et ambulabunt gentes in lumine ejus : et reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam.* Reges sacra non invadant, IV, 179, 2 : *Sed cum roboratus esset* (Ozias), *elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglexit Dominum Deum suum : ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, et cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt : Non est officii tui, Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium : egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo tuo.*

3° *Reges justitiam diligere debent*, Job, 658, 2. Regi duo sunt necessaria : veritas et justitia, *Psalm.* I, 294, 1, 2 : *Propter veritatem, et man-*

suetudinem, et justitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Ejus thronus justitia firmatur, injustitia et rapina evertitur, XII, 175, 1 : *Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? Pater tuus numquid non comedit et bibit, et fecit judicium et justitiam tunc cum bene erat ei? Judicavit causam pauperis et egeni in bonum suum : numquid non ideo quia cognovit me, dicit Dominus?* Rex est summus justitiæ præses, V, 553, 2. Rex probus omnem injustitiam abominatur, 496, 2 : *Abominabiles regi qui agunt impie, quoniam justitia firmatur solium.* Rex sit justus et beneficus, tres Dei dotes imitetur, VI, 394, 2 : *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam.* Reges tuentur justitia et clementia, 85, 1 : *Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus.* Rex quadrupliciter sedet in solio judicii et tunc a Deo dirigitur, 54, 1 : *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Solo suo intuitu omnia scelera et scelestos fugat, 53, 2; 54, 2. Ejus facies bonis est jucunda, malis terribilis, 54, 2. Reges nihil decernant et judicent nisi mature deliberatum, 254, 1 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regum investigare sermonem.* Cur judiciorum suorum rationes manifestare debeant, *ibid.* Personas non accipiant, 240, 1 : *Hæc quoque sapientibus : Cognoscere in judicio personam non est bonum.* Qui propter dona scelera dimittit impunite, et indignis ob largitiones officia confert, populum et regnum destruit, 394, 1. Rex sæpe per se judicet, nec omnia credat prætoribus et judicibus inferioribus, VI, 54, 1. Obeat subinde provincias suas, *ibid.*, 2. Thronum judicii in metropoli collocet, *ibid.* Dubia juris resolvat et interpretetur, V, 493, 2 : *Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.* Ipse rex obediat legi, ni faciat, justitiam contemnit, XI, 116, 2.

4° *Reges veritatem et fidelitatem in omnibus sectentur, mendacium vero et adulationem abominentur.* Rex probus candore, veracitate, corde puro delectatur, VI, 152, 1 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.* Item puritate et integritate, 152, 1 et seq. At improbi hypocrisi et adulatione delectentur, *ibid.* Rex mentiri non debet, V, 528, 2 et seq. : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Eum dedecet promissi violatio, VI, 432, 1. Assentatores devitet quasi pestem, V, 497, 1 : *Voluntas regum labia justa : qui recta loquitur, diligetur.* In eos tandem deprehensa fraude sævit, *ibid.*, 2. Regis adolescentis plausus et regnum, VII, 189, 1, 2. Regem juvenem ab omnibus respici constat, cur, 188, 2.

5° *Sapientiæ et prudentiæ reges amantes sint.* Sapientiam inquirant et scrutentur, VI, 253, 1. Item fidei mysteria, 254, 1. Item Dei arcana judicia, *ibid.*, 2. Rex pauper et puer sed sapiens, divite sene et stulto præstat, VII, 183, 2 : *Melior est puer pauper et sapiens rege sene et stulto, qui nescit prævidere in posterum.* Regis senis stultitia in quo sita sit, 185, 1. Reges suas cupiditates non sequantur, VI, 458, 2. Rex imprudens populum suum perdit, at prudens ædificat, IX, 295, 1, 2 : *Rex insipiens perdit populum suum, et civitates habitabuntur per sensum potentium.* Rex animi sui affectus regat, V, 499, 1. Regis verba potestate armata sunt, VII, 288, 1 : *Et sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei quispiam potest : Quare ita facis?* Regem qualia verba deceant, V, 17, 2. Rex sit in dictis et pronuntiatis suis verax, 493, 2.

6° *Quales habere debeant consiliarios.* X, 181, 1. Eorum puritas et honestas a ministris puris et honestis colligitur, VI, 153, 1. Quos eligere officiales debeant, 172, 2 : *Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Eorum salus consistit quod habeant consiliarios sanctos et sinceros, et sanctos pontifices, concionatores, et confessarios, X, 482, 1. Sunt tales quales eorum consiliarii, V, 257, 2 : *Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum; aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.* Regi superbo monita spernenti et monitores odio habenti quid accidere soleat, VII, 185, 1. Reges non semper credant suorum consiliis et suggestionibus, XIII, 79, 1. Ne cui nimiam dent sui potestatem, X, 180, 2. Eos decet regere, non regi, 181, 1.

7° *Reges humilitatem, mansuetudinem, potiusquam superbiam et iracundiam præ se ferant.* Reges non debent insolescere nec superbire, id docetur Gentilium exemplis, II, 462, 2 : *Nec elevetur cor ejus* (regis) *in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram.* In illis maxime locum habet superbia, IX, 302, 1. Regum superbia unde oriatur, VII, 185, 1. Magnos habent animos et spiritus, VI, 255, 2. Eorum cor inscrutabile est, *ibid.* et seq.: *Cælum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile.* Habent cor mobile, et sæpe necessario mutari debent ob novos successus, *ibid.* Affectant sapientiam et eminentiam supra cæteros, 256, 2. Sibi omnia volunt attribui, IX, 223, 2. Nolunt ab aliis doceri vel reprehendi, *ibid.* Nolunt reprehendi, esto male faciant, *ibid.* Coram eis nemo se jactat, 258, 2. Non ferunt ipsi superbiam, *ibid.* Per humilitatem fiunt longævi, 317, 1 : *Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.*

Rex nec nimis blandus sit, nec severus, VI, 474, 2. Si sit placidus et benevolus, omnium amorem sibi conciliat, V, 499, 1 : *In hilaritate vultus regis vita; et clementia ejus quasi imber serotinus.* Tunc ejus vita in securo est, *ibid.* Ejus vultus serenus et lætus subditos recreat, contra mœstus et iratus consternit, *ibid.* In quo solem imitetur, *ibid.*, 2. In primo ejus aditu debet esse beneficentior, 500, 1, 2. Reges se gratiosos et benevolos

præstent, VI, 257, 1. Regis benevolentia et hilaritas similes rori ob multas analogias, 17, 2 : *Sicut fremitus leonis, ita et regis ira; et sicut ros super herbam, ita et hilaritas ejus.* Semper potius in misericordiam propendeant, 85, 2. Eum tueatur amor benevolentia subditorum, 379. 2. Rex sit patiens et lentus ad iram, 271, 2 : *Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiem;* 273, 1. Ejus indignatio est quasi mortis nuntius, V, 498, 1 : *Indignatio regis, nuntii mortis : et vir sapiens placabit eam.* Ejus ira est similis rugitui leonis famelici, VI, 15, 1, 2 et seq. Hinc per leonem repræsentatur, 15, 1. Ejus sævitia velut imber procellosus est, 17, 2. Regum cor ira et cupiditate æstuans est instar fluvii impetuosi, 94, 1. Eorum furor est instar fulminis, 240, 1. Eorum severitas contentiones et lites in populo excitat. 476, 1 : *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum; et qui vehementer emungit, elicit sanguinem; et qui provocat iras, producit discordias.* Iram igitur rex compescat, 15, 1. Sit mitis et placidus, *ibid.* Natura pronus est ad iram, *ibid.* Umbris injuriarum feritur : in eo iræ juncta potentia est, 16, 1. Ejus edicta omnes terrent, *ibid.* Per iram furit, *ibid.* Ex ira integras urbes et totum regnum expilat et vastat, *ibid.*, 2. Ejus iram provocans, peccat in animam suam, VI, 45, 2 : *Sicut rugitus leonis, ita et terror regis; qui provocat eum, peccat in animam suam.* Ejus iram verbis lenibus infringant subditi, 272, 1. A solo Deo potest cohiberi, *ibid.*, 2. Rex sævus a suis petitur insidiis, V, 497, 2.

8° Reges non debent subditos nimium gravare, *Job*, 468, 1. Jure suo rex munera exigit, V, 575, 2 : *Donum hominis dilatat viam ejus, et ante principes spatium ei facit.* Tributa moderetur sumptus minuendo, V, 379. 2 : *Dux, indigens prudentia, multos opprimet per calumniam : qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.* Si sit per munera electus, populum expilat, 393, 2. Rex pauper est sycophanta, opibus subditorum per fraudem inhiat, levi de causa eis litem intentat, falsa crimina eis imponit, 379, 2. Rex debet amare paupertatem, cur, VII, 184, 2. Rapaces principes sunt rapaces lupi, *Job*, 468, 1. Reges aquilis rapacitate similes, *ibid.* Olim regi fines assignabantur ne in alienos irrueret, *ibid.* Reges decet liberalitas, X, 133, 2 : *Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele.* Regum liberalium exempla, XIV, 489, 2.

9° *Regulas prudentis politicæ in gubernando regno sequantur.* Rex regno amicitur, XII, 282, 1 : *Et amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo : et egredietur inde in pace.* Rex sit in medio regni quasi centrum in circulo, 842, 2. Rex est regni quasi maritus, respublica eo mortuo est quasi vidua. XI, 570. 2. Rex et populus quasi una persona, III, 329, 2. Rex est arbor habens sua folia, fructus, volucres, etc., XIII, 56, 2; 57, 1. Quid in republica gubernanda reges spectare et curare debeat. VI, 462, 2. Quomodo rex populis multis se accommodet, X, 144. 1. Rex unus esto, XVI, 157, 1. Reges multi uno in regno causa sunt bellorum et variarum exactionum, VI, 377, 1. Reges non metuant magnorum potentiam, sed premant et calcent, IV, 381, 2. Timeant virum sapientem, præsertim exterum, ne regnum prodat et turbet, IX, 223, 2. Reges noctu vigilent, maximisque reipublicæ negotiis invigilent, IV, 379, 1. Acta sua recognoscant et perlegant, *ibid.* Rex sit magnanimus, vigilans ductor suorum, VI, 468. 1. Leoni assimilatur in multis analogiis, 469, 1. Item gallo, *ibid.*, 2 et seq. Item arieti, 471, 1. Naso assimilatur, XII, 670, 2. Reges ad vestigia suorum attendant, *Job*, 573, 2. Secretum suum et animum nullis aut paucis pandant, IV, 305, 1. Eorum consilia præsertim de subjugandis aliis regibus sint secreta, 320, 1. In bellis somno non indulgeant, VI, 503, 2. Rex quomodo in bello existat invictus, X. 467. 1.

10° *Reges suis exemplo præluceant;* X. 433, 1, 2 : *Imperantes in præsenti populo, et virtute prudentiæ populis sanctissima verba.* Regis exemplum omnes sequuntur, VI, 372. 2 et seq. Cur debeant esse regula totius regni, VII, 351, 1. Qualis rex, tales subditi, IX, 295, 1, 2 : *Secundum judicem populi, sic et ministri ejus : et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.* Rex est speculum coram populo, quem hic in omnibus operibus suis aspicit et sequitur, XII. 703, 1. Esse debet Cherub, 502, 1, 2; 707, 2. Cæteros præcellat charitate, XX. 110. 1.

V. Quæ sint officia subditorum erga reges. — Regibus in civilibus obediendum, idque propter Deum, VI, 239, 1 : *Time Dominum, fili mi, et regem, et cum detractoribus non commiscearis;* XVIII, 219, 1 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo : quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.* At contra Deum aliquid jubenti non est obediendum, VI, 239, 1. Regibus debetur honor, XX, 109, 2. Pro regibus maxime orandum, XIX, 194, 1 : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus; pro regibus, et omnibus qui in sublimitate sunt.* Pro iis ac principibus qui Deum orat, optime orat, XIII, 378, 2. Eorum gratiam qui ambit, prius Deum oret, VI, 93, 2.

Regem adire arduum est, quomodo et quando id fieri debeat, VII, 287, 2. Cum iis non est diu, importune et arroganter agendum, IX, 391, 1 : *Advocatus a potente discede : ex hoc enim magis te advocabit.* Non est cum illis agendum ut cum paribus, 392, 2 : *Ne relineas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius : ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de obsconditis suis.* Regi assistere, est ei esse familiarem, VI, 172, 2 (*Vide* Prælatus, Princeps).

VI. Varii circa reges apud veteres præser-

rim usus. — Regibus cum inaugurantur, datur gladius, cur, IV, 565, 1, 2. Regis clypeus in inauguratione olim ungebatur, XI, 330, 1. Reges Peruanorum quid agant, antequam regnum ineant, VII, 184, 2. Reges Ægypti cur crearentur Pontifices, XVII, 344, 2. Reges in Taprobrane eligebantur senes, IX, 673, 2. Reges prisci alba veste vestiebantur, VII, 316, 1. Reges Chaldæi sceptrum gestabant rosa insignitum, IX, 228, 2. Regum olim erant quatuor insignia, I, 361, 1. Reges olim in prœliis suos habebant currus quibus insistebant, XI, 330, 1, 2. Reges devictis hostibus, arcus triumphales et trophæa erigunt, VI, 82, 1. Reges Ægypti ad quod jusjurandum judices adigerent, VII, 149, 2. Cibo simplici vescebantur. 352, 2. Reges exteris opibus et gloria Salomonem superarunt, X, 495, 2. Reges barbari uxoribus civitates donabant, XIV, 185, 1. Olim lampades accensæ sive ignes regibus præferebantur, IV, 322, 1; VI, 71, 1; XIV, 408, 2; XX, 477, 2. Reges Persarum aliarumque gentium per cortinas loquuntur et dant responsa, IV, 350, 2. Neque se conspici sinunt, 365, 1, 2. Reges orientales nefas erat adire sine munere, XV, 81, 1. Reges olim in palatiis habebant templa deorum tutelarium suorum, XIV, 181, 2. Reges Hebræorum, Persarum, aliarumque gentium suos habebant admonitores commentarienses, XI, 727, 1. Reges Hebræorum vocabantur Christi Domini, 547, 2. Indebant sibi nomen a Deo derivatum, 562, 2. Regum matres, regnantibus filiis, etiam reginæ vocantur, XIII, 70, 1.

Reges Hispaniæ a subditis in jus vocari possunt, IX, 263, 1, 2. Reges Franciæ et Angliæ tactu suo strumas curant, XV, 214, 2.

VII. Varia facta historica de regibus tum Hebræorum, tum aliarum nationum.— Reges a Samuele primum Israeli dati, X, 476, 2. Reges Israel quomodo dederit Deus in ira sua, XIII, 459, 1, 2. Hi Assyriis munera et tributa solverunt, 396, 2. Idololatræ fuerunt, 408, 2. Regum Israel alii regnum tyrannice invaserunt, alii licet a Deo electi viderentur, tamen non tam ex Dei voluntate, quam ex propria cupiditate regnum inivere, 392, 1, 2. Quomodo regnarint hi, non ex Deo, *ibid.* Regum Israel perversitas et excæcatio, III, 636. 1 Reges tam decem quam duarum tribuum toti populo causa idololatriæ fuere, XIV, 67. 1. Reges Israel sæcularia judicabant, X 462, 1. Reges Juda sibi continuo succedentes sub quibus prophetarunt Prophetæ, XIII, 254, 2; 255, 1. Regum Juda quidam pii, quidam impii fuerunt, X, 517, 2; 526, 1. Omnes præter tres peccarunt, 525, 2. Reges Juda ex lege Dei populum regere debebant, V, 494. 1, 2. Reges Judæorum et duces justi injustique an per duplicem Zachariæ virgam significentur litteraliter, XIV, 487, 2 (*Vide* Hebræi, Israel, Juda).

Reges Persarum enumerantur, et simul tempus regni, XIII, 148, 1. Reges varii Babylonis recensentur, XIV, 172, 2.

Rex Ninives publicum suis indixit jejunium ad prædicationem Jonæ, XIV, 52, 1.

Reges gentiles etiam templo Jerusalem donaria miserunt, XVI. 508, 1. Regum Hispaniæ in ecclesias beneficentia, XI, 710, 2. Reges quinam studio Scripturæ dediti fuerint, I, 21, 2.

Septem reges tyranni qui septem mundi ætatibus Ecclesiam persecuti sunt, XIX. 154, 2. Reges decem Romam evertent et Romanum imperium divident, 155, 1. Hi ab Antichristo domabuntur, *ibid.* Qui reges per Euphratem, contra Ecclesiam pugnaturi, ad Antichristum venturi sint, 299, 2 et seqq. Reges contra Deum bellaturi in fine sæculi, ab eo siderabuntur, 301, 1. Hos Deus in loco Armagedon sensim adunabit, ibique eos cædet, 302, 1, 2. Reges decem in orbe dominaturi veniente Antichristo, intelliguntur per decem cornua draconis, 242, 1. Item per bestiæ cornua, 318, 2. Reges tres debellandi ab Antichristo erunt rex Libyæ, Ægypti et Æthiopiæ, XIII, 161, 1. Reges Asiæ et Ægypti cur clare non exprimat Daniel, 148, 2.

VIII. Regis vox allegorice et mystice sumpta. Rex mitis Jerusalem ingressurus, quem prædixit Zacharias, non est Zorobabel, XIV, 457, 1. Sed Christus, *ibid.* Nec Alexander Magnus, *ibid.* Rex quidam toti orbi dominaturis, ex Oriente venturus a Sibyllis prædictus est : is erat Christus; hoc oraculum Gentiles ad Vespasianum detorserunt, 333, 1, 2. Rex nobilis allegorice est Christus, VII, 353, 1. Reges tres, peccatum, lex, gratia, sive Adam, Moses, Christus, XVIII, 104, 2.

2° Reges mystici qui sint, V, 212, 1. Vere rex est qui se regit et a ratione se regi sinit, 230, 1. Rex verus est censendus qui suos regit affectus, VII, 209, 1. Rex dici meretur qui animo suo dominatur, X, 430, 1. Rex est qui cupiditatibus suis, potentiis animæ, ut appetitibus, sensibus, linguæ et omnibus membris dominatur, XIV, 21, 2; 101, 1. Rex mystice est liberum arbitrium, VII. 208, 2.

Rex convivii quis et quomodo apud Germanos eligatur in festo Epiphaniæ, X, 141, 1, 2.

RHABDOMANTIA. Rhabdomantia priscis erat in usu. XIII, 343, 2.

RHEGIENSIS, RHEGIUM. Rhegium civitas Calabriæ unde dicatur, XVII, 440, 2. Ejus antiquitas, *ibid.* Fidem S. Paulo debet acceptam referre, *ibid.* Rhegienses quomodo ad fidem a S. Paulo sint conversi, 441, 2.

RHETOR. Rhetores qua arte memoriam juvant, V, 185, 2.

RHETORICA. Rhetorica non vetatur a Salomone multiloquium carpente, V, 295, 1, 2.

RHINOCEROS. 1° Rhinoceros quale animal sit, II, 325, 1; *Job*, 737, 1, 2. Unde dicatur, II, 325, 1. Primus eum Romæ in arenam produxit Domitianus, et cur nummum cudi jusserit cum effigie rhinocerotis, *ibid.* Duo habet cornua, II, 529, 2 et seqq. Rhinocerotes loricati sunt, XXI, 206, 2.

Rhinoceros quomodo capiatur, XIX, 188, 1. 2° Quænam rhinoceros symbolice significet, II, 325, 1. Est typus S. Pauli, XIX, 188, 1.

RHYTHMUS. Rhythmus Proverbiorum elegantiam juvat, V, 18, 2.

RHODE. Rhode puella ostiaria honesta fuit, XVII, 267, 2. Et martyr, 268, 1. Cur Petro pulsanti non aperiat, *ibid.*, 2.

RHODII. Rhodii a quo orti ferantur, I, 166, 1. Rhodii non sunt Colossenses, a colosso solis sic dicti, XIX, 69, 1.

RHODOCUS. Rhodocus quidam hostibus arcana prodit, IV, 557, 1.

RHODODAPHNE. Rododaphne quis sit frutex, unde dictus, IX, 648, 1.

RHODUS. Rhodus unde dicta, XVII, 267, 2. Rhodi descriptio, et quando ea a Turcis capta sit, semper in ea sol apparet, ejus colossus quam fuerit altus, 378, 1. Soli sacra fuit, 267, 2. Rhodus ex aquis denuo emersit, X, 414, 1.

RHOMBUS. Rhombo conferuntur Hebræorum gyri in deserto, II, 367, 2.

RHOMPHÆA. Rhomphæa tam gladium quam telum significat, X, 468, 1.

RIC. *Ric* hebraice quid sonet, XVII, 130, 1.

RICA. Rica unde dicta sit, XVIII, 354, 2.

RICERIUS (B.). B. Ricerius e primis S. Francisci sociis studiose mulieres vitabat, X, 373, 2.

RICHARDIS. Richardis regina in conjugio mansit virgo, XVIII, 301, 2.

RICHARDUS (S.) rex. S. Richardus Angliæ rex deposito regno Christum pauperem secutus est, VI, 163, 1, 2.

RICHARDUS (S.) episcopus. S. Richardus Cicestrensis episcopus consanguineos suos ad beneficia ecclesiastica admittere noluit, II, 352, 2.

RICINUM Ricinum quale sit herba, an hebræo *kikaion* respondeat, XIV, 50, 1.

RIDERE, RISUS. 1° *Risus definitio*, VII, 88, 1. Risus a quo causatus, et modus quo causatur, 87, 2. Risus cur sit error, 86, 1 : *Risum reputavi errorem, et gaudio dixi : Quid frustra deciperis ?* Cur ridiculus, *ibid.*, 2. Cur vertigo, *ibid.* Ille cur mentis insania sit et emotio, 87, 1. Ejus causa et ratio, *ibid.*, 2. Risus a quibusdam ut Deus habitus, 88, 1. Risus sardonius quis sit, XIII, 238, 2; 583, 2.

2° *Risus quid indicet et efficiat, et an sit absolute illicitus.* Risus index est animi affectionum et passionum, IX, 542, 2 : *Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.* Risus modicus et modestus, vel effusus, signum sapientis et insipientis, 571, 1 : *Faluus in risu exaltat vocem suam : vir autem sapiens vix tacite ridebit.* Risus stultorum quid præ se ferat et cui similis, VII, 246, 2 : *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti, sed et hoc vanitas.* Risus impiorum detestabilis, V, 64, 2 et seq. : *Qui lætantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis.* Magno timore mixtus est, 303, 2. Item magnis doloribus et tandem desinet in luctum, 417, 2 : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Spiritus vitales dissolvit, 418, 2. Risus nimius opportunitatem sceleribus præbet, 302, 1 : *Quasi per risum stultus operatur scelus : sapientia autem viro est prudentia.* Risus moderatus non est illicitus, XVI, 114, 2. Risus omnis quo sensu a S. Basilio vetetur, VII, 88, 2. Risus et gaudium mundi magna vanitas est, *ibid.*, 2 et seq. Risus deterior est ira, 243, 1 : *Melior et ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Risus Saræ unde contigerit, XIX, 477, 1.

Risus sanctorum in morte, VI, 518, 1 : *Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo.*

3° *Risus allegorice sumptus.* Ridere quomodo dicatur Deus sui irrisores, V, 51, 1 : *Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit.* Ridere et lugere quomodo dicantur agri, XIII, 536, 1. Altaria risus qui dicantur, 614, 1.

RIDICA. Ridica est pedamentum vinearum, IX, 587, 2.

RIGOR. Ubi Rigor, ibi vigor est disciplinæ, VI, 224, 2 et seq ; IX, 526, 1. Rigor humanitate mitigandus principi et rectori est, XIV, 480, 1, 2. Rigor nimius in proximum, signum imperfectionis est, XVIII, 574, 1.

RINOCOLORURA. Rinocolorura, urbs Arabiæ Petræ, Judææ est limes versus meridiem, unde dicatur, XI, 390, 2.

RITUS. 1° Ritus Judæorum in sacrificio agni paschatis, XVIII, 365, 2. Ritus Judæorum crucem ligneam in contumeliam Amani circumferentium cur sublatus, IV, 389, 1, 2.

2° Ritus adorationis Persicæ, IV, 373, 1. Ritus priscus sanciendi fœdera, XII, 248, 2. Ritus circuitus in funere, VII, 396, 1.

3° Ritus octo Ecclesiæ antiquæ, XVIII, 395, 1. Iis successere octo ritus Ecclesiæ modernæ, *ibid.* Ritus baptismatis, trina ejus mersio sepulturam Christi triduanam significat, XVIII, 107, 2. Ritus communicandi vetus, 369, 2. Ritus parentalis ferendo epulas ad sepulcra defunctorum sublatus, cur, IV, 286, 2. Ritus consecrandi et benedicendi vexilla et arma ducum, et consecrandi militem, 565, 1, 2.

RIVUS. 1° Rivi fiunt vel a Deo et natura, vel manu hominum, VI, 92, 2. Rivus Ægypti quis dicatur, XIII, 606, 2. Est Nilus, vel rivus Nili, et cur, 628, 1. Rivi aggerum qui dicantur, XI, 466, 2 (*Vide* FLUMEN, FLUVIUS).

2° Rivi gloriæ in fine mundi in electos decurrent, XI, 420, 2.

RIXA, RIXARI. 1° Rixarum duo sunt fomites, susurro et ira, VI, 319, 1 : *Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus susci-*

tat rixas. Rixantes sæpe seipsos suis rixis affligunt, 296, 2 : *Sicut avis ad alia transvolans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet.*

2° Rixa multorum malorum est causa, X, 51, 2 : *Abstine te a lite, et minues peccata : homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam.* Parit pugnam, 53, 2 : *Certamen festinatum incendit ignem : et lis festinans effundit sanguinem ; et lingua testificans adducit mortem.*

3° Rixæ sunt fugiendæ, V, 537, 2 : *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum, et antequam patiatur contumeliam, judicium deserit.* Est eis abstinendum etiam post honoris læsionem, VI, 46, 2 : *Honor est homini qui separat se a contentionibus, omnes autem stulti miscentur contumeliis.* Rixa semper declinanda, IX, 270, 2 : *Ne contra faciem sies contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.* Eæ summopere sunt cavendæ, VI, 317, 1 : *Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, et commiscetur rixæ alterius.* Eas sedare magnæ prudentiæ, V, 565, 1 : *Labia stulti miscent se rixis, et os ejus jurgia provocat.* Rixantes dirimere est superiorum : iis se immiscere non est tutum, VI, 315, 2. Rixis populi nemo se immisceat, IX, 226, 2 ; *Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.*

Rixa omnis a nuptiis abesse debet a conjugio, XIV, 579, 1 (*Vide* Conjux, Conjugium).

ROBERTUS rex Franciæ. Robertus, rex Franciæ, qua occasione ordinem Stellæ instituerit, et quare, XV, 73, 2. Roberto Francorum regi apparet Deus, et monet ut blasphemias et notoria crimina de regno suo auferat, XI, 466, 1.

ROBERTUS Siciliæ rex. Roberti Siciliæ regis amor erga litteras, I, 21, 2.

ROBERTUS BELLARMINUS. Robertus Bellarminus cardinalis statura pusillus erat, sed bene auritus, IX, 335, 1. Horas suas canonicas singulas stato tempore recitabat, XVII, 113, 2. Ejus bona et sancta simplicitas, 110, 1. Se depingi vivum noluit, XX, 82, 2. Ejus patientia, 305, 1.

ROBERTUS STEPHANUS. Robertus Stephanus typographus in Vatablum injurius fuit, IX, 24, 1.

ROBERTUS HOLCOT. Robertus Holcot an in *Proverbia* scripserit, V, 12, 1.

ROBOAM. Roboam rex an fuerit cerebro imminutus, quo anno a Salomone genitus, X, 499, 2. Ob nimiam severitatem regno Israelis excidit, VI, 477, 2. Potissima regni parte excidit, 498, 2. Ejus stultitia, 499, 2. Postea factus est veræ religionis contemptor, *ibid.* Fuit moribus corruptissimus, mortuus est impœnitens, *ibid.*

ROBUR. 1° Robur unde dictum, XIII, 553, 2. Quale robur et virtutem homo jam conditus, a Deo acceperit, IX, 476, 1, 2 et seqq. (*Vide* Fortitudo). Robur et innocentia rarissime conjunguntur, *Psalm.* I 99, 1. Robur animalis in somno consistit, VII, 179, 1, 2. Robur humanum mera imbecillitas, *Job*, 90, 1. Robur brachio denotatur, XVI, 40, 2.

2 Robur Dei est initium justitiæ, VIII, 534, 2. Robur Christi judicis in quo apparebit.

3° Robur animæ in quo consistat, et quomodo parandum, XIV, 176, 1. Robur spiritus prætentandum est ei qui se evangelicæ perfectioni vult addicere, XVI, 200, 1, 201, 1.

ROBUSTUS. Robustus idem est in Scriptura quod sedulus, VI, 98, 2. Et integer, 99, 1. Item diligens, *ibid.*, 2.

ROCHUS (S.). S. Rochus a peste laborantibus invocari solet, XIX, 378, 2.

ROGARE. Rogandus Deus, ut nos iis viis dirigat quibus præscit nos ad salutem venturos, XIV, 31, 2.

ROMA. 1° *Roma vetus et gentilis.* Romæ etymon, III, 532, 1, XXI, 308, 2. Primitus significatione græca vocabatur Valentia, III, 532, 1 ; XIV, 87, 1 : XVII, 64, 2. Roma, id est *robur fortitudo*, VIII, 9, 1. Romæ nomen an sit, *Dominus ibidem*, XII, 778, 1, 863, 1. Roma quando condita, II, 337, 1 ; IV, 62, 1 ; XI, 84, 2 ; XIII, 255, 1. Ejus magnificentia et potestas, II, 337, 1, 2 ; IV, 62, 2 ; XI, 84, 2. Ejus dimensio, XIV, 48, 1. Ejus incolæ, *ibid.*, 2. Ejus primi incolæ fuere latrones, 107, 1. Roma gentilis cur symbolice vocetur *filia latronis*, 106, 2. Roma vetus cis Tiberim fuit sita, XVII, 265, 2. Roma erat septicollis, XXI, 316, 1. Roma quoad situm est munitissima, VIII, 9, 1. Roma plena fuit aquæ ductibus. XIV, 534, 2. Romæ mensurarum idea extat in Capitolio, V, 312, 1. Romæ calx ad ædificandum est tenacissima et solidissima, VII, 540, 1, 2. Roma ab olim et nunc est in suos vicos distributa, IV, 237, 2. Roma crevit per concordiam Romuli et Remi, V, 582, 2. Ejus incrementa et decrementa, XXI, 309, 1. Ejus luxus et opes, 311, 1. Ejus respublica periit ob perpetuam dictaturam, VI, 474, 1 ; 475, 1. Quam varia regimina habuerit, XXI, 317, 1. Romæ religio a Romulo stabilita, XII, 372, 1. In ea erant templa omnium deorum, XXI, 314, 1, 2. Roma censebatur olim dea, XXI, 255, 2 ; 310, 1, 2. Romæ monumenta priscæ gentilitatis multa hodie adhuc supersunt, XII, 689, 2.

Roma impia et ethnica cur a S. Joanne vocetur Babylon, XI, 332, 1 ; XIV, 422, 2. Item a S. Petro, XX, 400, 2 et seqq. Utriusque urbis analogiæ, 401, 1. Roma est civitas vanitatis, XI, 537, 1. Roma ethnica qualis fuit olim et tempore Antichristi futura intelligitur per Babylonem magnam meretricem, XXI, 306, 2. Diversimode id probatur, *idid.* et seqq. Ipsa proinde exscindetur, 308, 2 ; 310, 1, 2. Quomodo omnes ad sibi obsequendum pelliceret, 311, 1. Quomodo in Christianos sævierit, 314, 1, 2 ; 329, 2. Quot habuerit

martyres, 170, 1, 2. Quomodo Roma dici possit omnes toto orbe martyres interemisse, XXI, 331, 1.

2° *Roma christiana et moderna*. Roma moderna est alio loco quam vetus, XIV, 505, 2. Romam quomodo christiana religio olim paulatim occupaverit, XXI, 300, 1, 2. Romæ conversio a gentilismo in Bosræ incendio et eversione denotatur, XI, 450, 1, 2. Roma ad fidem conversa, cæteræ gentes facile converti poterant, XVIII, 593, 1. Cur Roma est caput Ecclesiæ, VIII, 9, 1. Eo transtulit Petrus episcopatum et primatum, ipsamque petram fidei constituit, XVIII, 44, 1. Eam Paulus quando ingressus, XVII, 425, 2; 442, 2. Illic quando Petrus apostolus cathedram constituerit, 3, 1. Illic plurimi Judæi habitabant, 91, 1. Romæ tunc incensæ causam Nero in Christianos rejicit, 7, 2. Roma S. Petro debet fidei sinceritatem, XX, 235, 2. Non sibi, nec suis meritis ascribat quod fidem inconcussam servarit, sed meritis S. Petri, XXI, 308, 1. Romæ modernæ sanctimonia, XI, 765, 2. Ejus loca veneranda, 358, 2. Est terra sancta, *ibid.*; XXI, 308, 2. Ibi jam portæ semper apertæ sunt, 403, 2. Romæ nullus Pontifex hæreticus sedit, VIII, 14, 2. Romam nunquam occupavit hæresis, XVIII, 45, 2. Ibi viget fides et pietas, *ibid.* Romana fides via ad cœlum, III, 532, 1. Romam vocatus est S. Dunstanus, id est in cœlum, *ibid.* Ibi luxuria cur permittatur, XXI, 308, 2. Ejus elogium et laus, 44, 2 Est a S. Joanne Chrysostomo æstimata et amata propter Paulum. 15, 2. Romam triumphantem videre optavit S. Augustinus, XVIII, 9, 2 et seq.; 553, 2. Romæ pene quotidie novi Romani martyres coluntur, XI, 765, 2. Romæ potissima pars jam sunt ecclesiæ et ecclesiastici, XII, 841, 2. Roma sola magnificas basilicas et templa in beatæ Virginis honorem ad sexaginta tres, quot salutationes angelicæ recitantur in corona seu rosario ædificavit, VIII, 22, 2.

Roma a quo primum vastata, XX, 550, 2. Putabatur futura æterna, XXI, 311, 1; 324, 2. Romæ deploratio eversæ a Barbaris, XII, 349, 2. Romæ captæ a Gothis epitaphium, XII, 690, 2. In fine mundi Roma fiet ethnica, XIX, 155, 1; XXI, 309, 1, 2, 329, 1. Tunc Christum et christianos persequetur, XXI, 314, 2. In ea non residebit Antichristus, 229, 1, 2. Sed eam evertet et cremabit, 319, 2. Evertetur sub finem regni Antichristi, 321, 2. Excidium ejus erit ante adventum Antichristi. XIX, 155, 1.

ROMÆUS. Romæus dominicanus pie in Domino quievit, XIX, 375, 2.

ROMANA ECCLESIA (*Vide* ECCLESIA, PETRUS). Romanam Ecclesiam fundarunt Petrus et Paulus, XVIII, 10, 2; 44, 2. Et ibi sunt passi, 11, 2. Romana Ecclesia celebris est propter Paulum apostolum ibi sepultum, XVII, 38, 2. Romanæ Ecclesiæ præeminentia, XVIII, 44, 2. Princeps est omnium Ecclesiarum, XIV, 391, 2. Romanæ Ecclesiæ dignitas astruitur, XI, 122, 1, 2; XIV, 399, 2. Maxime terra sanctorum dici potest, 377, 2. A nulla alia judicanda est, 243, 1. Quam semper fuerit florens, XX, 402, 1, 2. Quare facta patriarchalis, XX, 13, 1. Ejus in fide et pietate constantia S. Petro est ascribenda. 428. 1. Romana Ecclesia quantum a Christo dilecta, VIII, 19, 2. Romani Ecclesia ob montes vicinos videtur expugnabilis, XIII, 49, 2. Romana Ecclesia nunquam evertetur, nec everti potest, XI, 405, 1. Romana ab Ecclesia veritas petenda fidei et traditionis apostolicæ, XVIII, 44, 2. Ea maxima sequenda, XIX, 219, 1. Romana fides sola ad salutem ducit. XVIII, 623, 2. Romanæ Ecclesiæ fides commendatur, XVI, 654, 1 (*Vide* ECCLESIA).

ROMANA AULA. Romana aula et aura varia, XII, 358, 2.

ROMANI. 1° *Romani veteres et ethnici*. Primo. Romani non sunt prognati ab Idumæis, VI, 467, 1; XII, 419, 2. A Græcis habebantur ut barbari, XVIII, 45, 1.

Secundo. Romani cultum deorum cordi imprimis habebant, X, 219, 2. Omnium gentium deos colebant, ut eos haberent propitios et faventes, XIII, 412, 2. Colentes deos omnium gentium, Deum Hebræorum non coluerunt, 202, 1. Fortunam viscosam coluere, XIII, 155, 2. Quomodo coluerint Maozim, id est virtutem, prudentiam, et fortunam bellicam, XIII, 160, 1. Sua pietate et religione se cæteris gentibus præponebant, VI, 119, 1. Libros exussere religioni adversantes, XIX, 289, 1. Multos habebant sacerdotes, III, 470, 2. Fidem vicinem voluerunt esse Jovi Capitolino, XI, 261, 1. Fidem semper integram præstabant. XII, 271, 2. Romanorum priscorum in fide servanda constantia, XXI, 371, 2. Romani sua habere symbola, XI, 82, 2. Nudipedes in sacris erant, VII, 190. 2. Eorum feminæ sacra obibant velatæ, XVIII, 354, 2.

Tertio. Romani studiosi fuerunt ethices et politices, IX, 3, 1. Græca lingua iis erat familiaris, XVIII, 35, 1. Honestiores Græcam linguam et sapientiam perdiscebant, XV, 665, 2 et seq. Filios suos mittebant ad domos senum gravium et nobilium, IX, 217, 2. Romani quomodo jaculandi artem discerent, X, 20, 1. Diu medicis caruere, X, 270, 25. Romani primi fuere agricolæ, I, 159, 1; IX, 232, 1. Romani primi proceres agriculturæ fuere dediti, VI, 356, 1.

Quarto. Romani mensæ coronati accumbebant, X, 147, 1. In prandio parci erant, in cœna hilarius esitabant, XV, 225, 2. Lacte et pultibus vescebantur, VI, 358, 1. Romanæ matronæ vinum non bibebant, X, 7, 2.

Quinto. Romani olim comam alebant, quando primum tonderi cœperint, XVIII, 357, 1. Romani prisci barbam non tondebant, nec radebant, XII, 540, 2. Sed posteriores contra, hinc hi in prosperis capillum et barbam radebant, in luctu dimittebant, X, 554, 1, 2. Eorum vestis domi synthesis, foris

toga, XI, 141, 1. Velleribus ovium induebantur, VI, 358, 1. Penulati in curiam veniebant, XIX, 314, 1.

Sexto. Romani noctem in quatuor vigilias distribuebant, XII, 379, 1. Diem in duodecim horas per quatuor partes, sic et noctem dividebant, XV, 312, 2; 442, 2.

Septimo. Romani leges suas et fœdera in tabulas æreas scribebant, cur, IV, 452, 1, 2. Quo ritu fœdus percuterent, XVIII, 366, 1.

Octavo. Romani in aliis locis torqueri et necari non poterant, XVII, 313, 1. Romani cives non virgis cædebantur, sed sarmentis vitium, XIII, 410, 2. Romanorum judicum in reum feralis sententia, IV, 382, 1. In adulteros graviter animadverterunt, I, 348, 1. Olim se evirantes graviter puniebant, XVIII, 375, 2.

Nono. Romani suos in campo Martis sepeliebant, XVI, 118, 2. Insignia magistratus in funere ponebant, XII, 678, 1. Annulos mutabant, *ibid.* In funere principum erat justitium, consules sedebant in curia sede vulgari, eis fasces præferebantur inversi, *etc.*, *ibid.* Comam resecabant, eamque ponebant super caput mortui, *ibid.* Conviviis abstinebant, *ibid.* Defunctos publice pro rostris oratione funebri laudabant, 729, 1.

Decimo. Romanorum in bellis et laboribus campestribus durities, XIII, 28. 1. Quomodo omnia armis suis contriverint, *ibid.*, 2. Multas in provinciis externis alebant legiones militum ad eas edomandas, et unde eas alerent, *ibid.* Eorum disciplina vetus de annona ad usum totius anni in plerisque oppidis condenda, IV, 323, 2. Conflicturi cum hoste tunicam coccineam in prætorio exponebant, XIV, 178, 1. Romani ignem suis imperatoribus prætulere, XII, 487, 2. In vexillis aquilas præferebant, XIII, 390, 2. In periculis creabant unum dictatorem, alias duos consules, et quæ tunc essent illorum munia, IV, 451, 2.

Romani quo stratagemate victi ab Annibale, IV, 430, 1. Eorum cladis Cannensis causa, 451, 2. Cur Galatas bello appetivere, 450, 1. Quomodo Hispaniam subegerint, 450, 2. Et Carthaginem, *ibid.*, 2. Et Macedoniam cum rege Perseo, *ibid.* Item Antiochum Magnum Syriæ et Asiæ regem, 451, 1; XIII, 151, 2. Et Græcos, *ibid.* Romani quinam Judæos subegerint, et a quibus ipsi subacti, II, 337, 1, 2. Romani scribunt Ptolemæo Physconi et aliis ne crudelitatem suam in Judæos exerat, IV, 489, 2; 490, 1. Qua occasione Judæos subjecerint, XV, 395, 2. Variis præsidiis eos in imperio continebant, XV, 222, 1. Cur habebant in Jerusalem sua præsidia juxta templum in arce Antonia, XVII, 384, 2; 390, 1. An Romanorum in Judæos dominium justum fuerit, XV, 479, 1. An Judæis jus necis ademerint, XVI, 609, 1. Iis devictis, potestatem reos occidendi ademerant, IV, 221, 2; XV, 596, 1. Romani quomodo sub Pompeio templum Hierosolymitanum profanarint, XI, 737, 1, 2. Romani valde sub tempore Titi in Judæos ob rebellionem exacerbati erant, XV, 508, 1, 2. In Judæos atrociores fuere quam Chaldæi, XIII, 493, 1. Eorum castra Jerusalem obsidentium describuntur, XIV, 528, 2. Urbem et templum Jerusalem funditus diruerunt, 485, 1. Judæos post excidium urbis, in cloacis, speluncis, sepulcris scrutati, inde extraxerunt ad necem, 282, 1. Quot Judæos in excidio Jerusalem occiderint aut vendiderint, XVII, 9, 1.

Undecimo. Romani quomodo rempublicam magnam fecerint, IV, 452, 1. Consilio et patientia totum orbem subegerunt, IV, 450, 2. Sua fortitudine imperium orbis acquisierunt, V, 369, 1. Orbis et regum domini quomodo essent, XXI, 310, 1, 2. Eorum nomen apud omnes erat formidabile, IV, 490, 1. Supplicibus facile aderant, quæ fuit causa eorum potentiæ, 549, 2. Eorum commiseratio in hostes victos, XII, 685, 2. In Syphacem regem Numidiæ et Perseum regem Asiæ, *ibid.* Cur gentium jura et numina non mutarent, 452, 1, 2. Etiam suam linguam gentes victas suscipere cogebant, XIV, 303, 2. Romani qui imperium urbis auxerint, XIV, 430, 1. Romani aliqui in proposito constantes recensentur, XX, 95, 1. Eorum elogia, XIII, 28, 1.

Duodecimo. Romanos græcanicæ deliciæ perdidere, IV, 472, 2. Ob opum abundantiam degenerarunt, XIX, 260, 1. Eorum infamia connubia, II, 114, 2. Eorum propria levitas et superbia, XXI, 308, 1. Romanorum veterum peccata Deus in fine mundi puniet, et quo jure, XXI, 330, 1.

Decimo tertio. Romanorum monarchia per equos varios et fortes repræsentatur, XIV, 428, 1. Ejus fortitudo et varietas, *ibid.*, 2. Quando ea cœperit, 430, 1. Romanorum regum series et anni regni comparantur cum regibus Juda, XII, 469, 2 et seqq. Eorum reges fuere septem, XXI, 317, 1,

Romanorum regnum cur bestiæ incognitæ comparetur, XIII, 89, 1, 2. Eorum regimen novum et varium, 90, 1. Eorum respublica fuit monstrosa, *ibid.* Eorum epitheta septem, *ibid.* Ipsorum monarchia cur tibiis ferreis comparetur, 28, 1. Et quare duabus, *ibid.* Quomodo regnum eorum dicatur divisum, *ibid.* et 29, 1. In fine mundi in decem reges dividetur, *ibid.* Fuit id initio ferreum et validum, deinde fictile et contritu facile, *ibid.* Unde ejus divisio nata, *ibid.* Connubia potentium id stabilire non potuerunt, 29, 1; 30, 1. Quamdiu id steterit, 30, 1. Romanum imperium non est bestia ascendens de mari, XXI, 255, 1. Quamdiu sit duraturum, 306, 2. Ejus polyarchia, 242, 1 (*Vide* IMPERIUM).

2° *Romani moderni et christiani.* Romanis prædicandi fiduciam cur Paulus acciperet, XVII, 442, 2. Cur præ cæteris occidentalibus ad fidem vocati, XVIII, 593, 1. Romani populi charitas et eleemosynæ, VIII, 20, 1. Ejusdem pietas, 14, 2. Romanorum fidelium hospitalitas semper celebrata fuit, XVII, 237, 1. Romani idem erant olim quod catholici, XVIII, 44, 1. Sunt a Paulo laudati a fide,

43, 2. Hæc laus etiam ad posteros ipsos pertinet, *ibid.* Et forte prophetice ab eo laudati, *ibid.*

ROMANUS (S.). S. Romanus martyr parci sibi in tormentis noluit ob nobilitatem generis, I, 135, 2. Ejus in tormentis constantia, XX, 129, 1. Tortores torquentes irrisit, XI, 599, 1.

ROMUALDUS (S.). S. Romualdi conversionis quæ fuerit occasio, II, 382, 2. Vitam monasticam anno ætatis vigesimo incepit, XIX, 303, 2. Ejus visio de scala in cœlum extensa, I. 288, 2. S. Romualdi silentium septenne, XI, 416, 1. Orbis fuit miraculum, 221, 2. Benedictinum institutum reformavit, breve ejus vitæ compendium, 684, 1. S. Romualdus longævus fuit, IX, 79, 2. Ejus corpus ab Henrico imperatore ad sepulturam delatum, XI, 266, 2.

ROMULA (S). S. Romulæ felix mors et ingressus in cœlum, II, 321, 2; XIV, 197, 2. Placide in Domino defuncta est, VI, 518, 2. Ea moriente auditi sunt chori angelorum, XIX, 363, 1. Voce cœlesti ad cœlum invitata est, XXI, 414, 1. S. Romula paralytica moriens ab angelis in cœlum fuit evecta, XVI, 228, 2.

ROMULUS. Romulus an urbis Romæ conditor, XIII, 251, 1. A Romulo fundatore dicta est Roma, IV, 442, 2. Romulo regni auspicium allatum ab aquilis, XII, 624, 1. A deorum cultu rempublicam ordinare cœpit, X, 219, 2. Jactis urbis fundamentis templa JoviStatori et Feretrio dedicavit, XIV, 321, 2. Vetuit regnum adiri, nisi annuente Deo, XIII, 393, 1. Est fratricida, 545, 1. Hic primo centum senatores statuit, IV, 561, 2. Ejus lex de terminis agrorum, XI, 171, 1. Corona spicea sacerdotes agrorum coronavit, 356, 2. Romulus discerptus a senatoribus creditus est in cœlum raptus, II, 537, 1.

ROPH. *Roph, el,* id est *medicus Dei,* aut *medicina et curatio Dei,* IV, 281, 1.

ROS. *Ros* hebraice et Chaldaice est caput, IV, 206, 1.

ROS. 1° Ros quod habeat etymon, X, 405, 2. Ros Hebræis idem est quod flos, XVI, 314, 1. Quæ roris generatio, X, 408, 1. Roris natura exponitur, V, 116, 2; 117, 2. Roris descriptio et proprietas, XI, 551, 2 et seq.; XIII, 366, 1, 2. Ex rore nascuntur margaritæ, IX, 507, 2. Ros vertitur in margaritam in concham dilapsus, VI, 17, 1. Aliæ ejus proprietates, *ibid.* Est pinguis et pinguem succum germinibus et plantis instillat, suaviter et sensim herbis illabitur, *ibid.* Ejus commoda, X, 408, 1; 411, 1, 2.

Roris symbola, VIII, 102, 1; 103, 1.

2° Ros in vellere et in area Gedeonis litteraliter Dei opera significat, III, 154, 1, 2. Allegorice Christi humanitatem et beatam Virginem, 154, 2; 155, 1. Rori comparatur Christi generatio ob multas analogias, XI, 551, 2 et seq. Rori assimilatur Christi ortus, XIII, 366, 1, 2. Ros lenitatis verborum symbolum est, IX, 507, 2. Ros mystice suavitatem significat, XIV, 124, 1. Ros symbolum eloquentiæ, *Job,* 581, 1.

ROSA. 1° Rosæ etymon, VIII, 311, 2. Hæc regina est florum, 310, 1. Rosæ elogia et encomia, IX, 637, 2; XII, 709, 1; XVII, 268, 1. Rosa inter flores est odoratissima, VI, 339, 1. Quæ rosæ suavius oleant, *ibid.* Rosa est odoris prodiga, cur Græcis ῥόδος, XIII, 599, 2. Calor in rosa profusi odoris est causa, *ibid.* Rosa an primitus spinis carruerit, IX, 638, 2, 641, 1. Rosæ Jerichuntinæ descriptio, 638, 2. Item rosæ Chinensis, *ibid.* Rosa est purpura veris, X, 538, 1. Rosa resistit ebrietati, cur, VIII, 309, 2. Rosæ nocivæ sunt morituris, 311, 1. Rosa cito marcescit, IX, 228, 2. Rosæ brevis decor, XX, 47, 1.

2° Rosa spinis conjuncta quid tropologice significet, I, 108, 2. Rosa virginitatis symbolum, VIII, 310, 2; XVII, 268, 1. Symbolum est sapientiæ, martyrii, virginitatis, *ibid.* Item puritatis et charitatis, X, 538, 2. Fuit Gratiis sacra, IX, 638, 1. Est symbolum humanæ imbecillitatis, quia cito elanguescit, 638, 1; 640, 2. Item boni, malis undique circumsepti, 638, 1.

ROSA (S.). S. Rosæ mortuæ corpus etiamnum flexile est, XVII, 268, 1.

ROSALIA (S.). S. Rosaliæ elogium, Siciliam peste liberat, ejus corporis inventio, ejus nobilitas, aulam despexit, in solitudinem abiit; pia ejus exercitia, ab angelis edocetur et sepelitur, IX, 640, 2 et seq.

ROSARIUM. Rosarii sodalitas est a S. Dominico erecta, V, 208, 2. Rosarii lectione salutatur beata Virgo, quæ rosa cœlestis est, IX, 640, 2. Id componitur e rosis Salutationis angelicæ, X, 308, 2. Rosarium duodecim stellarum in honorem beatæ Virginis, et ipsum quomodo recitetur, XXI, 238, 1, 2.

Rosarium SS. Trinitatis, XI, 175, 1. Ejus commoda, *ibid.* et 2. Quomodo recitari possit, XXI, 111, 2.

ROSEUS. Roseus color pulcherrimus, VIII, 117, 2. Fuit color heroum, *ibid.*

ROSIMUNDA. Rosimunda mœcha tam amasium quam seipsam veneno sustulit, V, 198, 1.

ROSULA (S.). S. Rosula martyr fuit cum S. Cypriano, XVII, 268, 1.

ROSTRUM. Rostra in Zachariæ candelabro quæ dicantur, et quid repræsentent, XIV, 499, 2.

ROTA. 1° Rotæ magnæ sunt parvis volubiliores, 577, 1. Cur id fiat, *ibid.*, et 2. Rota plaustri Palæstini frumenta excutiunt, XI, 401, 2. Rotæ etiam lectis adhibentur, VI, 263, 2.

2° Rota sumitur etiam pro tormento, et quale id sit, XX, 148, 1, 2. Rotarum circumactio super corpora reorum erat olim in usu, VI, 80, 2. Rotæ fornix quis sit, *ibid.* Rota erat item priscis genus torturæ et supplicii: ipsa describitur, 81, 1. Quomodo id supplicium irrogaretur, *ibid.* In rotis etiam damnati apud inferos torquentur, *ibid.*, 2. In iis fit plerumque ossifragium, *ibid.*

3° Rota quadrifacialis in curru cherubico quomodo intelligatur, XII, 488, 2. Rotæ mari similes quid significent, 489, 1. Erant quatuor colufi, *ibid.*, 2. Rota in medio rotæ quid sit, *ibid.* Item quid mystice, 509, 1, 2. Quid hæc symbolice denotet, 489, 2. Rota super terram quid mystice et symbolice significet, 488, 2. Rotæ an fuerint solæ, an cum axe et curru junctæ, 489, 2 et seqq. Quomodo hæ moverentur, 491, 1. Quomodo non reverterentur, *ibid.* Earum dorsa sunt canthi, *ibid.*, 2. Et ea erant ocellata, *ibid.* Rotæ apud Ezechielem quomodo essent oculatæ, XXI, 109, 2. Erant iii oculi vivi et vivaces, XII, 492, 2. Quamdam arcæ speciem dabant, 496, 1, 2. Quod eæ quatuor facies haberent, quid significet, 509, 2 et seq. Primo Dei æternitatem, celeritatem, et efficacitatem in operando, item jugem actionem Dei, angelorum et hominum divinorum, item celeritatem et efficacitatem victoriæ divinæ de Pharaone, 509, 1. Omnes auctores Hebrææ synagogæ, et allegorice apostolos, *ibid.* Mystice et tropologice, regna et creaturas omnes gubernari a Deo significant, *ibid.*, 2. Deinde nos quasi rotas esse in manu Dei, tum debere nos in omnibus ejus impulsum, et Spiritus impulsum sequi, 510 1. Earum oculi circumspectionem sanctorum denotant, *ibid.*, 2. Anagogice sunt æternitas, *ibid.* Eæ rotæ an corpus et circulos habuerint, non autem colla, manus et pennas, 576, 1, 2 (*Vide* ANIMAL, CHERUB). Rotæ igneæ throni Dei, XIII, 92, 2.

3° Rotæ insistere cur Fortuna pingatur, XI, 749, 1. Rota Fortunæ sæpe convertitur, VI, 134, 1; 145, 1. Rotæ sunt opportunitatis symbolum, 265, 1. Rotæ imago sunt prædicatorum, XIII, 92, 2. Rotæ confractio super cisternam, quæ, VII, 400, 1.

ROTUNDUS. Rotunda coma Gentiles usi sunt, II, 125, 2. Rotunda figura ostenditur delectatos Gentium deos, *ibid.* Rotundi sunt cœli, *ibid.*

RUBEDO. Rubedo oculorum unde proveniat, VI, 205, 1.

RUBELLIUS. Rubellius Plancus Romanus quare in exilium missus sit, XVII, 6, 2.

RUBEN. Ruben quid significet, I, 295, 1. Symbolice timorem Dei significat, 299, 2. De ejus benedictione, 391, 2. Ab eo primogenitura ablata fuit, quare, *ibid.* Quid allegorice significet et tropologice, 393, 1. Ruben patriarcha est S. Bartholomæi typus, XXI, 397, 1.

RUBENITÆ. Rubenitæ jubentur ad prælium præire et quare, II, 368, 1.

RUBER, RUBEUS. 1° Rubri et rufi colori multæ species, VI, 206, 2. Rubeus color non tantum dicitur purpureus, sed et aureus, XII, 413, 2. Rubris vestibus usi Persæ et Lacedæmonii euntes ad bellum, XXI, 142, 1. Rubra in fine mundi futura luna, quid id significet, 155, 1, 2. Rubeus color refert ardorem stellæ Veneris, XIII. 591, 1.

2° Rubeus color zeli et acrimoniæ est index, XIV, 427, 2.

RUBIGINALIA. Rubiginalia festi dies Romæ erant ad rubiginem amoliendam, instituti a Gentilibus, XIII, 481, 1.

RUBIGO. 1° Rubigo pestis et plaga segetum et germinum, an sit animal, XIII, 480, 1, 2. Quale id vitium segetum sit, et unde oriatur, 480, 1, 2; 571. 1. Dicitur a rubedine, 480, 2. Rubigo pro adustione capitur interdum, XII, 676, 1, 2.

2° Rubigo invidiæ impietatis et obstinationis est symbolum, IX, 375, 1, 2; 376, 1; XII, 676, 1, 2.

RUBOR. Rubor cœli vespere signum est serenitatis crastinæ, XV, 361, 1. At mane tempestatum, *ibid.*, 2 et seqq.

RUBUS. Rubi et abietis apologus, XII, 725, 2. Rubus ardens et non combustus quid ad litteram significet, I, 452, 2 et seqq. Quid allegorice et tropologice, *ibid.* Quid anagogice, 454, 1. Quid symbolice, *ibid.* Quomodo dictus ardere cum esset integer, et non combureretur, 452, 1. Verbum Dei in rubo est Christus in cruce, 453, 1.

RUC. Ruc avis magnitudinis immensæ in India, II, 65, 1.

RUCTUS. Ructus pro sensu vocantur doctrina et oracula Prophetarum, XII, 521, 1, 2.

RUDENTES. Rudentes inferni sunt ejus vis et jus in peccatores, XX, 444, 1. Vel ejus claustra, *ibid.*

RUDIS. Rudibus sæpe majora Deus dat dona gratiæ quam litteratis et ingeniosis, XV, 530, 1.

RUDOLPHUS I imperator. Rudolphus Habspurgensis I, imperator Austriacus, ex cultu divino quam gloriosus evaserit, XII, 372, 2. Ejus lenitas post duriores mores, I, 416, 1; 739, 1. Caste virgines osculabatur ob sanitatem, III, 545, 1.

RUDOLPHUS II imperator. Rudolphi II imperatoris mensa e variis gemmis constructa, XXI, 384, 1.

RUDOLPHUS Austriæ dux. Rudolphus Austrius ad Dei tribunal citatus intra annum mortuus est eodem die, I, 156, 1.

RUDOLPHUS STERWINUS. Rudolphus Sterwinus martyr Anglus in morte cecinit, V, 441, 1.

RUFFINA (S.). S. Ruffinæ in tormentis constantia, XXI, 166, 1.

RUFFINUS Aquileiensis. Ruffini impudentiam et procaciam quam generose retuderit S. Ambrosius, XI, 664, 1, 2. Ruffinum quare S. Hieronymus sugillet, XVIII, 491, 2.

RUFFINUS alius. Ruffinus quidam, non Aquileiensis ille, in duodecim prophetas commentatus est, XIII, 222, 1.

RUFFINUS Theodosii imperatoris aulicus. Ruffini fastus et ruina, XII, 104, 1, 2.

RUFUS. 1° Ruforum laus, III, 366, 1. Rufi equi alacriores et animosiores sunt, XIV, 427, 2.

2° Quas gentes rufi equi in Zacharia repræsentent, XIV, 365, 1, 2. Rufus equus Zachariæ visus quid symbolice denotet, 362, 1. Rufus color cædem,

bellum, pugnas, iram denotat, XXI, 142, 1; 240, 2. Rufus equus Joanni visus Gentiles Ecclesiæ persecutores denotat, XXI, 141, 2.

RUFUS, filius Simonis. Rufus, Simonis Cyrenensis filius, an fuerit episcopus primus Dertosensis, XV, 613, 2; XVII, 446, 1.

RUGA. Rugæ sunt duplicitatis symbolum, *Job*, 358, 2.

RUGITUS. 1° Rugitus leonis terribilis, VI, 16, 1. *Job*, 107, 2.

2° Rugitui leunculorum ira Dei et hostium insultus in Scriptura comparantur, XIII, 559, 2. Rugitui leonis ira regis comparatur, VI, 16, 2. Hic est mortis prænuntius (*Vide* LEO).

RUINA. Ruinis aliorum erudimur, *Job*, 779, 2. Ruinas Israel quomodo Deus resarciverit, XIII, 644, 1, 2.

RUISBROCHIUS. *Vide* JOANNES.

RUMINARE, RUMINATIO. 1° Ruminare quid sit: est proprie animalium, 386, 1, 2.

2° Ruminatio animalium doctrinæ accommodatur, VI, 162, 2. Ruminanda sunt omnia priusquam in animam demittenda, V, 421, 1, 2. Ruminare est prudentiæ symbolum, II, 61, 2.

RUMOR. Rumores occulti cur dicantur susurri, IX, 184, 1.

RUNCINA. Runcina instrumentum fabrorum lignariorum, XI, 543, 2.

RUPELLA. Rupella in festo omnium sanctorum est occupata, VI, 78, 2.

RUPERTUS. Rupertus Tuitiensis abbas visione cœlesti ad sacerdotium invitatus est, IV, 22, 1. Cœlitus est edoctus, XX, 34, 2. Rupertus in Isaiam commentatus est, XI, 99, 2.

RUS. Rure natus est Christus, XIV, 108, 1. Rus Judæorum est Ecclesia, XII, 182, 1, 2.

RUSSATUS. Russata quæ factio aurigarum. XIV, 429, 1. Russati erat factio aurigarum Circensium, XXI, 138, 1, 2. Russatus color ignem repræsentat, XIV, 429, 1. Russati cur et unde dicerentur milites, 178, 1.

RUSTICANUS. Rusticani et barbari etiam ad salutem vocandi, XVI, 199, 1.

RUSTICITAS. Rusticitas sermonis audientem offendit, IX, 602, 2.

RUSTICUS. Rustici bello utiles, III, 131, 1, 2. Rustici Hispani non arant nisi gladio accincti, IV, 239, 1. Rustici etiam hymnos olim Deo canebant, XVIII, 660, 1. Rusticus probus Aristotele sapientior est. IX, 539, 2. Rusticorum christianorum ad aras oblationes, XI, 704, 1. Rustici a Luthero in Germania ad rebellionem excitati rebellionis pœnas dederunt, XVIII, 670, 2.

RUSTICUS subdiaconus. Rustici subdiaconi pro fide catholica constantia, XVIII, 624, 1.

RUTELLUM. Rutellum vel rutrum dicitur a *radendo*, XIV, 15, 2.

RUTH. Ruth historia tempore Abimelech contigit, III, 235, 1. Ejus conversio ad judaismum, 237, 2. An ipsa fuerit filia regis Moab, XI, 301, 2. Ejus amor erga Noemi, III, 237, 2. Ejus humilitas, 241, 1. Officiositas, *ibid.*, 2. Projiciens se ad pedes Booz ab aliquibus accusatur, ab aliis excusatur, 243, 1. E Ruth Moabitide natus est Christus, XI, 301, 1. Ejus elogia, III, 243, 1; 244, 1. Est typus Ecclesiæ gentium, 238, 1; 248, 1.

RUTILIUS. P. Rutilius amico indigna petenti quid responderit, X, 180, 2.

RUTILUS. Rutilus color idem est qui rubeus, XV, 361, 1, 2.

S

S. S hebræum sæpe Syri et Chaldæi mutant in T, XX, 649, 1.

SABA regio. Saba quæ regio, XI, 703, 2. Quid denotet et unde derivetur, *ibid.* Saba duplex, alia in Arabia Felice, altera in Æthiopia, III, 604, 1, 2; XV, 72, 2; 313, 2. Hæc postea vocata est Meroe, III, 604, 1, 2. Est pars Æthiopiæ, scilicet Abyssia, unde venit eunuchus reginæ Candacis, XI, 533, 2. Saba regina venit ex Æthiopia, III, 604, 2. Ejus nomen proprium varium secundum varios, 605, 1. Fuit longo tempore apud Salomonem, ex quo filium concepit, 606, 1, 2. Fuit legitima uxor Salomonis, *ibid.*, 2 et seq. Filius ex ea nascitur in Æthiopia, *ibid.*, 1. Ad Salomonem vadit ab eoque in regem inauguratur, *ibid.*, 1, 2. Saba thus mittens alludit ad Græcum σέβεσθαι, id est revereri, quia thure veneramur Deum, XII, 62, 1.

SABA vir. Saba vir fuit duplex, I, 166, 2.

SABBATUM. 1° *Sabbatum unde derivetur, et varia ejus significata, tum litteralia, tum mystica*, XII, 417, 2; XIX, 387, 1. Sabbatum Hebræis erat quintuplex, XIII, 625, 2. Capitur pro quolibet die festo, imo pro hebdomada tota, II, 417, 2; XVI, 242, 2. Sabbatum aliud est dierum, aliud mensium, aliud annorum, XII, 647, 1. Sabbatum cur dicatur hebdomada, XVII, 364, 2. Id in Scriptura sæpe vocatur sabbata, XV, 645, 1. Sabbatum vocatur dies sanctus Dei, sicut reliqui dies vocari possunt dies profani hominum, XI, 685, 2. Sabbatum secundo primum quod dicatur, XVI, 110, 1 et seqq. Fuit sabbatum proprie dictum, 111, 1. At quod et quale, *ibid.* et seqq. Erat quod in festum Pentecostes aut infra hebdomadam Pentecostes incidebat, 111, 2 et seq. Sabbatum in festa

Paschæ incidens, erat cæterorum sabbatorum primum et celeberrimum, dictumque sabbatum primo primum, 112, 1, 2. An Pascha transferretur si cum Paschate sabbatum concurreret, XV, 549, 2. Sabbatum delicatum quod dicatur, XI, 685, 2. Sabbati iter quod diceretur, XVII, 63, 1, 2.

Sabbati sacramenta et significata allegorica, tropologica, anagogica, II, 415, 2. Id repræsentat diem Dominicam et festa Christianorum, XI, 656, 2. Requiem cœli significat, XIX, 387, 1.

2° *Quando et qua de causa sabbatum institutum fuerit.* Origo sabbati juxta Gentiles, II, 416, 1. Ejus cultus fuit ab origine mundi, XIX, 386, 1. Fuit Adæ in lege naturæ indictum, I, 78, 1. Cur id institutum, XVIII, 550, 1. Ejus quatuor causæ et origines, II, 416, 1. Ejus causa symbolica, *ibid.* De causa arithmetica et physica, *ibid.* et 2.

3° *Cum quanto rigore sabbatum servandum erat et apud Judæos servatum fuerit.* Ejus religiose servandi restitutio et innovatio est in manna collectione facta, I, 582, 2. Apud Judæos quanto rigore servandum, 749, 1. Quænam opera in eo vetita, II, 417, 2. Non licebat in eo coquere cibos nec accendere ignem, I, 749, 1; II, 148, 1; 417, 1. Cur Deus in sabbato vetuerit Judæos cibos coquere, XI, 686, 1. Eo die pugnare Judæis illicitum, IV, 420, 1. Sabbato datur quies non solum hominibus, sed et jumentis, V, 356, 1. In sabbato quomodo nos gerere debeamus, XI, 685, 2. In eo homo debet a labore requiescere et Deo vacare, XV, 675, 2. Sabbatum colens, Deum esse creatorem rerum omnium profitebatur, XII, 248, 1, Sabbato licet curare et benefacere, XV, 301, 2; 677, 1. Sabbatum bono opere et ægrorum curatione non dedecoratur, sed sanctificatur, XVI, 112, 2; 190, 1; 194, 1; 375, 1. Sic in eo Deus continuo benefacit, 377, 1; 379, 1. Id magis violabant pharisæi circumcidendo quam Christus ægros sanando, 422, 1, 2. In eo Christus paralyticum curavit, *ibid.*, 2. Et cæcum natum, 462, 2. Sabbatum cur non commodum fugæ.

Sabbati apud Judæos erat religio, veneratio et sanctificatio, IV, 261, 1; 420, 1; XI, 656, 2; XV, 299, 1, 2 et seqq.; 506, 2; 645, 1 et seq; XVI, 375, 1, 2. Idque usque ad superstitionem, II, 418, 1; XV, 301, 2. Erat primum festum Judæorum, II, 148, 1. Solum habebat præviam parasceven, XVI, 613, 1, 2; 619, 2. In sabbatis Judæi synagogas ad audiendam legem adibant, XVI, 102, 1. Sabbatum servarunt prius Christiani adhuc judaizantes, XV, 506, 2. In sabbato Jerusalem capta est, *ibid.*

4° *Sabbatum servantium fructus et præmia, et violantium punitio.* Sabbatum servantibus Deus adauget lucra et fruges, II, 172, 1. Id colentium fructus et præmia, II, 417, 2. Ejus violati pœna erat mors, I, 720, 1.

5° *Sabbatum ab Apostolis in diem Dominicam mutatum,* XVIII, 416, 2. Quam rationabiliter apud Christianos in diem Dominicam mutatum sit, II, 417, 1.

6° *Sabbatum pro ultima die hebdomadis Christianæ acceptum* Sabbati die majora beneficia beata Virgo confert, VIII, 83, 2 et seq. Sabbato sancto solemnis baptismus celebrari solet, XVIII, 107, 2. Sabbatum in albis unde dicatur, XVIII, 288, 1.

SABÆI. Sabæi sunt Indi, æque ac Persici, Arabici, et Abyssini, XIV, 305, 1. Duplices Sabæi sunt, vel Æthiopes, vel Arabes Arabiæ Felicis, XIII, 519, 2; 520, 1. Sunt latrociniis dediti, *Job*, 35, 1. Sabæi dæmonibus moribus et nominibus sunt similes, XIII, 519, 2.

SABAOTH. Sabaoth unum e Dei nominibus, XIX, 190, 2. Unde is ita dictus sit, XVIII, 86, 2.

SABAS (S.). S. Sabas abbas orationis horas etiam in aula imperatoris servavit, XVIII, 113, 2. Tempore jejunii sola vixit Eucharistia, XV, 121, 2. Quam parvi Deo fretus vim omnem tum hominum, tum dæmonum et ferarum faceret, XIV, 538, 1, 2. Leonem loco cedere jussit, et ille paruit, IX, 684, 2; X, 484, 2 et seq.

SABATH. Sabath mensis nostro januario respondet, XIV, 361, 2.

SABBATICUS. Sabbaticus fons quis sit in Palæstina, XVI, 460, 2.

SABELLIUS, SABELLIANI. Sabellii hæresis quid doceret, XII, 108, 2. Sabellii hæresis circa Dei Filium, XVIII, 5, 2; XIX, 23, 2; 75, 2; 353, 2. Sabelliani Filium Dei esse eamdem personam cum Patre dicebant, XVI, 297, 2; 479, 2.

SABINA (S.). S. Sabina in morte risit, VI, 518, 1.

SABINI. Sabini dicti sunt prisci Italiæ indigenæ a religione et cultu deorum, XII, 62, 1.

SABINUS (S.). Sabini Canusini episcopi longa nimitas, VI, 273, 2. Venenum dum bibit innoxius, qui illud porrexit eodem momento alibi defunctus est, VI, 115, 2 et seq. S. Sabinus Padum fluvium restagnantem repulit, VIII, 636, 2.

SACCHARUM. Sacchari in tota Scriptura nulla fit mentio, III, 202, 1. Saccharum priscis incognitum, *ibid.* Saccharum non est mel, XIX, 229, 1.

SACCULUS. 1° In sacculis olim pondera servabantur, 495, 1.

2° Sacculi non veterascentes sunt sinus pauperum vel memoria Dei, XVI, 173, 1.

SACCUS. Saccus quid, est signum luctus et pœnitentiæ, *Job*, 362, 2. Antiquus illius usus, 363, 1. Saccus erat vestis communis Prophetarum, XIII, 228, 2; XIV, 518, 2. Saccus priscus Prophetarum erat cilicium contextum ex pilis caprarum vel camelorum, XI, 323, 1. Cur id induerent, *ibid.*, 2. Erat vestis aspera et lugubris lugentium et pœnitentium, qua utebantur in funere suorum, luctus ergo, vel in publica calamitate, ad Deum placandum, XI, 463, 1; XIII, 486, 2; 629, 1; XXI, 225, 2. et seq. Induebatur vel ad nudam carnem, vel super alias vestes, XI, 463, 1. Saccorum dies apud Persas, VII, 185, 2.

SACELLUM. Sacellum Romæ dictum; *Domine quo vadis?* XVI, 537, 1. Sacellum Romæ extra portam S. Sebastiani in cujus rei memoriam erectum, XVII, 131, 1.

SACER. Sacra profanis præstant, XII, 842, 1. Sacer capitur etiam pro *execrando*, XIII, 533, 1. Sacrorum cultus cur dicatur ornatus, X, 544, 1. Sacra a sacris tractanda, XIII, 75, 2. Sacra non sunt in usus profanos convertenda, VI, 78, 2; XII, 835, 1; 847, 2. Sacra vasa quando liceat distrahere, IV, 53, 2. Sacræ res sacrilegum non tuentur, sed puniunt, III, 287, 1, 2.

Sacra Gentilium erant impura, XVIII, 54, 1. Sacra cur negligerent Judæi post reditum e captivitate Babylonica, XIV, 558, 1. Sacra cohors quæ diceretur Thebis, XVIII, 464, 1.

SACERDOS. I. SACERDOS IN GENERE. — Sacerdos *os Domini dictus*, Job, 478, 1. Sacerdotis nomine intelligitur princeps, XI, 719, 2; 720, 1. Olim principes erant, *Job*, 291, 1. Sacerdos, altare et sacrificium sunt correlativa, XIV, 561, 2; XXI, 356, 2. Sacerdotes habuit omnis respublica et gens, XX, 283, 2.

II. SACERDOTES LEGIS MOSAICÆ. — 1° *Sacerdos summus* (*Vide* PONTIFEX). Sacerdotis summi vestiendi ritus, I, 675, 1. Ejus vestium causa, *ibid.* Prima ejus vestis erat ephod, 676, 1. Secunda erat rationale, 679, 1. Rationale describitur, *ibid.* et seq. Tertia vestis erat tunica hyacinthina, et ejus descriptio, 675, 2; 691, 1. Quarta ejus vestis erat tunica linea, 694, 1. Ejus descriptio, *ibid.* Quinta ejus vestis erat zona, quæ erat duplex, ejusque descriptio, *ibid.*, 2. Sexta ejus vestis erat tiara, 695, 2. Ejus descriptio, *ibid.* Ei erat affixa lamina aurea, 693, 2. Brevis vestium harum tropologia, 692, 1. Quomodo in ejus veste erat totus mundus, *ibid.* Sacerdos summus *Urim* et *Tummim indutis* mystice Christum repræsentabat, VI, 210, 2.

2° *Sacerdotes secundarii.* — Sacerdotes veteris legis debebant esse posteri Aaron ex parte patris, XIX, 412, 2; 417, 1. Sacerdotes quomodo fuerint filii David, qui erant ex Juda oriundi, III, 469, 2; 470, 1. Poterant ducere uxores e tribu Juda, XIX, 417, 1, Sacerdotes Juda ex alia tribu uxorem ducere poterant, XVI, 7, 2. Sacerdotes Judæorum non habebant portionem vel hæreditatem in terra Chanaan, et quare, X, 463, 2; XII, 837, 2. Quibus de causis Deus eos noluerit agros possidere, II, 288, 1, 2. Eorum ingens proventus, X, 463, 1, 2. Erant dispersi per omnes tribus, ut omnes docerent legem et cultum Dei, III, 96, 1.

Eorum unctio, I, 701, 1. Quo ritu consecrati fuerint, 702, 1, 2. Eorum manus inungebantur, summo vero sacerdoti erat peculiare inungere pedem, et quid hæc significent, 701, 1. In prima eorum consecratione oblatum fuit omne genus sacrificiorum, 702, 1. Unctio eorum quid significet, 700, 2. Sacerdos minor pontificem consecrabat, 704, 2. In consecratione eorum cæremoniæ quatuor servabantur, 705, 2.

Eorum quatuor præcipua erant munia, II, 160, 1. 204, 2; XVI, 9, 1. Eorum tria munia communia cum summo sacerdote, I, 715, 2. Sacerdotes cur Joel plorare velit inter templum et altare, XIII, 508, 2. Sacerdotis Levitici officia, XVIII, 330, 2. Eorum functiones in Sancto, XIX, 436, 1, 2. Eorum erat de lepra judicare, XVI, 233, 2; 234, 1. Erant judices in causis etiam criminalibus, II, 458, 2. Sacerdotes in lege veteri erant milites, IV, 425, 1. Cur eis additus fuerit et pontificatus.

Eorum quatuor vestes, I, 679, 1. Sacerdotes veteres sacrificaturi quomodo se præpararent, et quid ex eo discant sacerdotes novæ legis, II, 12, 2 et seq. Sacrificaturi vino abstinebant, VI, 485, 1. Sacrificaturi cur femoralia induerent, XI, 324, 1. Eorum femoralia quid significaverint, I, 697, 1. Sacra obituri mutabant vestes, XIV, 386, 1. Sacrificabant linea tunica induti, 274, 1. Templum ingredientes manus et pedes abluebant. XVI, 554, 2; 527, 2. Ministrabant nudis pedibus in templo, I, 454, 2; 715, 1; III, 589, 1; VII, 190, 1. Qua de causa, I, 715, 1. Gentilium sacerdotes idem fecerunt, 454, 2; 715, 1. Eorum donum, sive quasi stipendium a Deo datum, erant victimæ legales, II, 286, 2. Item victimæ spontaneæ, *ibid.* Et primitiæ frugum, 287, 1. Erant quasi laniones in mactandis ovibus et bobus Deo immolandis, IV, 425, 1. Mactando victimas sabbatum non violabant, XV, 300, 2. Quo ritu populum benedicerent, I, 704, 1; X, 238, 2; 544, 2; 545, 1.

Sacerdotibus Aaronicis inhibitus fuit luctus mortuorum, II, 133, 1. Tropologice id significat sacerdotem debere peccata fugere, 134, 1, 2. Eisdem inhibita ratio capitis et barbæ, II, 134, 2; XII, 834, 2. At contra gentiles sacerdotes radebantur, XII, 834, 2.

Sacerdotum veterum arroganter in templo incedentium fastus taxatur, XIV, 277, 2. Pauperum bona, specie religionis, quasi illa offerenda sint Deo, dolose diripiebant, 278, 1. Sacerdotes per Israel sparsi etiam ad cultum idolorum deflexerunt, XIII, 351, 1. Sacerdotum Judaicorum sordida avaritia, XV, 464, 2. Hi tempore Christi erant in proximum inhumani, et tantum proprium commodum spectabant, XVI, 151, 2. Eos lucris inhiantes male habet quod Christus emptores de templo ejiciat, 334, 1. Quales sacerdotes Judaicis ab apostolis converterentur, XVII, 166, 1.

Sacerdotes Jerusalem cur gemere dicantur, XII, 355, 2.

III. SACERDOTES ETHNICI, VEL CULTUI IDOLORUM ADDICTI. — Sacerdotes Baal ad eum placandum et demulcendum cultris se concidebant, XIII, 386, 2. Sacerdotum Bethelinorum avaritia, XIII, 633, 2 et seq. Sacerdotes an vitulos aureos Jeroboam furati, deauratos eorum loco reposuerint, qui dein Assyriæ regi a rege Israel in munus dati sint; sed

fraude illa patente, in mittentis caput reciderit confusio, 415, 2. Sacerdotes Priapi erant feminæ, XIV, 182, 1. Sacerdotes Romani nec capream nec hederam tangebant, XXI, 39, 2. Non poterant esse bigami, XIX, 211, 1.

IV. SACERDOTES NOVÆ LEGIS. — 1° *Eorum institutio et ordinatio.* Sacerdotes sunt a Christo in ultima cœna instituti, XVIII, 367, 1 : *Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.* Sacerdotes constituti apostoli in ultima cœna, potestatem acceperunt alios post se consecrandi, XV, 557, 2. Sacerdotes septuaginta duobus discipulis successerunt, XVI, 144, 2. Sacerdotes non sunt omnes christiani, XI, 765, 1 : *Assumam ex eis in sacerdotes et levitas, dicit Dominus.* Eis ordinandis episcopus et sacerdotes omnes manus imponunt, XIX, 233, 1 : *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.* Hinc Deo sacrati sunt, 233, 2. Omnis sacerdos in ordinatione consecratus est Domino, XIV, 546, 1. Sacerdotum ab ordinatione quantum dependeat, XVI, 113, 1. Sacerdotes viles non sunt constituendi, III, 622, 1 : *Et fecit* (Jeroboam) *fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.*

2° *Sacerdotum dignitas et potestas.* Eorum quanta sit dignitas, IX, 248, 1 : *In tota anima tua time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica;* X, 456, 1, 2; *Excelsum fecit Aaron fratrem ejus* (Moysis) *et similem sibi de tribu Levi. Statuit ei testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium gentis,* XIV, 565, 1 : 574, 1 : *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Eorum status quantæ sit dignitatis egregie docuit Thomas Morus, II, 275, 2 : *Audite, filii Levi : Num parum vobis est, quod separavit vos Deus Israel ab omni populo, et junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, et staretis coram frequentia populi, et ministraretis ei?* Angelis assimilantur, XXI, 39, 2 : *Septem stellæ, angeli sunt septem Ecclesiarum.* Vocantur angeli, XVIII, 44, 1; 355, 1 : *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter angelos.* Angeli sunt septem titulis, XIV, 573, 1, 2; 585, 1 : *Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam.* Sunt Cherubim, XII, 507, 2. In quo digniores sunt angelis, XVI, 634, 2. Sacerdotes præ laicis tribus titulis sunt filii Dei, XIV, 556, 2. Sunt annuli Dei, XII, 178, 1. Sunt quasi annulus signatorius Dei, XXI, 39, 2. Sunt caput Ecclesiæ, XII, 171, 1. Sacerdotes Ecclesiæ Dei sunt velut principes, XX, 72, 1. Sunt regales, 285, 2 : *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Sunt majores regibus, XIV, 574, 1. Sacerdos est internuntius inter Deum et populum, X, 456, 1, 2. Sacerdotes sunt mediatores Dei et hominum, XIV, 565, 1; 574, 1. Sunt legati populi ad Deum, 573, 1. Debent esse quasi pons inter Deum et homines, I, 686, 1. Sunt populi custodes, II, 204, 1 : *Applica tribum Levi, et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis ut ministrent ei, et excubent, et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii.* Sacerdotes velut murus cœlestis Jerusalem sunt, XXI, 379, 2 et seqq. Cur vocentur a laicis Papæ, XXI, 78, 2.

Eorum potestas, XIV, 573, 2. Eorum est peccatores absolvere, XVI, 497, 1 : *Dixit eis* (discipulis) *Jesus : Solvite eum, et sinite abire.* Dum ordinantur, potestatem remittendi peccata accipiunt, XVI, 633, 1 : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt,* 635, 1. Sacerdotes legis novæ lepram purgant et expiant, 234, 1 : *Cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, et levaverunt vocem, dicentes : Jesu præceptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit : Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt.* Sacerdotes novæ legis versantur circa corpus Christi consecrandum, IV, 425, 2. Panem in corpus Christi convertentes, per Eliam denotantur, X, 506, 1. Sacerdos consecrans gladio quodammodo Christum dissecat et immolat, VI, 178, 1. Utramque speciem sacerdotes consecrant et sumunt, XVI, 405, 1 : *Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sacerdotes sacrificantes in quo Deiparæ matri similes sunt, XIV, 115, 2. Sacerdoti celebranti peculiaris angelus assistit, XXI, 188, 2 : *Et alius angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum, et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.* Quomodo corpus Christi in Missa benedicat, XIX, 413, 2 : *Sine ulla autem contradictione quod minus est, a meliore benedicitur.* Populo benedicens, simul Deum benedicit, X, 544, 1, 2; 545, 1: *Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel, dare gloriam Deo a labiis suis, et in nomine ipsius gloriam. Et iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.* Sacramenta administrantes, sacerdotes a peccato puri esse debent; secus tamen, rite et vere ea administrant, XVI, 633, 2. Sacerdos scelestus nihil vi sacramentorum derogat, X, 193, 1, 2 : *Ab immundo quid mundabitur? et a mendace quid verum dicetur?* Baptismum mali sacerdotes non vitiant, sed bene baptizant et consecrant, XIV, 345, 2; XV, 212, 2 : *Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere;* 215, 1, 2 : *Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo*

virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos : discedite a me, qui operamini iniquitatem.

3° *Sacerdotum officia et dotes.* Primo. *Variæ eorum dotes recensentur*, XII, 388, 1, 2; XIV, 571, 2 et seqq.: *Pactum meum fuit cum eo* (Levi) *vitæ et pacis : et dedi ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace et æquitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.* Sacerdotes quales vita esse debeant, V, 362, 2; X, 458, 1; XIV, 557, 1. Quatuor sunt eis necessaria : *primo*, castitas; *secundo*, puritas vitæ; *tertio*, moderatio discretionis; *quarto*, rectitudo intentionis; iterum præ his quatuor habere debent : *primo*, jugem Dei memoriam in contemplatione; *secundo*, quod infirmitates populi supportent; *tertio*, quod habeant conversationem cœlestem per opera perfectionis, X, 460, 1. Septem sacerdotis virtutes, scilicet sit benignus et purus, sanctus, bonus odor Christi, ardens ut ignis, olens in persecutione sicut thus in igne, vas aureum in charitate, oliva misericordia, et cupressus in mentis erectione, 540, 1.

Secundo. *Sacerdotes sint sancti, et quidem exemplari sanctitate.* Cur vocentur sancti, X, 456, 2; XIII, 339, 1, 2. Sint vita sancti, IX, 456, 2: *Psalm.* II, 382, 2 : *Sacerdotes tui induantur justitiam, et sancti tui exultent.* Debent esse sanctissimi, et quasi ipsa sanctitas, II, 135, 1 : *Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus : incensum enim Domini, et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt.* Multis de causis sancti esse debent; *primo*, quia ipsi in terris Dei personam repræsentant; *secundo*, quia comparantur angelis; *tertio*, quia ipsi alios omnes sanctificare debent; *quarto*, quia ipsi mediatores sunt inter Deum et omines; *quinto*, quia munia eorum sunt sanctissima; *sexto*, quia propria sacerdotis dos est sanctitas, II, 144, 2 et seq. : *Ne pollualis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel; ego Dominus qui sanctifico vos.* Sint meritis et virtutibus decori, X, 541, 1. A populo loco et religione secerni debent, XII, 818, 1. Populum sanctitate excedant, XIV, 499, 1, 2. Sacerdos debet esse velut sal terræ, XII, 734, 1, 2; XV, 153, 1 et seqq. : *Vos estis sal terræ.* Sint sicut sol, 155, 1 : *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* Quomodo præ populo vitæ exemplo sacerdotes prælucere debeant, I, 698, 2. In oculis omnium versantur, XV, 155, 2. Inter angelos etiam versantur, XIV, 387, 1 : *Hæc dicit Dominus exercituum..... Tu quoque judicabis domum meam, et custodies atria mea, et dabo tibi ambulantes de his qui nunc assistunt.* Sacerdos sit instar crystalli, XIX, 52, 2. Quanta in sacerdotibus requiratur puritas, XIV, 563, 2 : *In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.* Quam honeste et decenter vivere teneantur, XX, 287, 2. Quam debeant esse modesti. 323, 2 et seq. Decet eos esse mansuetos et pios, IV, 425, 2. Rectam intentionem habere debent, I, 696, 1. Sint potentes opere et sermone, exemplo Christi, XVI, 277, 1 : *Fuit vir Propheta, potens in opere et sermone, coram Deo et omni populo.* Esse debent in vita portentosi, XIV, 387, 2. Sacerdotes veri pauci inveniuntur, X, 534, 1.

Tertio. *Sacerdotes religioni, cultui Dei et orationi addicti esse debent.* Eos custodire decet cultum ritusque sacros Dei, XIII, 341, 1. Dei gloria est eorum scopus, XIV, 569, 1. *Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes : Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem, et maledicam benedictionibus vestris; et maledicam illis, quoniam non posuistis super cor.* Sunt ministri Dei, et ei jugiter ardere debent, 573, 2. Sacerdos debet esse Seraphim in sumenda Eucharistia, XI, 179, 2. Arma sacerdotis sunt oratio et sacrificium, VIII, 630, 2 : *Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armaturæ potentia, sed verbo illum, qui se vexabat, subjecit, juramenta parentum, et testamentum commemorans.* Sacerdotes sint orationi dediti, X, 539, 1. Eorum est jugiter Deum laudare, X, 461, 1 : *Factum est illi in testamentum æternum, et semini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdotio, et habere laudem, et glorificare populum suum in nomine ejus.* Eorum est pro omnibus orare, XX, 221, 2 : *Orate pro invicem ut salvemini.* Sacerdotes orando sancteque vivendo se hostiam Deo pro peccatis populi offerre debent, XIII, 339, 2: *Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Tripliciter peccata populi comedunt, 338, 2; 339, 1. Eorum est flere et plorare peccata populi, 500, 2 : *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, et dicent : Parce, Domine, parce populo tuo.* Olim pii sacerdotes fluebant lacrymis in sacrificio, hac de causa sudario utebantur, 500, 2. In Missa sacerdos promiscue orat, obsecrat, postulat, gratias agit, XIX, 194, 2. Sacerdotes Deum orent pro ægri salute, X, 277, 1 : *Est enim tempus quando in manus illorum incurras; ipsi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum et sanitatem propter conversationem illorum.*

Quarto. *Sacerdotes zelum animarum habeant, et sint ferventes*, XIV, 572, 1. Animarum pereuntium rationem reddent, *ibid.*, 2. Sacerdotes in cura Ecclesiæ et animarum Christum et Nehemiam imitentur, IV, 230, 1, 2. Pro honore Dei, nulli parcant labori, et hac de re exempla, I, 704, 1. Quomodo tropologice Deo debeant offerre pectus et

brachium, *ibid.* Sacerdotes debent esse juge holocaustum, II, 38, 2 : *Hæc est lex holocausti : Cremabitur in altari tota nocte usque mane ; ignis ex eodem altari erit.* Quam animabus convertendis insistere debeant, XII, 734, 1, 2. Quomodo cum peccatoribus agere debeant, XIX, 393, 2 : *Qui condolere possit iis qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate.* Quomodo debeant esse uncti misericordia et aliis virtutibus, I, 701, 1, 2. In iis requiritur etiam corripiendi libertas, XIV, 572, 1. Eorum et clericorum status est militia, II, 208, 2. Sunt milites cœli, XI, 361, 2 : *Et erit : In die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelso.* Cæteris dormientibus debent vigilare, II, 38, 2. In officio negligentes perstringuntur, 286, 1 : *Excubate in custodia sanctuarii, et in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel.* Eorum vestis debet esse patientia, 44, 1 : *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.* Sacerdotes in primitiva Ecclesia, pene omnes ad mortem rapiebantur erantque duces ad martyrium, XIV, 592, 2 ; 593, 1. Sacerdotum quorumdam societatis Jesu mira charitas, XVII, 433, 1.

Quinto. Sacerdotes habere debent doctrinam et veritatem, I, 690, 2 : *Pones autem in rationali judicii Doctrinam et Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, et gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.* Eorum est docere populum Dei, VII, 203, 1. Eorum est scire et docere legem Dei, XIV, 572, 2 : *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Eorum est docere fidem et veritatem, XIX, 200, 1, 2 : *In quo positus sum ego prædicator, et Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide et veritate.* Debent esse publicæ veritatis interpretes, I, 690, 2. Sacerdoti sit orbis vestium, id est veritatum, VIII, 633, 1 : *In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Quomodo sancta et salutaria loqui debeant, XIV, 572, 2 ; XX, 361, 2 ; 362, 1 : *Si quis loquitur, quasi sermones Dei.* Sacerdotes comparantur apibus, XIV, 572, 2 ; 574, 1. Curant et discernunt lepram animæ, XV, 221, 2.

Sexto. *Sacerdotes non sectentur opes, et plura sacerdotia,* X, 463, 2 : *Cæterum in terra gentes non hæreditabit, et pars non est illi in gente ; ipse est enim pars ejus, et hæreditas.* Eorum hæreditas est Deus, II, 288, 1 ; *Dixitque Dominus ad Aaron : In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos : ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Sacerdos non potest filiis bona et hæreditates ecclesiasticas dare, XII, 847, 2. Sacerdotes omnes erga suos amicos et consanguineos, et terrena affecti reprehenduntur, XII, 835, 1, 2 ; 836, 1, 2 ; 837, 1.

Septimo. *Sacerdotes debent esse casti,* I, 698, 1 : *Facies et feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ, a renibus usque ad femora : et utentur eis Aaron et filii ejus quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur,* 701, 1, 2. Cur eis matrimonium inire non liceat, XVIII, 302, 1 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic.* Impuri sacerdotes justo Dei judicio contemptui et ludibrio sunt, XIV, 574, 2. Sacerdotum libidinosorum oratio quantopere Deo displiceat, II, 12, 2 et seq. Sacerdotes impuri gravissime puniendi, III, 290, 2.

Octavo. *Sacerdotum malorum scelus et pœna.* Sacerdotum peccatum gravius ratione scandali, III, 276, 1 : *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines a sacrificio Domini.* Difficulter remissibile, si sit contra res sacras, 278, 1 : *Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus : si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo ?* Eorum peccata multo graviora sunt quam aliorum, Deumque irritant, XII, 560, 1 : *Elevavit me Spiritus inter terram et cœlum, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei, juxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.* Sacerdotes indigni vituperabiles, *Job,* 292, 1, 2 : *Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat.* Sacerdotes dissoluti sunt aurum obscuratum, XII, 407, 2 : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum ?* Quomodo fiant vulpes et lupi, 590, 1, 2 : *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Quasi vulpes in desertis prophetæ tui, Israel, erant.* Sacerdotes scandalosi fuere hæreseos causa, XV, 154, 1, 2. Quomodo sensim evanescant et pereant, *ibid.*, 2. Indigne sacrificantes sunt Deo abominabiles, XIII, 401, 2 : *Non libabunt Domino vinum, et non placebunt ei : sacrificia eorum quasi panis lugentium ; omnes qui comedent eum, contaminabuntur ; quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini.* Immundi tactu rei sacræ non sanctificantur, sed potius eam fœdant, XIV, 345, 4. Indigne communicantes quantopere puniti, II, 140, 1 : *Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, et quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Ego sum Dominus,* Mali sacerdotes a Deo deponuntur, *Job,* 662, 1 : *Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eo.* Pauci sacerdotes salvabuntur, XX, 135, 2 : *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.*

4° *Quæ sint præcipua fidelium erga sacerdotes officia.* Sacerdotes honorandi, IX, 251, 2 : *Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes.* Sacerdotes a Deo honorati, *Job,* 291, 2. Quod

despiciantur, sæpe eorum levitati ascribendum, XIX, 212, 2. Sacerdotum peccata non propalanda, I, 161, 1; II, 28, 1. Eorum immunitas a vectigalibus quam sit rationi consentanea, I, 384, 2. Sacerdos non minus accipere mercedem potest pro intrinseco labore, quam pro extrinseco, XIX, 247, 2: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur : maxime qui laborant in verbo et doctrina* (*Vide* CONCIONATOR, EPISCOPUS, PRÆLATUS, PONTIFEX, RECTOR).

SACERDOTISSA. Sacerdotissæ Priapi eum sua prostitutione colebant, XIII, 345, 1.

SACERDOTIUM. 1° *Sacerdotium in genere.* Sacerdotium est regno præstantius, IX, 248, 1. Majus est regno, imo cœleste regnum est, XIV, 574, 1. Ex sacerdotio pendet totius populi fides, cultus et religio, XIII, 337, 2. Ejus ablatio ingens Dei castigatio est, *ibid.* Sacerdotium lucerna repræsentatur, VI, 71, 1. Sacerdotii jus erat primogenitorum familiæ, XIX, 412, 2. Sacerdotii ordo et ritus maxime pendet e victima, *ibid.*

2° *Sacerdotium veteris legis.* Sacerdotium Aaronicum fuit idem cum sacerdotio Abrahæ, XIX, 412, 2. Sacerdotii Aaron et Melchisedech differentia, *Psalm.* II, 256, 1, 2. Sacerdotium in lege veteri erat rude et carnale, IV, 425, 1. Carnale et temporarium erat, Christi vero spirituale et æternum, XIX, 416, 2. Fuit tenuis repræsentatio nostri sacerdotii, 419, 2. Sacerdotium Aaronicum quomodo dicatur æternum, X, 456, 2. Sacerdotium Aaronicum promittit David abolendum per sacerdotium Christi, XIX, 419, 1.

3° *Sacerdotium novæ legis.* Sacerdotium novæ legis est longe sublimius et sanctius sacerdotio veteris legis, IV, 425, 2. Sacerdotio mutato, necessario mutari debuit lex, XIX, 416, 2. Sacerdotium Christi novum alteri veteri successit, XI, 343, 1, 2. Sacerdotium Christi in quo fuerit simile Melchisedechiano, XIX, 418, 2. Jurejurando promissum fuit a Deo, 419, 2. Est æternum, 420, 2. Id hominem sanctificat, non Aaronis sacerdotium, 416, 1. Sacerdotii in Ecclesia summa dignitas et pulchritudo, XI, 720, 1, 2. Sacerdotium multi sancti fugerunt, ut S. Franciscus, S. Marcus, S. Antoninus, II, 145, 1, 2.

SACHAN. *Sachan* idem sonat quod habitare, IV, 281, 2.

SACHAR. *Sachar*, id est *memoria*, cur hebraice vocetur masculus, XXI, 244, 1.

SACRAMENTARII. Sacramentariorum hæreseos auctor Andreus Carolstadius, XXI, 301, 2. Sacramentarii negant Christi corpus posse esse in cœlo et in Eucharistia simul, XVII, 212, 1. Sacramentarii hæretici sunt prodromi Antichristi, XIII, 175, 1.

SACRAMENTUM. 1° *Sacramentum proprie quid sit*, XVIII, 362, 1; XIX, 273, 2; XX, 340, 2. Sacramentum etiam idem est quod significatio, XIX, 153, 2. Id significant quod continent et efficiunt, XVIII, 362, 1. Sunt signa rei veræ et præsentis, non falsæ et absentis, *ibid.* Constant e materia et forma, XVII, 351, 1. Sacramenta novæ legis alia ratione vocantur mysteria, alia visiones ænigmaticæ et symbolicæ, XVIII, 39, 1.

2° *Sacramentorum institutio.* Sacramenta septem esse contra hæreticos asseritur, XXI, 313, 1. Sacramenta quo ordine et quibus verbis a Christo instituta, XV, 41, 1, 2. Apostoli ea non instituerunt, XVII, 162, 2. Eorum materias et formas quando Christus suos docuerit, 50, 1. Sacramentorum institutio angelis patuit, Christo revelante, et ex iis quæ post fieri in Ecclesia viderunt, XVIII, 613, 2. Sacramenta omnia ex latere Christi aperto in cruce fluxerunt, XII, 852, 1; XVIII, 664, 2. Quomodo e latere Christi aperto emanasse dicantur, XVI, 621, 2.

3° *Sacramentorum novæ legis vis et potentia*, XVII, 150, 2. Sacramenta nova priscis præstant, XVIII, 339, 2. Sacramenta prisca quare essent infirma et egena, 552, 1, 2. Sacramenta vetera et sacrificia non justificabant ex opere operato, sed ex opere operantis, secus legis novæ, II, 1, 2; 7, 2. Sacramenta novæ legis ex opere operato, non ex opere operantis justificant, X, 461, 2; XI, 631, 1; XVIII, 252, 1. Sacramentum quoties aliquod confertur, Deus immediate recipienti illud infundit gratiam, IX, 483, 2. Cur sacramenta ab immundo sacerdote confecta et applicata suscipientem et pœnitentem mundent, X, 193, 1, 2. Ipsa nos justificant merita Christi nobis applicando, XIX, 456, 2; 458, 1. Ad Spiritum sanctum pertinent, XVIII, 436, 2. Sacramenta visibilia sunt peccatorum alligamenta, *Psalm.* II, 463, 1. Sunt animæ pharmaca, X, 273, 1. Sunt resina, XII, 79, 2. Grano sinapis comparantur, XVIII, 363, 1. Sunt munda et sancta vasa Dei, XI, 765, 1. Sunt velut fidei velamina, XVII, 150, 2. Sacramenta septem intelliguntur per septem candelabri Zachariæ infusoria, XIV, 397, 1. In eorum multis usus est olei, *ibid.* Sacramenta septem sunt septem mysticæ columnæ Ecclesiæ, V, 246, 2 et seq. Sacramenta semper omnibus patent, XIV, 535, 2.

4° *Sacramenta in specie* (*Vide* BAPTISMUS, CONFIRMATIO, *etc.*, *etc.*). Sacramentum Confirmationis asseritur, XII, 608, 1. Sacramenta tria testimonium Christo perhibent, XXI, 613, 1. Effectus sacramentorum Baptismi, Confirmationis, Ordinis, XIX, 274, 1. Quæ sacramenta beata Virgo susceperit, XVI, 71, 2. SS. Sacramenti communio indigna mors est, *Job*, 234, 2.

SACRIFICARE. 1° Sacrificabant veteres inter epulas, I, 371, 2; V, 250, 2. Olim inter sacrificandum Dei laudes et hymnos voce et musicis instrumentis canebant, 251, 1.

2° Sacrificari sibi jussit Deus uno tantum in loco apud Judæos, idque sub pœna capitis, et quare, II, 110, 2. Sacrificare licebat Hebræis extra tabernaculum, sanctum locum Angelo indicante, III,

119, 2. Sacrificari quomodo Nabuchodonosor Danieli jusserit, XIII, 33, 2. Sacrificandum est pro defunctis, X, 279, 2 (*Vide* SACRIFICIUM).

SACRIFICIUM. I. SACRIFICIUM IN GENERE. 1° *Sacrificii definitio et natura.* Sacrificii definitio, II, 15, 2. Sacrificia et dona quomodo differant, XIX, 393, 1. Quare sacrificium dicatur κάρπωσις, X, 461, 2. Sacrificii nomine intelligitur omnis cultus Dei externus, XIII, 369, 2. Sacrificium erat actus religionis et latriæ Dei, XIII, 369, 1; XVI, 360, 2. Sacrificium est summus Dei cultus, V, 250, 2. Sacrificia et vota sunt actus religionis, 81, 2. Sacrificium soli Deo offertur jure Gentium, II, 4, 2. Soli Deo offertur, non sanctis, XII, 33, 2.

Sacrificium refert convivii speciem, unde in eo requiritur victima et libamen, XV, 557, 2. Sacrificium primum fuit panis et vini, XIX, 418, 2. Sacrificium erat quasi convivium Dei vel idoli cum hominibus, II, 14, 2; X, 101, 1; 275, 2; 463, 2; XIII, 400, 2. Sacrificium est cibus Dei, XIV, 557, 2. Eo operato, epulum instruebatur, V, 250, 2; XVIII; 347, 2.

2° *Quæ conditiones ut sacrificium Deo acceptum sit.* Sacrificium oblatum ex re iniqua, vel injuste parta Deo displicet, X, 205, 1; 209, 1, 2. Sacrificium ex rapina pauperum quinque crimina habet, 207, 2. Sacrificia quorumdam cur Deo displicerent, XIII, 401, 1. Sacrificium justi mire Deo placet, X, 218, 1. Sacrificii extremi dignitas mensuratur dignitate interni actus devotionis ex quo manat, V, 499, 1. Actus sacrificii ut manat a religione et devotione interna, melior est actu misericordiæ, non tamen sacrificium externum, quia hoc non placebat Deo nisi ex opere operantis, non ex opere operato (ut placet sacrificium legis novæ); misericordia autem per se Deo placet, XIII, 369, 1; 587, 1.

II. SACRIFICIA VETERIS LEGIS. 1° *Eorum institutio, finis, conditiones.* Sacrificia quibus de causis Deus instituit, II, 14, 1. Ea facienda erant propter mandatum Domini, quid iis intenderetur, X, 216, 1. Quare ea offerrentur Deo, X, 461, 2. Quomodo Deo placuerint, II, 14, 2. Ea odorabatur Deus, XVIII, 650, 2. Cur deinde Deo non placuerint, XI, 112, 1. In sacrificio cur victima Deo debeat immolari, II, 15, 2. Quomodo sacrificabantur liquida, quomodo solida, *ibid.* Octo animalia sacrificabantur, *ibid.* Sacrificiorum carneorum ritus, 19, 2. Sacrificia Hebræorum erant azyma, non fermentata, II, 18, 1; XIII, 569, 2. In sacrificiis cur exigat Deus hepar et renes, I, 701, 2. In sacrificiis cauda adoleri Deo jussa, quid significet, 703, 1. Quid adeps, *ibid.* In sacrificiis victimam elevare quam sit antiquus ritus, 703, 2. Sacrificia solum in templo Salomonis fieri poterant, non alibi, XVI, 360, 1. Ea in Sancto peragebantur, XVII, 275, 1; XIX, 436, 1. Sacrificium vespertinum erat matutino honoratius, XIX, 202, 1. Sacrificium vespertinum erat figura sacrificii crucis, *Psalm.* II, 429, 2.

2° *Sacramentorum veteris legis vis et efficacia.* Sacrificia Judæorum vim suam habebant ex opere operantis, novæ legis ex opere operato, IX, 453, 2; X, 206, 2; 216, 1; 461, 2; XIII, 557, 2; 560, 2; 594, 2. Sacrificia veteris legis quatenus ab Eucharistico differrent quoad peccatorum expiationem, IX, 228, 1. Eorum et Christi sacrificii triplex differentia, XIX, 453, 1. Cœlum reserare non poterant, 437, 1. Comparantur cum sacrificio crucis in dignitate, non in modo peccata expiandi, XVIII, 1, 2. Erant tantum protestationes quibus Judæi se aliud sacrificium expectare testabantur, XIX, 453, 1. Sacrificiis homicidium non expiabatur, XV, 162, 2. Sacrificia Aaronica an sint abominatio desolationis, XIII, 131, 2. Sacrificia legis quomodo vocentur sempiterna, XIX, 418, 1. Sacrificia multa Veteris Testamenti Christum præsignificarunt, XII, 100, 1. Quibus sacrificiis priscis adumbratus sit Christus, XXI, 256, 2. Sacrificia omnia vetera, et cæremoniæ in Christi morte finem accepere, XIII, 130, 1, 2. Quare sacrificia Christus in Ecclesia non retinuerit, XIX, 452, 2. De sacrificiis suis Judæi decem miracula referunt, fabulosa tamen, II, 29, 2. Sacrificiorum et aliarum functionum sacerdotalium sumptus solvebat populus apud Judæos, 60, 1.

3° *Sacrificiorum veteris legis variæ species.* Primo. *Sacrificiorum divisio*, II, 15, 2. Sacrificiorum tres species, 15, 1, 2. Sacrificia apud Judæos erant triplicia, IX, 253, 1; X, 214, 1; XVIII, 442, 2. Sacrificii tres species a Deo Judæis præscriptæ erant, XIII, 563, 2. Quod dicatur in Scriptura sacrificium sanctificationis, IX, 253, 1.

Secundo. *Sacrificium holocaustum quid sit, et unde dicatur*, II, 5, 2. In eo cremabatur tota victima, excepta pelle, 6, 1. Reliqui ritus oblationis ejus recensentur, *ibid.* Holocaustum bovis et avium quid tropologice significet, *ibid.* Quid holocaustum vituli et agni, quid turturis et columbæ, *ibid.*; 11, 1. Tropologia rituum holocausti exponitur, 6, 1; 9, 2. Holocausta ovium tropologice sunt martyres, 10, 1. In eo cur avium vesica et plumæ abjiciantur, 11, 2. Quid hoc mystice significet, *ibid.* In eo cur Deus ascellas confringi juberet, 12, 2. Quid hoc mystice significet, *ibid.*

Tertio. *Sacrificium pro peccato.* Sacrificii pro peccato pontificis quis ritus, II, 26, 2. Victima pro pontificis peccato tota extra castra cremabatur, *ibid.* Quænam ejus rei litteralis causa, *ibid.* Quænam allegorica, 27, 1. Quænam tropologica, *ibid.*, 2. Quænam anagogica, *ibid.* Secunda hostia pro peccato principis erat hircus, 28, 2. Quarta hostia pro peccato plebeii erat capra, 29, 1. Hostiis pro peccato imponebatur sal, non vero thus neque libamina, *ibid.*, 2. Sacrificium pro peccato mystice significat pœnitentiam et compunctionem, 30, 1. Quid quod in hoc sacrificio offeratur pro peccato principis hircus, 29, 1. Quare pro peccato plebeii capra, *ibid.* Sacrificium ovis, turturis, columbæ pro peccato quid tropologice significet, 33, 1. Ca-

rebat hoc sacrificium oleo et quid hoc significet, 33, 2. Thure etiam carebat, et quæ ejus rei significatio, *ibid.*

Quarto. *Sacrificii victima pacifici quænam sit.* II, 21, 1; X, 214, 1. Sacrificium pacificum qua de causa offerretur, IX, 252, 2. Dividebatur in tres partes; adeps ejus et sanguis Deo adolebatur, pectus et armus dexter sacrificanti cedebat, reliqua caro laico offerenti, *ibid.* Quid hoc mystice significet, II, 46, 1. Debebat hæc victima esse bos, ovis, aut capra, non avis, 21, 2. Quid tropologice hæc victima significet, *ibid.* Quid allegorice et tropologice adeps in hac victima designet, 22, 2. Quid renes tropologice, *ibid.* Quid cauda ovis, 23, 1. Thus etiam in hoc sacrificio adhibebatur, 24, 2. Victima pacifica debebat eodem die comedi, et quare, quidque hoc significet, 44, 2. Ritus immolationis hujus sacrificii, 45, 2.

Quinto. *Sacrificium juge.* Sacrificium juge cur et quale fuerit, I, 705, 2. Ejus ritus describitur, 706, 1. Sacrificium Christi in Eucharistia significat, *ibid.* Item Christum oblatum infantem in præsentatione, et eumdem oblatum in cruce, *ibid.*, 2. In eo unus agnus mane, et unus vesperi quotidie immolabatur, II, 353, 2; X, 460, 2. Quare et quo ritu immolabatur, *ibid.* Is agnus debebat esse anniculus, et immaculatus, et offerri cum libaminibus, *ibid.* et seq.

Sexto. *Sacrificium mincha.* Sacrificium mincha erat ex simila aut pane, II, 14, 1. Quibus de causis Deus illud instituerit, *ibid.* et seq. Fuit Eucharistiæ typus, 15, 1. Fuit verum sacrificium, *ibid.* Cur minchæ additum oleum, *ibid.*, 2. Imponebatur ei etiam thus, et quare, 16, 1. Erat triplex: clibani, sartaginis et craticulæ, 17, 1. Carnem Christi in cruce frixam significat, *ibid.* Item Ecclesiam, *ibid.* Quid tropologice in eo sacrificio significet clibanus, sartago et craticula, *ibid.* Tertia species minchæ erat oblatio spicarum, 19, 2.

Septimo. *Sacrificium festi expiationis*, II, 103, 1 et seqq. In eo hircus pro peccato immolatus significat Christum patientem, et morientem in cruce, item immolatum, *ibid.*, 2. Item Barabbæ postpositum, *ibid.* Tropologice quid tunc duo hirci significent, *ibid.*

Octavo. *Sacrificium zelotypiæ*, II, 214, 1, 2.

III. SACRIFICIA GENTILIUM. — Sacrificia offerebant Gentiles cum arandum esset, cum metendum, cum vindemia calcanda, XIII, 400, 1. Sacrificium Gentiles sortibus addebant, ad idolum quod consulebant, conciliandum, XIV, 34, 2. Veterum fuit oblatio thuris, XIII, 274, 2. Sacrificiorum apud Romanos ritus, II, 13, 1.

IV. SACRIFICIUM NOVÆ LEGIS (*Vide* EUCHARISTIA QUATENUS SACRIFICIUM). Sacrificium verum et propria dictum extat in Ecclesia Dei, *Psalm.* II, 256, 1, 2. Cur sacrificium Melchisedechi Paulus esse typus venerabilis Eucharistiæ non dixerit, XIX, 397, 2. Sacrificium Christianorum est eucharisticum, aut spirituale, aut mentale, XIV, 546, 1. Sacrificium pro defunctis sanctum est ac pium quadrupliciter, IV, 554, 2.

V. SACRIFICIUM SPIRITUALE. — Decem sunt sacrificia spiritualia, XIX, 521, 2; XX, 93, 2. Sacrificium magis Deo acceptum, *Psalm.* I, 450, 2. Sacrificium laudis quale, *Job*, 481, 2. Purificationem prærequirit, 16, 2. Sacrificium laudis a Dei laude quomodo internoscatur, *Psalm.* I, 332, 1. Sacrificium laudis summam salutis complectitur, 334, 1, 2. Sacrificium mysticum animæ quid sit, XIII, 354. 1. Sacrificium mystice sunt qui partem tantum, holocaustum qui totam Deo offerunt, XII, 800, 1. Sacrificium triplex in eleemosyna includitur, X, 216, 2. Sacrificia cur dicantur martyria, XIII, 42, 2.

SACRILEGIUM. Sacrilegium et sacrilegus quid sint, XVIII, 64, 2. Sacrilegi vocantur a sanctis Patribus clerici beneficia multa possidentes, XII, 741, 1, 2. Sacrilegii vindex acerrimus Deus, XVII, 148, 1. Sacrilegium quomodo puniat Deus, XIII, 75, 2, Sacrilegia punita, III, 46, 2.

SADDAI. *Saddai*, hoc est mammeus dicitur Deus apud Hebræos, VII, 473, 2; XXI, 133, 2. *Saddai* nomen Dei est, quia ipse abundat in omnibus bonis, XIV, 600, 1; XVI, 40, 1.

SADDUCÆI. Sadducæi unde vocarentur, eorum dogmata, XV, 98, 2; XVII, 125, 1. Erant athei, XV, 98, 2. Erant quasi Judæorum epicurei, XVII, 125, 1. Eorum quinque errores, 307, 2. Solum Pentateuchum recipiebant, Prophetas rejiciebant, XVI, 482, 2. Dei quoque potentiam et providentiam negabant. 481, 1. Negabant esse spiritus, XVI, 135, 2; XIX, 42, 2. Resurrectionem etiam negabant, XIX, 42, 2; XX, 473, 2. Negantes resurrectionem, Christo quæstionem inextricabilem (ut putabant) de illa proposuerunt, XV, 480, 2. Contra eos scriptus est liber *Sapientiæ* et liber II *Machab.* Horum hæresis tempore Christi viguit, et quomodo ipse vivens eam refutarit, XVII,, 150, 2 et seq.

SADOC. In Sadoc et posteros ejus, amoto Abiathar, transtulit Salomon sacerdotium et pontificatum, XII, 287, 2; 833, 1. Sadoc illustris fuit pontifex tempore Salomonis, 790, 2.

SÆCULARIS. 1° Sæculares cæci sunt in spiritualibus, *Job*, 452, 1. Qualis eorum amicitia, 792, 1. Sæculares in divitiis suum finem ultimum constituunt, XVIII, 439, 1. Quare sæculares multos religiosos in regno Dei præcedant, V, 398, 1 (*Vide* MUNDANI).

2° Sæculare subinde significat id quod cito transit, XIX, 320, 1. Sæcularia negotia quæ sint, 283, 1. Quinam ea fugere debeant, *ibid.* (*Vide* MUNDANA).

SÆCULUM. 1° *Sæculum unde deducatur*, XX, 95, 1. Sæculum an recte a senio dicatur, XVII, 302, 1.

2° *Sæculum pro ævo et tempore decurrente*

sumptum. Sæculum in Scriptura proprie significat ævum et tempus decurrens, sibique succedens, et metonymice res quæ illo sæculo et tempore existunt, XIX, 352, 1. Quomodo sæcula præfinierit Deus, XVIII, 614, 1. Sæculorum mutationes et revolutiones unde norit Deus, X, 378, 1. Sæculorum varia divisio, XIX, 449, 1. Sæculum aureum, argenteum, æneum et ferreum Gentilium describitur, XIII, 21, 2. Sæculum vetus præsenti non est præferendum, VII, 254, 1, 2. Sæculum Christi ultimum omnia priora consummat, XIX, 400, 2. Sæculum ultimum Antichristi quale sit futurum, VII, 253, 2 (*Vide* ÆTAS, TEMPUS).

3° *Sæculum pro æternitate acceptum*. Sæculum, cum geminatur, absolutam æternitatem denotat, XIX, 360, 2. Sæculum sanctum idem est quod beatum, ipsum describitur, IX, 492, 1 (*Vide* ÆTERNITAS).

4° *Sæculum pro centum annorum duratione intellectum*. Sæcula omnia semper aliquos viros illustres habuere, X, 427, 1; 428, 2. Sæculis sæpe singulis videmus singula regna in aliam familiam aut gentem transferri, XIII, 86, 1.

5° *Sæculum pro vita sæculari aut mundana*. Sæculum hoc æstuans et tempestuosum est velut mare, et quilibet homo quasi navis, V, 27, 1; XIII, 438, 1. Sæculi viæ vel semitæ dicuntur viæ peccati et peccatoris, XII, 152, 1. Cur a propheta dicantur non tritæ, *ibid*. Sæculum cur dicatur nequam, XVIII, 517, 1. Ejus felicitates sunt dormientium somnia, 655, 1. Cur dicantur divites sæculi hujus, XIX, 265, 2. Sæculum quomodo Christus reformarit, XI, 236, 1, 2 (*Vide* MUNDUS).

SAGACITAS. Sagacitas est pars prudentiæ, V, 350, 1.

SAGÆ. Sagæ plures sunt quam sagi, V, 350, 1. Feminæ senes fiunt sagæ variis de causis, X, 369, 1. Quomodo ægros sanent, X, 270, 1, 2. Sagæ quomodo per certas herbas et signa maleficii pueros et bestias occidant, IV, 293, 1. Sagis quomodo dæmon imponat, XI, 397, 1.

SAGARES (S.). S. Sagares an fuerit episcopus Laodicensis, cui scribit S. Joannes, XXI, 79, 2.

SAGENA. 1° Sagena quid proprie significet, XV, 334, 2. Sagitta est rete minus, XIV, 219, 1.

2° Sagena allegorice vocatur Belus, deus Chaldæorum, XIV, 219, 1, 2. Item industria militaris et arma Nabuchodonosor, *ibid*. Quid sagenæ missæ in mare similitudine innuere Dominus voluerit, XV, 334, 2.

SAGITTA. 1° Per sagittas quomodo veteres divinarent, et ita per eas Nabuchodonosor sortes quæsivit, XIII, 343, 2.

2° Sagittæ sunt verba Dei, *Psalm*. I, 294, 1. Sagittarum Christi efficacia, XI, 582, 2.

Sagittæ Domini quid, et earum effectus, *Psalm*. I, 240, 1, 2; 241, 1. Sagittæ Dei sunt morbi et magnæ tribulationes, XII, 386, 2; *Job*, 156, 2. Sagittæ cœlestes sunt fulmina, tonitrua, grandines et lapides, XIV, 259, 1. Sagittæ famis quæ sint, XII, 544, 1. Sagittas duplices infligunt meretrices, amoris et doloris, V, 197, 2.

SAGITTARIUS. Sagittarii certo configentes scopum aliqui recensentur, XII, 385, 2.

Sagittarius est nomen numismatis Persici, I, 391, 1.

SAL. 1° *Salis etymon et generatio*. Salis etymon, X, 316, 2; XV, 153, 2. Ex igne et aqua quomodo generetur, XV, 153, 1. Sal filia maris, XI, 350, 1. Fit ex aqua salsa, X, 409, 1. Quatuor constat elementis, XV, 154, 2. Sal aliud marinum, aliud terrestre, quod ex terra bituminis effoditur, XIV, 291, 2. Omnibus pene rebus mixtis inest sal, XII, 606, 2.

2° *Salis proprietates*. Sal miram habet naturam vix ulli alteri similem, X, 408, 2. Est naturæ balsamum, XII, 606, 2; XV, 153, 1. Ei pruina confertur, X, 408, 2. Sitim excitat, sua acredine mordicat et pungit, siccat et urit, XV, 153, 2. Sale aspersa terra sterilescit, XIV, 291, 2. Sterilitatem causat, quia terram exurit, X, 314, 1. Salem olim seminabant, cum aliquem locum desolare vellent, IV, 215, 1. Sal cum igne non convenit, IX, 264, 2. Salire igne quid sit, XV, 701, 1 et seqq. Sal conservat corpora et ea a corruptione præservat, II, 19, 1; XV, 153, 2. Pisces a putrefactione conservat, XIV, 216, 1. Exstimulat ad venerem, X, 316, 2.

3° *Salis usus*. Sal est necessarium ciborum condimentum, XII, 606, 2. Est condimentum condimentorum, X, 316, 1. Quatenus ad vitam hominis necessarius, X, 316, 1. Sal notat convivium, quia in eo omnia sale condiuntur ut sapiant, IV, 215, 1. Est cordivitalis, X, 316, 2. Cibum insipidum gratum reddit, XV, 153, 2. Cur veteres eum divinum vocarent, X, 316, 1; XVII, 50, 2. Sal dictus divinus et rebus divinis est amicissimus, XII, 606, 2. Victimis Aaronicis adhibebatur, XVIII, 201, 2. Item panibus propositionis, XIX, 432, 2. Sal erat in omni sacrificio, et quare, II, 18, 2; X, 316, 2. Idem adhibetur in aqua lustrali, X, 316, 2. Adhiberi solebat in sanciendis fœderibus, et quid hoc significet, II, 19, 2. Hospitibus primo solitum apponi, et quare, II, 19, 2; XVII, 50, 2. Saliri solent corpora infantium recens natorum, cur, XII, 606, 1, 2.

4° *Salis proprietates figurativæ*. Sal mystice quid denotet, et quarum rerum sit symbolum, XV, 701, 1 et seqq., XVII, 50, 2. Sal baptismi quid sit, XII, 606, 2. Sal symbolum communionis, XIV, 291, 2. Sal adaptatur sacrificio eucharistico, XIV, 563, 1. Sal terræ sunt apostoli et prædicatores, *ibid*. Sale quomodo verba condienda sunt, X, 64, 2. Sal vitæ est amicitia, VII, 114, 2. Sal symbolum est discretionis, II, 18, 2; X, 317, 2. Item sapientiæ, gratiæ et prudentiæ, XV, 153, 1; XVIII, 201, 2; *Job*, 159, 2. Item doctrinæ apostolicæ, II, 19, 1. Item incorruptionis et æternitatis, II, 19, 1; XIV, 563, 1.

SALACIA. Salacia dicta est a sale, X, 316, 1. Salacitas mulierum, 9, 1, 2; 10, 1. Quæ ejus causa, 9, 2. Salaces asinis cur comparentur, XI, 330, 1.

SALADINUS. Saladinus in Ægypto plurimos Christianos occidit, XXI, 349, 2. Saladinus moriens interulam suam in qua sepeliendus erat per castra de lancea suspensam circumferri jussit, XIX, 257, 1. Ejus præclara in morte vox de rerum terrenarum vanitate, I, 538, 2.

SALAM. *Salam* significat retribuere, et pacificum esse. XX, 371, 1.

SALAMANDRA. 1° Salamandram in igne vivere est fabula, I, 66, 1; II, 700, 2. Salamandra igne consumitur, etsi non tam cito, VIII, 596, 1; XV, 99, 2.

2° Salamandra est amoris hieroglyphicum, V, 193, 2. Item innocentiæ symbolum, 284, 2. Salamandra constantiæ symbolum est, eamque pro insigni assumpsit Franciscus I, Galliæ rex, XII 442, 1.

SALAMINA. Salamina urbs Cypri, XVII, 277, 1.

SALARIA. Salaria via unde dicta sit, a sale nomen accepit, IV, 472, 2; XV, 153, 2.

SALARIUM. Salarium dictum est a sale, IV, 215, 1. Salarium et stipendium militare dictum a sale, IV, 472, 2.

SALATHIEL, Salathiel an fuerit binomius, XIV, 318, 2. An fuerit Zorobabelis pater, an avus, an pater ejusdem adoptivus, *ibid.* Mortuus est in Babylone, 319, 1. Salathiel Lucæ in Christi genealogia alius est a Salathiel e Matthæi, XVI, 98, 1.

SALEM. Salem eadem est quæ Jerusalem, et unde dicta, XIX, 408, 1.

SALETHUS. Salethus Crotoniensium princeps, commisso adulterio vivus in ignem insiliit, V, 176, 2.

SALII. Salii sacerdotes Martis, III, 457, 2.

SALIM. Salim erat locus baptismi Joannis, quod illic essent multæ aquæ, XVI, 348, 1.

SALISBURGUM. Salisburgi princeps opes suas ex sale colligit, IV, 465, 1.

SALIUNCA. Saliunca quæ sit herba, et unde dicatur, XI, 654, 2. Ejus proprietates et potentia, *ibid.*

SALIVA. 1° *Saliva* vox unde derivetur, XVI, 459, 2. Saliva quam sit medica, *ibid.* Saliva Christi vivifica erat, XV, 693, 2; 696, 1. Saliva natorum in festo conversionis S. Pauli anguium morsibus medetur, juxta Alanum Copum, XVIII, 14, 1.

2° Salivæ symbola, XV, 459, 2. Saliva quid mystice, *Job*, 198, 2.

SALIX. 1° Salices in Babylonia abundant, XI, 293, 1.

2° Salices esse dicuntur Ecclesia et justi, XI, 540, 2. Salix præmaturi incrementi symbolum, V, 385, 2.

SALMANA. Salmana Madianitarum princeps a Gedeone cæsus, XIII, 423, 2.

SALMANASAR. Salmanasar an sit Sargon qui Samariam vastavit, XI, 322, 1, 2. Salmanasar rex Assyriæ defectionem Israelitarum tam a Deo quam a se ultus est, et vitulos et populum in Assyriam abduxit, XIII, 416, 1. Quo anno decem tribus captivitas in Assyriam abduxerit, IV, 267, 1, 2; 269, 1; XI, 225, 2, 425, 2.

SALOME mater Machabæorum. Salome mater Machabæorum fuit fortis mulier, VI, 489, 2.

SALOME uxor Zebedæi. Salome et mater filiorum Zebedæi est eadem, XV, 337, 1. Fuit soror Jacobi Minoris, XV, 337, 2; XVI, 97, 1. Et consobrina Christi, XV, 337, 2. Duos filios habuit, Joannem et Jacobum Majorem, XVI, 97, 1. Astabat cruci Domini, XV, 638, 2. Inde domum rediit, 641, 2.

SALOME filia Herodiadis. Salome saltatrix, Herodiadis filia, mire a Deo punita, XV, 691, 2.

SALOMON. 1° *Salomonis nomina.* Salomon unde dictus, X, 492, 2; XIX, 357, 2; 409, 1. Salomon id est pacificus, et quare, III, 484, 1. Salomonis pacifici nomen a variis principibus sua lingua mutuatum, 548, 2. Alio nomine vocatur Iedidia, 484, 2. Ei nomen jussu Dei inditum fuit, X, 493, 1. Fuit trinomius, V, 1, 1. Cur vocetur hebraice *Cohelet*, id est *concionatrix*, VII, 10, 1. Vocatur Congregans et filius Vomentis, VI, 418, 2; 419, 1, 2. Cur se Lamuelem vocat, 478, 1, 2. Cur vocetur tenellus patris, V, 105, 1.

2° *Salomonis ortus, temperamentum, indoles.* Salomon fuit Bethsabe primogenitus ex Davide, VI, 480, 2. Conceptus est statim post mortem infantis ex adulterio nati, III, 484, 1. Quomodo vocetur unigenitus, V, 105, 1. Videtur fuisse promogenitus, 107, 1. Filius fuit pœnitentiæ, ideoque a parentibus unice dilectus, *ibid.* Fuit Bethsabee filius votorum, VI, 480, 2. Item filius orationum, 481, 1. Fuit matri unice dilectus, V, 107, 1. Fuit quasi peculium Dei et ab eo adhuc puer dilectus, VI, 478, 1. Ejus forma, III, 616, 2; 617, 1. Fuit corpore delicato, et optimo temperamento; fuit docilis et flexilis, V, 105, 2. Fuit hæres regni, 107, 1. Qua ætate floruerit et vixerit, 4, 2; 466, 1, 2.

3° *Salomonis regnum.* An Salomon fuerit moriente patre puer, V, 105, 1. Est a Deo electus rex, accepit a Deo sapientiam, VI, 478, 1. Quo ætatis anno ad regnum evectus sit, 244, 1. Juvenis, id est duodecimo ætatis anno regnare cœpit, XIX, 232, 1. Juxta alios anno ætatis suæ vigesimo iniit regnum, III, 547, 2; VIII, 488, 2. Regnat vivente patre, III, 547, 2. Salomon bis unctus fuit, 548, 2. Secunda Salomonis unctio publica fuit, IV, 140, 1, 2. Cur duxerit filiam Pharaonis, III, 556, 1, 2. In ea non peccavit, *ibid.*, 2. An prima nuptiarum nocte in causa fuerit ut sacrificium matutinum æquo serius sit oblatum, VI, 479, 1. Ejus pietas auspicantis regnum, III, 558, 2. Salomon initio quam religioni et cultui divino fuerit addictus, XII, 372, 1, 2. Somnium in quo sapientiam accepit,

probabiliter fuit naturale, III, 558, 2 et seq. Sed divinum fuisse et exstasin etiam est probabile, 559, 1, 2. Est immissum Salomoni per angelum, 560, 1. Quare id factum nocte, *ibid.* Quando judicium in causa meretricum fecerit, X, 500, 1. Simulate, non serio dividi infantem mandavit, III, 563, 2. Parcit Adoniæ conditionate, 549, 1. Juste eum postea occidit, 554, 1. Salomon non auctoritate sua sed Dei, Abiathar a pontificatu amovit, *ibid.*, 2. Pontificatum posteris Phinees restituit, X, 465, 1. Salomon dedit Hiram urbium Galilææ usumfructum, dominium autem dare non poterat, III, 601, 1. Omnes opes expendit in fabricam, *ibid*, 2. Palmyram muniit, *ibid.* Omnes Chananæos tributarios fecit, nec peccavit non occidendo, *ibid.* Quando instruxerit classem pro colligendo auro, 602, 1. Ex Ophir, id est India Orientali, aurum habuit, *ibid.* Regina Saba ex eo filium concepit, 706, 1. An in insula Coo equos generosos emerit, XVII, 378, 1. Ejus equorum copia a peccato excusatur, III, 567, 2.

4° *Salomonis gloria, magnificentia, opes, divitiæ.* Salomon rex magnus, III, 569, 1. Fortitudine justitiæ regni solium firmavit, V, 496, 2. Regnavit in pace, et late imperium suum propagavit, X, 492, 1; 494, 1. Plenam cum omnibus vicinis, tam inimicis quam amicis, pacem habuit, ideoque suis fuit charus, 494, 1. Ejus gloria et simul humilitas, 494, 2. Gloria tanta ei data ob virtutem, ut eam alii æmularentur, III, 610, 2. Ejus magnificentia in numero, opibus, fortitudine militum et famulorum, V, 433, 1. Ejus opes et divitiæ, III, 607, 2; X, 495, 1. Ditior fuit omnibus monarchis, VII, 99, 2. Cur dictus sit *Alkum*, VI, 465, 1. Superavit omnes omnino reges gloria et divitiis, III, 561, 2. Unde suas opes coacervaverit, VII, 100, 1, 2. Aurum ei allatum, III, 607, 1, 2. Ejus thronus eburneus, 608, 1, 2. Ejus thronus duobus leonibus stipatus mystice explicatur, IV, 347, 1. De solio ejus fabula, 361, 1. Paupertatem et nimias opes deprecatur, VI, 431, 2; 432, 2.

5° *Salomon templum Deo ædificat.* Quare Deo templum ædificarit, non David pater, XIX, 357, 1. Salomon fecit novum altare thymiamatis, mensam panum propositionis et candelabrum pro templo, III, 578, 2. Salomon omnia vasa tabernaculi reposuit, et nova alia fecit pro templo præter arcam, 593, 1, 2. Quinque candelabra pro templo fabricavit, *ibid.*, 2. Duplices Cherubinos fecit, priores ad arcam, alteros ad altare thymiamatis, utrinque dispositos, XII, 495, 2. Hi quales essent, et quomodo dispositi, *ibid.* (*Vide* ANIMAL, CHERUB). Salomonis porticus in templo quæ diceretur, XVII, 118, 1; 149, 2. Salomon quam porticum templo adjecerit, XVI, 477, 2 et seq. Salomon facie ad templum versa orat, III, 597, 2. Ejus pietas a principibus imitanda, *ibid.* Utrumque genu flexit in oratione, 598, 2. Excusatur a peccato plura altaria in templo fabricans, 599, 2.

6° *Salomonis sapientia.* Salomon fuit sapiens X, 493, 1. Idque pene a puero, *ibid.* Quanta ei fuerit sapientia a Deo indita, 493, 1; 558, 2. Ejus sapientia initio regni, VI, 451, 2. Fuit sapientium omnium magister et princeps, V, 1, 1. Ejus sapientia et scientia, 4, 2 et seq. Fuit divina, 6, 1. Ejus sapientiæ redundantia et spiritus, VI, 419, 2 et seq. Sapientior et præstantior fuit puer se sene, VII, 183, 2. Sapientia Salomonis scientias naturales, mysteria fidei, donum prophetiæ, etc. comprehendit, III, 561, 1. Adamo, David, etc., fuit sapientior, *ibid.*, 2. Non tamen beata Virgine et apostolis in mysteriis fidei, *ibid.* Nescivit quid de Matre Dei, VII, 278, 2. Fuit vere propheta, V, 3, 2; VI, 421, 2; 453, 1. Et Deo plenus, VI, 421, 2. Deum incarnandum prævidit, V, 44, 2. Nulla dogmata a gentilibus philosophis hausit, V, 5, 2 et seq. Ejus dogmata secuti sunt posteri sapientes, 7, 2. Per sapientiam factus est regum maximus et gloriosissimus, 216, 2. Secreta naturæ et rerum proprietates occultas, eas maxime quæ sub terra latent, aperuit, X, 493, 2. Ob parabolas factus est celebris, 493, 2; 494, 1. Longe lateque nomen ejus divulgatum est, *ibid.* Salomon sapientissimus Moysen imitatus est, IV, 505, 2. Salomon quando potuerit instituere piam aliquam formulam ejiciendi dæmones, quando non, IV, 298, 1. An ei vere ascribantur exorcismi dæmonum per radicem *baraas*, *ibid.* Salomonis exorcismi an magici et quando ab eo compositi, XVII, 352, 2. Salomon an alchimista fuerit, VIII, 469, 2. Non est alchimiæ inventor, V, 88, 2. Salomon an annulum fatalem sapientiæ habuerit, XIV, 348, 2. Academiam in arce Sionis et in atrio templi sui erexit, X, 566, 2. An ipsemet in ea sapientiam sit professus, V, 266, 1, 2. Et quoto anno regni sui : in ea parabolas et proverbia sua dictavit, *ibid.*, 2. Quo sensu se stultissimum virorum dixerit, VI, 422, 2; XIX, 187, 1. Ejus humilis modestia, VI, 423, 1. Præ Christo fuit insipiens, IX, 658, 2.

7° *Salomonis scripta.* Tres ejus libri, V, 1, 1. Salomonis librorum distinctio, VII, 3, 1. Quo ordine libros suos scripserit, V, 2, 2. Cum *Proverbia* scripsit, spiritum prophetiæ habuit, 2, 1, 2. An ea dictarit tantum, an vero conscripserit et digesserit, 2, 2. Ipsius sunt omnia quæ libro *Proverbiorum* continentur, *ibid.* Fuit auctor libri *Proverbiorum*, ideoque ei suum nomen præfigit, idque primus inter omnes scriptores sacros, et quare, 4, 2; 15, 1. Cur se Davidis filium vocet, 15, 1. Cur hoc obscuro orationis genere usus sit, 15, 2 et seq. Videtur sua proverbia diebus festis ad populum esse concionatus, 20, 1. In iis nunc patris, nunc pædagogi personam induit, 31, 2. Lectorem et auditorem suum subinde inter docendum compellat et excitat, VI, 161, 2. Doctrinam suam commendat, 162, 165. Quot parabolas dictarit, multæ earum perierunt, 251, 1. Ipse eas scripsit aut saltem dictavit, 252, 1. An etiam ulti-

morum duorum capitum *Proverbiorum* sit auctor, 417, 1, 2. Matrem suam deprædicat, et describit sub mulieris fortis typo, 488, 1 (*Vide* PROVERBIA).

Salomon auctor libri dicti *Ecclesiastes*, VII, 1, 2. Ille cur Ecclesiastes dicatur, 2, 1; 9, 1, 2. Quare se regem Jerusalem vocet, 11, 2. Cur de se in tertia persona loquatur, 16, 2. Cur de tempore agat, 128, 1. Cur vix ullum hominem per omnia rectum se invenisse dicat, 276, 1 (*Vide Ecclesiastes*).

Salomon rex an auctor *Ecclesiastici*, IX, 17, 1. Cur is ei tribuatur, 18, 1. Plurima scripsit quæ non sunt edita, *ibid.* An Vetus Testamentum syriace verti jusserit, 22, 2. Sola ethica præcepta posteris tradidit, 6, 1. Idque per breves gnomas, 29, 2. Apologis gaudet, 26, 2. Salomonis libri de plantis, etc. sublati per Ezechiam, secundum Anastasium Nicænum, IV, 72, 2.

8° *Salomonis libidines, concubitus et idololatria*, X, 495, 2 et seq. Quatenus hæc in eo fuerint venialia, quatenus mortalia, 496, 1. Bonam juventutem senex maculavit, 182, 1; 496, 1. Ejus vinolentiam et mulierositatem mater Bethsabee prævidit, VI, 479, 2. Quot uxores habuerit, VIII, 149, 1, 2. Peccavit mulieres Chananæas ducendo et gentiles non proselytas, III, 612, 1. Alienigenis copulatus regnum perdidit, VI, 481, 2. Salomon quod mulierum amoribus fuerit implicatus, fortasse a matre adultera hausit, XIII, 285, 1, 2. Ejus fama in infamiam versa, III, 610, 2. Lapsus ejus in sex scelera, 612, 1. Vere coluit idola ut suis concubinis morem gereret, *ibid.*, 2. Quomodo semen suum profanarit, X, 497, 1. An filios Molocho immolaverit, affirmant aliqui, III, 612. 2 et seq. Bacchum coluit, 613, 1. Causa fuit ut idololatria in Israele grassaretur, X, 497, 2. Salomonis excæcatio, III, 616, 2.

9° *Salomonis mors, an pœnituerit et salvus sit.* An post lapsum in idololatriam pœnitentiam egerit, VI, 248, 2; VII, 65, 1; XIX, 187, 1. Salomon an salvatus sit, dubium, cur, X, 497, 1 et seqq.; 498, 1; XI, 307, 1. Ipsum esse damnatum quorumdam sententiæ, III, 465, 2. Salomonem damnatum alii aiunt, alii negant, 613, 2. Revelatio S. Mechtildis de Salomonis salute, X, 498, 1. Nuper e purgatorio liberatum dixit Romæ quidam concionator, ex revelatione mulieri facta. III, 614, 1. Non tam diu vixit quam cæteri propter libidinem, 485, 2. Ejus epitaphium, 616, 1. Ejus ignominia post mortem, X, 498, 1. Ejus peccata fuere causa ut regnum Israel divideretur, *ibid.*, et 2. In filio suo Roboamo punitus fuit, 499, 2 Salomonis thronus quomodo dicatur sempiternus, III, 463, 1. Ejus regnum in posteris ad quatuor annorum centurias propagatum, XIX, 357, 1.

10° *Salomon in quo typus Christi fuit.* Salomon rex uti nomine, ita reipsa pacificus fuit typus Christi, VI, 479, 1; X, 495, 1; XIV, 122, 1; XIX, 357, 2; 409, 1. Salomon typum Christi gerebat, *Psalm.* I, 46. 5, *in titul.*; *Psalm.* II, 383, 2; 384, 1. Quomodo Christum repræsentet, VII, 9, 2; 11, 2. Salomon pacificus ædificans templum typus est Christi Ecclesiam fidelium extruentis, III, 463, 1; 484, 2. Unctus in Gihon Christum pacem nostram significat, 548, 1, 2. Ducens Ægyptiam Christum sibi desponsantem Ecclesiam præsignat, 557, 1. Ejus regni felicitas Ecclesiæ typus, 566, 1. Sedens in throno Christum judicem præfigurat, 608, 1, 2. Gloria Salomonis idea gloriæ æternæ, 610, 2.

SALOMON (Rabbi). R. Salomon inter rabbinos celebris est, V, 12, 2. Ejus error quod tribus Simeon sortem non habuerit ut reliquæ tribus, III, 93, 1. Ejus fabella de pisce masculo et femina Jonam devorante, XIV, 40, 2. Est fabulator, III, 440, 1.

SALONIUS. Fuere duo Salonius nomine, unus Beda anterior, alter posterior, V, 338, 2. Salonius an fuerit filius Eucherii Lugdunensis, 12, 1. In *Proverbia* scripsit, *ibid.* E venerabili Beda multa transcripsit, 338, 2.

SALTARE, SALTATIO. 1° Saltant Christiani in Syria, in solemnitatibus, III, 457, 2. Item Hispani et Indi coram venerabili Sacramento, *ibid.* Saltationes lascivæ damnabiles, I, 572, 1.

2° Saltatio mystica quænam sit, XV, 288, 2.

SALTATRIX. Saltatrices olim conviviis adhibitæ animas emolliunt, XV, 689, 2. Illecebrosæ sunt, IX, 280, 2.

SALTUS pro sylva acceptus. Saltus Carmeli quid sit, XI, 466, 2. Saltus agri meridiani Jerusalem est, XII, 650, 2.

SALTUS pro actione saliendi. 1° Saltus inconditus Baalitarum instar amentium, III, 649, 2.

2° Saltus Joannis in utero an fuerit naturalis, animalis, an rationalis, XVI, 29, 2. Rationalem fuisse probatur, *ibid.* Ille saltum filiæ Herodiadis adumbrabat, 31, 2 et seq. Saltus Domini quis sit locus, juxta Nazareth, 106, 2 et seq. Saltus Christi plures, VII, 573, 2.

SALUS. 1° *Vocis* salus *variæ acceptiones.* Salus metonymice capitur pro victoria, IV, 425, 2; XI, 711, 2. Hebræis omne beneficium et bonum significat, IV, 432, 3. Salus nonnunquam pro splendore et munditie accipitur, XIV, 606, 2. Salus punica lingua tria significat, XX, 14, 1.

2° *Salus pro salutatione.* Salus in salutatione apprecata quid significet, XX, 14, 1. Qualem salutem apprecetur turba Christo Jerusalem ingredienti, XV, 461, 2 et seq.

3° *Salus temporalis.* Salus Israeli ab uno ex fratribus Machabæis prædicta, IV, 533, 1. Salus corporis non contingit homini sine auxilio Dei, *Psalm.* I, 197, 1. Salus hominum vana. *Job*, 166, 1. Salutem civium prodit, qui hostes captos vel capiendos dimittit, IV, 544, 2 et seq.

4° *Salus æterna.* Primo. *Quid sit salus et quotuplex.* Salus est justitia completa, XVIII, 178, 2: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Salus duplex a Christo nobis allata, 178, 1. Salus duplex est, una inchoata per gratiam, altera completa per gloriam, 24, 2. Salus afferenda

per Christum fuit olim a patribus promissa, XVI, 42, 1. Salus triplex est: *prima*, corporis; *secunda*, animæ, dum convertitur a peccato ad justitiam; *tertia*, animæ, cum æternam salutem adipiscitur, XX, 371, 1. Salutem corporis et animæ Evangelium operatur, XVIII, 46, 1 : *Non enim erubesco Evangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti.*

Secundo. *Salus quanti sit momenti et quam necessaria.* Salus animæ in omni statu et officio consideranda, V, 411, 1 : *Sapientia callidi est intelligere viam suam; et imprudentia stultorum errans.* Salus cuilibet summe sitienda est, XVI, 426, 1 : *In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.* Salus animæ pudore potior est, IX, 160, 2 : *Pro anima tua ne confundaris dicere verum.* Spes salutis est galea militis christiani, XVIII, 682, 1 : *Et galeam salutis assumite.* Ad salutem vocandi sunt omnes, etiam pauperes, XVI, 199, 1 : *Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes, ac debiles, et cæcos, et claudos, introduc huc.* De nullius salute quamvis cæci et perversi, desperandum est, *ibid.*

Tertio. *Quomodo salutem adipisci possimus.* Nemo salutem solis naturæ viribus adipisci potest, XVIII, 280, 2 : *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Salutis initium est a prævemente Dei gratia, non a libero arbitrio, V, 242, 2 et seq. : *Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino;* 480, 2 : *Hominis est præparare, et Domini gubernare linguam.* Salus animæ nemini datur nisi præveniente, comitante, subsequente gratia Dei, *Psalm.* I, 198, 1: Salus tantummodo ex Deo quomodo sit, XII, 457, 1 et seq. : *Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* Ad salutem requiritur gratia ut domina, et voluntas quasi famula gratiæ obsequens, IX, 679, 2. Obtingit non ex sola fide sed operibus, XVIII, 178, 1. Quomodo tamen eam S. Paulus fidei tribuat. XVIII, 21, 2; 23, 1 et seq. Ad salutem arcta via est et angusta, XV, 209, 2 : *Intrate per angustam portam; quia lata porta, et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, et arcta via est quæ ducit ad vitam; et pauci sunt qui inveniunt eam!* Psalm. II, 279, 1. Salutis æternæ consequendæ optima ratio, XI, 578, 1 : *Hæc dicit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas.* Salus justitiæ individue inhæret, XVII, 231, 2. Salutem concupiscere non sufficit, *Psalm.* II, 334, 1 : *Concupivi salutare tuum, Domine, et lex tua meditatio mea est.* Pro ea quidlibet faciendum, XX, 119, 1. Est procuranda nobis hoc brevi vitæ tempore, XVIII, 313, 2. Salutis assequendæ quæ sint signa, XX, 423, 1, 2. Salutis peccatoris quod sit initium, *Psalm.* I, 258, 1, 2. Salus in nobis operatur tolerantiam in genere causæ finalis, XVIII, 421, 2 : *Sive tribulamur, pro vestra exhortatione et salute,..... quæ operatur tolerantiam earumdem passionum quas et nos patimur.* Cur de salute in hac vita certi esse non possimus, 136, 1 : *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei.* Quam de sua salute certi viri perfectiores, 134, 2. Salus animæ revelatur statim a morte et in judicio universali, XX, 247, 2 et seq. : *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo.*

Quarto. *Salus proximi procuranda.* Salus proximi martyrio præferenda est, XIX, 16, 2. Salus peccatorum Dei cibus est, XVI, 211, 2 : *Adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur, quia hic filius mortuus erat, et revixit; perierat, et inventus est.* Ad aliorum salutem procurandam Christus animam perfectam quatuor stimulis urget, VIII, 101, 1 : *Vox dilecti mei pulsantis : Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Pro salute animæ inimici Christianus vitam exponat, XVI, 565, 2 : *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*

SALUTARE DEI. Salutare Dei idem est quod Salvator, XVI, 74, 1, 2.

SALUTARE, SALUTATIO, SALUTATOR. 1° Salutabant mane deos suos Gentiles, quasi eos dormientes prima luce excitarent, XII, 562, 2. Salutantes Hebræi pacem apprecabantur, XV, 264, 1, 2 (*Vide* PAX). Salutatio Hebræorum erat : *Pax vobis,* XVIII, 43, 1; 685, 2; XX, 13, 2. Item salutatio Christi, XVIII, 43, 1 ; 685, 2. Salutatio apostolica et Christi quæ fuerit, XXI, 17, 1. Salutatio Christi et apostolorum ex ritu Hebræorum erat : *Pax vobis,* XIV, 445, 1. Salutationem prolixam suis inhibet Dominus, XVI, 146, 2. Salutatio apostolorum et sanctorum est efficax et realis, XVII. 30, 1; 115, 1. Salutationes Pauli non tantum benevolentiæ signa erant, sed et causa benedictionis et gratiæ, XVIII, 43, 1. Salutationes sanctorum sunt ambiendæ, sunt tacitæ preces, *ibid.*

2° Salutatio angeli beatam Virginem turbabat, cur, 19, 1, 2. Hæc ad incarnationis mysterium in ipsa peragendum dirigebatur, *ibid.* Salutatio beatæ Virginis ad Joannem potissimum dirigebatur, 29, 1.

3° Salutandi amici sunt, IX, 592, 1. Salutantes sunt resalutandi, X, 360, 1. Imo primo salutandi, *ibid.*, 2. Salutare non salutantes se laudabile est, et humilitatem spirat, XVI, 29, 1. Salutatio repulsa quomodo ad salutantem redeat, XV, 264, 2. Inimicos oportet salutare, XV, 176, 2. In salutationibus varia potest esse ambitio, 489, 2. Salutationes matutinæ clientum prorsus erant in usu, VI, 343, 2. Salutator antelucanus importunus est, X, 369, 2. Salutatores qui morbos halitu sanant, non tolerandi, XVII, 437, 1.

SALUTATIO ANGELICA. Salutatio angelica reiterata beatæ Virgini gratissima est, V, 310, 2. Salutationes angelicæ sunt velut rosæ mysticæ, X, 308, 2.

SALVARE. 1° Quid sit proprie salvare, XIX, 55, 2 : *Nostra autem conversatio in cœlis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.* Salvare magis est quam creare, 29, 1. Salvare Deus vult omnes, XVIII, 170, 2; XIX, 196, 1 : *Omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § IX). Salvatur nemo nisi per Evangelium, XIII, 512, 2 : *Et erit : omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit ; quia in monte Sion, et in Jerusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, et in residuis, quos Dominus vocaverit.* Salvandi triplici motivo ad bene agendum inducuntur, XVI, 209, 1.

2° Salvandi paucissimi, XI, 307, 1 : *Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, et brachium ejus spicas leget ; et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, et sicut excussio oleæ duarum vel trium olivarum in summitate rami, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dominus Deus Israel ;* XIV, 141, 1 : *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ ! non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea. Periit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est ;* 523, 1 : *Et erunt in omni terra, dicit Dominus : partes duæ in ea dispergentur, et deficient ; et tertia pars relinquetur in ea ;* XX, 116, 2 : *Judicium enim sine misericordia, illi qui non fecit misericordiam ; superexaltat autem misericordia judicium ;* 118, 1 ; 340, 1 : *Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. Quod et vos nunc similis formæ salvos facit baptisma,* XXI, 170, 1, 2 ; 243, 1 : *Et cauda ejus* (draconis) *trahebat tertiam partem stellarum, et misit eas in terram.* Salvatur homo difficillime, etiam catholicus, XX, 117, 2 et seqq. Salvandorum paucitas terribilibus exemplis docetur, II, 266, 2 : *Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron dicens : Usquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me ? querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis : Vivo ego, ait Dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac jacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis et supra, et murmuratis contra me, non intrabitis terram, super quam levavi manum meam ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone, et Josue filium Nun.* Salvandorum ex catholicis quanta multitudo, XXI, 348, 1 (*Vide* DAMNATI, ELECTI).

SALVATIO. Salvatio Judæorum a captivitate Babylonica fuit umbra salvationis quam attulit Christus, XIV, 14, 2. Salvatio hominum sive salus, sunt Dei equi et quadrigæ, 258, 1 (*Vide* SALUS).

SALVATOR. Salvator proprie quomodo dicatur Christus, et quare, XIX, 55, 2 ; 333, 2. Salvatoris fontes quinque, XI, 274, 1, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. 1).

SALVE REGINA. *Salve Regina* a quonam compositum, VII, 477, 2.

SALVIANUS. Salvianus episcoporum vocatur magister, XIV, 500, 1.

SALVIUS (S.). S. Salvius cur ad vitam redire jussus, VII, 226, 2. Vitæ redditus ut Ecclesiæ prodesset, XX, 604, 2. Ad vitam a morte rediens quid de cœlesti gloria narrarit, III, 617, 2; XXI, 381, 1, 2.

SALVUS. Salvum esse in Scriptura semper denotat incolumem et felicem esse, XVIII, 270, 2.

SALVUS CONDUCTUS. Salvum conductum petit Nehemias ab Artaxerxe et impetrat, cur, IV, 234, 1.

SAMARIA. Samariæ situs, unde sic dicta, XVI, 354, 1, 2. Samariæ urbis descriptio, situs, elogium, XVII, 194, 2. Samaria urbs in monte Somer ædificata est, indeque et urbs, et ab ea utpote metropoli, tota regio dicta est Samaria, XIII, 386, 1 ; 562, 1. In modum coronæ admirabili ædificiorum superbia constructa est, XI, 392, 1, 2. Samaria fit urbs regia per Amri, III, 637, 1. Samaria erat caput regni Israel, XII, 618, 1. Per eam denotantur Israelitæ, 621, 1. Samariæ nomine cur vocentur decem tribus, XIII, 220, 2. Samaria cur vocetur *virgo Israel* ab Amos, XIII, 578, 2. Cur vocetur plaga vel angulus lectuli, 563, 2. Vocatur ænigmatice a Michæa, Aphra, Sappir, Saanan, XIV, 74, 2. Samaria idola Assyriorum et Ægyptiorum coluit, XII, 668, 1. Ejus incolæ cum idolis colebant quoque Deum verum, eique inde sacrificabant, cur, XIII, 397, 2. Ejus excidii causæ, XI, 238, 1, 2. Quomodo in acervum lapidum convertenda dicatur, XIV, 67, 2. Ab Assyriis vastata est, XII, 668, 2. Multi ejus incolæ post urbis excidium, ut se salvarent, in Ægyptum fugerunt et ibidem mortui sunt, XIII, 398, 1. Ejus restitutionem quomode promittat Deus, 644, 1. Eam Herodes Ascalonita a fundamentis instauravit, et muro firmissimo circumdedit, eamque in honorem Augusti Sebasten vocavit, XIII, 386, 1 ; 562, 1 ; XVII, 194, 2.

Samaria prima Christi fidem suscepit, et in ea primo floruit Ecclesia, XII, 222, 1.

SAMARITANA. *Vide* JESUS CHRISTUS, cap. V, art. I, § III, n° 7.

SAMARITÆ, SAMARITANI. 1° Samaritanorum origo et religio, XVI, 357, 2. Non erant ex Jacob oriundi : cur stulti vocentur, X, 547, 2. Erant partim Judæi, partim Gentiles, XVI, 452, 1. Samaritæ cur Gentium nomine vocentur, XIV, 300, 1, 2. Unde eorum a Judæis schisma ortum habuerit, X, 547, 2 ; XVI, 154, 2. Schisma a Judæis fecerunt, ideoque templum in monte Garizim erexerunt. IX,

105, 1; XVI, 185, 2. In eo Deum adorabant, XVI, 141, 1. Cum Deo vero idola colebant, IX, 104, 2; XVIII, 435, 2. Samaritanorum stolida et stulta idololatria, IV, 70, 2. Eorum inconstantia, *ibid.* Samaritani erant Judæis exosi, et quasi schismatici et hæretici, XVI, 151, 1 et seq.; 234, 2; 355, 2; 360, 2 et seqq.; 452, 2. Quare essent Israelitis infesti: quare dicuntur non esse digni gentis nomine, X, 547, 2. Samaritas perpetuos Judæorum hostes cur Judæi noluerint habere socios in templi reædificatione, IV, 213, 1. Cambysis consiliarios corruperunt ut templi fabricam impedirent, *ibid.*, 2; 214, 1. Cur fabricam templi impedirent, XIV, 320, 1. Sunt typus hæreticorum, X, 548, 2. Horum nonnulli, rebellantes Romanis, a Pilato in monte Garizim inter sacrificandum sunt occisi, XVI, 185, 1, 2.

2° Cur Samaritanos adire Christus suos vetaret, XVI, 354, 1. Cur hi post Judæos ad fidem sint vocati, XVIII, 593, 1. Samaritani Sichemenses statim ad Christum sunt conversi, XVI, 365, 1. Samaritanorum Christus salutem esuriebat, *ibid.* Biduo apud eos mansit, 367, 1. Conversi sunt ad Christum, 367, 1, 2. Cur Christus dictus sit Samaritanus a Pharisæis, XVI, 452, 1. Et id ipse se audire dissimulabat, *ibid.*, 2. Samaritarum hæresis fuit non esse Spiritum sanctum, XVII, 197, 2.

Samaritani itinerantis in vulneratum misericordia, XVI, 152, 1, 2.

Samaritanus leprosus a Christo curatus gratum se ei exhibuit, XVI, 234, 1. Elicuit etiam actum contritionis, et factus est Christi discipulus, *ibid.*, 2.

SAMBUCA. Sambucæ etymon, VII, 101, 2. Sambuca quod genus instrumenti esset, XII, 39, 2.

SAMBUCUS. Sambucus inter arbores infelices numeratur, hinc ex ea Romæ olim quotannis canes suspendebantur, et cur, XVII, 68, 2.

SAMECH. *Samech* et *Sin* litteræ æquipollent, XIII, 600, 2.

SAMGAR. Samgar tertius Israelis judex, III, 130, 2. Per se solus sexcenta percussit, III, 131, 1. Fuit Christi typus, *ibid.*, 2.

SAMIUS. Samia vasa quæ dicantur, XI, 553, 2. *Samiorum flores*, quis diceretur locus in Samo, XII, 552, 2.

SAMOSATENI. Samosateni quam Eunomium hæresiarcham aversarentur, XX, 636, 2.

SAMOTHRACIA. Samothracia unde dicta sit, XVII, 309, 2.

SAMSON. Samson Danita, III, 192, 1. Samson unde dicatur, XIV, 608, 1. Hebraice idem quod parvus sol, XI, 547, 2. Unde etiam sol fuit Hebræis, *ibid.* Nomen instinctu Dei accepit, ejusque etymon, III, 195, 2. An in utero matris fuerit sanctificatus, XV. 59, 1. Samson a pueritia destinatus vindex populi et Israelis liberator, III, 192, 1; IX, 73, 1, 2. A puero consecratus Nazaræus, XIX, 303, 2. Fuit Nazaræus tripliciter, non autem in utero sanctificatus, III, 193, 1. Dispensante Deo Philistinam duxit, 198, 1. Primus actus fortitudinis fuit leonis occisio, III, 198, 2, XIX, 487, 1. Juste triginta Ascalonitas occidit, III, 202, 2. Mortuorum corpora tangendo non peccavit contra leges Nazaræatus, *ibid.* Ejus calliditas, 204, 1. Binis vulpibus singulas faces alligavit, *ibid.*, 2. Ab hoc ejus facto vulpinalia Gentilium, *ibid.* Illustre dedit justitiæ legalis exemplum, 206, 1. In eum irruit Spiritus Domini cum prælium esset aggressurus, XVIII, 133, 2. A Deo confortatus fuit, dum occidit mille Philisthæos, uti et maxilla, III, 206, 1, 2. Non arroganter, sed gratias Deo agens cecinit carmen, 207, 1. Per fornicationem non perdidit fortitudinem, quæ erat gratia gratis data, 209, 1. Dalila ejus uxor juxta quosdam, 210, 1. Verius ejus concubina fuit, *ibid.* Fortitudo ei data cum pacto Nazaræatus, 211, 2; 212, 1. Inebriatum a Dalila multi affirmant, alii negant, 212, 1. Per suam Dalilam effeminatus fuit et spoliatus fortitudine, IV, 560, 1. Samson suum secretum prodendo Dalilæ, robur amisit, V, 136, 1. Samsonis a Dalila proditi mystica expositio, XI, 161, 1. Juste in oculis quibus peccaverat, punitus fuit, III, 213, 1. Samson illusionis impatiens, *Job*, 397, 2. Domus in qua Philistæos oppressit, erat templum Dagon, III, 214, 2. Concussis columnis cur domum everterit, IV, 443, 2. Se occidendo non peccavit, III, 215, 1. Nec physice nec moraliter se occidit, *ibid.* Indirecte se occidendo, fortiter egit et pro culpis satisfecit, *ibid.* Non tamen fuit martyr, *ibid.*, 2. An sit salvatus, X, 498, 1. Samsonem in Herculem Gentes transformarunt, III, 215, 2; IV, 427, 2. Samsonis elogia, III, 216, 2 et seq. Fuit figura Christi, III, 192, 2; 209, 2; 214, 2; XIV, 608, 1. Fuit typus ejus velationis in passione, III, 213, 1. Christi morientis, 214, 2; 216, 2. Christi a sepulcro clauso prodeuntis et resurgentis, III, 209, 1; XV, 648, 1.

SAMUEL. 1° Samuelis etymon, III, 261, 1; X, 476, 1; XVI, 34, 2. Samuel dictus quasi postulatus et impetratus a Deo, VI, 470, 1. Samuel ex tribu Levi, non ex Ephraim oriundus, III, 257, 1. Fuit a Deo dilectus a teneris annis, X, 476, 1. Samuel a puero consecratur Nazaræus, X, 480, 2; 481, 1; XIX, 303, 2. Tota vita in templo servivit, III, 263, 2. Non tenebatur voto matris, *ibid.*, 2. Ejus ephod lineum vestis levitica, non sacerdotalis, 276, 2. Ejus sanctitas inter improbos, 277, 1. Per obedientiam prophetiam meruit, 282, 2. Prophetia in eo resuscitata est, X, 476, 2. In virtutibus crescit, III, 284, 2. Omnia eveniunt quæ prædicit, *ibid.*, et 285, 1. Sæpius ei Dominus in Silo apparuit, *ibid.*, 2.

2° Fuit judicum Israel ultimus, X, 476, 1. Regiam potestatem in Israel instituit, *ibid.*, 2. Reges Saül et David unxit et consecravit, *ibid.* Judiciariam potestatem retinuit regnante Saüle, III, 302, 2. Filios suos fecit judices, sed non ex carnali affectu

304, 1. Propter peccata filiorum, ut Heli, non punitus fuit, *ibid.* Adest Saüli contra Naas pugnaturo, 322, 2. Quasi se abdicat principatu, 325, 1. Ejus senectus laboribus accelerata, *ibid.* Ipse et Moyses ex omnibus sanctis veteris legis pro inimicis orarunt, 329, 2. Charitatis speculum pro inimicis orans, *ibid.* Separat se a Saüle, ut eum ad pœnitentiam flectat, 339, 1. Ex zelo Agag occidit, 362, 2. Post hæc non amplius Saülem invisit; eum tamen vidit, *ibid.* Saülem luget quem timet æterna vita privandum, 363, 1. Ejus charitas, *ibid.*, 2. Præest prophetantibus in Naioth, 388, 1.

3° Varia Samuelis elogia, X, 480, 2; 481, 1. Quanti apud Deum esset meriti, 481, 2. Fuit velut Deus terrenus Israelis, 476, 1. Populum sancte et integre rexit, 477, 1. Munus propheticum fideliter obivit, nullius odium veritus, *ibid.*, 2. Fuit in verbis suis fidelis, *ibid.* Fuit a Deo luce divina illustratus, *ibid.* Vidit angelum Dei vicarium, *ibid.* Fuit invictus debellator hostium, et populi propugnator, 478, 2. Fuit zelator populi Israelis zelosissimus, XII, 124, 2. Populi fuit apud Deum mediator, XIII, 114, 1. Est propheta fidelium testium Dei, 441, 1. Non fuit summus pontifex, III, 280, 1. Idea perfecti judicis fuit, 302, 1. Ejus in judicando integritas, *Job*, 611, 2. Nullum a quoquam in judicando munus accepit, X, 479, 1. Integritatis exemplum dat populo, III, 326, 2. Fuit typus Christi, III, 257, 2; 476, 1; XVI, 34, 2.

4° Vixit Samuel septuaginta et septem annis, III, 303, 1. Quando mortuus incertum, 414, 1. Populi erga eum amor, *ibid.* An jam mortuus vere Saüli apparuerit, X, 479, 2 et seqq. Quid Saüli et Israeli prænuntiet, 480, 1. Pythonissæ incantationem prævenit, *ibid.* Vere suscitatus fuit, non tamen per Pythonissam, sed per Deum eam prævenientem, 425, 1. Mortem parem Saüli prædicit, non eumdem statum post mortem, *ibid.* 2. Ejus ossium translatio sub Arcadio imperatore, 414, 1.

SAMUS. Samus insula et vasa Samia quæ sint, XVII, 365, 2.

SANAAN. Sanaan accipi potest vel ut nomen proprium urbium, vel ut appellativum significans exitum, XIV, 73, 1, 2.

SANABALLAT. Sanaballat Horonites alius a Sanaballat socero Manassis, primi pontificis Samaritanorum, IV, 234, 2; 261, 2. Sanaballat cum Samaritis templi restaurationem impediens mons magnus an bene dicatur, XIV, 401, 1.

SANABALLAT socerus Manassis. Sanaballat templum in Garizim construxit, et quare, X, 547, 2.

SANARE. Sanati a Christo corporaliter, etiam spiritualiter ab eo sunt sanati, XV, 239, 1.

SANCHEZ. Sanchez suspicio de origine Jether improbatur, III, 507, 1.

SANCHIUS. Sanchius major Navarræ rex templi immunitatem violans stringendo venabulum in aprum qui eo confugerat, pœnas dedit, II, 385, 2.

SANCTIFICARE, SANCTIFICATIO. 1° *Variæ vocis* sanctificare *acceptiones*. Sanctificare quid significet, XII, 14, 2. Sanctificare passim in Scriptura accipitur pro *offerre*, I, 703, 2. Sanctificare pro *rem sanctam offerre* sumitur, vel etiam pro *rem sanctam ostendere*, IV, 259, 1, 2. Sanctificare subinde idem est quod separare a profano, et dicare Deo, X, 172, 1; XIII, 487, 2. Idem est quod consecrare, 220, 1. Sanctificare per antiphrasin pro *polluere* capitur interdum, XI, 353, 2. Sanctificare idem est etiam quod indicere et proclamare, XIII, 520, 2. Sanctificatio pro *sanctuario* aliquando ponitur in Scriptura, *Psalm.* II, 151, 1.

2° *Sanctificari Deus in Scriptura quid sit*, XII, 772, 2. Sanctificatio vel sanctitas Dei est octuplex, XIV, 576, 2 et seq. Sanctificatur Deus proprie in sanctis, X, 231, 1. Sanctificandi Deum infinite duplex modus, XV, 186, 2. Sanctificationem nominis Dei quamnam in Oratione Dominica petamus, XV, 187, 1 et seqq.

3° *Sanctificatus est Filius Dei a Deo Patre*, XVI, 481, 1. Quomodo pro apostolis se Christus sanctificavit, XVI, 599, 1, 2.

4° *Sanctificatio hominum*. Deus semper sibi aliquos ex reliqua turba sanctificavit, X, 171, 2. Sanctificans et sanctificatus debent esse ejusdem naturæ, XVIII, 372, 1. Sanctificatio est proprium Spiritus sancti opus, XX, 239, 2. Sanctificati ne multi in utero matris, XII, 15, 1, 2.

Sanctificatio Judæorum varia erat, 371, 2. Sanctificatio Judæorum in abstinentia et jejunio sita erat, XIV, 439, 2. Sanctificatio modica cur Juda futura dicatur, XII, 583, 2. Sanctificatio legalis et cæremonialis legis veteris quæ diceretur, XIV, 344, 2.

5° *Sanctificatio rerum*. Quomodo sanctificetur jejunium, XIII, 487, 2; XIV, 439, 2. Quid sit sanctificare Evangelium, XVIII, 238, 2 et seq.

SANCTIMONIALIS. Sanctimoniales cur sint longævæ et vegetæ, V, 549, 1. Sanctimonialis quædam dæmonem ex energumeno ejiciens, ei in porcum intrare permisit, XXI, 136, 1. Sanctimonialis quædam sibi oculos effodit, quos ad adolescentem amasium misit, ut amplius ipsi non essent scandalo, IV, 275, 1; VI, 528, 2; VIII, 29, 2.

SANCTIO. Sanctiones et leges Dei vocantur justitiæ et justificationes, cur, IV, 415, 2.

SANCTITAS. I. SANCTITAS IN DEO. — Sanctitas in Deo quid sit, X, 472, 1. Sanctitas Dei vocantur ejus attributa, XV, 186, 1, 2. Sanctitas nobilissimum Dei attributum, III, 266, 2. Ea inter omnia ejus attributa est colenda et adoranda, X, 490, 2 (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § IV, SANCTITAS).

II. SANCTITAS CHRISTI. — Sanctitas Christi quanta fuerit, XVI, 24, 1. Sanctitas Christi, Judæorum, philosophorum, quomodo differat, 598, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III, § IV. DE GRATIA SANCTIFICANTE, SEU JUSTITIA CREATA ANIMÆ CHRISTI).

III. SANCTITAS IN HOMINIBUS. — 1° *Sanctitas*

proprie quid sit et in quo consistat. Sanctitatis etymon et proprietates, XVIII, 642, 2 : *Renovamini autem spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis;* XIX, 127, 2 : *Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra.* Sanctitas proprie quid sit, XX, 94, 2 : *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est : Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Vera sanctitas in quo consistat, et in quibus rebus sita sit, X, 14, 2 : *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super ætatem stabilem;* XIII, 118, 1 ; XX, 566, 1 et seqq. : *Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est,* XXI, 112, 2. Sanctitas plena et universalis quæ sit, XX, 261, 2 et seqq. : *Secundum eum qui vocavit vos Sanctum, et ipsi in omni conversatione sancti sitis.* Sanctitas perfecta in tribus consistit, XI, 627, 1, 2. Sanctitas consistit in conformitate cum lege æterna, quæ est in mente Dei, XIV, 214, 1 : *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum;* XVI, 189, 2 et seqq. : *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.* Sanctitas consistit in charitate, in amore et unione cum Deo per affectum, VII, 344, 2 ; IX, 96, 2 : *Sustine sustentationes Dei : conjungere Deo et sustine, ut crescat in novissimo vita tua,* X, 472, 1 ; XIV, 214, 1. Item in puritate animi aliena ab omni labe peccati, X, 472, 1 ; XX, 261, 1. Sanctitas antipathiam habet cum iniquitate, III, 645, 2. Sanctitas capitur pro puritate et castitate, XIX, 127, 2 ; 503, 1 : *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Sanctitas omne peccatum execratur, XIV, 213, Cuivis peccato opponitur, XIX, 503, 1. Sanctitas animæ et sapientia sibi cohærent, IX, 154, 2 : *Qui serviunt ei* (sapientiæ) *obsequentes erunt sancto, et eos qui diligunt illam, diligit Deus.* Cur vocetur sapientia, X, 29, 1 : *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol ; nam stultus ut luna mutatur.* Ipsa jungenda est sapientiæ, XXI, 223, 2. Ea in mansuetudine consistit, XVI, 39, 2. Et in pace animi, IX, 153, 1. Sanctitas animæ sunt virtutes quælibet, XX, 113, 1. Sanctitate et justitia significatur omne officium virtutis a Decalogo præscriptum, XVI, 48, 1 : *Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi. In sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Sanctitas justitiæ, et corporis, et rerum inter se differunt, X, 96, 1, 2 : *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento ; et corpus validum, quam census immensus.* Ea cum sanitate retineri potest, *ibid.* Sanctitas et sanitas Adæ, VII, 71, 2. Sanctitatis experimentum quale, *Job,* 70, 2 : *In omnibus his non peccavit Job labiis suis.* Sanctitas vera est immutabilis, X, 32, 2. Apud solos christianos reperitur, XIX, 3, 1 : *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu.* Sanctitatem fingunt hæretice, et turpiter in sua lege vivunt, XIX, 300, 1 : *Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.*

Sanctitas etiam pro sanctuario accipitur, X, 490, 2 et seq. ; 492, 2.

Sanctitas Evangelii quanta, XV, 47, 1 (*Vide* EVANGELIUM).

2° *Sanctitatis figuræ et symbola.* Sanctitas lucerna repræsentatur, VI, 71, 1. Sanctitatis et lucis magna consensio, *Job,* 15, 2. Melle denotatur, VI, 229, 1. Sanctitatis symbolum est linum, XII, 834, 1. Sanctitas immaculata per equos albos mystice denotatur, XIV, 428, 2.

3° *Sanctitatis origo et fons.* Sanctitatis omnis tum creatæ, tum increatæ fons est Spiritus sanctus, XVII, 87, 2. Sanctitas Christi causa est nostræ, XX, 407, 2 : *Simon Petrus servus et apostolus Jesu Christi, iis qui cœqualem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, et Salvatoris Jesu Christi.* Sanctitas mera est gratia, X, 237, 2. Sanctitatis primorum fidelium quæ fuerit causa, XVII, 105, 1 (*Vide* GRATIA, JUSTIFICATIO).

4° *Sanctitatis excellentia et fructus.* Primo, *Sanctitatis excellentia, quanta sit ejus dignitas et pretium apud Deum;* IX, 458, 1, 2 : *Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii; et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.* Sanctitas est flos religionis, quod ejus munus, quamque id munus amplum sit, IX, 74, 1 ; *Timor Domini, scientiæ religiositas.* Sanctitatis subtilitas, utilitas, gloria, deliciæ, XII, 834, 1. Sanctitas opibus multis præstat, V, 492, 1 : *Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniquitate.* Ea quanti a nobis facienda sit, XX, 240, 1.

Secundo. *Sanctitatis varii fructus.* Sanctitas appetitum totaliter quietat, IX, 653, 2 : *Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum.* Est causa lætitiæ, X, 105, 2 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine : congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Sanctitatis fructus est pax animæ et gaudium in Spiritu sancto ; et contra, iniquitatis fructus est perturbatio, XI, 673, 2. Sanctitas tutum est asylum, VI, 168, 1. Est quasi galea, *ibid.* Animum corroborat, X, 15, 2 : *Fundamenta æterna super petram solidam, et mandata Dei in corde mulieris sanctæ.* Roborat justos et impios percellit, V, 309, 1 : *Fortitudo simplicis via Domini ; et pavor his qui operantur malum.* Sanctitatis vim etiam impii expavescunt, XVII, 106, 1 : *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis et orationibus. Fiebat autem omni animæ timor, multa quoque prodigia et signa per apostolos in Jerusalem fiebant, et metus erat magnus in universis.* Sanctitas facit hominem ad omnia interritum, XX, 331, 1 : *Sed et si quid patimini propter justitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, et*

non conturbemini. Sanctitatis duo sunt partus, oratio et devotio, IX, 74, 2. Sanctitas offerentis victimam Deo acceptam reddit, X, 218, 1; 219, 1: *Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Sacrificium justi acceptum est, et memoriam ejus non obliviscetur Dominus.* Sanctitas bonum consilium suggerere solet, X, 257, 1, 2: *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.* Senectutem mire condecorat, V, 514, 1, 2: *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur.* Sanctitas fidelium quam sit toti orbi utilis, XII, 834, 1.

Sanctitas vitæ magna est dispositio ad divina oracula accipienda, et cur, XIII, 227, 1, 2. Sanctitas prævia optima est dispositio ad prædicandum fidelibus, XII, 15, 2: *Priusquam te formarem in utero, novi te: et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in Gentibus dedi te.* Sanctitas propria optimum animarum convertendarum adminiculum, XX, 228, 1. Sanctitas robusta animas convertit, XXI, 72, 2: *Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere; quia modicam habes virtutem, et servasti verbum meum, et non negasti nomen meum.* Sanctitas quam homines alliciat, XIV, 448, 2: *In diebus illis in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est.* Sanctitas doctorum in discipulorum sanctitate patet, IX, 360, 1: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.*

5° *Quæ sit via ad sanctitatem recta*, VI, 492, 2; IX, 342, 1. Sanctitatem Dei quomodo imitari possimus, XVI, 39, 2; 49, 1. Sanctitas facilis est, VI, 222, 1. Omnibus rebus, temporibus et personis se accommodat, 230, 1: *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo: sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.* Sanctitas Christi triplex nobis data est, XVI, 598, 1: *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.* Sanctitatem per beatam Virginem nos accipere Christus voluit, IX, 618, 1. Sanctitatis divitiæ tribulatione conteguntur ne pereant, *Job*, 280, 2: *Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.* In sanctitate semper nos proficere oportet, IX, 109, 1: *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas;* XXI, 411, 2: *Qui justus est, justificetur adhuc; et sanctus, sanctificetur adhuc.* Sanctitas animi non amittitur, si per vim corpus violetur, sed corporis totiusque hominis sanctitas amittitur, violata animi sanctitate, etiam corpore intacto, XIII, 183, 1 (*Vide* JUSTITIA, SANCTUS).

SANCTIUS. Sanctius, Hispaniæ rex, a S. Petro monitus Aldephonsum fratrem, quem vinctum habebat, liberum dimisit, XII, 266, 1.

SANCTUARIUM. Sanctuarium quid, *Psalm.* II, 101, 2. Sanctuarium Judæorum tres partes habebat, XII, 556, 2. Sanctuarium Hierosolymorum quando ingressæ sint gentes alienigenæ, illudque profanarint, XII, 360, 1 (*Vide* SANCTUM, TABERNACULUM, TEMPLUM).

Sanctuarii et Sancti descriptio mystica, XII, 815, 1, 2. Sanctuarium Dei mysticum ut quis adeat, tres obices removere debet, II, 226, 1.

SANCTULUS (S.). S. Sanctulus presbyter panem operaris multiplicavit, XV, 342, 2. Pro captivo diacono se vadem et captivum Longobardis obtulit et morti se exposuit, XII, 265, 2, 1: XVI, 566, 1.

SANCTUM, SANCTUM SANCTORUM, 1° Sanctum in templo erat locus solorum sacerdotum. quid in eo agerent, XVI, 477, 2; XIX, 436, 1, 2. Sanctum ingredi laicis non licebat. XV, 300. 1. Unde id non intravit Christus, quia non erat sacerdos leviticus, XV, 464, 1; XVI, 477, 2.

Sanctum fuit typus sæculi, XIX, 431, 1. Item Ecclesiæ, 406, 2; 423, 2; 436, 1, 2. Sanctum sæculare quid sit, XIX, 430, 2.

2° Sanctum sanctorum erat in altiore loco montis Sion, XVI, 243, 1, 2. Magna erat ejus veneratio, XIX, 436, 2. Sanctum sanctorum vocabatur ædes, IV, 433, 1, 2. Erat id quadratum, XII, 806, 2. In eo nulla erat fenestra, et quare, II, 102, 1, 2. In Sancto et Sancto sanctorum quænam collocata fuerint, IV, 433, 1, 2. Nullus id ingrediebatur nisi summus Pontifex, et quando, ac Moses, II, 101, 1, 2. In Sancta sanctorum quando aliquis extra ordinem ingredi posset, XX, 8, 1, 2. In eis beata Virgo non habitavit, *ibid.*, 2. An beata Virgo et S. Jacobus Minor Sanctum sanctorum fuerint ingressi, II, 101, 2.

Sancta sanctorum lampadi candelabri assimilantur, XIV, 399, 1. Sancta sanctorum dicuntur carnes sanctissimæ Domino immolatæ, XII, 817, 2 et seq. Sanctum sanctorum mundum supramundanum repræsentat, 805, 1. Dicitur adytum, domus animæ et oraculum, unde, 807, 1. Sancta sanctorum locum beatorum in cœlo regnantium significat, I, 662, 1; XII, 805, 1; XIX, 406, 2 et seqq.; 423, 2; 431, 1; 436, 1, 2 et seq.; XXI, 189, 2; 292, 2 (*Vide* TABERNACULUM, TEMPLUM).

SANCTUM pro re sancta. Sancta cur dicatur cœlestis Jerusalem, XIII, 525, 1. Sancta David fidelia, quæ, XI, 651, 1. Sancta quomodo vocentur bona nobis a Deo collata, XII, 615, 1. Sancta sancto et congruo loco sunt asservanda, XII, 847, 2 et seq. Sancta canibus non sunt danda, VI, 182, 2 et seq. *Sancta sanctis* olim ante communionem præco inclamabat, XVIII, 370, 1. Sanctum capitur interdum pro re magna et eximia, XII, 14, 2.

SANCTUS. I. SANCTI IN TERRA. 1° *Sanctus quis*

proprie sit, XX, 261, 1 : *Secundum eum qui vocavit vos sanctum, et ipsi in omni conversatione sancti sitis.* Sanctum quid proprie sit Latinis, XXI, 112, 1 ; 292, 2. *Sanctus* qualis sit vox, significat purum, religiosum, venerabile et firmum, II, 132, 1 : *Eritis mihi sancti, quia sanctus ego sum Dominus.* Sanctus est aliquando idem quod castus, X, 11, 2 : *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata :* XIX, 127, 2 : *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione.* Hinc aliquando opponitur impuro, aliquando profano, XVIII, 201, 1 : *Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* Sanctus etiam pro fideli accipitur, X, 11, 2. Sancti appellari possunt fideles et justi, *Psalm.* II, 69, 2 : *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum : salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.* Sanctus et perfectus quis proprie sit, XIV, 214, 1. Sanctum tria faciunt, XX, 566, 2 : *Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est.* Sancti quales, *Job*, 148, 1, 2. Sanctus fit alius a seipso qui fuit, XV, 375, 1 : *Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Sanctum facit virtus, non miracula, X, 426, 2 : *Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua.* In Scriptura, sancti vocantur homines et viri Dei, XIX, 260, 2 : *Tu autem, o homo Dei, hæc fuge : sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.* Sanctus est christianus, cur, XI, 147, 2 : *Et erit : Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem.* Omnes christiani olim vocati sancti, XVIII, 249, 1 : *Paulus vocatus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei,..... Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis.* Sanctus nemo est nisi christianus, XIX, 3, 1 : *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus.* Omnes Ecclesiæ ministri etiam sancti dicebantur, XVIII, 31, 2. Quomodo se minimum sanctorum dicat Paulus, 612, 1 : *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi.* Sancti viri descriptio graphica, XIV, 466, 1, 2 : *Et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi sui : quia lapides sancti elevabuntur super terram ejus.* Sancti multi parva fuere statura, XVI, 247, 1. Olim opificia exercuere, XIX, 179, 1.

Sanctorum alii sunt eminentes, alii communes, X, 170, 2. Sanctorum merita non sunt æqualia, XII, 124, 2. Sanctorum sunt et fuere varii spiritus, XX, 41, 2.

Sancti Veteris Testamenti ob fidem in Christum venturum ad Novum Testamentum pertinuerunt, XIV, 97, 2. Quomodo dicantur fuisse Christiani, XX, 254, 1 : *De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus sanctus, prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones et posteriores glorias.* Sancti omnes Veteris Testamenti videre et audire Messiam cupierunt, XV, 322, 2 : *Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ et justi cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt ; et audire quæ audilis, et non audierunt.* Sancti Veteris Testamenti quod certamen habuerint, XIX, 261, 2. Beatæ Virginis sanctitate præluserunt, V, 229, 1, 2. Sancti prisci mortui in pace, X, 438, 1 et seq. : *Corpora ipsorum sepulta sunt in pace, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.* Expectant resurrectionem, *ibid.*, 2. In limbo pro suis orabant in genere, XII, 125, 1. Unde novissent in limbo quid in terra ageretur, *ibid.* Multi eorum una cum Christo resurgente resurrexerunt, XIX, 492, 2. Sancti Veteris Testamenti qui per viginti quatuor seniores *Apocalypseos* repræsentati, XXI, 99, 2 et seq.

2° *Sancti a puero, aliquando ab utero ad sanctitatem designati.* Sancti sunt causa finalis universi, IX, 618, 1. Sancti sunt creati ut enarrent mirabilia Dei, X, 376, 2 : *Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabilis in gloria sua ?* Sanctos Deus educit e vulva, *Job*, 258, 1. Eorum multi per miraculum geniti fuere, XVI, 8, 2. Sancti illustres a puero designantur et destinantur ad magna, XII, 13, 1, 2 : *Et factum est verbum Domini ad me dicens : Priusquam te formarem in utero, novi te : et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in Gentibus dedi te.* Eorum nonnulli timorem Dei habuerunt ab utero, IX, 72, 2 ; 73, 1 : *Initium sapientiæ timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est.* Semper a puero cœpere et operam virtuti dedere, V, 105, 2 : *Audite, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus et unigenitus coram matre mea : et docebat me, atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.* Sancta somniare signum est sanctitatis, X, 195, 1.

3° *Eorum sanctitatis principium, origo et fons, et exempla.* Sancti sunt mirum Dei opus, IX, 501, 1. Sunt creaturæ Dei, X, 237, 2 : *Da testimonium his qui ab initio creaturæ tuæ sunt.* Sunt germina Christi, XII, 745, 1 : *Et suscitabo eis germen nominatum ; et non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium.* Omnem suam gratiam a Christo accipiunt, XVI, 310, 1, 2 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.* Omnes suum lumen fidei et gratiæ a Christo

hauserunt, 303, 1 : *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quo quisque sanctus, sive ante, sive post Christum, Illi vicinior fuit, eo magis ab illo radiis fidei et gratiæ illustratus fuit, XX, 254. 1. Suum lumen habent non a se, sed a Christo per beatam Virginem, XIV, 400, 1. Sancti omnes sanctitatem suam beatæ Virgini acceptam referunt, VI, 501, 2. Sancti omnes ex Evangelio vitæ suæ formam petiere, XV, 8, 2. Deum incarnatum semper sibi præsentem fingunt, X, 522, 1, 2. Eorum oculi in Christum intenti sunt, XIV, 390, 1 : *Quia ecce lapis, quem dedi coram Jesu : super lapidem unum septem oculi sunt : ecce ego cælabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum ; et auferam iniquitatem terræ in die una.* Semper Christum incarnatum præ oculis habuerunt, XVI, 59, 2. Sancti multi erga Christum mire affecti fuere, XX, 512, 1. Multi in vulneribus Christi habitare desiderarunt, XVI, 637, 2 : *Deinde dicit Thomæ* (Jesus) : *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.* Crucem et doctrinam Christi meditari et expendere debent, XII, 617, 2. Quomodo soli sancti corpus Christi dicantur, XVIII, 663, 1 : *Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ; ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.* Omnes sancti sunt et dicuntur filii Abrahæ, XVI, 222, 1, 2.

4° *Sanctorum virtutes.* Primo. *Quanta religione erga Deum quantoque orationis spiritu præcellentes fuerint.* Sanctorum intelligentia et sapientia sita est in honore, cultu et reverentia Dei, V, 260, 2 : *Principium sapientiæ, timor Domini; et scientia sanctorum, prudentia.* Ipsi quoque circa ea sunt consulendi, 261. 1. Quam idola exhorruere, et quam multi ea adorare nolentes a tyranno sunt interfecti, XII, 465, 1. Non aperiunt os nisi ad laudes Dei, XX, 74, 1. Deum assidue laudant, X, 423, 1 : *Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis : non enim comprehendetis*, XX, 154, 1. Deum mente et voce in terra deprædicant, 422, 2. Opere tripliciter eum laudant, 423, 1. Accepto beneficio in Dei laudes prorumpunt, I, 566, 1, 2. *Tunc cecinit Moyses et filii Israel carmen hoc Domino, et dixerunt : Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est : equum et ascensorem dejecit in mare.* Dum periculis eripiuntur, Deo gratias agunt, X, 551, 1 : *Confiteor tibi, Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi.* Quomodo Deum adorent et orent, 550, 2. Eorum vita quasi jugis oratio fuit, IX, 512, 1 : *Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari : quoniam merces Dei manet in æternum.* Sancti varii qui orationi mire devoti fuere, XIV, 508, 2 : *Et effundam super domum David et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ et precum.* Sunt altare thymiamatis, XXI, 189, 2 : *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum; et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.* Eorum os est quasi altare thymiamatis, XX, 241, 2. Sancti quilibet cur vocentur sacerdotes, XXI, 356, 2 : *Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima; in his secunda mors non habet potestatem; sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis.* Multi de nocte orarunt, XVI, 113, 1. Oraturi ad loca excelsa conscendunt, XVII, 233, 1, 2 : *Postera autem die, iter illis facientibus, et appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.* Dum jurant, Deo tribuunt epitheta quæ rei juratæ conveniunt, XXI, 216, 2 : *Et angelus, quem vidi stantem super mare et super terram, levavit manum suam ad cælum; et juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cælum, et ea quæ in eo sunt; et terram, et ea quæ in ea sunt; et mare, et ea quæ in eo sunt.*

Secundo. *Quam Deum præsentem semper habuerint, et illi intime uniti fuerint.* Sancti desiderant semper Deum habere præsentem, et coram eo mbulare, XI, 376. 1 : *Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animæ.* Deum semper præ oculis habent, XVI, 602, 1. Iis nullibi est exilium, quia Deum ubique præsentem habent, I, 444, 1. Ambulant semper in Dei conspectu, XVII, 98, 1 : *David enim dicit in eum : Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Quomodo in Dei oculis, et cum Deo ambulasse dicuntur, IX, 87, 1. Semper Dei memores fuere, XII, 389, 1, 2 : *Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea.* In omnibus Deum consulunt, X, 305, 2 : *Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum; et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.* In omnibus a Deo diriguntur, V, 78, 1 : *In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.* Eorum iter a Deo dirigitur, et a gratia Spiritus sancti unguntur, XVI, 102, 2. *Spiritus Domini super me : propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.* Diriguntur a Spiritu sancto, et quidem a pueritia plurimi, IX, 72, 1; 73, 1. Sancti aliquos Dei motus sentiunt, quos sæpe non comprehendunt, 60 2 : *Fons sapientiæ, Verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata æterna.*

Sancti ex unione cum Deo fiunt quasi deiformes et dii, II, 187, 2. In Deum et Christum quodammodo transformentur, V, 117, 2 : *Justorum autem semita, quasi lux splendens; procedit, et crescit usque ad perfectam diem.* Sancti coæquan-

tur Christo, A, 236, 1 : *Miserere plebi tuæ, super quam invocatum est nomen tuum : et Israel quem coæquasti primogenito tuo.* Ipsi assidue cum Deo et angelis versantur, IX, 492, 2 : *In partes vade sæculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo.* Deum sitiunt, V, 335, 1 : *Desiderium justorum omne bonum est; præstolatio impiorum furor.* Quam ardenter Deum desiderarunt, XIV, 337, 1. Deum quodammodo venantur, IX, 428, 2 : *Beatus vir..... qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens.* Eorum pars et sors Deus est, XII, 391, 1 : *Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea exspectabo eum.* Sancti singuli sunt thronus Dei, XIII, 92, 2 ; XXI, 94, 1 ; 428, 2. Sunt corona Dei, XIV, 433, 2. Sunt domicilium SS. Trinitatis, *Job*, 764, 2. Sunt termini terræ et tentoria Dei, 692, 1 : *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum : et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.* Sancti habent charitatem violentam, XVIII, 152, 2 : *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu.* Sancti charitate pollentes, sunt perfectissima Ecclesiæ membra, XVIII, 637, 1, 2 : *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus : ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Sancti ad quorum cor Deus loquatur, XII, 317, 1 : *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem : et loquar ad cor ejus.* Sancti extatici, XVIII, 534, 1 : *Christo confixus sum cruci : vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus.*

Tertio. *Sancti omnigena perfectione pollent.* Sancti sunt peritissimi virtutis artifices, V, 383, 2. Sunt in anima sua et proximorum fabri virtutum, X, 290, 2 : *Sic omnis faber et architectus, qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, et assiduitas ejus variat picturam : cor suum dabit in similitudinem picturæ, et vigilia sua perficiet opus.* Sancti omnes quomodo animam et corpus cælarint et exornarint, XIV, 393, 1, 2 : *Ecce lapis quem dedi coram Jesu : super lapidem unum septem oculi sunt : ecce ego cælabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum, et auferam iniquitatem terræ illius in die una.* Sancti dantur mundo in exemplum et portentum, XIX, 480, 2. Deo nixi quid non faciant, XX, 590, 1, 2 : *Vos ex Deo estis, filioli, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo.* Novos excogitant modos Deo placendi, VI, 223, 1. Sancti illustres virtute cæteros transcendunt, 524, 2 : *Multæ filiæ congregaverunt divitias ; tu supergressa es universas.* Quo quis sanctior est, eo ad majorem sanctitatem aspirat, VII, 579, 1 : *En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.* Vivunt in perfecta charitate tum Dei, tum proximi, XII, 125, 1. Sanctis viris omne bonum placet, malum omne fugiunt, tentationes et novissima prævident, XIII, 497, 1, 2. Inimicos non tantum tolerant, sed et amant et beneficiis obruere student : summe justi sunt, *ibid.*, 2. Quidquid possunt, aliis communicant : injuriarum facile obliviscuntur, *ibid.* Hostes suos amarunt, XX, 593, 2. Neminem supra vires gravant : veraces et fideles sunt, tum Deo in fide, cultu, obedientia et votis ; tum proximo in dictis et factis, XIII, 498, 1. Tam amant pauperes quam divites, imo magis afflictos quam felices, *ibid.* Omnem turbationem vitant, maledicta et malefacta proximorum dissimulant : non quærunt quæ sua sunt, sed pure Dei gloriam et proximorum utilitatem in omnibus actibus procurant, *ibid.* Omnibus in operibus perfecti esse student, *ibid.* Non puniunt bis idipsum, *ibid.*, 2. Quomodo perfecti fiant, IX, 250, 2 : *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit.* Fructificant quintupliciter, XII, 140, 2 : *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas : et non timebit cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.* Sanctorum constantia et stabilitas, IX, 586, 2 : *Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur ; sic et cor confirmatum in cogitatione consilii. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur ;* X, 29, 1 : *Homo sanctus in sapientia sua manet sicut sol : nam stultus ut luna mutatur.* Semper incipiunt, XX, 425, 1 : *Propter quod incipiam vos semper commonere de his, et quidem scientes et confirmatos vos in præsenti veritate.* Sæpe ferventer opus prosequuntur, quod tepidius inchoarunt, XI, 506, 2 : *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.* Eorum fortia desideria sunt sicut tonitrua, X, 478, 2. Per plurimos annos sine peccato manere possunt, X, 29, 1. Omnes Dei inspirationes, motus, correptiones studiose exceperunt, XI, 400, 2. Bene utentes gratia, digni sunt majorem accipere, XV, 532, 2 : *Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta.* Gratiæ cooperantes, eamdem adaugent, XVI, 359, 1. Sanctis non est scandalum, cur, XX, 541, 1 : *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est.*

Quarto. *Sanctorum erga proximum charitas et beneficentia, et quantum aliis prosint.* Quam sint

beneficî, VII, 435, 2 et seqq. Sua eloquentia urbes et regna sæpe ab exilio liberant, V, 320, 2 : *Benedictione justorum exaltabitur civitas : et ore impiorum subvertetur.* Sunt munimen et ornamentum urbium, regnorum et totius universi, XIV, 364, 1. Item civitates refugii, *ibid.*, 2. Sancti zelosi sunt atlantes orbis, 618, 1. Portant orbem, *Job*, 231, 1 : *Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem.* Eos habere amicos quam bonum sit, I, 185, 1 : *Dixit autem Dominus ad Abram..... Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terræ.* Eorum aspectus quam salutaris, XVII, 115, 2 : *Intuens autem in eum* (claudum) *Petrus cum Joanne, dixit : Respice in nos.* Sua præsentia peccatores salvant, 430, 2 : *Tunc stans Paulus in medio eorum dixit :..... Et nunc suadeo vobis bono animo esse : amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam navis. Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cujus sum ego et cui deservio, dicens : Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere : et ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum.* Dei irati manus continent, XI, 742, 2 : *Non est qui invocet nomen tuum : qui consurgat, et teneat te : abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.* Eorum preces mire sunt efficaces, X, 225, 1 : *Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, et deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.* Eorum precibus stat orbis terrarum, XIV, 618, 1, 2. Est eorum salutatio mire efficax, VII, 30, 1. Eorum salutationes sunt ambiendæ, XVIII, 43, 1. Sæpe uno verbo afflictis medentur, V, 364, 1 : *Est qui promittit, et quasi gladio pungitur conscientiæ : lingua autem sapientium sanitas est.* Eorum umbra noxia malis, salutaris bonis, XVII, 150, 2 : *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas ejicerent infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis.* Sancti sunt trames fluvii divini, IX, 663, 1 : *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio : ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæ ductus exivi de paradiso.* Sancti animas suscipiunt, easque juvant et sublevant, V, 343, 1 : *Fructus justi lignum vitæ ; et qui suscipit animas, sapiens est.* Sanctus unus totam familiam sanctificat, IX, 14, 2 : *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super ætatem stabilem.* Sæpe per eleemosynas suas scelerum patrationem redimunt, IX, 373, 1. Multi vitam pro aliorum salute exposuere, XX, 577, 1 : *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Sancti viri sunt patres et matres eorum quos ad fidem et pœnitentiam convertunt, *Psalm.* II, 366, 1. Eorum conversatio quam sit utilis aliis, XIX, 52, 2 : *Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* Cum iis eris sanctus, VI, 168, 2. Dolores inferni subire optarunt, ut animas ex eo liberarent, VIII, 220, 2 : *Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Sunt lux mundi, XX, 524, 1. Sunt aliis carbones, aliis lampades, XII, 487, 2 : *Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum.* Sunt columnæ lucis, II, 232, 1, 2 : *Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes, a vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane.* Suis illustribus factis aliis prælucent, X, 426, 1. Eorum correptiones per grandinem designantur, X, 403, 2 : *In magnitudine sua posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.* Quatenus gaudent de ruina impiorum et infidelium, IX, 676, 1 : *Novem insuspicabilia cordis magnificavi, et decimum dicam in lingua hominibus, Homo, qui jucundatur in filiis, vivens et videns subversionem inimicorum suorum.*

Quinto. *Sanctorum humilitas.* Sanctorum humilitas et fortitudo, III, 528, 2. Quo magis in altum extolluntur, eo humiliores sunt, XIV, 273, 1. Sunt montes per virtutis eminentiam, et valles per humilitatem, VII, 600, 1. Ipsi etiam se peccatores agnoscunt et vocarunt, XV, 192, 2; XX, 137, 1. Sancti virtutes suas celant, V, 289, 1 : *Sapientes abscondunt scientiam ; os autem stulti confusionis proximum est.* Sua justitiæ opera occultant, XII, 601, 1. Latere cupiunt, V, 289, 1; XIX, 102, 2 : *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Sancti et fideles in hac vita absconditi, *Psalm.* II, 52, 2. Episcopatus et prælaturas sancti fugerunt, XI, 292, 2; XVI, 180, 2 : *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo ; et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.* Laudem humanam fugerunt in vita et post mortem, X, 427, 1 et seq. Non in se, sed in Domino gloriantur, 506, 2 : *Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?* Gloriantur in virtute tripliciter, item in Deo tripliciter, XII, 131, 2. Suas dotes et miracula soli Deo ascribunt, XVII, 119, 2 : *Et in fide nominis ejus hunc, quem vos vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus : et fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium nostrum.* Sancti qui suas coronas Deo resignarunt, XXI, 115, 1 : *Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, et adorabant viventem in sæcula sæculorum et mittebant coronas suas ante thronum.* Sancti semper omnes suas vires, virtutes, victorias, et triumphos Deo et Christo ascribunt, XIV, 268, 1, 2 : *Deus Dominus fortitudo mea ; et ponet pedes meos quasi cervorum. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Quo fine aliqui se laudarunt, XVIII, 487, 2 : *Non enim qui seipsum commendat,*

ille probatus est, sed quem Deus commendat. Quomodo ob dona Dei sese commendent, XIII, 20, 1, 2 : *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est : sed ut interpretatio regi manifesta fieret, et cogitationes mentis tuæ scires.* Dum laudantur, fulgidiores fiunt, et sanctiores, VI, 383, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum : sic probatur homo ore laudantis.* Sancti plerique metuunt, XX, 585, 1, 2. Qualem nonnulli certitudinem gratiæ habuerint, 584, 2 : *Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo : et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.* Habent spem mixtam timore, 603, 2 : *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Cum metu et tremore salutem suam operantur, IX, 177, 2; 178, 1 : *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Cur de salute sua semper timeant, XIX, 32, 1 : *Itaque, charissimi, non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini.* Semper sibi ob oculos ponunt iram et misericordiam Dei, IX, 179, 1 : *Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.*

Sexto. *Sanctorum mansuetudo.* Sancti mites sunt et pacifici, XXI, 226, 2 et seq. Sunt pacifici et tranquilli, V, 300, 2. Sunt in loquendo affabiles et amabiles, IX, 551, 2 : *Sapiens in verbis seipsum amabilem facit : gratiæ autem fatuorum effundentur.* Etiam erga pecora mites sunt, IX, 242, 2. Quomodo ira sua utantur, XX, 77, 2 (*Vide* MANSUETUDO, MITIS).

Septimo. *Quantum peccati horrorem habuerint.* Sancti peccatum summo execrantur, IX, 448, 1 : *Omne exsecramentum erroris odit Dominus, et non erit amabile timentibus eum.* Immense peccatum oderunt, tam in se quam in aliis, XIV, 214, 1. Quam acriter peccato restiterint, XIX, 498, 1. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes.* Cruciantur offensis contra Deum et proximum admissis, XX, 449, 1 : *Aspectu enim et auditu justus erat* (Loth), *habitans apud eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.* Sancti quam vigilantes et circumspecti in omnibus vivant, XII, 510, 1, 2. Crebro redeunt ad cor, IX, 565, 2 : *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris; et qui timet Deum, convertetur ad cor suum.*

Octavo. *Sancti quam libidinem oderint et castitatis amatores fuerint.* Sancti incestos et impuros oderunt, VI, 229, 2. Ignem libidinis igne corporeo extinxere, V, 178, 2. Etiam bellum spiritus adversus carnem et vicissim experiuntur, XVIII, 566, 1 : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem : hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis.* Carnem suam quintupliciter crucifigunt, et vitia comprimunt, XVIII, 570, 1 : *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis et concupiscentiis.* Sancti sunt velut reges ob domitas passiones, V, 111, 1. Dominantur Deo per victoriam de passionibus reportatam, IX, 483, 2.

Nono. *Sancti in operibus rectam intentionem habent;* IX, 431, 2 : *Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis ejus morabitur. Protegetur sub tegmine illius a fervore, et in gloria ejus requiescet.* Omnia ad honorem Dei referunt, I, 594, 1. Omnium operum initium ad Deum referunt, XX, 362, 1. Pedes rectos habent, XII, 483, 2. Sancti ferventes parvo labore multum meriti accumulant, X, 112, 2. *Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie sua replebitur bonis suis. Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fuit.* Omnia sua agebant ut angeli, 183, 2 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Qualia colloquia habere solent, I, 593, 1 : *Cumque intrasset tabernaculum, narravit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni et Ægyptiis propter Israel, universumque laborem qui accidisset eis in itinere, et quod liberaverat eos Dominus.*

Decimo. *Sanctorum sapientia.* Sunt filii sapientiæ divinæ, IX, 73, 1 : *Initium sapientiæ, timor Domini; et cum fidelibus in vulva concreatus est, et cum electis feminis graditur, et cum justis et fidelibus agnoscitur.* Earum scientia et prudentia, 78, 2 : *Scientiam et intellectum prudentiæ sapientia compartietur : et gloriam timentium se exaltat.* In senio maxime sapiunt, V, 158, 1. Sancti docti ut cœlum lucent, XIII, 169, 1, 2 : *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti : et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Sancti precibus, jejuniis, et corporis maceratione a Deo intelligentiam et prophetiam impetrarunt, XIII, 141, 1 : *Et ait ad me* (Angelus) : *Noli metuere, Daniel; quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, et ego veni propter sermones tuos.* Sanctorum doctorum laus, III, 309, 2. Sanctorum plurium fuerunt sapientes conjectores et simul prophetæ, X, 258, 1.

Undecimo. *Sancti paupertatis sectatores fuere.* Sancti munera contempserunt et refutarunt, IV, 26, 1, 2 : *Respondit* (Eliseus Naaman) : *Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit;* XIII, 70, 2 : *Respondens Daniel, ait coram rege : Munera tua sint tibi, et dona domus tuæ alteri da.* Etsi divites, divitiis animum non affixere, XV, 198, 2 : *Non potestis Deo servire et Mammonæ.* Multi in opulentia fuere pauperes, XVII, 116, 1 : *Petrus autem dixit : Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do.* Sancti caveant sibi a pecuniæ tractatione, XVI, 505, 1.

Duodecimo. *Sancti mundum et mundana fuge-*

runt et contempserunt, et solitudinem captarunt. Mundo sancti cæci sunt, Deo videntes, XII, 48, 1, 2. Sunt mundanis exosi XX, 574, 1 et seqq. : *Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.* Sanctorum opera quibus stultitia sint, *Psalm.* II, 358, 1. Sanctorum ludus est mundo illudere, I, 459, 2 : *Dixitque David.... : Ante Dominum.... ludam, et vilior fiam plus quam factus sum; et ero humilis in oculis meis, et cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Mundus iis non erat dignus, quantum eorum sit pretium et meritum, XIX, 490, 1 : *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti : quibus dignus non erat mundus.* Sancti aulas declinarunt, IX, 391, 1, 2 : *Advocatus a potente discede : ex hoc enim magis te advocabit.* Turbas fugerunt, 520, 1 : *Ne oblecteris in turbis nec in modicis : assidua enim est commissio illorum.* Fugerunt in desertum interdum ob persecutiones, XII, 299, 1 : *Fugite, salvate animas vestras, et eritis quasi myricæ in deserto.* In montibus et rupibus egerunt, V, 203, 1. Dilexerunt montes, XX, 432, 2 : *Hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Sæpe sibi invicem solis cordibus loquebantur, cogitata ex solo vultu dignoscebant, VI, 351, 1. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Sunt cosmopolitæ, XVII, 413, 2. Sunt segregati a rebus terrenis, patre et matre, XVIII, 522, 1 : *Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam ut revelaret Filium suum in me... continuo non acquievi carni et sanguini.* Terrenis affixi non sunt, XXI, 198, 1, 2. Sancti majores sunt sæculo, XI, 687, 2 : *Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terræ.* In mundo tanquam in exilio vivunt et moriuntur, IV, 309, 1 : *Completis itaque annis centum duobus, sepultus est* (Tobias) *honorifice in Ninive.* Ipsis patria cœlum, terra exilium, XVII, 61, 2 ; 172, 2 : *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, et dixit ad illum : Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi.* Se ut peregrinos hic gerunt, *Job*, 332, 2 : *Roborasti eum paululum ut in perpetuum transiret : immutabis faciem ejus, et emittes eum.*

Decimo tertio. *Sanctorum tum pro suis, tum pro alienis peccatis pœnitentia.* Sancti etiam delinquunt in multis, *Job*, 515, 2 : *Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere ?* Possunt gratia excidere, XXI, 74, 1 : *Ecce venio cito : tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Cur nævis non careant, *Job*, 83, 2. Eorum fervor sensim tepescit, XIX, 174, 2. Eorum infirmitas et inconstantia, XVII, 66, 2. Hinc aliquando refrigescunt et cadunt, 194, 1. Si in peccatum prolabantur, res est miseranda, X, 16, 2 : *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit, vir bellator deficiens per inopiam : et vir sensatus contemptus. Et qui transgreditur a justitia ad peccatum, Deus paravit eum ad romphæam.* Eorum post delictum pœnitentia, XII, 347, 2 et seqq. Peccantes semper ad vulnera Christi confugerunt, XX, 534, 2 : *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum ; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris : non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Peccatum semel admissum tota vita plangunt, XI, 481, 1 : *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Peccata tum sua, tum populi confitentur, XIII, 112, 2 : *Tibi, Domine, justitia : nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Juda, et habitatoribus Jerusalem, et omni Israel, his qui prope sunt, et his qui procul, in universis terris ad quas ejecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te.* Sancti Dei iram portant, dum peccatis suis puniuntur, XIV, 147, 2 : *Iram Domini portabo, quia peccavi, donec causam meam judicet, et faciat judicium meum.* Publicas clades et privatam mortem suis suorumque peccatis attribuunt, XII, 383, 1, 2 : *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus ;* XIII, 42, 1 : *Judicia enim vera fecisti, juxta omnia quæ induxisti super nos, et super civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem : quia in veritate, et in judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.* Sancti pœnitentes Dei erga se misericordiam semper celebrarunt, XIV, 152, 2. Iis prima peccata ad gloriam cedunt, XX, 358, 1 : *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

5° *Sanctorum probationes et tribulationes.* Sancti hic tribulationibus tentantur, I, 366, 1. Eorum est pasci opprobriis, ut probatur exemplis, XII, 395, 2 ; 396, 1 : *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Sancti cur in bello justo aliquando cædantur ab impiis et injustis, III, 229, 1, 2. Pro beneficiis maleficia ab amicis accipiunt, IV, 276, 1. Sanctis quandoque bona tribuit Deus, quandoque aufert, *Psalm.* I, 288, 2. Sancti quomodo dicantur transire per ignem et aquam, *Psalm.* I, 418, 1, 2 : *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.* In vita fuerunt infirmi cur, XX, 224, 2 : *Elias homo erat similis nobis passibilis.* Multipliciter probantur, *Job*, 158, 1, 2 : *Sagittæ Domini in me sunt : quarum indignatio ebibit spiritum meum, et terrores Domini militant contra me.* 237, 1. Plus perpessi sunt quam meruerunt, 156, 1 : *Respondens autem Job dixit : Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statera ! Quasi arena maris hæc gravior appareret ; unde et verba mea dolore sunt plena.* A dæmone impetuntur, 765, 1. Visa impiorum prosperitate, sæpe turbantur, XIV, 203, 2.

Sancti cur permittantur a Deo affligi, IV, 274, 1, 2 : *Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus eve-*

nire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job. Quam tentationes sint iis utiles, et cur his gloriantur, XVIII, 504, 2 : *Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Cur tentantur, IX, 90, 1 ; 92, 1 ; 93, 1 : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem.* Probantur adversis, 92, 1 ; 93, 1 ; 94, 1 : *Deprime cor tuum, et sustine : inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus ; et ne festines in tempore obductionis ;* 98, 1: *Sustine sustentationes Dei, conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe : et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe ;* 158, 1, 2 : *In tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum. Timorem, et metum, et probationem inducet super illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, et credat animæ illius ;* 244, 2. Adversis probantur, ut igne aurum, XIV, 523, 1, 2: *Et erunt in omni terra, dicit Dominus : partes duæ in ea dispergentur, et deficient ; et tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum.* Sancti horrendis tentationibus pulsantur ad majorem humilitatem, virtutem et meritum, XV, 124, 2. Tentari permittuntur ne superbiant, III, 121, 2 : *Iratusque est furor Domini Israel, et ait : Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum,..... et ego non delebo gentes quas dimisit Josue, et mortuus est : et in ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam Domini, et ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non.* Morbis pulsantur ad probandum eorum patientiam, XVI, 376, 1, 2 ; 458, 1. Affliguntur ut a Deo exaltentur, V, 503. 2. Quo magis adversis pressi sunt, eo suaviorem virtutis odorem sparsere. XVIII. 429, 1 : *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco : quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt ; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Sunt acerra regia, seu thuribulum Christi, *ibid.*, 2. Per passiones fiunt Deo similes, XIX, 371, 2 : *Decebat enim eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* Tribulationes eis in bonum cooperantur, XVIII, 143, 1 : *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Laboribus et crucibus redduntur apti ad æternam gloriam, V, 83, 2 : *Quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi.*

Sancti in omnibus quomodo Dei voluntati se resignent, I, 416, 1, 2. Hi in adversis gratias agunt, IV, 274, 2 : *Non est contristatus* (Tobias) *contra Deum quod plaga cæcitatis evenerit ei ; sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ.* In quavis afflictione gaudent, XIX, 60, 2 : *Gaudete in Domino semper : iterum dico, gaudete.* Amant dura et aspera, XII, 164, 1, 2. Sancti Veteris Testamenti in cruce dolebant, Sancti Novi gaudent, *ibid.*, 1. Sancti omnes crucem honorarunt et amarunt, 571, 1. 2. Sancti viri semper martyrium ambierunt, XVII, 157, 2 : *Et illi quidem* (apostoli) *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Sancti fuerunt tolerantes ut agni, id probatur exemplis, XII, 101, 1, 2 : *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Sancti maximi in crucis opprobrio maximam perfectionem ponunt, XVIII, 256, 2. Eis in periculis crescit spes et animus, XVII, 432, 1. Confidunt ut leo, VI, 362, 2 ; 363, 1 : *Fugit impius nemine persequente : justus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.* Eorum fortitudo est Deus ipse, V, 309, 1 : *Fortitudo simplicis via Domini ; et pavor his qui operantur malum.* Nihil timent, XX, 330, 1 : *Sed et si quid patimini propter justitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis.* Timore Dei armati vicerunt tyrannos, supplicia et adversa, V, 431, 1 : *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.* Quasi amianti in igne illæsi fuere, XI, 532, 2 : *Cum transieris per aquas, tecum ero, et flamma non operiet te : cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te,* XIX, 421, 1. Sancti tribulati electro ignito repræsentantur, XII, 512, 2.

6° *Sanctos magnis gratiis et beneficiis Deus cumulavit et dono miraculorum decoravit.* Sancti quam Deo sint chari, XIV, 603, 2. Sunt peculium Dei, *ibid.*, 1, 2 : *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium : et parcam eis, sicut parcit vir filio servienti sibi.* Tres sancti Christo præ reliquis placuerunt, XVI, 17, 1, 2. Eos Deus luce sua illuminat, X, 549, 1, 2 : *Beatus qui in istis versatur bonis ; qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit : quia lux Dei vestigium ejus est.* Sanctis quibusdam eximiis Deus lucem et fulgorem afflat, IV, 337, 2. Eorum propria dos est gloria, V, 103, 1 : *Gloriam sapientes possidebunt ; stultorum exaltatio ignominia.* Eorum gloria est gloria Dei, X, 428, 2. Qualem ipsis gloriam Deus communicet, V, 217. 2. Sunt Dei secretarii, V, 100, 1. Res hæc probatur exemplis, *ibid.* Quibusdam in terris, suus locus in cœlis fuit ostensus, I, 288, 2. Cum sanctis nonnullis Christus est mire deliciatus, V, 241, 1. Eos inebriat, et quodammodo amentes facit, *ibid.* Quomodo iis non occurrent mala, X, 164, 1 ; 165, 1 : *Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et laborabit a malis.* Similes sunt diebus festis, X, 169, 3 et seq. Eorum

vota prævenit Deus, XX, 582, 2 : *Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo ; quoniam mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita coram eo, facimus.* In quo sunt fortunati, X, 507, 1. Sanctos multos aluit Deus sine cibo, XV, 121, 2.

Sanctis serviunt omnes creaturæ, I, 560, 2 : *Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris : erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et læva.* Sancti eminentes dominium in feras accepere, XIII, 321, 1, 2 : *Et perculiam cum eis fœdus in die illa, cum bestia agri, et cum volucre cœli, et cum reptili terræ*; XX, 151, 1, XVII, 436, 2 : *Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus* (Pauli), *ad invicem dicebant : Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.* Lupos cicurarunt, IX, 398, 1, 2. Eorum fides etiam animalibus venerationi est, X, 77, 1 ; *Job*, 148, 1 : *In vastitate et fame ridebis, et bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.* Sancti innocentes et obedientes cum leonibus luserunt, X, 484, 2 ; 485, 1 : *Cum leonibus lusit David quasi cum agnis : et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium, in juventute sua.*

Sancti quam habeant fiduciam ad patranda miracula, XVIII, 432, 1 : *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum : non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis : sed sufficientia nostra ex Deo est.* Sancti vident absentia, IV, 29, 1 : *Et dixit Eliseus : Unde venis, Giezi ? Qui respondit : Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait : Nonne cor meum in præsenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui ?* Quidam vestem suam radiis solis suspenderunt, *Job*, 223, 2. Sancti hospitales angelos receperunt, XIX. 513, 1 : *Hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim laluerunt quidam, angelis hospitio receptis.* Olim per panem aut oleum benedictum ab energumenis dæmones expellebant, IV, 298, 1. Sancti qui pauperes et austeri vixerunt, maxime miraculis claruere, XV, 394, 2 : *Dixit illis Jesus ; ..... Hoc autem genus* (dæmoniorum) *non ejicitur, nisi per orationem et jejunium*, XVII, 415, 2 ; XVIII, 337, 2 : *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum : sic pugno, non quasi aerem verberans. Sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo ; ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Miracula faciunt vel prece, vel potestate, XVII, 119, 1.

7° *Sancti mortem optarunt, cœlum semper aspicientes.* Spes gloriæ futuræ eis est stimulus ad virtutem, IV, 275, 2 : *Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Possident cœlum consilio, terram patientia, 450, 2 : *Et possederunt omnem locum consilio suo et patientia.* Semper cœlum aspiciunt, XVII, 61, 2 : *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum ? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Saliunt animo in cœlum, XVI, 359, 1 : *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum ; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum ; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* A cœlo suspensi vivunt, *Job*, 195, 1 : *Quamobrem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea.* Mortem instantem semper prospiciunt, V, 158, 1. Assidue novissima cogitant, IX, 258, 2 : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis.* Sancti fere semper ad mortem aspirarunt, *Job*, 161, 1 : *Quis det ut veniat petitio mea, et quod expecto tribuat mihi Deus ? Et qui cœpit ipse me conterat, solvat manum suam, et succidat me.* Insultant morti, imo eam optant, et cur, XIX, 14, 1 et seqq. : *Coarctor autem e duobus : desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius : permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Semper dissolvi cupiunt, XXI, 413, 2 : *Et spiritus et sponsa dicunt : Veni. Et qui audit, dicat : Veni. Et qui sitit, veniat ; et qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* Desiderant mori, ne videant tot Dei offensas, VII, 165, 2 : *Et laudavi magis mortuos, quam viventes : et feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.* Quia mortem assidue cogitant, ideo eam non timent, sed eam optant, X, 345, 1, 2 ; 347, 2 : *O mors ! bonum est judicium tuum homini indigenti, et qui minoratur viribus, defecto ætate, et cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdit patientiam*, 350, 2. Optant carne dissolvi et esse cum Deo, XVI, 156, 1. Subinde tamen eam horrent, XVIII, 447, 2 : *Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes.* Semper ad mortem fuere dispositi, XV, 520, 1, 2 : *Ideo et vos estote parati, quia qua nescitis hora Filius hominis veniet.* Sancti eminentes sunt brevis ævi, sed illud multis virtutibus implent, XIV, 364, 2. In morte jubilant, IX, 66, 2 : *Timenti Dominum bene erit in extremis ; et in die defunctionis suæ benedicetur.* Sancti cur dicantur ad austrum cadere, VII, 368, 2 : *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Post mortem sæpe apud homines sunt in gloria, sed semper apud Deum, X, 355, 2 : *Bonæ vitæ numerus dierum ; bonum autem nomen permanebit in ævum.*

8° *Sancti in fine mundi et in die judicii.* Sancti in fine mundi victuri, in terra signabuntur, ne communibus orbis plagis involvantur, non in cœlo, XXI, 160, 1. Cur iis tunc detur palma, 173, 2. Judicantur ut impii, *Job*, 683, 1 : *Causa tua quasi impii judicata est, causam judiciumque recipies.*

in fine mundi non pavebunt ob casus inopinatos tunc evenientes, V, 96, 1 : *Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris.* In judicio non trepidabunt, XX, 559, 2; 560, 2 : *Et nunc, filioli, manete in eo, ut, cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus.* In die judicii, cæteris palpitantibus, securi et confidenter stabunt, XIII, 524, 1 : *Et Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam : et movebuntur cœli et terra ; et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israel.* In die judicii judicabunt gentes, IX, 156, 1 : *Qui audit illam* (sapientiam), *judicabit Gentes : et qui intuetur illam, permanebit confidens;* XVIII, 291, 2 : *Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam angelos judicabimus?* In die judicii sunt futuri judices orbis, XXI, 61, 1 : *Qui viceril, et custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, et reget eas in virga ferrea.* Judicabunt cùm Christo et eamdem sententiam ferent quam Christus, XIII, 96, 2 ; XV, 433, 2 : *Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel;* Psalm. II, 475, 2 : *Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis ; ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.* In die judicii inimicos suos gladio punient, IV, 388, 2. Occurrent Christo ad judicium venienti in aera, et sedebunt cum illo in splendidis nubibus diversos per ordines, XIX, 134, 1, 2 : *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi : deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.* In resurrectione etiam gloria corporis donabuntur, 133, 1, 2. Sancti non surrexerunt e monumentis, nisi resurgente Christo, et quare, XV, 635, 1, 2 : *Et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis.* Non sunt exinde rursus mortui, XV, 635, 2; XVII, 100, 2. Quinam potissimum resurrexerint, XV, 636, 1. Quibus apparuerint, *ibid.*, 2.

9° *Quomodo erga sanctos in terra gerere nos debeamus.* Quanto in pretio habendi sint, etiam in terra viventes, I, 225, 2. Sanctus unus æquivalet, imo pluris valet quam mille impii, IX, 458, 1 : *Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii; et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.* Sanctum ferventem unum pluris facit Deus, quam centum communes justos, XIV, 618, 1. Eorum fama a pluribus virtutibus componitur. X, 521, 1 : *Memoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii.* A regibus et principibus coluntur, IX, 439, 1. Ab iis petenda sunt consilia, X, 253, 2 : *Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei : cujus anima est secundum animam tuam, et qui cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.* Non sunt persequendi, VI, 78, 1 : *Ruina est homini devorare sanctos, et post vota retractare.*

10° *Quibus rebus sancti in Scriptura assimilentur.* Stellis assimilantur sex de causis, I, 202, 1; XVIII, 409, 1. Et ob decem analogias, I, 62, 1 ; X, 31, 1 ; 32, 2 ; 34, 1 ; 390, 2. Sunt aves pennatæ mystice, VI, 41, 2. Sunt velut aquilæ, VI, 186, 1; XV, 511, 2 et seq. ; XIX, 55, 1, 2. Ipsis Scriptura dat alas aquilæ, XI, 503, 2. Et ad instar earum renovantur, 504, 1. Quomodo iis pares sunt, *ibid.*, 2; 505. 1. Sanctus sæculi est velut formica, V, 159, 1. Est similis palmæ, VIII, 191, 1, 2; IX, 636, 1 et seq. Sancti sunt velut cedri, IX, 634, 1. In Scriptura vocantur cœli, X, 341, 2. Sunt cœlum ob octo analogias, XI, 609, 2. Sancti hirundinibus comparantur, XII, 76, 1, 2. Oleæ et olivæ assimilantur, cur, XII, 98, 2; XIII, 471 ; XXI, 226, 2. Cervis denotantur, XIV, 267, 1. Per iridem repræsentantur, XXI, 96, 1.

II. SANCTI IN CŒLO. — 1° *Sancti scribuntur cœlo et cœlitibus*, XII, 144, 1, 2. Sancti scribuntur in cœlis, impii in terra et gehenna, XI, 147, 1 : *Et erit : Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem.*

2° *Sancti quæ bona in cœlis habeant*, XI, 739, 2 et seq. : *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te.* Sancti statim a morte ad conspectum Dei admittuntur, V, 70, 2. Sunt sors sanctorum et regnum Christi, XIV, 603, 2. Sancti erunt filii et hæredes Dei, XV, 149, 2 : *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Sancti cum Deo regnantes, sunt sedes Dei, *Psalm.* II, 345, 1 : *Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.* Quomodo Deo sunt futuri similes, XVIII, 632, 1 : *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis pleniludinis Christi.* Sunt in cœlis similes aquilis, I, 598, 1. Sanctorum felicitas per lilium significatur, III, 588, 2. Eorum gaudium in cœlum est festum *Phurim*, IV, 388, 2. In cœlo ob opera laudantur, VI, 533, 1 : *Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.* In cœlo stant quasi victores, VIII, 378, 2 : *Tunc stabunt justi in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.* Ibi vulnera et cicatrices suas ostentabunt, VI, 533, 2. Contemplationis signum habent in frontibus, in manibus vero palmas boni operis,

XXI, 166, 1. Ibi amicti sunt stolis albis, quid hæ significant, 171, 1. *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis : stantes ante thronum, et in conspectu Agni, amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum.* In cœlo mutabunt fortitudinem, quomodo, XI, 503, 2 : *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ; current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.* Sancti omnes in cœlo futuri sunt reges cœlestes et æterni, XIII, 98, 2 : *Regnum autem, et potestas, et magnitudo regni, quæ est subter cœlum, detur populo sanctorum Altissimi : cujus regnum, regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei, et obedient.* Qua ratione id meruerunt, 96, 2. Magis honorati fuere quam reges, IX, 317, 1, 2; 319, 1 : *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.* Eorum memoria æterna est et cum honore, 317, 2 : *Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.* Eorum honor est honor Dei, XV, 170, 1. In cœlo omni benedictione cœlesti benedicuntur, XIII, 526, 2; 527, 1, 2. In cœlo de suis donis gaudebunt, et de reproborum quomodo, XV, 532, 2. Sancti semper et uniformiter Deum laudant in cœlo, XXI, 128, 2. Sanctorum animæ dicuntur esse in cœlo sub altari thymiamatis, corpora sub altari holocaustorum in terra, 149,1 (*Vide* BEATI, CŒLUM, GLORIA CŒLESTIS).

3° *Sancti quæ bona nobis obtineant.* Primo. *Perfectius res nostras in cœlo intelligunt, quam in terra intellexerunt;* XVIII, 384, 2 : *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.*

Secundo. *Sancti post mortem res mortalium curant;* XX, 427, 2 : *Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam facialis.* Etiam mortui nos juvant, IV, 55, 1. Curam nostri gerunt, *Job*, 122, 1, 2 : *Voca ergo, si est qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum convertere.* Quantum nobis prosint, *ibid.* Sancti pro piis pugnant, IV, 426, 2 : *Et ait Judas : Facile est concludi multos in manus paucorum; et non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, et in paucis : quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.* Certis locis, quibus in vita laborarunt, a Deo in cœlo præficiuntur, XV, 531, 2. Sunt spes Ecclesiæ, XI, 153, 1.

Tertio. Suis orationibus nos juvant, et orationes nostras offerunt, XVIII, 376, 1 : *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra;* XXI, 130, 2 : *Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, et viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* In cœlo, Deo et Christo revelante, preces nostras audiunt et cognoscunt, XI, 736, 1, 2. Quomodo id fiet, *ibid.* Dici possunt nostri mediatores, XVIII, 545, 2; XIX, 198, 2. Sunt nostri advocati post Christum, XX, 533 2. Sunt spes nostra mediate, XIX, 177, 1. Sanctorum preces prosunt eis qui simul cum iis connituntur et collaborant, XII, 125, 1 : *Et dixit Dominus ad me : Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum : ejice illos a facie mea, et egrediantur.* Pro hominibus peccantibus orant, nec apud Deum eos accusant, XV, 415, 1. Sanctorum intercessio et salutatio sunt efficaces XVI, 30, 2.

4° *Sanctorum cultus et invocatio astruuntur.* Eorum canonizatio quo ritu fiat, X, 429, 1. Eorum cultus astruitur, XXI, 20, 1. Eorum cultus nihil Christo demit, XIX, 343, 1. Eorum invocatio contra hæreticos asseritur, XII, 599, 2; XXI, 20, 1. Eorum invocatio est licita, XVIII, 241, 2 : *Obsecro vos ut adjuvetis me in orationibus vestris ad Deum.* Quomodo hæc ab invocatione Dei differat, 179, 2. Sanctos invocare tutius est quam animas in purgatorio, IV, 564, 2. Sanctorum invocatio non damnatur ab Apostolo in prohibitione religionis angelorum, XIX, 93, 2. Sanctorum invocatio antiqua, *Job*, 121, 1. Sancti sunt colendi dulia, X, 490, 2. Sancti tutelares fidelium quomodo colendi, XI, 668, 1, Deus in sanctos honoratur, XVIII, 44, 2 et seq. Eis res temeræ non sunt vovendæ, VI, 78, 1. Eorum irreverentia nominatio prohibetur, IX, 600, 1, 2 : *Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis; quoniam non eris immunis ab eis.* Per eos quatenus jurare liceat, XV, 170, 1. Sanctorum fatalem diem recolit Ecclesia, non natalem, XVI, 43, 2. Eorum festa jam ab olim Ecclesia celebrat X, 429, 2. Eorum festa quare celebrantur, XX, 645, 1. Eos vivos non ferunt mali, functos vita venerantur, XV, 495, 1, 2. Eos in canone Missæ commemorari vetus est institutum, XVIII, 211, 1. Qui sancti in canone Missæ recitentur, XX, 208, 2 *Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.* Sanctorum commemoratio in Missa et Horis canonicis quid sibi velit, *Job*, 122, 2. Eorum vestigia olim adorata ab hominibus, XXI, 73, 1. Cur iis appingantur radii, XVIII, 595, 1, 2. Eorum agones sunt a Latinis per Martyrologium, a Græcis per Menologia celebrati, X, 429, 1.

5° *Sanctorum sepulcra gloriosa,* XI, 266, 1, 2 et seq. Eorum corpora imputribilia sunt, XIII, 527, 1. Eorum ossa quomodo germinent, XI 762, 1, 2 : *Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt, et cognoscetur manus Domini servis ejus.* Ossa eorum quomodo pullulent, per ea fideles magna beneficia impetrant, X, 475, 2 et seq. : *Ut sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo, et nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum*

gloria. Sanctorum multorum etiam hodie ossa mirabiliter conservata ebulliunt, alia liquorem odoriferum et salutiferum stillant, XII, 761, 1, 2 et seq. Cur nonnulli oleum stillent, X, 540, 2 : *Quasi oliva pullulans et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.* E sanctorum qui misericordes fuere corporibus scaturit oleum, XXI, 226, 2. Sancti quidam post mortem veritatem occultam detexerunt, X, 516, 2 : *Nec superavit illum* (Eliseum) *verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus.*

6° *Sanctorum exempla Christiani imitare debent.* Sancti quomodo debeant esse omnes Christiani, II, 132, 1 : *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus.* Sanctus esse debet qui ad Deum in cœlo ire vult, XI, 173, 1. Sanctorum exempla alios ad imitationem excitant, II, 132, 1; V, 398, 1 : *Multi cibi in novalibus patrum; et aliis congregantur absque judicio;* XIX, 494, 1 : *Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Eorum exempla inspicienda et imitanda, X, 427, 2. Eorum vitas imitari nos oportet, IX, 492, 2. *In partes vade sæculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo.* Eorum vita peccatori velut lucerna est, XIV, 283, 2.

SANCTUS diaconus. Sanctus diaconus Christianum se esse quanti faceret, XII, 447, 1; XVIII, 252, 2.

SANCTUS Pagninus. Sancti Pagnini Hebræo-Christiani versio in quo reprehensionem mereatur, IX, 24, 2.

SANDALIA. Sandalia quid sint, sunt calcei, sive munimenta pedum, XV, 262, 1, 2; XVII, 263, 2. Eorum forma, XVII, 264, 2. Ea fuere apostolis permissa, XV, 262, 1, 2. Sandalia cur apostolos habere Christus jusserit, XVIII, 681, 1. Sandalium S. Andreæ Treviris asservatur, XV, 262, 2.

SANEDRIM. Sanedrim quod esset concilium, et e quibus esset conflatum, XV, 161, 1; XVII, 125, 2. In eo damnatus est Christus, præsidentibus Anna et Caipha, XVII, 125, 2.

SANGUINEUS. Sanguinei facile a vino vincuntur, VI, 485, 2. Sanguinea, calida et spiritosa complexio cogitationes bonas, lætas, animosas parit, XIV, 86, 1.

SANGUIS. 1° *Sanguis litteraliter sumptus.* Primo. *Quid sit sanguis in corpore humano.* In sanguine vita consistit, V, 198, 1. Ex sanguinibus fit generatio humana, XVI, 305, 2 et seq. Sanguis in corpore humano est principalis humor, II, 112, 1. Sanguis sudatur naturaliter in vehementi angore, maxime ab eo qui delicato raro et poroso est corpore, XVI, 265, 2. Quomodo eum sudarit Redemptor in horto, et qua ex causa, 266, 1. Unde sanguinis fluxus in Judæis habeat ortum, et an vere eum patiantur, XV, 605, 1, 2.

Secundo. *Sanguinis esus et potus quatenus olim et nunc illicitus.* Sanguinis esus in lege naturæ inhibitus, I, 154, 2. Sanguinis esus ante diluvium vetitus, et etiam post neochristianis, XVII, 302, 2. Eum potabant Gentiles, 303, 1. Sanguinis esus et potus priscis Judæis sub pœna mortis vetitus, IV 340, 2; XII, 737, 2. Idque tribus de causis, II, 23, 2; III, 2. Sanguine jam vesci licitum, XVII, 303, 1. Ægyptii sanguinolenti sanguine potati, VIII, 514, 2.

Tertio. *Sanguinis effusio.* Sanguis humanus parce effundendus, XIII, 540, 2. Sanguis in rixa effusus iram accendit, V, 537, 2. Sanguis innocens effusus clamat vindictam, et per vindictam expiatur, XIII, 529, 1. Sanguis e cadavere fluens præsente homicida est instar miraculi, non naturalis, XVI, 620, 1. Sanguis cur ostenderetur elephantis in prælio hominum, IV, 442, 1, 2. Sanguinem humanum quomodo Deus dicatur a bestiis requirere, I, 155, 1. Sanguine Prophetarum interfectorum plena fuit Jerusalem usque ad os, XII, 676, 2.

Quarto. *Sanguinis effusio et libatio in priscis sacrificiis.* Sanguine et victimis fœdera apud veteres sanciebantur, XVIII, 366, 1; XIX, 443, 1. Et iis dividebatur, XVIII, 366, 1. Sanguis victimarum effusus Deo libabatur, XV, 559, 1. Sanguis victimarum in altare et populum spargebatur, XIX, 443, 1. Quid hæc aspersio denotaret, *ibid.* Sanguis septies aspersus contra propitiatorium quid significet, II, 106, 2. Sanguis victimarum immolatarum subinde in Sanctum inferebatur, XIX, 436, 2.

Quarto. *Sanguis pluens.* Sanguis dum pluit, iram cœlestem prænuntiat, XXI, 193, 1. Sanguis pluens in Aquitania tempore Roberti regis, quid portenderet XXI, 145, 1, 2.

2° *Sanguis allegorice et tropologice sumptus.* Sanguis quid tropologice significet, II, 111, 2. Sanguis in Scriptura significat homicidium, omnem contaminationem et pollutionem, et per synecdochen omne scelus, XI, 556, 2; XIII, 288, 1; 335, 1; 453, 1, 2; 528, 1, 2; XIV, 187, 1; XX, 356, 2; XXI, 155, 1; *Job*, 367, 2. Sanguis peccatum vocatur ob quatuor analogias, XI, 113, 1; XIII, 335, 2. Sanguis quomodo vocetur homicidium, I, 369, 1; II, 458, 1. Sanguis metonymice capitur pro concupiscentia, IX, 286, 2. Sanguis est item animæ et vitæ nota; eum esse ipsam vitam animalis censuere nonnulli, XXI, 195, 1. Quo sensu sit anima, II, 112, 1. Sanguis sanguinem quomodo tangat, XIII, 335, 2. Sanguis ingentis stragis symbolum est, XXI, 194, 2. Sanguinem audire quid sit, XII, 442, 2. Sanguinem super limpidam petram effundere mystice quid sit, XII, 677, 1. Sanguinem super aliquem inducere quid sit, XVII, 152, 2. Sanguis Jezrahel quomodo visitari dicatur super domum Jehu, XIII, 288, 1, 2. Quando servus comparetur sanguine, X, 189, 1. Sanguis terræ est

aqua, VII, 50, 2 et seq. Sanguinis typus est coccus sive purpura, XIV, 178, 2.

3° *Sanguis Christi.* Primo. *Sanguis Christi in triduo mortis ejus non fuit corruptus;* XVII, 99, 1: *David enim dicit in eum: Providebam Dominum in conspectu meo semper; quoniam a dextris est mihi ne commovear: propter hoc lætatum est cor meum, et exultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe: quonium non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* In triduo passionis mansit unitus Verbo, XIX, 374, 1: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem.* Fuit is ei immediate unitus, *ibid.* Is effusus deitati mansit unitus, XX, 265, 1: *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati.*

Secundo. *Sanguini effuso ubique aquam Christus miscuit,* 609, 2: *Hic est qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.* Sanguis et aqua e latere Christi fluens non fuit naturalis, sed miraculosus, XVI, 621, 1: *Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua* Quæ ejus fluxus fuerit causa, XII, 852, 1; XVI, 621, 2 et seqq. Sanguis et aqua probabant Christum verum esse hominem, XX, 609, 1, 2.

Tertio. *Sanguis Christi quam fuerit efficax,* XVI, 266, 1. Ejus vis infinita, XX, 265, 2. Sanguis Christi misericordiam clamat, *Job,* 368, 1: *Terra ne operias sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus.* Quomodo melius clamet quam Abel, XIX, 508, 1: *Accessistis..... ad Testamenti Novi mediatorem Jesum, et sanguinis effusionem melius loquentem quam Abel.* Sanguis Christi est balneum animæ ægræ, XX, 240, 1, 2. Quomodo eo anima aspergatur, 241, 1. Quomodo nos a peccato emundet, 526, 1, 2: *Sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato.* Quomodo et quare vocetur is, sanguis testamenti, XIV, 460, 1, 2: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua.* Quo sensu sanguis Christi Novum Testamentum sit, XVIII, 366, 1: *Similiter et calicem* (accepit Christus), *postquam cœnavit, dicens: Hic calix Novum Testamentum est in meo sanguine.* Antonomastice dicitur pretium, 310, 2: *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Est sanguis Testamenti æterni, XIX, 523, 1: *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium, in sanguine Testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni bono.* Sanguine hostili aspersus Christus quando futurus, XXI, 339, 1: *Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis et Verax, et cum justitia judicat et pugnat..... Et vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocatur nomen ejus, Verbum Dei.*

Quarto. *Sanguinem Christi quomodo nobis applicemus,* XXI, 180, 2 et seqq.: *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eos in sanguine Agni.* In calice vere fuit sanguis quo redempti sumus, XVIII, 860, 1. Cur sanguis Christi in Eucharistia a sacerdotibus bibatur, XV, 558, 2: *Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Vinum in sanguinem Christi transsubstantiatur, *ibid.* Is ibi effunditur et offertur sub specie vini, 559, 1 et seqq. Cur ei potius quam corpori tribuatur peccatorum remissio, 559, 2. Quomodo sic vocari possit vinum, 561, 2. Sanguine Christi in calice nutrimur, XII, 852, 1. Sanguis Christi est velut coagulum quo in unum fideles conjunguntur, XVIII, 665, 1: *Membra sumus corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus.* Sanguis Christi sumptus animat ad sanguinem pro eo fundendum, XIV, 470, 1: *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?* Item nos ad fortiter pugnandum cum dæmone, mundo et carne pugnandum acuit, 178, 1, 2. Sanguinis Christi sumptione, martyres ad sanguinis pro Christo effusionem animabantur, XVIII, 370, 2. Sanguinis Christi typus erat aqua petræ, 339, 2 et seq.: *Omnes eumdem potum spiritualem biberunt,* (*bibebant autem de spirituali, consequente eos petra, petra autem erat Christus*) (*Vide* Jesus Christus).

3° *Sanguis martyrum.* Sanguinis baptismus est martyrium, quod omne peccatum expiat, XVII, 54, 1: *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Sanguis martyrum semen est christianorum, 272, 2. Sanguis martyrum in sardio gemma repræsentatur, XXI, 391, 1. In sanguine S. Stephani continuum miraculum Neapoli cernitur, XVII, 193, 2.

SANIR. Sanir mons unde dictus, XII, 693, 1. Sanir mons an idem quod Seir, VIII, 60, 1.

SANGUISUGA. Sanguisugæ descriptio, ejusque aviditas sanguinis, VI, 440, 2; 442, 2 et seq. Quid per eam repræsentetur, 441, 1, 2 et seq.; 442, 2; 443, 2 et seq.; 444, 1 et seq.; 446, 1, 2.

SANITAS. 1° *Sanitas corporis.* Sanitas animalis in quo consistat, VII, 179, 1, 2. Sanitas corporis pendet ex sanitate partium teneriorum et duriorum, V, 79, 1: *Ne sis sapiens apud temetipsum; time Deum, et recede a malo; sanitas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio ostium tuorum.* Sanitas tam corporis quam animæ opibus præstat, X, 96, 1, 2; 97, 1: *Melior est pauper sanus, et fortis viribus, quam dives imbecillis et flagellatus malitia: Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento; et cor-*

pus validum, quam census immensus. Quando præstet sanctitati, 96, 2. Quantum sit bonum, 96, 2; 98, 1; *Non est census super censum salutis corporis : et non est oblectamentum super cordis gaudium.* Si cum sanitate immortalitatis conferatur, potior est morbus, 97, 1. Sanitas a Deo provenit, 272, 2 : *In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et non consummabuntur opera ejus. Pax enim Dei super faciem terræ.* Illam tamen homo negligere non debet, 273, 2 : *Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora Dominum, et ipse curabit te.* Sanitas varie a variis læditur, qui eam lædant, 96, 2; 97, 1, Sanitatis tuendæ servandæque ratio, IX, 510, 1 : *Ante languorem adhibe medicinam, et ante judicium interroga teipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem,* X, 97, 2. Ipsa est in sanitate Deo accepta ferenda, IX, 511, 1: *Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.* Ejus defectus causa sanctitatis, *ibid.*, 2. Sanitatis mater est sapientia, IX, 77, 2 : *Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.* Sanitatis tuendæ dogma aureum, XIII, 14, 1. Sanitas corporis a paucitate ferculorum, III, 311, 2; 312, 1. Sanitatis mater est sobrietas, XIII, 12, 2 : *Et dixit Daniel ad Malasar.....; Tenta nos, obsecro, servos tuos diebus decem, et dentur nobis legumina ad vescendum, et aqua ad bibendum : et contemplare vultus nostros, et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio : et sicut videris, facies cum servis tuis. Qui, audito sermone hujusmodi, tentavit eos diebus decem. Post dies autem decem, apparuerunt vultus eorum meliores et corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio.* Sanitatem tuentur exercitium, sobrietas, castitas; eam destruunt desidia, saturitas, libido, XII, 618, 2. Ad sanitatem bibere, et ad id cogere, tyrannicum est et insania, IV, 363, 1, 2 : *Bibebant autem qui invitati fuerant, aureis poculis, et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abundans, et præcipuum ponebatur, nec erat qui nolentes coge-ret ad bibendum, sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, ut sumeret unusquisque quod vellet.* Sanitatis signum est debita cibi egestio, XV, 353, 2 : *Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur?*

Sanitas corporis resurgentis octuplex, XIV, 610, 2.

2° *Sanitas animæ.* Sanitas animæ et timor Dei, XI, 679, 2 : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam justitia tua, et gloria Domini colliget te.* Sanitatem quomodo in suis pennis Christus habeat, XIV, 609, 1, 2 : *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus.* Sanitas animæ beatæ triplex, 610, 2.

SANNIO. Sannio et sanna quid sibi velint. V, 50, 2.

SAPERE. 1° *Quid sit sapere.* Sapere et desipere opponuntur, XVIII, 451, 2. Sapere subinde idem est quod discernere, 231, 1 : *Qui sapit diem, Domino sapit.* Hinc sapere est tam intellectus quam voluntatis, XIX, 19, 2 : *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes.* Sapere sapientibus est vivere, *Psalm.* I, 222, 2.

2° *Quomodo et quæ sapere oporteat.* Sapere nemo sibi videri debet, V, 78, 2 : *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Qui sapere sibi videtur, vere stultus est, VI, 407, 1 2 : *Vidisti hominem velocem ad loquendum? Stultitia magis speranda est, quam illius correptio.* Et pejor est stulto, 312, 1 : *Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.* Christianus non sibi sapiat, XVIII, 213, 2 ; *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* Sapere ultra quam satis sit, via est ad hæresim, VI, 4, 1. Non oportet sapere plusquam oporteat, XVIII, 205, 1 : *Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem : et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* Sapiendum ad sobrietatem, *Job*, 519, 2 : *Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam, et prudentiam tuam ostendisti plurimam.* Sapit, qui periculo alieno sapit, VI, 37, 2 : *Pestilente flagellato, stultus sapientior erit : si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.* Sapere cœlestia est signum resurrectionis spiritualis, XIX, 100, 1 : *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Qui sapiant terrena, 100, 2.

SAPIDUS. Sapidus sermo quid sit, XIX, 111, 1.

SAPIENS. 1° *Sapiens quis sit, et ejus symbola.* Sapiens vocatur in *Ecclesiastico* ethicus, politicus, œconomicus, IX, 40, 1; X, 299, 1. Sapiens et stultus in quo similes, et in quo dissimiles, VII, 117, 2: Sapientes in quo a sophistis differant, IX, 439, 2; X, 262, 1, 2. Sapientes suos Hebræi vocabant *Sopherim*, Græci philosophos, Chaldæi magos, XVII, 122, 2 et seq.

Sapientis symbolum est asinus, VI, 219, 2. In quo similis est apibus, 271, 1, 2. Ejus symbolum sunt grues, 517, 1, 2. Soli confertur, X, 31, 1.

2° *Sapientis indoles et dotes.* Primo. *Totus a Deo pendere debet, et illi fidere,* VI, 129, 1, 2 : *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Oratione sapientiam paret, X, 30, 31 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.* Sapientes semper a Deo dirigi postulant, IX, 299, 2 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum.* Sapiens mane vacat Deo per orationem et studium, V, 339, 1, 2 : *Bene consurgit diluculo qui quærit*

bona; qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis. Tum et diei totius opera disponit, *ibid.* Dei mandata ad praxim redigit, X, 305, 1 : *Et ipse Dominus diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.*

Secundo. *Sapiens abundat sapientia;* V, 288, 1 : *In labiis sapientis invenitur sapientia.* Ejus cor et mens sunt velut fons sapientiæ, 563, 2 et seq. : *Aqua profunda verba ex ore viri : et torrens redundans fons sapientiæ;* XI, 569, 1 : *Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, et consilium illius sicut fons vitæ permanet.* Ejus os et cor crater sunt sapientiæ, VI, 49, 1, 2 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud.* Sapiens est amans sapientiæ, IX, 569, 1. Sapientiam habet ut uxorem, 439, 2. Sapiens a sapientia cibatur et firmatur, 437, 1 ; 438, 1 : *Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, et non flectetur : et continebit illum, et non confundetur.* Adimpletur spiritu sapientiæ, 439, 2 : *Et in medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit eum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Sapiens sursum semper os habet, cor et manus, V, 468, 1 : *Semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.* Sapiens nihil miratur, XV, 224, 3, 2 ; XXI, 156, 2. Sapiens omne decus rerum et pretium in se complectitur, X, 539, 2 : *Quasi oliva pullulans, et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, et vestiri eum in consummationem virtutis.* Sapientes sunt sapientiæ hæreditas, IX, 157, 1 : *Si crediderit ei* (sapientiæ), *hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Cur facies sapientis sæpe commutetur, VII, 284, 2 : *Sapientia hominis lucet in vultu ejus, et potentissimus faciem illius commutabit.*

Tertio. *Sapiens libenter docetur et corripitur.* Sapiens libenter audit et discit, V, 25, 2 : *Audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit.* Semper quærit honestatem et virtutem, imo eam ab omnibus haurit, 458, 1 : *Cor sapientis quærit doctrinam, et os stultorum pascitur imperitia.* Doctrinæ diligenter vacare studet, 574, 2 : *Cor prudens possidebit sapientiam : et auris sapientium quærit doctrinam.* Audit diligenter doctores, 575, 1. Etiam cum fame sapientiæ studet, 510, 1 : *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Alios consulit eorumque consilia sequitur, quia se nihil putat scire, alios omnia, 360, 2 : *Via stulti recta in oculis ejus : qui autem sapiens est, audit consilia.* Sapiens sequitur judicium rationis, non est duri cerebri, *ibid.* Ratione se duci sinit, 573, 1 : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Omnibus passionibus est obnoxius, sed eas ratione regit, X, 328, 1.

Sapiens libenter corripitur, V, 282, 2 : *Sapiens corde præcepta suscipit ; stultus cæditur labiis.* Libenter et facile admonitiones admittit, IX, 322, 2 : *Servo sensato liberi servient : et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur.* Libenter se disciplinæ subjicit, V, 292, 1, 2 : *Via vitæ custodienti disciplinam : qui autem increpationes relinquit, errat.* Verbo corrigitur, et cur, 533, 1 : *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Nudis verbis correptus, respicit, VI, 37, 2 et seq. : *Pestilente flagellato stultus sapientior erit ; si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.* Correctionem et corrigentem diligit, V, 259, 1 : *Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, et diliget te.*

Quarto. *Sapiens in sapientia sua est humilis,* IX, 390, 1 : *Humiliare Deo, et expecta manus ejus. Attende ne seductus in stultitiam humilieris, noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.* Sapiens in suis laudibus manet inconcussus, VI, 352, 1, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum : sic probatur homo ore laudantis.* Sapiens nemo sibi sit, *Job*, 378, 2. Sapiens sibi difficile docetur, 338, 1 : *Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia? Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?* Sapiens est verecundus et reverens, IX, 572, 2 : *Pes fatui facilis in domum proximi : et homo peritus confundetur a persona potentis.*

Quinto. *Sapientis discretio in loquendo.* Sapiens non temere loquitur, V, 283, 1. Sermones prudenter disponit, itaque sibi gratiam conciliat, V, 409, 2 : *Vade contra virum stultum, et nescit labia prudentiæ.* In fornace discretionis verba sua expurgat, 298, 2 : *Argentum electum, lingua justi : cor autem impiorum pro nihilo.* Verba sua antequam proferat, statera prudentiæ librat, IX, 573, 2 : *Labia imprudentium stulta narrabunt : verba autem prudentium statera ponderabuntur.* Habet os in corde, stultus cor in ore, 574, 1 : *In ore fatuorum cor illorum : et in corde sapientium os illorum.* Ejus eloquentia qualis sit, 574, 2. Prudenter novit tacenda tacere, *ibid.* Est velut homo interior, 565, 1. Deum, non diabolum habet in ore, 575, 2 : *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Sapiens non loquitur nisi sapientiam, V, 288, 1 : *In labiis sapientis invenitur sapientia : et virga in dorso ejus qui indiget corde.* Eam modeste abscondit, *ibid.*, 2 : *Sapientes abscondant scientiam : os autem stulti confusioni proximum est.* Scientiam suam celat, et quare, V, 368, 1 : *Homo versutus celat scientiam : et cor insipientium provocat stultitiam ;* VI, 49, 1 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri , sed homo sapiens exhauriet illud.* Facile alterius secretum expiscatur, sed suum celat, *ibid.* et 2. Tarde sua secreta eloquitur, IX, 534, 2 : *A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.* Sapiens in loquendo opportunus est, 570, 1 : *Narratio fatui quasi sarcina in via :*

nam in labiis sensati invenietur gratia. In loquendo gratiosus est, et loquitur gratiosa, VII, 346, 2 : *Verba oris sapientis gratia : et labia insipientis præcipitabunt eum* ; IX, 551, 2 : *Sapiens in verbis seipsum amabilem facit : gratiæ autem fatuorum effundentur.* In loquendo modestus est, 566, 1 : *Notus a longe potens lingua audaci, et sensatus scit labi se ab ipso.* In loquendo sicut in agendo moderatus est, VI, 401, 1 : *Totum spiritum suum proferl stultus ; sapiens differt et reservat in posterum.* Sapiens est parcissimus in verbis, sed multa facit, V, 555, 2 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit : qui autem possessor est mentis, diligit animam suam ; et custos prudentiæ inveniet bona;* 271, 1. Ejus verba comparantur profundo flumini, torrenti redundanti, fonti scaturienti, V, 563, 1 : *Aqua profunda verba ex ore viri ; et torrens redundans fons sapientiæ.* Idque pro varietate loci, temporis, personarum, *ibid.* Ejus verba audientem delectant, IX, 570, 1 : *Os prudentis quæritur in Ecclesia, et verba illius cogitabunt in cordibus suis.* Sale sapientiæ sua dicta et facta respergit, 636, 1. Semper sancta loquitur, X, 29, 1 : Sapientium verba sunt stimuli, VII, 405, 2 : *Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.* Verba sapientium audiuntur in silentio, 328, 1, 2 : *Verba sapientium audiuntur in silentio, plusquam clamor principis inter stultos.* Sapientes sunt taciturni, *Job*, 50, 1 : *In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.* Eorum silentium ex quiete cordis procedit, VII, 329, 1.

Sexto. *Sapientis prudentia, discretio, opportunitas in agendo.* Sapiens maturus est et lentus, VI, 4, 1 : *Ubi non est scientia animæ, non est bonum, et qui festinus est pedibus, offendet.* Ejus cor in dextera, stulti in sinistra, VII, 334, 2 : *Cor sapientis in dextera ejus, et cor stulti in sinistra illius.* Nihil agit impræmeditato, IX, 586, 2 : *Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur : sic et cor confirmatum in cogitatione consilii. Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur.* Nihil sine consilio aggreditur, X, 159, 1, 2 : *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem : etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.* Nihil temere promittit et vovet, V, 364, 1 : *Est qui promittit, et quasi gladio pungitur conscientiæ ; lingua autem sapientium sanitas est.* Opus suum ex omni parte lustrat et moderatur, V, 75, 2 et seq. Sapientium opera sunt stabilia et perpetua, IX, 157, 1 : *Si crediderit ei* (sapientiæ), *hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Sapienti danda est occasio sapientiæ et virtutis, V, 259, 2 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Ipse se ultro in virtute promovet, *ibid.* Ex omni re occasionem proficiendi captat, 260, 1. Sapiens semper sui similis est, 452, 1, 2 : *Labia sapientium disseminabunt scientiam ; cor stultorum dissimile erit.* Semper in sua sapientia proficit, 505, 1, 2: *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens : et qui dulcis eloquio, majora percipiet.* Est laboriosus, VI, 315, 1. Castigato impio sapit, VI, 106, 1, 2 : *Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus : et si sectetur sapientem, sumet scientiam.* Sua facit opportune, VII, 130, 2 : *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cælo.* Observat tempus et quare, VII, 290, 1, 2 : *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit.* Sapiens fortunæ se accommodat, IX, 97, 1, 2: *Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, et in humilitate tua patientiam habe.* Sapientes ex æquitate omnia judicant, V, 423, 2 : *Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astuti scientiam.* Quomodo se gerat sapiens cum Deo et regibns, VII, 289, 1. Sapiens sua curat, non aliena, et alienarum rerum incurius est, IX, 573, 1 : *Stultus a fenestra respiciet in domum : vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium ; et prudens gravabitur contumelia.* Domum alienam raro ingreditur, et fores pulsando ante ostium expectat, 572, 2; 573, 1.

Septimo. *Sapientis vigilantia.* Sapientis oculi sunt in capite ejus VII, 114, 2 : *Sapientis oculi in capite ejus : stultus in tenebris ambulat.* Eminus prospicit hostium insidias, arma, molimina, fraudes, VI, 140 2 : *Arma et gladii in via perversi : custos autem animæ suæ longe recedet ab eis.* Sapiens, si peccet, ex infirmitate vel ignorantia peccat, V, 533, 1. Ejus vita mortis meditatio est, VII, 376, 1 : *Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum : qui cum venerint, vanitatis arguenlur præterita.* Pœnas et supplicia veritus, a malo declinat, V, 422, 1 : *Sapiens timet, et declinat a malo : stultus transilit et confidit.*

Octavo. *Sapiens modice ridet*, IX, 571, 1 : *Fatuus in risu exaltat vocem suam : vir autem sapiens vix tacite ridebit.* In risum non dissolvitur, V, 302, 2; *Quasi per risum stultus operatur scelus : sapientia autem est viro prudentia.* In gaudio non agit immoderate, V, 416, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.* Quomodo gaudeat, X, 396, 2. Sapiens est severo vultu, VII, 243, 2 : *Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Sapientes per quid fiant melancholici, 78, 1, 2 : *In multa sapientia, multa sit indignatio : et qui addit scientiam, addit et laborem.*

Nono. *Sapiens sibi cavet ab improbo*, V, 302, 1. Ei non convenit cum insulso, IX, 264, 2 : *Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.* Sapientes diligenter sibi cavent a

stultis, V, 403, 2 : *In ore stulti virga superbiæ : labia autem sapientium custodiunt eos.* Sapiens sapienti sibi consonat, IX, 569, 2 : *Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit, et ad se adiciet.* Sapienti vitanda est turba, VII, 75, 1 : *Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus.*

Decimo. *Sapientis mansuetudo.* Verbo asperiori tactus statim non irascitur, V, 361, 2 : *Fatuus statim indicat iram suam; qui autem dissimulat injuriam, callidus est.* Sapiens multa dissimulat, III, 319, 2 : *Filii vero Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste ? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera : ille vero* (Saül) *dissimulabat se audire.* Iram in animo refrænat, V, 361, 2. Eam in corde premit, ne foras prorumpat, *ibid.* Putat satius iram condonare, quam ulcisci, 362, 1. Declinat litem cum stulto, VI, 398, 2 : *Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.* Spiritum iræ reprimit et reservat, V, 400, 1. Sapientes soli sunt tolerantes, XX, 33, 1. Sapiens sedat iratos, etiam reges, V, 498, 1 : *Indignatio regis, nuntii mortis : et vir sapiens placabit eam.* Rixas a stulto excitatas sopit, VI, 310, 2 : *Judicium determinat causas : et qui imponit stulto silentium, iras mitigat.*

Undecimo. *Sapiens est fortis, patiens magnanimus.* Sapiens qui cupit esse, paret se ut rideatur, IV, 370, 1 : *Cum irent omnes ad vitulos aureos quos Jeroboam fecerat rex Israel; hic* (Tobias) *solus fugiebat consortia omnium, sed pergebat in Jerusalem ad templum Domini, et ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiva sua, et decimas suas fideliter offerens.* Sapiens est fortis, et quibus in rebus, VI, 219, 1 : *Vir sapiens fortis est : et vir doctus, robustus et validus.* Est impavidus, IX, 586, 1, 2 : *Cogitatus sensati in omni tempore, metu non depravabitur;* 588, 1, 2 : *Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, sic et qui in præceptis Dei permanet semper.* Sapiens vano hominum terrore non movetur, nec terretur, XII, 524, 1, 2 : *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem, et ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas a facie eorum.* Nullis movetur terroribus, V, 536, 1. Nihil timet nisi Deum, IX, 588, 2. In adversis est constans, VI, 355, 2. Dolores patienter sustinet, V, 572, 2 : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Est patiens, VI, 11, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Est magnanimus, 13, 1. Omnem injuriam despicit, 13, 2; 14, 1, 2. Sapiens rebus gaudet adversis, VII, 244, 1. Cur prospera et adversas contemnat, 300, 2. Ejus cor sapientia roboratur, 272, 1. Sapiens est securus, cur, VIII, 406, 2 : *Cogitare ergo de illa* (sapientia), *sensus est consummatus : et qui vigilaverit propter illam, cito securus erit.* Turbatur aliquando calumniis, VII, 248, 1 : *Calumnia conturbat sapientem, et perdet robur cordis illius.* Ejus dolor a calumnia oritur, 247, 2 et seq.

Duodecimo. *Sapiens quomodo se erga divitias habeat.* Sapientes utuntur divitiis quasi domini earum, V, 429, 2 et seq. : *Corona sapientium, divitiæ eorum : fatuitas stultorum imprudentia.* Iis sapientiores et sanctiores fiunt, 430, 1. Opes in eleemosynas dispertiunt, 429, 2. Sapientis pauperis et avari stulti antithesis, VII, 229, 1 : *Quid habet amplius sapiens a stulto : et quid pauper, nisi ut pergat illuc ubi est vita ?* Sapientis pauperis vita qualis, *ibid.*, 2 et seq. Sapientes quid ament, et cur sint pauperes, 327, 1, 2 : *Civitas parva, et pauci in ea viri : venit contra eam rex magnus, et vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, et perfecta est obsidio. Inventusque est in ea vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.*

Decimo tertio. *Sapientis zelus in sapientia communicanda ;* V, 442, 1 : *In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudiet.* Imitari debet seminantes, 452, 2 : *Labia sapientium disseminabunt scientiam.* Propterea nihil ex sapientia perdere debet, sed eamdem adauget, 442, 1. Tradit vitæ præcepta, 389, 1, 2 : *Lex sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis.* Docendo alios, nomen prudentis obtinet, 505, 1 : *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.* Sapiens creatur doctor, IX, 439, 1 : *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus.* Sapientes sibi sapiunt, et aliis sua sapientia prosunt, X, 262, 2. Sapientes sapientia dant consilia, IV, 287, 1 : *Consilium semper a sapiente perquire.* Sapiens unus eminens cæteros sapientes cohonestat, V, 430, 1. Solidum dat consilium, quia ipse firmus et inconcussus est, IX, 586, 1, 2. Sapiens et se et alios docet, X, 261, 1 : *Vir peritus multos erudivit, et animæ suæ suavis est.* Sapientes docent quæ didicerint, 565, 1 : *Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam ; et in ipsa laudabo eum.* Sapiens cor prius imbuat sapientia quam eam aliis verbo et exemplis doceat, V, 506, 2 : *Fons vitæ eruditio possidentis : doctrina stultorum fatuitas.* Si Scripturæ studeat, X, 299, 2 : *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in Prophetis vacabit.* Discat, indaget, intelligat priscorum parabolas, 300, 2 : *Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur.* Alios sapientes audiat, et ubi, 301, 2 ; 302, 1 : *In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit.* Per varias gentes peregrinetur, 301, 2 et seq. : *In terram alienigenarum gentium pertransiet; bona enim et mala in hominibus tentabit.* Sapientium increpationes quales sint,

VII, 247, 1. Sapientis correctio est quasi sal, 245, 2 : *Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.* Quo vultu amicum et proximum arguere debeat, *ibid.* Sapientes in dubiis consulendi, IX, 275, 1 ; X, 255, 2 : *Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei : cujus anima est secundum animam tuam, et qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.* Cum iis versari utile est, X, 513, 2. Sunt tractandi, ut sapientiam suam aliis affricent, 255, 2.

Decimo quarto. *Sapiens tam se|quam alios regere poterit,* V, 278, 2 et seq. Sapientium est regere, 341, 2 et seq. Soli sapientes deberent regere, IX, 155, 2 : *Qui audit illam* (sapientiam), *judicabit Gentes, et qui intuetur illam, permanebit confidenter.* Sapiens, etiamsi servus, dignus est qui alios regat, IX, 321, 1 : *Servo sensato liberi servient, et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur.* Sapientes eliguntur ad reipublicæ gubernacula, V, 212, 1 ; VI, 221, 2. Sapiens tumultus reipublicæ sua prudentia sedat, VI, 397, 2 et seq. : *Homines pestilentes dissipant civitatem ; sapientes vero avertunt furorem.* Sapiens sit oportet qui honores ambit, IX, 223, 1 : *Non te justifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est, et penes regem noli velle videri sapiens.* Sapiens mavult privatam quam publicam vitam agere, 155, 2.

3° *Sapiens est beatus,* XI, 257, 2. Sapiens solus liber est, etiamsi serviat, V, 522, 2 : *Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet ;* IX, 171, 1 ; 321, 1, 2 ; 322, 1. Sapientes sunt filii Dei, IX, 52, 2. Si habet sapientiam, habet Deum, estque beatus, X, 567, 2 : *Videte oculis vestris quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.* Quomodo ejus sint omnia, V, 526, 2. Facile potest ditescere, VI, 63, 2 : *Est aurum et multitudo gemmarum ; vas autem pretiosum labia scientiæ.* Dotes habet gemmarum, *ibid.* Sua prudentia et providentia comparet sibi quidquid ad usum familiæ requiritur, 117, 1, 2 : *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi : et imprudens homo dissipabit illud.* In perenni est pace et gaudio, ac spe beatitudinis, 567, 2. Sapiens est princeps sui æque ac mundi, IX, 440, 1. Sapiens a sapientia stolam gloriæ accipit, *ibid.* Sapientium honor est solidus, sunt instar piperis, X, 262, 2. Sapiens laudatur ab omnibus, 263, 1 : *Vir sapiens implebitur benedictionibus ; et videntes illum laudabunt ;* 305, 2 : *Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur.* Si sit contemptus, res deploranda est, X, 16, 2 : *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit. Vir bellator deficiens per inopiam ; et vir sensatus contemptus.* Sapienti honor est deferendus, 269, 1. Sapientis memoria etiam perennis est 264, 2 : *Sapiens in populo hæreditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum.* Ejus fama etiam usque ad infideles se extendit, 306, 1, 2 : *Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt Gentes, et laudem ejus enuntiabit Ecclesia.*

4° *Varia de sapientibus priscis.* Sapientes prisci homines a vitiis ad virtutem traducere scribendo conati sunt, IX, 5, 2. Sua dogmata tradebant per symbola et ænigmata, 209, 1, 2. Veterum sapientium dotes propriæ cuique, 299, 2. Sapientes Ægyptii circumcidebantur, XVIII, 604, 1. Olim sapientes sibi invicem in conviviis quæstiones proponebant, VI, 166, 2.

5° *Sapientes hujus mundi.* Cur sapientes hujus mundi appellentur parvuli, V, 423, 2 : *Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astuti scientiam.* Sapientes hujus mundi aliquando inimicorum nomine significantur, *Psalm.* I, 44, 1, 2 : *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.* Sapientes superbi sunt aquilæ, XIV, 8, 1 : *Si exaltatus fueris ut aquila, etsi inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Sapientes mundani sæpe impingunt, *Job,* 373, 2 : *Cor eorum longe fecisti a disciplina ; propterea non exaltabuntur.* Eorum vanitas et stultitia, XVIII, 51, 2 : *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum.* Sapientes quomodo in astutia sua a Deo comprehendantur, 275, 1 : *Scriptum est enim : Comprehendam sapientes in astutia eorum.* Sapientes pauci a Christo vocati, 257, 1 : *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.* Sapientes hujus mundi fiant stulti apud Deum, 274, 2 : *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens.*

SAPIENTIA. I. Sapientia Dei increata. — Sapientia Dei duplex est, essentialis et personalis, IX, 49, 2.

1° *Sapientia increata essentialis.* Sapientia increata essentialis, possessa et creata est a Deo ab æterno, V, 221, 2 ; VI, 129, 2. Sapientia essentialis non est proprie a Deo producta, nec genita, cum sit unum idemque cum Deo, IX, 62, 2 et seq. Ejus radicem nemo hominum aut angelorum cognoscit, VI, 424, 1, 2 : *Quod nomen est ejus, et quod nomen Filii ejus, si nosti ?* IX, 53, 2 : *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigavit ?* 60, 2 : *Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit ?* A solo Deo noscitur, perspicitur, dinumeratur, 64, 1 ; IX, 62, 2 : *Et vidit, et dinumeravit, et mensus est.* Quomodo sit ab æterno sapientia increata, tam essentialis quam notionalis vel genita, IX, 55, 1 ; 57, 1. Quomodo utraque dicatur creata, 57, 1, 2 : *Prior omnium creata est*

sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo. Semper in Deo extitit, V, 220, 2 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Eam Deus habuit ab æterno, et per illam fecit omnia, 221, 2. Ordinat in Deo omnia ejus attributa, et omnes personarum processiones, 228, 1 : *Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret*, 231, 2. Deus magis gaudet suis attributis quam creaturis, 239, 1. Sapientia ordinat etiam omnia Dei decreta et rerum faciendarum ideas, 228, 1 ; 229, 1 ; IX, 57, 1. Omnis actus sapientiæ in Deo est substantialis, IX, 55, 1, 2. Sapientia est Dei possessio, 56, 1. Sapientia Dei tanta est, quanta ejus potentia, X, 424, 2.

2° *Sapientia increata notionalis et personalis.* Sapientia increata notionalis et personalis est Filius Dei : hanc possedit Deus ab æterno per generationem, et per eam creavit omnia, V, 222, 1 ; 231, 1. Ea est ordinatissima, 228, 1 ; 238, 1. Lusit ab æterna apud Patrem, 238, 2 : *Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.* Sapientia increata personalis est Christus qua Deus ; qua homo, incarnata, IX, 617, 1. Prodiit ex ore Altissimi ab æterno, 619, 1, 2 : *Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam.* Quomodo sapientia notionalis primogenita sit ante omnem creaturam, *ibid.*, 2. Quomodo Deus sapientiam peperisse dicatur, V, 231, 2 : *Ante colles ego parturiebar.* Est conceptus mentis divinæ, IX, 628, 1 : *Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium ; et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Ab æterno ante omnia sæcula creata est, *ibid.*, 2 : *Ab initio et ante sæcula creata sum.* Ipsa est divina et Deus, 629, 1, Est omnis vicissitudinis expers, *ibid.* Manat a Patre, eique per omnia par est, 661, 2 : *A mari enim abundavit cogitatio ejus, et consilium illius ab abysso magna.* Est principium quadrupliciter, 629, 1. Deum exstimulavit ad res in tempore creandas, V, 234, 2 et seq. Ejus opera sunt ardua, *ibid.* Ejus stabilitas, 233, 2. Produxit cœlos et abyssos cœlestes, 233, 2 et seq. : *Quando præparabat cœlos, aderam, quando certa lege et gyro vallabat abyssos.* Creavit et firmavit terram et cœlos, V, 92, 2 : *Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit cœlos prudentia.* Est causa lucis, et ipsa lux, IX, 620, 1, 2 : *Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens.* Quomodo terram ut nebula operiat, 621, 2 et seq. : *Et sicut nebula texi omnem terram.* Delectatur intuitu rerum creatarum per singulos dies, V, 238, 2. Lusit quadrupliciter in creaturis, 239, 2. In quibus is lusus consistat, *ibid.* Ejus deliciæ esse cum filiis hominum, 240, 1, 2. Ejus dotes et elogia varia, IX, 624, 2. Res creatas gubernat, alit, et quamque ad finem suum dirigit velut œconoma vel artifex, V, 238, 2 : *Cum eo eram cuncta componens.* Elementis suum dedit ordinem 228, 2. Sapientiæ officium et legatio in terras ad homines erudiendos, IX, 625, 1. Deo est intima et familiaris est, 626, 2. Misit radices in Israel, 628, 1 : *Et dixit mihi : In Jacob inhabita, et in Israel hæreditare, et in electis meis mitte radices.* Est Dei sacerdos, 629, 2 : *Et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.* In Sion firmiter requievit, 630, 1 : *Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea.* Sapientia increata, id est Deus, quomodo ad homines prædicet, V, 44, 2 : *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua.* Cur arboribus præstantissimis se comparet, cur cedro, IX, 632, 1 et seq. : *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion.* Est ipsa velut flumen, 661, 2 : *Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio, ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæ ductus exivi de paradiso* (*Vide* Deus, Jesus Christus).

3° *Sapientia practica in Deo.* Sapientia in Deo quotuplex sit, VII, 110, 2. Practica sapientia in Deo duplex est, physica et moralis, IX, 51, 1. Sapientia Dei relucet in sceleratis puniendis, *Job*, 221, 1 : *Sapiens corde est, et fortis robore ; quis restitit ei, et pacem habuit ? Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo.* Sapientia Dei per equos varios denotatur, XIV, 429, 1. Sapientia Dei quo sensu justa declarata est a filiis suis, XV, 289, 2. et seqq. *Venit enim Joannes, neque manducans, neque bibens ; et dicunt : Dæmonium habet. Venit Filius hominis, manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis.* Quo sensu sapientia Dei obscura, varia, prudens, stulta, XVIII, 614, 1 : *Ut innotescat principatibus, et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.* Sapientia in mysterio est Christus crucifixus, *Job*, 562, 1. Sapientiam Dei Paulus revelatione divina scivit, XVIII, 263, 1 : *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam nemo principum hujus sæculi cognovit :..... nobis autem revelabit Deus per Spiritum suum.*

II. Sapientia creata et participata. — 1° *Sapientiæ definitio et natura.* Vox *sapientia* unde dicatur ; dicitur a *sapore*, quasi sapida scientia, IX, 208, 2 : *Sapientiæ enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta.* Quomodo latine, græce et hebraice vocetur, 208, 2 ; 209, 1, 2. Quomodo secundum nomen suum si abscondita et laboriosa, 208, 2 et seq. ; 210, 2. Variæ sapientiæ definitiones, 431, 1. Sapientia et scientia quomodo differant et distinguantur, 678, 1 : *Quam magnus qui invenit sapientiam ! sed non est super timentes Dominum ;* XVIII, 373, 1 : *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ*

secundum eumdem Spiritum. Sapientia quomodo a disciplina distinguatur, V, 19, 1 : *Parabolæ Salomonis filii David, regis Israel. Ad sciendam sapientiam, et disciplinam.* Quid ipsa propria sit, *ibid.* In libris sapientialibus pro doctrina morum capitur, *ibid.*, 2. In *Ecclesiastico* et *Proverbiis* accipitur maxime pro practica ethica sanctorum, IX, 39, 1. Hinc variis nominibus appellatur, 39, 1 ; 57, 1. Diversis nominibus appellatur a Salomone in *Proverbiis*, V, 57, 2 : *Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te, ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam* ; 61, 1 : *Quia Dominus dat sapientiam, ex ore ejus prudentia et scientia* ; 269, 2 : *Principium sapientiæ, timor Domini : et scientia sanctorum prudentia.* Nunc vocatur intellectus, nunc consilium, nunc judicium, IX, 673, 1 : *Quam speciosa veteranis sapientia, et gloriosis intellectus et consilium !*

Sapientia vera quid sit, quid possit, et in quo sita sit, VII, 79, 1, 2 ; 183, 2 ; XX, 30, 2 ; 63, 1 ; 164, 1 ; XXI, 248, 2. Sapientia non est aliud quam cognitio Dei et ultimi finis ac mediorum ad eum assequendum, XX, 30, 2. Vera sapientia est Dei suique cognitio, 63, 1. Sapientia vera et falsa quæ sit, IX, 568, 1 : *Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem sapientia quæ abundat in malo : et non est sensus ubi est amaritudo,* XX, 164, 1. Sapientiæ veræ et falsæ antitheses novem, *ibid.* Cur sapientia vera dicatur cœlestis, *ibid.* Sapientia sita est in timore et amore Dei, IX, 67, 2 : *Dilectio Dei, honorabilis sapientia.* Sapientiæ initium est timor Dei, 69, 1 et seq. ; 70, 2 : *Initium sapientiæ timor Domini.* Sapientia vera est timor Dei, 74, 2 ; 77, 1 : *Timor Domini, scientiæ religiositas. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.* Vera sapientia sita est in lege Dei, ejusque custodia, 83, 1, 2 : *Fili, concupiscens sapientiam, conserva justitiam ; et Deus præbebit illam tibi ;* XII, 441, 1 : *Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus : ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum et pax.* Sapientia, timor Dei, observatio mandatorum, valde inter se connexa sunt, IX, 84, 2. Quem inter se ordinem habeant, *ibid.* Hæc sæpe pro eodem sumuntur, *ibid.*, 2. Sapientiæ spiritus et ejus natura, 653, 1. Sapientia est scientia rerum sanctarum, V, 260, 2. Sapientia creata multiplex, IX, 50, 2 et seq. Quo sensu a Salomone tripliciter descripta sit, VI, 165, 1, 2 : *Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus et scientia.* Sapientia practica quid sit, ejusque usus, IX, 51, 1. Sapientia ad voluntatem se extendit, estque practica, 430, 2. Sapientia practica, et prudentia et intellectus cur ita dicantur, XII, 439, 2. Item alia ejus nomina, *ibid.* Sapientia practica est timor Dei et cultus, 441, 1. Sapientia perfecta duo requirit, cognitionem et amorem Dei, *Psalm.* II, 261, 2 : *Sanctum et terribile nomen ejus, initium sapientiæ timor Domini.* Sapientia et sanctitas quam apte conjungantur, XXI, 223, 2. Sapientia est filia memoriæ, I, 12, 1. Est nobis congenita, V, 186, 1. Est nobis soror, *ibid.* : *Dic sapientiæ : Soror mea es, et prudentiam voca amicam tuam.* In corde eam esse putarunt philosophi, X, 564, 2 : *Animam meam direxi ad illam, et in agnitione inveni eam ; possedi cum ipsa cor ab initio : propterea non derelinquar.* In corde habet domicilium, *Job,* 555, 1 ; 726, 2 : *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam ? Vel quis dedit gallo intelligentiam ?* Sapientia in Salomone manens, quæ et quomodo sit accipienda, VII, 105, 2 et seq : *Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem ; sapientia quoque perseveravit mecum.* Hæc in eo non stetit, 106, 1. In sapientia morari quid sit, IX, 428, 1, 2 : *Beatus vir qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei.*

2° *Sapientiæ fons et principium.* Ejus origo et antiquitas, IX, 1, 2. Ejus creatio ab æterno fuit a Deo prædestinata, 56, 2 : *Prior omnium creata est sapientia, et intellectus prudentiæ ab ævo.* Ejus fons est Verbum Dei, 58, 1 ; 59, 1 : *Fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis.* Creata est in Spiritu sancto, 62, 2 ; 63, 1 ; 2 : *Ipse* (Deus) *creavit illam in Spiritu sancto.* Sapientia solius Dei est, XVIII, 245, 1 : *Ei autem qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum..... soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honos et gloria in sæcula sæculorum.* Sapientia creata et participata a Deo est ab æterno creata, id est creari decreta et possessa, X, 223, 2 : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Veræ sapientiæ fœtus desursum est, *Job,* 555, 1 : *Excelsa et eminentia non memorabuntur comparatione ejus : trahitur autem sapientia de occultis.* Hæc tota derivatur a sapientia divina et cœlo, IV, 663, 1 : *Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio : ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæductus exivi de paradiso,* X, 557, 2 ; 558, 1. Sapientiam omnes angeli et homines a Deo participant, XX, 688, 2. Eam Deus in tempore angelis et hominibus communicavit, quin et cœlis elementis, plantis et reliquis creaturis indidit, IX, 64, 1, 2 : *Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et præbuit illam diligentibus se.* A Deo homini primum creato est indita, 1, 1. Sed diaboli opera in homine offuscatur, 1, 2. Sapientia non nisi apud Deum invenitur, XII, 441, 2. Sapientiam solus Deus docet, *Job,* 554, 1 ; 556, 2 : *Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum ejus.* Quot modis ad homines sapientia manet, IX, 663, 1. Sapientiæ locus, fons et iter est a creaturis ad Creatorem ascendere, XII, 442, 2. Sapientia provenit ex Dei revelatione, insuper requiritur interna Dei illuminatio, V, 60, 2 : *Dominus dat sa-*

pientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia. (*Vide* infra *Media ad sapientiam acquirendam*).

3° *Sapientiæ dignitas, excellentia, pretium.* Sapientiæ excellentia et præstantia, VII, 183, 2; IX, 3, 1; 211, 1. Est donum Dei, V, 60, 2. Quantum Dei donum, III, 560, 2; 561, 1 : *Et dixit Dominus Salomoni : Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit.* Quæ sapientiæ forma et pulchritudo, V, 552, 1 : *In facie prudentis lucet sapientia ; oculi stultorum in finibus terræ;* VIII, 465, 1 : *Hanc amavi et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius,* IX, 634, 2. Ejus amplitudo et regimen, 3, 2. Est excelsa, VI, 222, 1 : *Excelsa est stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.* Est altissima, rectissima et solida, IX, 633, 1 : *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion.* Est virtus regalis, *Job,* 341, 2. Ipsa est complementum omnium virtutum, XX, 169, 1 : *Fructus autem justitiæ* (id est sapientiæ practicæ) *in pace seminatur, facientibus pacem.* Est sacerdos Dei quodammodo, V, 228, 1; IX, 74, 1 : *Timor Domini, scientiæ religiositas.* Ejus mensa et victimæ, V, 250, 1 : *Immolavit* (sapientia) *victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam.*

Sapientia est velut thesaurus, V, 49, 1 : *Si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam. Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.* Illius thesaurus infinitus, *Job,* 553, 2 : *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* Ejus negotiatio quam sit præclara, V, 85, 2 et seq. : *Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus.* Quam sit pretiosa, *ibid.* Sapientiæ fructus pretiosissimus, *Job,* 552, 2. Pretium ejus inæstimabile, 551, 1 : *Nescit homo pretium suum, nec invenitur in terra suaviter viventium,* 553, 2; 555, 1. Est velut adamas, V, 86, 2 : *Pretiosior est cunctis opibus ; et omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Ipsa cum divitiis quomodo utilior, VII, 255, 1, 2 : *Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest videntibus solem.* Sapientia cum divitiis mystica quid sit, 256, 1.

Sapientia corporis fortitudinem vincit, VI, 118, 2 : *Civitatem fortium ascendit sapiens, et destruxit robur fiduciæ ejus.* Robore præstat, VII, 328, 1 : *Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine : quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verbo ejus non sunt audita?* Sapientia mediocris cum firma sanctitate præstat magnæ sapientiæ cum infirma, X, 96, 2 : *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento ; et corpus validum, quam census immensus.*

Sapientia viret jugiter et suavissime flagrat, IX, 633, 2. Est phœnix longævitate, 636, 1 : *Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho.* Æterna est et sui cultores æternat, *ibid.* Ejus memoria quomodo sit æterna, 635, 1; 653, 1 : *Memoria mea in generationes sæculorum.* Sapientiæ veræ et falsæ quoad durationem discrimen, X, 306, 1 : *Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem.* Ejus viæ sunt pulchræ, V, 90, 1 : *Viæ ejus, viæ pulchræ, et omnes semitæ illus pacificæ.* Ejus odor sive fama et celebritas, IX, 633, 1, 2 et seq. Ejus sextuplex encomium, 1, 2. Novem elogia ejus, 49, 1.

4° *Sapientiæ dotes et membra,* V, 89, 2. Sapientiæ et sapientis dos quæ, VII, 282, 2. Ejus comites variæ, V, 211, 1, 2 : *Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.*

Primo. *Sapientiæ documenta et indicia varia,* I, 647, 2. Sapientiæ objecta et dictamina quæ sint, IX, 51, 1. Ejus dictamina ab æterno in Dei mente ordinata sunt, X, 229, 1. Ea ab æterno fuere elicita et dictata a mente Dei, ac decreta ut in tempore creaturis communicarentur, IX, 56, 2. Ei soli competit officium laudandi sua dogmata, IX, 444, 1 : *Quoniam a Deo profecta est sapientia : sapientia enim Dei astabit laus, et in ore fideli abundabit, et Dominator dabit eam illi.* In sapientia est omnis veritas, gratia et virtus, 650, 2 : *In me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis.* Sapientia est inventrix operum Dei, VIII, 469, 1 : *Doctrix est enim disciplinæ Dei et electrix operum illius.* Ejus profunditas, VII 273, 1 : *Cuncta tentavi in sapientia. Dixi : Sapiens efficiar : et ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat : et alta profunditas, quis inveniet eam?* Omnes in se continet spiritus, VIII, 447, 2 : *Est enim in illa spiritus..... qui capiat omnes spiritus : intelligibilis, mundus, subtilis.* Est lumen animæ, XX, 64, 2. Dat suis scientiam et intellectum prudentiæ, IX, 78, 2 : *Scientiam et intellectum prudentiæ sapientia compartietur.* Sapientia suos facit doctores et est velut uxor eorum, 439, 1, 2 : *In medio Ecclesiæ aperiet os ejus, et adimplebit eum spiritu sapientiæ et intellectus.* Non abundat verborum copia, 634, 2. Quas fenestras habeat per quas eam ejus sectator videat, 429, 1, 2 : *Qui respicit per fenestras illius, et in januis illius audiens.* Quomodo is tabernaculum juxta domum ejus figere dicatur, 430, 1, 2 : *Qui requiescit juxta domum illius, et in parietibus illius figens palum, statuet casulam suam ad manus illius, et re-*

quiescent in casula illius bona per ævum. Sapientia docet hominem mortis memoriam, 635, 1. Sapientia habitat in consilio, V, 207, 2 et seq. : *Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus;* X, 160, 1, 2 : *Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non pœnitebit.* Sapientia sequitur industriam, VII, 342, 2 et seq. : *Si retusum fuerit ferrum, et hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit multo labore, exacuitur, et sic post industriam sequetur sapientia.*

Secundo. *Sapientia modesta est et humilis.* Est modesta, suadibilis, bonis consentien, XX, 166, 2 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis.* Sapientia in vultu elucet, VII, 283, 2 : *Sapientia hominis lucet in vultu ejus.* Sapientia vera seipsam ignorat, V, 79, 1 : *Ne sis sapiens apud temetipsum : timo Deum, et recede a malo.* Est in corde abscondenda velut cimelium, 57, 2 : *Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderit penes te, ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* In sapientia non est gloriandum, cur, XII, 85, 2 : *Hæc dicit Dominus : Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis.* Sapientia quomodo gloriatus sit Daniel, XII, 20, 1 : *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plusquam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est; sed ut interpretatio regi manifesta fieret, et cogitationes mentis tuæ scires.* Sapientiæ arrogantis periculum, XVIII, 194, 2 : *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc (ut non sitis vobis ipsis sapientes), quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.* Sapientia gloriabantur Phœnices et Sidonii, XIV, 453, 1.

Tertio. *Sapientia est pacifica et mansueta.* Est pacifica ob varias causas, XX, 166, 2. Est plena misericordiæ, 168, 1. Sita est in patientia, 31, 2. Docet clementiam, VI, 519, 2 et seq. : *Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus.*

Quarto. *Sapientia est castitatis soror,* V, 186, 1 : *Dic sapientiæ : Soror mea es ; et prudentiam voca amicam tuam.* Est uxor cœlibum, X, 245, 1. Quomodo hæc uxoris bonæ partes suppleat, *ibid.* Sapientia vera pudica est, XX, 164, 1. Ejus parens et comes castitas, XVIII, 320, 2 ; XX, 165, 1. Requirit cor purum, XX, 166, 2. Veræ sapientiæ intendere nequit conjugatus, XVIII, 320, 1. Sapientia ex diametro libidini repugnat, V, 186, 1. Sapientia non reperitur in terra, *Job,* 550, 2 ; 554, 1 ; 555, 1. Nec in mari voluptuoso, nec in molli vita, 551, 1 ; 552, 1 : *Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Abyssus dicit : Non est in me ; et mare loquitur : Non est mecum.*

Quinto. *Sapientia sapit quæ Dei sunt,* Job, 555, 1. Sapientia summa est ampleeti quæ stulta sunt mundo, XVI, 247, 2.

Sexto. Sapientia sua communicat, VIII, 430, 1 : *Quam* (sapientiam) *sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo.* Ea non est aliis invidenda, V, 505, 2 : *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens : et qui dulcis eloquio, majora percipiet.* Est etiam aliis effundenda, 506, 2 : *Fons vitæ eruditio possidentis : doctrina stultorum fatuitas.* Sapientia evulgatur, IX, 560, 2 ; *Melior est homo qui celat insipientiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam.* Sapientia communicata aliis magis excrescit, V, 336, 2 : *Anima, quæ benedicit, impinguabitur : et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Quo magis in alios a sapiente depromitur, eo magis in eo crescit, 506, 1, 2 ; VI, 388, 2 : *Qui dat pauperi, non indigebit : qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Ejus interpretes vitam æternam habebunt, IX, 657, 2 : *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.*

5° *Sapientiæ necessitas, et quibus præsertim competat.* Sapientia maxime necessaria est, *Job,* 554, 2. Cur homini nunc magis necessaria quam ante, IX, 1, 2. Sapientia homini competit, *Job,* 726, 1. Sapientia senes decet, VI, 31, 1, 2 : *Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis;* 86, 2 : *Exultatio juvenum, fortitudo eorum : et dignitas senum, canities.* Est ornamentum et decus senectutis, IX, 206, 1 : *Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam.* Sapientia decet principes, 293, 2 ; 294, 1 : *Judex sapiens judicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit.* Sapientia et prudentia in principe maxime requiruntur, XI, 430, 1, 2 : *Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps : neque fraudulentus appellabitur major.* Sapientia politica ad regimen principibus necessaria, 664, 2 : *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam : omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam : omnes in viam suam declinaverunt.* Sapientia optima reipublicæ tutrix, *Job,* 341, 2. Sapientia et justitia imperia firmant et prolongant, VI, 364, 1 : *Propter hominis sapientiam, et horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.* Sapientia perfectis competit, V, 19, 2. Est ei a pueritia vacandum, IX, 206, 1. Ea est in juventute addiscenda, 672, 1, 2 : *Quæ in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?* Est vena sanguinis parvulis aperienda, 652, 2 : *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini.* Sapientia juvenum et pauperum quo præstet, VII, 184, 1 : *Melior est puer pauper et sapiens rege sene et stulto, qui nescit prævidere in posterum.*

Sapientia est arripienda, V, 110, 1 : *Arripe illam, et exaltabit te : Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Est ut sponsa amplectenda, 186, 1.

Primum est discenda quam docenda, 85, 1 : *Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia.* Ea tota perdiscenda, 57, 2. A doctore discenda, 109, 2 : *Principium sapientiæ, posside sapientiam; et in omni possessione tua, acquire prudentiam.* Sine doctore constructa, multis erroribus depressa tabescit, V, 541, 2 : *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam : et qui evitat discere, incidet in mala.* Ejus doctores et discipuli, IX, 4, 1, 2. Melius ab antiquis quam a novis doctoribus addiscitur, 287, 1. *Vinum novum, amicus novus, veterascet, et cum suavitate bibes illud.* Ejus studio deditorum exempla, I, 647, 1 ; 651, 2. De ea ejusque studio encomia varia et laudes, 646, 2 et seq.

6° *Sapientiæ effectus et fructus varii.* Primo. *Sapientiæ effectus generaliter sumpti.* Ejus effectus sex, ii probantur exemplis variis, XII, 440, 1, 2: *Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum, et pax.* Alii ejusdem effectus, VII, 183, 2. Quæ bona ab ea ejus sectator consequatur, IX, 430, 2 : *Statuet casulam suam ad manus, et requiescent in casula illius bona per ævum.* Ejus utilitas, *ibid.* Ejus fructus externi et interni, V, 218, 2 : *Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso, et genimina mea argento electo;* IX, 2, 2 ; 3, 1 ; 76, 2 : *Omnem domum illius implebit* (sapientia) *a generationibus, et receptacula a thesauris illius;* 207, 1 : *In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius ;* 213, 2 : *In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem;* X, 304, 2 ; 305, 2, et seq. : *Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum ; et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ..... Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur.* Ejus fructus sunt nobilissimi, atque hi sunt quatuor, IX, 648, 1, 2 ; 649, 1, 2 : *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.* Ejus fructus dulcissimus est, 633, 2. Quanta ejus dulcedo, 653, 2 : *Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum ; memoria mea in generationes sæculorum.* Cur vocetur cibus et potus, 655, 1 : *Qui edunt me, adhuc esurient ; et qui bibunt me, adhuc sitient.* Non satiat ea fruentem, *ibid.* et 2. Ejus fructus tamen appetitum satiat, 651, 2. Ejus pastio quam sit perfecta, IX, 437, 1 : *Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Quæ ejus hæreditas, 653, 2.

Secundo. *Sapientia est prima est maxima felicitas,* IX, 299, 2 : *In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet hominem suum.* In ea sita est beatitudo, X, 548, 2 : *Beatus, qui in istis versatur bonis : qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.* Sola tranquillitatem præstat, VI, 55, 1.

Tertio *Sapientia cultores suos præservat ne in peccatum cadant,* V, 61, 2 : *Custodiet rectorum salutem, proteget gradientes simpliciter.* Ejus cultor non confundetur in operibus suis, nec peccabit, IX, 657, 1 : *Qui audit me, non confundetur : et qui operantur in me, non peccabunt.* Quænam sint ejus compedes, IX, 211, 2 : *Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum.* Facit hominem moderatum, non libertinum, *ibid.* Sua disciplina omnia hominis membra, sensus et actiones constringit, 212, 1 : *Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis illius.* Sapientia omnes animæ morbos curat vel lenit, 634, 1. Animum condit ad instar salis, XV, 153, 1. Fugat adulatores, 635, 2.

Quarto. *Sapientia reddit fortes ad quælibet ardua conficienda et sustinenda,* VI, 218, 2: *Vir sapiens, fortis est; et vir doctus, robustus et validus.* Sapientiæ fidelitas et fortitudo, IX, 73, 2. Dilatat animam, V, 575, 2 et seq. Qui sapientia pascitur, per eam fiet possessor cordis, et diligit animam suam, VI, 9, 1, 2 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit : qui autem possessor est mentis, diligit animam suam; et custos prudentiæ inveniet bona.* Facit hominem iræ potentem et patientem, 11, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur : et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Omnia aspera dulcorat. 231, 2. Suas asseclas athletas fortes facit, IX, 635, 1, 2. Robur nobis dat, VIII, 270, 1 : *Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis.* Sapientia Abrahamum roboravit, 503, 1 : *Hæc et in consensu nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit justum, et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit.* Ambulat cum suis in tentatione, IX, 157, 1, 2 : *Si crediderit ei, hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius. Quoniam in tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum.* Suos in bono confirmat et exaltat, 438, 1 ; 439, 1 : *Et firmabitur in illo, et non flectetur, et continebit illum, et non confundetur; et exaltabit illum apud proximos suos.* Cur auxilietur sapienti, VIII, 270, 1. Sapientiæ generositas, 466, 1 : *Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei.*

Quinto. *Sapientia prudentiam parit, et dirigit os sapientis, ut sapienter loquatur et agat;* V, 303, 1 : *Quasi per risum stultus operatur scelus : sapientia autem est viro prudentia ;* 507, 1, 2 : *Cor sapientis erudiet os ejus, et labiis reddet gratiam.* Tria ejus officia, VIII, 492, 1, 2 : *Scit enim illa omnia et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia.* Est propria possessio sapientis, est ei in pretio, nec a quopiam ei invito potest auferri, 575, 1 : *Cor prudens possidebit sapientiam ; et auris sapientium quærit doctrinam.* Eam sectans, sapientibus se adjungit,

557, 1, 2. Laboranti collaborat sapientia, VIII, 492, 1 : *Mitte illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te.* Reges illuminat et dirigit, V, 212, 1 : *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.* Ejus ductum sequens, tutus incedet in operibus suis, VI, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.*

Sexto. *Sapientia suis affert gratiarum plenitudinem;* IX, 76, 1 : *Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius.* Sapientia est instar fontis, V, 141, 2 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Ecclesiam semper sapientiæ et gratiæ aquis irrigat, IX, 664, 1. *Dixi: Rigabo hortum meum plantationum, et inebriabo prati mei fructum,* Quomodo sese per ejus angulos diffuderit, *ibid.* Se etiam ad remotissimas gentes extendit, 665, 2 : *Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare. Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum.* Quomodo dormientes et defunctos visitet, *ibid.* : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.* Amantes sui amat, spernentes spernit, V, 73, 2. Colentes se colit, 26, 2 : *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris : si autem illusor, solus portabis malum.* Fideles et cultores suos assidue fovet, IX, 73, 1 : *Cum electis feminis graditur, et cum justis et fidelibus agnoscitur.* Suis cultoribus blanditur velut mater et sponsa, IX, 434, 1 et seq. : *Qui timet Deum, faciet bona : et qui continens est justitiæ, apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum.* Suis clientibus dat cumulos gratiarum, et adversus quælibet mala tuetur, V, 110, 2 : *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.* Quomodo det gratiam faucibus, 94, 1 : *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis : custodi legem atque consilium.* Qui ejus thesauri spirituales, IX, 80, 1 : *In thesauris sapientiæ intellectus, et scientiæ religiositas : execratio autem peccatoribus sapientia.* Suos cultores facit quasi sacerdotes mysticos, IX, 154, 1 : *Qui serviunt ei, obsequentes erunt sancto, et eos, qui diligunt illam, diligit idem.* Et reges, 156, 1 : *Qui audit illam, judicabit Gentes;* 215, 1 : *Decor enim vitæ est in illa, et vincula ejus alligatura salutaris.* Ei servire regnare est, 154, 2. Discipulos suos facit gloriosos, 78, 2 : *Scientiam, et intellectum prudentiæ sapientia compartietur : et gloriam tenentium se exaltat.* Suis dat gloriæ stolam, 440, 1 : *Adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Ornat sapientes quasi aureus annulus, 572, 2 : *Ornamentum aureum prudenti doctrina, et quasi brachiale in brachio dextro.* Dat eis triplicem coronam, V, 111, 1 : *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.* Eos coronat quasi diadema, 430, 1 : *Corona sapientium, divitiæ eorum : fatuitas stultorum, imprudentia,* 442, 1 : Sapientia conciliat suis sectatoribus honorem et opes, X, 263, 1 : *Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabunt.* Veras opes homini affert, 568, 1, 2 : *Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea.* Sapientia triplici domus ædificatur, VI, 216, 1, 2 : *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.* Parit opes et fruges, cum stulto fit ardua, 219, 1 : *Vir sapiens, fortis est : et vir doctus, robustus et validus.* Sapientia artes mechanicas regit, X, 288, 2 : *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis : et qui minoratur actu, sapientiam percipiet : qua sapientia replebitur qui tenet aratrum, et qui gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat, et conversatur in operibus eorum, et enarratio ejus in filiis taurorum.*

Sapientia est lignum vitæ, cur, V, 91, 1 : *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam; et qui tenuerit eam, beatus;* IX, 437, 1. Est fons vitæ illam possidenti, V, 506, 2 : *Fons vitæ eruditio possidentis : doctrina stultorum fatuitas.* Ipsa sanitatis mater est, IX, 77, 2 : *Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem et salutis fructum.* Triplicem vitam homini tribuit, VII, 257, 2 : *Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia; hoc autem plus habet eruditio et sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.* In senio dat spem adipiscendæ felicitatis, VI, 232, 2 ; *Quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.* Vitam gratiæ et gloriæ suis clientibus inspirat, hinc similis est pellicano, IX, 150, 1 ; *Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit inquirentes se, et præibit in viæ justitiæ.* Doctrinam vitalem et vivificam aspirat, *ibid.* Est suprema et prima vita, 151, 2. Via est ad gloriam, 153, 2 : *Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt, et quo introibit, benedicet Deus.* Ducit ad visionem et cognitionem Dei, 211, 1 : *Quibus autem cognita est* (sapientia), *permanet usque ad conspectum Dei.* Suis dat gaudium et nomen æternum, 440, 2 : *Jucunditatem et exultationem thesaurizabit super illum, et nomine æterno hæreditabit illum.*

7° *Sapientiæ symbola et figuræ.* Diversis in Scriptura metaphoris nominatur, IX, 209, 1. Sapientia spiritualis cuinam similis sit, VII, 114, 1. Ejus visio et imago corporea, IX, 68, 2. Ejus emblema, VII, 413, 1. Ejus symbolum est pectus, II, 46, 1. Symbolice in mulieri forti describitur, VI, 488, 2. Cum sponsa carnali confertur, eique præfertur, 477, 1. Cervo et hinnulo comparatur, V, 147, 2. Luci assimilatur, IX, 665, 2. Est quasi vapor, cur, VIII, 449, 2, Item candor, 452, 2. Sapientiæ nidi mystici qui sint, V, 501, 2. Sapientia cum ferro laboriose exacuto comparatur, VII, 343, 1. Ejus symbolum

est sal, VIII, 281, 2 ; XVIII, 201, 2. Item mel, XI, 202, 1, 2. Palmæ assimilatur, IX, 636, 1. Item rosæ, 637, 2 Item olivæ, 641, 2. Item platano, 641, 2. Aspalatho quoque, 642, 2; 643, 1. Item cinnamomo et balsamo, 644, 1, 2 et seq. Est thymiama Deo et hominibus acceptissimum, 646, 1. Thuris virtutes ei applicantur, 647, 1. Item terebinthi, *ibid.*, 2. Ejus honor et decor sunt ejus propagines, 647, 2 et seq. Similis est viti, 648, 1, 2. Comparatur rivo, cur, VIII, 451, 451, 2. Comparatur aquæ fluminis, mari, IX, 58, 1. Est similis quatuor fluviis Paradisi, 659. Cur Nilo comparetur, 660, 2. In quo sit aquæ similis, 661, 2. Vino et musicæ confertur, X, 335, 1, 2 ; 558, 2 ; 560, 1. Sapientia sanctorum cur dicatur aurum ignitum, XXI, 84, 2.

8° *Quibus mediis et modis sapientia paretur.* Primo. *Sapientia paranda est studio et oratione*, V, 61, 2 : *Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus prudentia et scientia.* A Deo speranda et postulanda, 76, 2 : *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.* A Deo accipienda, *Job*, 623, 1 ; 636, 2 : *Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, et annorum multitudo doceret sapientiam, Sed, ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longævi sapientes, nec senes intelligunt justitiam.* Cœlitus petenda est, 554, 1 ; 623, 2. Hanc præ reliquis donis a Deo est postulanda, et ab eo solo, XX, 33, 2 ; 34, 1 : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei.* A Deo per creationem petenda est, II, 173, 1 ; X, 303, 1, 2 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro deliciis suis deprecabitur.*

Secundo. *Ad eam parandam magno labore et robore opus est*, VI, 49, 1 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud*, IX, 210, 2. Paranda est sapientia, sicut parantur fruges et messis per agriculturam, 206, 1, 2 : *Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius.* Paratur diligenter audiendo et studiose meditando, V, 575, 1 : *Cor prudens possidebit scientiam, et auris sapientium quærit doctrinam.* Tria ad sapientiam requiruntur, cor avidum, auris docilis, manus operans, IX, 137, 2 : *Cor sapientis intelligitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam ;* 213, 1, 2 : *Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam ;* 216, 1, 2 : *Fili, si attenderis mihi, disces ; et si accommodaveris animum tuum sapiens eris. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam, et si dilexeris audire, sapiens eris ;* 218, 2 : *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto : et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.* In otio comparanda est, X, 286, 1 : *Sapientia scribæ in tempore vacuitatis ; et qui minoratur actu, sapientiam percipiet.* Ejus otium est negotiosum, *ibid.* Ei in otio vacandum, 287, 1, 288, 1. Sed activus eam percipiet, 287, 1. Studioso sapientiæ quid exquirendum, 299, 2 : *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in Prophetis vacabit ;* 300, 2 ; *Narrationem virorum nominatorum conversabit, et in versutias parabolarum simul introibit ;* 301, 1, 2 : *Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conservabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit ;* 302, 1, 2 : *In terram alienigenarum gentium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit ;* 559, 1, 2 : *A juventute investigabam eam. Inclinavi modice aurem meam, et excepi illam. Multam inveni in meipso sapientiam, et multum profeci in ea.* Non datur nisi magnis, 304, 2. Ad eam quadraginta et octo gradibus ascenditur, IX, 210, 2. Ejus cultura totum vitæ laborem deposcit, 206, 2.

Tertio. *Sapientia invenitur in cognitione sui et in vitæ puritate et temperantia*, VI, 423, 1 : *Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum ;* X, 563, 1 : *Animam meam direxi ad illam, et in agnitione inveni eam ;* 563, 1 : *Possedi cum ipsa cor ab initio : propterea non derelinquar.* Studioso sapientiæ abstrahendum est a vino cæterisque carnis voluptatibus, VII, 92, 1 : *Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stultitiam, donec viderem quid esset utile filiis hominum : quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.* Sapientia malevolum fugit, VIII, 279, 1 ; *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Ex temperantia nascitur, VI, 45, 1 : *Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas ; quicumque his delectatur, non erit sapiens.* Nascitur etiam ex patientia, 11, 2 ; 12, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur, et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Sapit et gustat adversa, 14, 1. Sapientia discitur in domo luctus, VII, 244, 2 : *Cor sapientium ubi tristitia est, cor et stultorum ubi lætitia.*

Quarto. *Sapientia magis praxi quam cognitione apprehenditur*, IX, 433, 1 : *Qui timet Deum, faciet bona, et qui continens est justitiæ, apprehendet illam.* Usu et eruditione in puero crescit, VI, 31, 1 : *Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis.* Eam possidere est principium ejus, V, 108, 2 : *Principium sapientiæ, posside sapientiam : et in omni possessione tua, acquire prudentiam.*

Quinto. *Sapientiæ acquisitio facilis est duplici de causa*, X, 558, 2. Ejus tamen perfectio difficilis est, *ibid.* Carnalibus videtur aspera et impossibilis, IX, 207, 2 : *Quam aspera est nimium sapien-*

tia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors! Paucis nota est, 210, 1 : *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta.* Ejus duo sunt munia, eam habere et proferre poscit eloquentiam, V, 505, 2. *Qui sapiens est corde appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.*

Sexto. *In sapientia percipienda modus est adhibendus*, VI, 274, 1, 2 : *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.* Sapientia nimia in stultitiam degenerat, VII, 266, 2 : *Noli esse justus multum : neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.* Sapientiæ defectus, IX, 431, 1.

9° *Sapientia quomodo amittatur.* Sapientia quibus et in quibus obtundatur, VII, 184, 1. Quandonam a nobis longius recedat, 273, 2. Sapientia vana translata est ad eos bene illa utentes, XI, 408, 1.

III. SAPIENTIA HUMANA ET MUNDANA. Sapientia humana divinæ collata potius est insipientia : divinæ voluntati, illa subservit, VI, 129, 1, 2 : *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Sapientiæ humanæ vanitas, VII, 137, 1, 2, Nulla sapientia impii Deo resistere valet, VI, 129, 1, 2. Sapientia humana instar fucatæ meretricis est, V, 130, 1, 2. Sapientiæ opinione se oblectare nefas est et stultum, VI, 10. 2, Ei præsidens, stultus est, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.* Sapientiam humanam quomodo et in quibus stultam Deus ostenderit, XVIII, 254, 1 : *Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* Ea inferior est spirituali, 265, 2 : *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, quia spiritualiter examinantur. Spiritualis autem judicat omnia.* Hæreticorum et paganorum est propria, 253, 1 : *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare : non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.* Sapientiam humanam habuit Paulus, sed ea uti noluit, 260, 1 : *Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.* Sapientia terrena quæ dicatur, XX, 162, 2: *Non enim est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica.* Quæ animalis, item diabolica, *ibid.* et seq.

SAPIENTIÆ liber. *Sapientiæ* liber cujus sit auctoritatis, V, 2, 1. *Sapientiæ* liber est canonica Scriptura, VIII, 261, 1. Non est primæ sed secundæ classis S. Scripturæ, *ibid.*, 2. An Salomon sit auctor hujus libri, 262, 1. Respondetur negative, *ibid.*, 2. An auctor Jesus Sirach, 263, 2. An Philo novus, 264, 1. An Philo priscus, *ibid.*, 2. Incertus auctor *Sapientiæ*, 265, 1. Scriptus hic liber sub tempus Alexandri Magni, *ibid.* Argumentum libri, *ibid.*, 2. Tres libri partes, 266, 2. Scopus duplex libri, 267, 2. Versio *Sapientiæ* non est S. Hieronymi, 268, 2. Hujus libri commentatores, *ibid.* *Sapientiæ* nomine dicuntur omnes libri Salomonis, et maxime *Proverbia*, V, 5. 2.

SAPO. Sapo mixtus aceto vestes non purgat sed maculat, VI, 281, 1.

SAPONARIA. Saponariæ herbæ quis sit usus, XIV, 591, 1.

SAPOR. Saporem non habent odorata, VI, 339, 1. Sapor salsus et amarus quomodo fiat, X, 408, 2.

SAPOR rex Persarum. Saporis superbia, I, 508, 2. Sapor solis fratrem se appellabat, XXI, 340, 2. Saporis regis gestamen, arietinum caput aureum, XIII, 100, 1, 2. Sapor Aureliano imperatore pro scabello utebatur equum conscensurus, XII, 451, 1; XIII, 420, 1; XIV, 211, 1; XV, 486, 1; XVII, 101, 2.

SAPPHIRUS. 1° Sapphirus qualis lapis sit, I, 629, 2; VIII, 132, 1; *Job*, 548, 2. Sapphirus gemma unde dicatur, describitur, cœli speciem præ se fert, XXI, 385, 1. Olim opaca fuit, estque species lapidis lazuli, *ibid.* Ejus apud veteres dignitas, pretium, vires et virtutes, *ibid.* et seqq. An eadem cum hyacintho, 385, 2; 395, 1. Sapphirum mittit Pontifex recens creatis Cardinalibus, 385, 2.

2° Sapphirus tropologice quid, I, 629, 1, 2; 549, 1. Quid anagogice, quid allegorice, I, 629, 2. Sapphirus gemma in rationali pontificis significat Nephthalim, et S. Andream ob cœlestem fortitudinem, 682, 1. Sapphirus gemma gratiam et amorem conciliat, V, 530, 1. Cur pueris appenderetur, estque Dei symbolum, 94, 2. Sapphirus cœli similitudinem refert, ut cœlestem conversationem repræsentet, XI, 644, 2. Sapphirus gemma aeris est coloris, aeriis punctis micans significat nobilitatem et splendorem divinæ majestatis nobis invisibilem, XII, 494, 1.

SAPPIR. Sappir capi potest primo ut appellativum, deinde ut nomen proprium urbis, XIV, 72, 2. Sappir urbs quæ sit, ejus descriptio, *ibid.*

SAPRICIUS. Sapricius inimico Nicephoro reconciliari nolens palmam martyrii amisit, quam Nicephorus adeptus est, VI, 236, 2; X, 46, 2; XV, 193, 1.

SARA uxor Abrahæ. 1° Saræ raptus a rege Abimelech, ejusque pulchritudo et bona dispositio, I, 235, 1, 2. Quo sensu vocetur soror Abrahæ, 236, 2. Ejus fides et pietas, 207, 2. Aliæ ejusdem virtutes, *ibid.* Cur ante dicta Sarai, vocata fuerit Sara, 216, 2. Duo impedimenta conceptionis fide superavit, XIX, 477, 1. Et tamen risit, *ibid.* Sara coluit Abrahamum : ejus nomina, XX, 317, 1. Quod Agar e domo ejici petierit, Deo fuit gratum, XVIII, 560, 1. Quoto anno ætatis mortua, et ejus sepultura, I, 251, 1, 2.

2° Sara pariens Isaac est beatæ Mariæ typus, I, 239, 1. Sara Ecclesiam repræsentat, Synagogam Agar, XI, 641, 1; XVIII, 558, 1.

SARA Tobiæ junioris uxor. Sara hebraice idem est quod dominans et domina, IV, 279, 2. Quam ægre tulerit convicia ei ab ancilla objecta, 280, 1, 2. Oratione triduana quid impetrarit a Deo, *ibid.*, 2. Ejus continentia et puritas, 280, 2; 281, 1. An As-

modæum incubum habuerit, 294, 1. Cur eam tot sponsi ambierint, nec posteriores exemplo priorum sapuerint, 296, 1, 2.

SARABELLA. Sarabella sunt braccæ et femorum tegmenta, XIII, 51, 2.

SARACENISMUS. Saracenismus est ultima, publica et generalis Ecclesiæ persecutio, XXI, 146, 1, 2 : 350, 2; 353, 1. Putatur duraturus usque ad Antichristum, 145, 2; 146, 2. Quam multis fuerit noxius, eum dæmones promoverunt, 145, 2. Quamdiu is durabit, 146, 2; 350, 2 (*Vide* MAHOMETISMUS).

SARACENI. Saraceni et Agareni unde dicti, I, 209, 1; XII, 313, 1. Saraceni iidem sunt qui Agareni et Cedareni, XII, 313, 1. Juxta aures comam suam attondebant, 314, 1. Quo ætatis anno se circumcidant, I, 218, 2. Nudipedes hodie templa sua ingrediuntur, 454, 2; 715, 2. Colunt Veneris stellam, eamque vocant *Cubar*, XI, 289, 1; XVII, 177, 1. Se in aqua Siloe lavantes fœtorem hircinum quem habent, mitigant, 516, 1. In honore habent aquam Siloe, et cur, XVI, 461, 2. Saraceni an denotentur per equos varios, XIV, 428, 2. Cur per equum pallidum repræsententur, XXI, 145, 1. Eorum potentia Christianorum desidia creseit, XXI, 145, 2. Saracenorum irruptiones in imperium Romanum sub Heraclio imperatore portendit cometes, XII, 653, 2. Saracenorum Constantinopolim vexantium fames et punitio, XI, 594, 1.

SARAIAS. Saraias quomodo dicatur princeps prophetiæ et quietis, XII, 332, 2, Missus a Jeremia in Babylonem cum prophetia, 333, 1. Cur eam in Euphratem projecerit, *ibid.* et 2. Saraias pontifex occisus est a Nabuchodonosor, fuit pater Esdræ et Josedech, IV, 200, 2; 202, 2; XIV, 319, 1, 2.

SARASAR. Sarasar et Rogommelech quærentes de jejunio quales fuerint, XIV, 438, 1, 2.

SARCASMUS. Sarcasmus Prophetis minoribus frequens, XIII, 238, 2.

SARCINA. Sarcina peccatorum quam sit gravis, XVIII, 573, 1 (*Vide* PECCATUM).

SARDANAPALUS. Sardanapalus Assyriæ rex an sit idem qui Asarhaddon, XIV, 173, 1. Proprium nomen ejus est Tonosconleros, 24, 1. Fuit hominum mollissimus, 24, 1; 52, 2. Ejus effeminatio, 580, 1. Inter concubinas purpuram nevit, VI, 496, 2. Ejus pecuina vita, XI, 339, 1, 2. Ejus nomen abiit in proverbium, hominemque mollem significat, XIV, 24, 1. Quando vixerit, 173, 1. Quando regnaverit, 24, 1. Regnavit in Ninive, cum eo profectus est Jonas, 52, 2. Ad prædicationem Jonæ pœnitentiam egit, at postea cum suis ad vomitum rediit, 53, 1. In pœnitentia sacco indutus est, *ibid.* Cur ab Arbace Mediæ præfecto obsessus, IV, 314, 2. Cur e Paphlagonia militem collegerit, XIV, 18, 1. Filios suos in Paphlagoniam misit ut hostem effugerent, IV, 317, 2. Sardanapalus ob luxum et ignaviam imperio Assyriorum excidit, V, 369, 1; XIV, 24, 1. In eo concidit ex parte monarchia Assyriorum : sed postea rursus restituta fuit, XIV, 52, 2.

SARDI. Sardi quid in otiosos statuerint, XXI, 82, 1.

SARDIS. Sardis fuit urbs Lydiæ, Crœsi regis Lydorum regia, XXI, 64, 1.

SARDIUS. 1° Sardius quæ sit gemma, ut ubi nascatur, ejus descriptio et virtutes, XXI, 390, 2 et seq. Sardius gemma rubet ut aurum, VI, 264, 2.

2° Sardius lapis in rationali pontificis significat Rubea et S. Bartholomæum, ob martyrium, I, 681, 1. Ejus natura Dei justitia et terror repræsentantur, XXI, 95, 2. Huic sermo sapiens comparatur, VI, 266, 2.

SARDOA. Sardoa herba ridere facit in dolore, IX, 193, 2. Sardoa herba si comedatur vel potetur, mentem adimit, labiisque contractus risus speciem præbet, atque inde dicitur sardonius risus, XIII, 238, 2; 583, 2.

SARDONYX. Sardonyx gemma describitur, unde nomen habeat, ejus descriptio et virtutes, XXI, 390, 1.

SAREPHTANA vidua. Sarephtana vidua, gentilis erat, sed pia, III, 643, 2. Duo ligna quæ collegit crucem Christi significant, 644, 1. Panis subcinericius quem coxit, satisfactionem pœnitentium designat, *ibid.* Ejus laudes, *ibid.* et 2. Farinæ additionem meretur, *ibid.*, 2. Ejus filius ægrotare permittitur ad gloriam Eliæ, 645, 1. Ejus humilitas et spiritus pœnitentiæ, *ibid.*, 2. Ejus filius est primus resuscitatus, 647, 2.

SAREPHTA. Sarephta idem est quod conflatorium, unde sic dicta, II, 532, 2; VI, 429, 2; XIV, 20, 1. Sarephta Sidoniorum quæ sit, XIV, 17, 2. Sarephta cur dicatur Gallia, *ibid.*

SARETSER. Saretser an sit nomen officii, XIV, 4, 1.

SARION. Sarion idem est qui mons Hermon, XII, 693, 1.

SARMENTA. Sarmenta proprie quid sint, XVII, 436, 1.

SARMENTITII. Sarmentitii cur primi Christiani dicti sint, XIX, 180, 1.

SARON. Saron quæ sit urbs, et quæ in ea gesta, XVII, 146, 1. Saron pro quolibet loco fertili capitur, XI, 748, 1.

SARRANA. Sarrana purpura principium vestis, XI, 346, 1.

SARSUR. Sarsur est animal in Syria, parvulum ut locusta; quomodo ab eo differat; est duplex, ejus forma, color, strepitus, XIII, 480, 2.

SARTAGO. Sartago ferrea quam sumit Ezechiel, mystice est ferrea Dei sententia in duros Judæos, et eos igne frigendos significat etiam, XII, 532, 1. Significat firmum Dei decretum de Juda evertendo, XIII, 613, 1. Symbolice zelum denotat, XII, 532, 2; XVIII, 498, 1.

SARUG. Sarug inventor artis pictoriæ et statuariæ, I, 179, 2; VIII, 56 2.

SASSABASAR. Sassabasar idem est qui Zorobabel, IV, 207, 2.

SATAGERE. *Satagere* quid proprie latine sonet, IX, 130, 1; XIV, 102, 1. Satagere quis dicatur, XX, 420, 1.

SATANAS. Satanæ quod sit etymon, et quid proprie significet, XVII, 146, 1. Satan idem est quod adversarius; ita vocatur diabolus, qui fidelibus ubique et summe adversatur, XIV, 381, 1. Cur stet a dextris Jesu pontificis, *ibid.* et 2. Non sic eum primum vocavit Christus cum ab eo tentaretur, XVII, 146, 1 (*Vide* DÆMON).

SATAR. *Satar* est recipere, etc.

SATELLITES. Satellites Antichristi qui sint, XIX, 163, 2.

SATIARI, SATIETAS. 1° Satiari et esurire quomodo quis possit, XIX, 66, 1. Citra satietatem semper edendum, X, 266, 1. Id sanum est, 128, 2.

2° Satietas tertius est contemplationis gradus, VII, 491, 1.

SATISFACTIO. 1° *Satisfactio Christi.* Satisfactio Christi quam sit copiosa, XI, 489, 2: *Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Satisfactio Christi non impedit quominus nos peccatis nostris satisfacere debeamus, XIV, 167, 2: *Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.* Inter satisfactionem Christi et nostram, quod sit discrimen, 167, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VI, art. II, § VI).

2° *Satisfactio hominum pro peccatis suis.* Satisfactio pœnitentiæ in Scriptura aliquando per judicium significatur, XIV, 133, 1: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te: Utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Satisfactio pro peccatis per eleemosynas contra Calvinum adstruitur, XIII, 61, 1, 2: *Quamobrem, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Satisfactio ut valeat, debet in gratia et charitate fieri, X, 206, 2: *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Satisfactiones suas sancti aliis applicare possunt, XIX, 80, 2: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia* (Vide PŒNITENTIA).

Satisfactio Jasonis Thessalonicæ pro Paulo quæ sit, XVIII, 318, 1.

SATIUS. Satius est nunquam fuisse, quam damnari, VIII, 164, 2 (*Vide* DAMNATIO, DAMNATI).

SATRAPA. Satrapa unde dicatur, XIII, 39, 2.

SATUM. 1° Satum mensura quæ apud Hebræos esset, I, 222, 1; XV, 330, 2. Satum erat tertia pars ephi, id est unus modius Italicus, I, 222, 1; XIII, 626, 2; XV, 330, 2.

2° Tria sata farinæ quid mystice, symbolice, allegorice et anagogice significent, XV, 331, 1.

SATURITAS. Saturitas parit ciborum fastidium, VI, 334, 2: *Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Saturitas somnum impedit, *Job*, 435, 2: *Cum satiatus fuerit, arctabitur: æstuabit, et omnis dolor irruet super eum.* Saturitas somnum prohibens et impediens, quæ sit, VII, 213, 2: *Dulcis est somnus operanti, sive parum, sive multum comedat: saturitas autem divitis non sinit eum dormire.* E saturitate ventris quæ mala sequantur, XII, 619, 1. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ..... superbia, saturitas panis et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus, et manum egeno et pauperi non porrigebant.* Saturitas facit servos insolentes, VI, 457, 1: *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere: per servum, cum regnaverit; per stultum, cum saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta, et per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ.*

Saturitas capitur pro abundantia, V, 82, 1: *Et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia redundabunt.* Ea datur a timore Dei, VI, 35, 3: *Timor Domini ad vitam: et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.*

SATURNINUS. Saturninus tempore apostolorum vixit, XIX, 224, 1. Ponebat angelos quasi minores deos, 94, 2. Somniavit mundum ab angelis esse creatum, XXI, 19, 2. Animatis abstinuit, XIX, 224, 1. Ejus hæresin impugnat Apostolus, Epist. *ad Ephes.*, *ad Coloss.*, *ad Timoth.*, XVIII, 19.

SATURNUS. Saturnus et Jupiter an et quando vixerint, VIII, 568, 1. Saturnus cur senex pingatur, XIII, 92, 1. Unde dicatur *Cronos*, *ibid.* Saturnus est Moloch, ei pueri et amicissimi, præsertim in gravi aliqua necessitate, immolabantur, XII, 71, 1.

SATURUS (S.). S. Saturi procuratoris Hunnerici regis ariani heroica fortitudo contra Hunnericum, XV, 276, 2. Quid ei responderit, IV, 276, 2. Uxorem amoris postposuit divino ad arianismum sollicitatus, I, 102, 2. Generose paupertatem et exilium pertulit, XIX, 463, 2.

SATYRUS (S.) martyr. S. Satyrus martyr quo viso ad martyrium sit animatus, XII, 809, 2.

SATYRUS. Satyrus frater S. Ambrosii quam simplex et sincerus esset, V, 329, 2. Parcus et sobrius erat, 114, 2. Per Eucharistiam ad collum appensam naufragium evasit, XIV, 471, 1; XVI, 405, 2.

SAUL. 1° Saül cur vocetur Æthiops, XIII, 640, 2. Fuit insigni corporis forma et vir probus, III, 309, 2. Fuit procerus et quasi gigas, 319, 1. Melior singulis e populo, *ibid.* Nihil unquam de regno cogitarat, 311, 1. Ejus humilitas regnum meruit, *ibid.* Humilis cum esset, ad regnum evectus est, XX, 45, 2. Mutatur in alium virum, III, 317, 1. In pe-

riculis belli monetur se recipere in Galgala, 316, 2; 317, 1. Quomodo in Galgala constitutus sit rex, X, 476, 2: 477, 1. De regno silet præ modestia ut secretum suum servet, et ne sibi invidiam conciliet, III, 318, 1. Non ex humano affectu a Samuele constitutus est rex, 318, 2. Præ humilitate fugit regnum, 319, 1. Publice unctus est et rex declaratus, *ibid.*, 2. Saül typus Christi tripliciter, 309, 1, 319, 1. Rex et arator fuit, 321, 2. Quamdiu Samuelis monita secutus est, bonus fuit; eis neglectis, reprobus, 322, 2. Insignior Samuele fuit, non sanctior, *ibid.* Boves minatur se occisurum, non homines, ut regnum auspicetur a clementia, *ibid.* Ejus prudentia et celeritas, 323, 1. Pro tertia vice unctus fuit in regem in Galgalis, *ibid.*, 2.

2° Miserandi lapsus Saül quæ causa fuit, III, 309, 2 et seq. Peccavit non expectando Samuelem usque ad finem diei septimæ, 335, 2; 336, 1. Ejus præcipitatio, *ibid.* Peccatum auxit se excusando, 336, 2. Peccatum nolens agnoscere, iram Dei incurrit, VI, 374, 2 et seq. Ipsi et posteri ejus fuissent reges, si Deo obedientes fuissent, III, 337, 1. Mansit rex tota vita sua, 337, 2, 360, 1. Quot annis regnaverit, 332, 2. An quadraginta annis imperarit, XVII, 281, 1. Propter inobedientiam regno privatur, III, 337, 2; 360, 2. Saül jejunium indicens dum Philistæos insequitur, ab aliquibus laudatur, ab aliquibus arguitur, 347, 1. Sed etsi hæc lex de jejunio fuerit dura, fuit tamen justa, *ibid.* et 2. Saül hactenus vir pius et bonus, posthæc graviter inobedientia peccavit, *ibid.* Juramentum ejus de occidendo eo qui causa fuit silentii Dei arguitur ab aliquibus, ab aliis laudatur, 349, 2. Dicendum est fuisse incautum, *ibid.* Saül multa jurando deliquit, IX, 600, 2. Morti addicens Jonatham, a peccato excusatur, III, 351, 2. Ejus felicitas bellica, *ibid.* De ejus bello cum Agag prophetat Balaam, II, 329, 2. Regi Agag pepercit, vel ex superbia, vel ex avaritia, vel ex humana commiseratione, III, 356, 1. Ejus secunda inobedientia, *ibid.* Miserandus lapsus, *ibid.* et 2. Si pœnituisset, gratia ei fuisset reddita, non tamen regnum, 357, 1. Samueli adulatur, *ibid.* Avaritiam suam velat specie religionis, *ibid.* Tenacia judicii eum perdidit, *ibid.*, 2. Inobedientiam auget, eam excusando, *ibid.* Pœnitentia ejus non fuit seria, sed humana, 360, 1, 2. Probabiliter anno septimo regni lapsus est, 361, 2. Spiritus fortitudinis ab eo recedit, 367, 2. Possidetur a dæmone corporaliter, 368, 1. Cithara Davidis partim naturaliter, partim supernaturaliter curatur, 369, 1, 2. A dæmone liberatus fuit per citharizationem David, sed mox iterum possessus, 371, 1. Saül invidia transversum actus ob Davidis victoriam de Goliath, III, 381, 1; XVI, 189, 2. Timet sibi a Davide de regno, III, 381, 1. Saül ira æstuans, velut energumenus fuit, V, 498, 1. Prophetat ut solent energumeni, III, 381, 2. Non curatur per psalterium Davidis, quia permanens in peccato invidiæ, 382, 1. Ejus ingratitudo in Davidem, *ibid.* Septies eum est persecutus, *ibid.* Davidem amovet ab aula, 382, 2. Eum chiliarcham creat, sperans in bello occidendum, 383, 1. In pejus proficit, *ibid.* Insidiose despondet filiam Davidi pro centum præputiis, 384, 2. Quia per se non potuit, per alios occidere Davidem nititur, 386, 1. Ejus inconstantia, 387, 1. Vult Davidem coram se occidi, idque per sententiam judicis, *ibid.* Prophetans non omnino omnibus vestibus nudavit se, sed tantum regiis, 388, 2. Quo sensu dictus propheta, XI, 48, 2; XVIII, 353, 1; 387, 1. In terram cecidit Deum adorando, III, 388, 2. Ejus crudelitas major aliis peccatis, 401, 2 et seq. Suam ipsius damnat malitiam et ingratitudinem, 410, 2. Davidem regnaturum colligit, quod videat eum Deo esse curæ, 411, 1. Se Davidi submittit, *ibid.* Immittit ei Deus soporem, 420, 2. Davidi insidias struens, in hujus tandem manus incidit, VI, 323, 1. Seipsum occidit, III, 430, 1. Idque justo Dei judicio, *ibid.* Hoc Rabbini laudant, *ibid.* Sed hoc damnat fides orthodoxa, *ibid.*, 2. Potissima ratio occisionis et mortis accelerationis est Pythonissam consuluisse, *ibid.*, 2. Quare Pythonissam consuluerit, X, 479, 2. An ei verus Samuel post mortem apparuerit, *ibid.* Pro anima ejus viri Jabes Galaad septem diebus jejunarunt, III, 432, 2. Saül damnatus videtur, III, 431, 1; X, 480, 2. Saül familia extincta ob Gabaonitas præter fœdus violatos, XII, 271, 1,

SAULUS. Saulus unde sic dictus. comparatur cum rege Saül, inferno comparatur, item fluctui inquieto, XVII, 208, 1 (*Vide reliqua in* PAULUS).

SAVINUS (S.) S. Savinus martyr in tormentis exultabat, IX, 68, 1. SS. Savinus et Cyprianus martyres super rotas extensi canebant, XV, 620, 1.

SAXONES. Saxones olim quas pœnas in adulteros statuerint, I, 348, 1. Saxones fœdifragi quas Carolo Magno pœnas dederint, XII, 271, 1.

SAXUM. Saxa sunt in agris, quod ossa in homine, XIII, 452, 2. Saxa tortis alligabantur in catasta, VI, 81, 1.

SCABA. Scaba est Arabia, XI, 703, 2.

SCABATS. *Scabats* hebraice quid significet, III, 434, 1, 2.

SCABELLUM. Scabellum Dei erat area et templum, sedes ejus propitiatorium, XII, 369, 1; XIX, 435, 2. Scabellum solii Dei crystallinum quid mystice designet, XII, 511, 1.

SCABIES. Scabies cur appropinquantes inficiat, IX, 383, 2.

SCALA. 1° Scalæ Jacob an Deus superne incubuerit, an inferne ad eam steterit, I, 285, 2; XXI, 93, 1. Quid ea allegorice, tropologice et symbolice denotet, 286, 2; 287, 1, 2 (*Vide* JACOB). Scala Jacob Christi genealogiæ et generationum symbolum est, XV, 53, 2; XVI, 99, 2.

2° Scala peccantium quæ eos in infernum deducat, V, 562, 2. E contra scala justorum in cœlum, *ibid.*

3° Scala cœli qui locus Romæ, et unde dictus, XVIII, 13, 1.

SCALIGER. Scaligeri sententia fabricam templi intermissam fuisse usque ad secundum annum Darii Nothi refutatur, IV, 215, 1, 2.

SCANDALIZARE, SCANDALOSUS, SCANDALUM. 1° *Scandalum quid proprie sit, et unde vox formetur*; IX, 225, 2; X, 114, 2; XVIII, 232, 1: *Hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum*; XX, 541, 1: *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est.* Scandalizandi modi sunt varii, XV, 401, 2. Quomodo crescat scandalum, XVIII, 326, 2 et seq.

2° *Scandalum est inevitabile.* Quomodo necesse sit fieri scandala, XV, 402, 1: *Væ mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit.* Scandala etiam in monasteriis possunt accidere, quod exemplo Judæ probatur, XVI, 505, 2.

3° *Scandali gravitas*, III, 482, 2: *Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.* Scandalorum quanta malitia, XVII, 211, 1: *Et cadens in terram* (Saulus) *audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?* Scandalizans alium in Christum peccat, XVIII, 326, 2: *Sic peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.* Scandalizantes alium, Christum dissolvunt, XX, 588, 2: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est.* Scandalum est causa blasphemiæ in Deum, XVIII, 233, 1: *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Scandalum tam activum quam passivum multos deperdit, XV, 401, 2 et seq.; 700, 2. Scandalizantes pusillos homicidæ sunt animarum, XIII, 547, 1, 2: *Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non convertam eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum.* Scandalum mulierum Moab quam se extenderit de Setim usque ad Galgalam, XIV, 131, 2.

4° *Scandali punitio.* Scandalosa peccata punit Deus, III, 633, 1, 2. Scandalum dans aliis, vindictam Dei sentiet, 147, 2: *Qui seminat iniquitatem metet mala, et virga iræ suæ consummabitur.* Scandalizantium parvulum castigatio, XV, 401, 1: *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris.* Eis æternum damnationis væ intentatur, 401, 1. Scandalum est et a judice puniendum, VI, 396, 1.

5° *Scandalum vitandum et cavendum*, XVIII, 232, 2; 328, 1. Maxime in comestione idolothytorum, 323, 1 et seq.; 349, 2: *Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit.* Scandala quælibet exemplo S. Pauli vitanda, XVII, 36, 2. Scandalum ipsi judici cavendum, IX, 225, 2: *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua.* Scandala et scandalosos de Ecclesia tollere conentur Ecclesiæ prælati, XVIII, 286, 1: *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.* Scandalum tibi dantes amici, familiares, cognati, abscindendi et deserendi sunt, XV, 166, 1, 2: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te; expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te*, etc. Scandalum sancti non habent, XX, 541, 1. Scandalum proximi Jobum maxime urebat, *Job*, 77, 1. Et etiam S. Paulum, XVIII, 498, 1, 2: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?*

6° *Scandalum pusillorum, stultorum et pharisæorum.* Scandalum pusillorum et pharisæorum activum et passivum, *Psalm.* II, 332, 2. Christi humilis conversatio et abjectio multos scandalizabat, XV, 289, 2: *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Cur scandalum pharisæorum parum curandum, 353, 1: *Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia pharisæi, audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, et duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Scandalum stultorum in magna utilitate non est curandum, XVI, 195, 1. Scandalum passi sunt apostoli in Christo, in nocte passionis, XV, 563, 1, 2: *Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem et dispergentur oves gregis.* Cur id Deus permiserit, 564, 1, 2.

SCAPHA, Scaphæ cur navibus onerariis addantur, XVIII, 128, 2.

SCAPULARE. Scapulare monasticum obedientiæ admonet, VII, 517, 7.

SCARIFICARE. Scarifico venit e Σχάζω, et significat, *venam incido*, item *inhibeo, reprimo*, IX, 380, 2.

SCEBA. *Sceba* quid proprie significet, XII, 658, 1.

SCELERATUS. Sceleratum frigus quid Virgilius vocarit, XVIII, 30, 1.

SCELUS. 1° Scelerum gravitas et multitudo viris sanctis obstruit os, quominus se deprecatores pro iis interponere audeant, XIV, 202, 1. Scelera auferenda ut pœnæ auferantur, III, 43, 1, 2.

2° Scelera quatuor Israelis, quæ innuit Amos, quæ sint ex Rabbinorum sententia, XIII, 550, 1. Scelera dilecti in domo Dei quæ sint, XII, 98, 1, Scelera quæ abundarint S. Joannis, et Antichristi tempore abundatura sint, XXI, 412, 2.

SCENOFACTORIA. S. Paulus scenofactoriam artem exercuit, XIX, 169, 2. Scenofactoria ars S. Pauli quæ esset, XVII, 342, 1.

SCENOPEGIA. Scenopegiæ festum quomodo dictum festum Encæniorum, IV, 497, 1. Proprie erat festum Tabernaculorum, *ibid.* Qua occasione institutum sit, XVI, 417, 1. Per septem continuos dies celebrabatur, XVI, 419, 2; XVII, 76, 1. Erat typus resurrectionis et gaudii beatorum, XVI, 426, 1 (*Vide* FESTUM).

SCEPTRUM. 1° Sceptra olim gestabant universi principes ac magistratus, XIV, 261, 2. Credebant veteres ea quid divinitatis habere, hinc per ea jurabant, *ibid.* Interdum pro ipso rege capiuntur, *ibid.* Sceptro de Juda deficiente, instabat tempus adventus Messiæ Judæis promissi, XVI, 7, 1.

2° Per sceptrum Assueri mystice repræsentata est beata Virgo, IV, 377, 1.

SCHEMA. Schema vivum avaritiæ, VII, 123, 1. Judiciorum iniquitatis, 149, 1 (*Vide* AVARITIA, JUDEX, JUDICIUM).

SCHINUS. Schinus quæ sit arbor, XIII, 186, 2.

SCHISMA. 1° Schisma Israel a Juda sub Roboam contigit, XIV, 496, 1. Schismatis Judaici regni auctor fuit rex Jeroboam, XIII, 220, 2. Schisma Samaritarum a reliquis Judæis unde enatum, X, 547, 2. Pro tollendo et cavendo schismate Judæi epistolam scribunt, IV, 496, 1.

2° Schisma consistit sine hæresi, XX, 681, 1, 2. Quam ipsum sit grave scelus, *ibid.*, 2. Schismatici Christum solvunt, 588, 2. Scindunt Ecclesiam, XVI, 644, 1. Schismatis peccatum ne martyrio quidem expiari potest, XVIII, 623, 1. Schismatici quomodo in Ecclesia dici possunt, 290, 2.

Schismatis primi in Ecclesia Hierosolymitana quæ fuerit causa, XVII, 160, 1, 2. Schismata Corinthiorum ob magistros fidei, XVIII, 251, 2.

SCHOLA. 1° Schola quid proprie sit ex vi verbi, XVII, 351, 2. Schola est otium litterarum, X, 286, 1. Scholæ etiam priscis fuerunt, I, 268, 1. Scholæ Tarsenses olim erant celebres, XVIII, 1, 1, 2. Schola Alexandrina quam celebris foret, XIV, 191, 2 et seq. Scholam magicam quando Apollonius Thyanæus Ephesi instituerit, XVII, 151, 2.

2° Schola Dei qualis, *Job*, 647, 2.

SCHOLASTICA (S.). S. Scholastica, S. Benedicti soror, specie columbæ in cœlum ascendere visa est, VII, 579, 2.

SCHOLASTICUS. Scholasticorum doctorum quæstiones non taxat Paulus sub nomine fabularum, XIX, 179, 1; 254, 1.

SCIBILE. Scibile omne Deus cognoscit, et uno ictu mentis cernit, X 377, 2 (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, n° III, § II).

SCIENTIA. I. SCIENTIÆ DEFINITIO. — Scientia quintuplici significatione accipitur, XX, 416, 2: *Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam.* Scientia et sapientia varie distinguuntur, IX, 678, 1: *Quam magnus, qui invenit sapientiam et scientiam! Sed non est super timentes Dominum.* Scientia practica passim in *Proverbiis* per intellectum, sensum denotatur, V, 574, 2: *Cor prudens possidebit scientiam: et auris sapientium quærit doctrinam.* Scire pro prædestinare aliquando capitur, XII, 13, 1. *Et factum est verbum Domini ad me dicens: Priusquam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de vulva, sanctificavi te.*

II. SCIENTIA IN DEO. — (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, n° III.) Scientia omnis æterna maxime Deum decet, illique propria est, XIV, 220, 2. In quo Dei scientia creatam transcendat, XVIII, 196, 2 et seq.: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit?* Scientia Dei superat nostrum intellectum, *Job*, 689, 1: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inæstimabilis.* Scientia Dei mirabilis in opificio nostro, *Psalm.* II, 418, 1, 2: *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, et non potero ad eam..... Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de utero matris meæ..... non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto, et substantia mea in inferioribus terræ.* Scientia Dei mirabilis in opificio spirituali et corporali, 419, 1: *Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribuntur: dies formabuntur et nemo in eis.* Scientiæ divinæ mirabiles effectus describuntur, 415-419. Scientia Dei notissima et obscurissima, 416, 2. Scientiam Dei nemo latere potest, 417, 1: *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua.* Scientia Dei omnes tenebras penetrat, 417, 2: *Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea in deliciis meis. Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.* Scire Dei connotat favorem et affectum, XVIII, 145, 2: *Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

Scientia triplex erat in anima Christi, XVI,

86, 2 : *Et Jesus proficiebat sapientia et ætate, et gratia apud Deum et homines.* In Christo fuit scientia experimentalis miseriæ nostræ, XIX, 377, 1 : *Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex ad Deum* (Vide JESUS CHRISTUS, cap. III, § v).

III. SCIENTIA IN HOMINE. — 1° *Scientiæ origo.* Scientia spiritus in creatione data quæ sit, IX, 480, 1 et seq. : *Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, et mala et bona ostendit eis.* Sic dicitur ob quatuor rationes, *ibid.*, 2. Hæc solis justis perfecte datur, *ibid.* Scientiam a Deo infusam et revelatam habuit Paulus, XVII, 31, 1.

2° *Scientiæ natura.* Vera scientia quæ sit, XX, 416, 2. Ejus soror est abstinentia, *ibid.* Scientia vera in quo sita sit, VII, 79, 2. Scientia nostra respectu Dei, est scientia parvuli, XVIII. 383, 2 : *Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.* Qualis scientia rationalis in vita beata, 116, 2. Veram scientiam non habent hæretici, sed eam jactant, XIX, 269, 1, 2 : *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ.*

3° *Scientiæ objectum.* Vera scientia est scire Deum esse omnia, et se nihil, VIII, 577, 2 : *Nosse enim te, consummata justitia est : et scire justitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis.* Scientes Deum notitia amicitiæ quinam dicantur, *Psalm.* I, 224, 1, 2 : *Prætende misericordiam tuam scientibus te : et justitiam tuam his qui recto sunt corde.* Scientia practica Dei quid sit, et quomodo in terra non sit, XIII, 334, 1 : *Non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra;* 337, 2 : *Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam.* Scientia sanctorum et justorum quæ dicatur, VI, 3, 2; VIII, 507, 1 : *Justum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum,* XVI, 12, 1, 2. Scientia sanctorum quid sit Paulo, XVIII, 590, 2 : *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia : ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Quæ dicatur scientia animæ, VI, 3, 1, 2 : *Ubi non est scientia animæ, non est bonum.* Scientia vera est quæ vitam componit, et mores emendat, XVIII, 64, 1 : *Qui ergo alium doces, teipsum non doces : qui prædicas non furandum, furaris.* Scientiæ Gentilium non sunt cum divina comparandæ, V, 5, 2 et seq. Cur hæ vocentur ancillæ theologiæ, 254, 2 et seq. : *Misit* (sapientia) *ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis.* Scientiæ variæ propter theologiam in variis Scripturæ libris tractantur, I, 5, 2, Scientiæ omnes ab Hebræis ad Græcos fluxere, IX, 5, 2. Scientia græcanica S. Pauli, XVIII, 3, 1.

4° *Scientiæ pretium et commoda.* Scientia nos Deo facit simillimos, I, 101, 2. Est proprium animæ bonum et vitale, VI, 3, 1. Optime mens et cor dicitur, 9, 2. Ejus pretium, 63, 1, 2 ; *Est aurum et multitudo gemmarum ; vas autem pretiosum labia scientiæ.*

5° *Scientiæ necessitas.* Scientia revelata et supernaturalis requiritur præter naturales in Propheta, XIII, 232, 2. Ea primum in episcopo requiritur, XIX, 214, 1 (*Vide* EPISCOPUS). Item in eo qui monet, XVIII, 238, 2 : *Certus sum ergo de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.*

6° *Scientia quomodo acquirenda.* Scientia cur sit homini difficilis, VII, 58, 1 : *Cunctæ res difficiles : non potest homo eas explicare sermone.* Scientiæ cor et aures dandæ, VI, 191, 2 : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et auris tua ad verba scientiæ.* Ejus parandæ quæ sit ratio, IX, 71, 1, 2. Via ad scientiam ex S. Thoma, *ibid.* Quæ sint alia media, X, 299, 1 ; 300, 2 ; 301, 2, 302, 1, 2; 303, 1. Scientia paulatim modico labore comparanda, V, 385, 2 : *Substantia festinata minuetur· quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Scientiæ sensim et paulatim instillandæ sunt, XV, 697, 2 : *Et apprehensa manu cæci, eduxit eum* (Jesus) *extra vicum : et expuens in oculos ejus, impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret..... Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus ; et cœpit videre, et restitutus est ita ut clare videret omnia.* Scientiis multis simul non est studendum, IX, 342, 1 : *Fili, ne in multis sint actus tui.*

7° *Scientiæ quis finis, usus et modus,* XVIII, 324, 2 : *Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire.* Scientia utuntur homines quinque modis, partim male, partim bene, *ibid.* Modica scientia cum charitate et humilitate potior est magna cum contentione et superbia, V, 462, 2. Ea utendum moderate ut sapiat, VI, 335, 2 : *Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.*

8° *Scientiæ præsertim sine timore Dei et charitate pericula.* Scientia hominum stulta est quadrupliciter, XII, 93, 2, 2 : *Stultus factus est omnis homo a scientia.* Scientia sine timore Dei vana et frustranea, IX, 74, 1 : *Timor Domini, scientiæ religiositas ;* XI, 443, 2 : *Cor tuam meditabitur timorem ; ubi est litteratus ? ubi legis verba ponderans ? ubi doctor parvulorum ?* Est cum timore Dei conjungenda, IX, 164, 2; 165, 1 : *In lingua enim sapientia dignosoitur, et sensus et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus justitiæ.* Sine virtute nihil prodest, V, 541, 1 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit ?* Scientia sine praxi parum prodest, III, 567, 2 : *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est*

in littore maris. Scientia vana thesaurus est impietatis, V, 273, 1 : *Nil proderunt thesauri impietatis ; justitia vero liberabit a morte.* Scientia vana cavenda est, XVIII, 326, 2. In scientia multa est indignatio, VII, 77, 2 : *Agnovi..... quod in multa sapientia, multa sit indignatio : et qui addit scientiam, addit et laborem.* Scientia hominem tumidum reddit, 78, 2. Scientia quæ inflet, XVIII, 324, 1 : *De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat.* Hæc charitati contraria est, *ibid.* Cum cibo indigesto comparatur, *ibid.* Scientia quæ inflat, noxia est, *Job*, 623, 2 (*Vide* DOCTRINA, SAPIENTIA).

SCILURUS. Scilurus quo facto filios ad concordiam excitarit, V, 581, 2.

SCIN. *Scin* et *Tsade* litteræ vicinæ et commutabiles sunt ; utraque enim *sigma* includit, XIII, 424, 1.

SCIOLUS. Sciolus stulto deterior est, VI, 407, 1, 2.

SCIPIO. L. Cornelius Scipio Barbatus. Scipio unde nomen traxerit, IV, 301, 1 ; XI, 611, 2 ; XIV, 444, 1.

SCIPIO Africanus major. Quantum ipse solus reipublicæ Romanæ contulerit, I, 484, 2. De eo quid censeret Hannibal, XIII, 152, 1. Scipio Africanus ad imitandum sibi proponebat Cyrum Xenophontis, XIV, 128, 1. Pacis leges Antiocho Magno dedit, XIII, 152, 1. Cur a populo sit accusatus, *ibid.*, 2. Quomodo se cum Antiocho Magno gesserit, *ibid.* Scipioni Roma parum grata extitit, XVII, 389, 1, 2. A patria ingrata in exilium actus quid dixerit, II, 264, 2. Rure demortuus est, XIII, 152, 1. Ejus epitaphium, *ibid.* Scipio quam graviter choreas duceret, XIV, 612, 2. Solitudinis mire amans fuit, XIII, 315, 2. Ejus post spolia relata summa paupertas, I, 385, 2 ; XVIII, 136, 2 et seq.

SCIPIO (L.) Asiaticus. Scipionis Asiatici contra Antiochum Magnum victoria quanta, IV, 451, 1. Scipio (L.) profligat Antiochum Magnum ac Romanis tributarium fecit, XIII, 152, 1.

SCIPIO Æmilianus Africanus minor, Numantius dictus. Scipio minor quomodo castrensem disciplinam in exercitu Romano reparârit, II, 481, 1.

SCIPIO Nasica, Scipionis Calvi filius. Scipio Nasica ob cavillum suum ab ædilitate repulsus est, IX, 232, 1. Ob prudentiam dictus est corculum, XII, 753, 2 ; X, 563, 2.

SCIRPUS. Scirpus humanæ felicitatis symbolum, *Job*, 209, 2 ; 213, 2.

SCISSIO, SCISSURA. 1° Scissio vestium in luctu usitatur et ob sceleris detestationem, III, 42, 2. Scissio vestium quare Judæis usitata : cum suas scidit Caiphas, quid innuere vellet, 585, 2. Hæc symbolice innuebat morte Christi veterem legem scindi cum suo sacerdotio, 586, 1.

2° Scissio montis Oliveti quam Zacharias indicat, quid significet, et quomodo ea facta intelligatur, XIV, 528, 2 et seqq. Quando ea contigerit, 529, 1, 2. Quid ea repræsentet, 529, 2 ; 530, 2. Hiatus ex ea secuturus, 531, 1. Scissura petræ Golgotha quam sit profunda, 634, 2.

SCITA. Scita quæ dicantur, V, 18, 1.

SCLOPETA. Sclopeta quando inventa, XX, 147, 2.

SCOPAS. Scopas Ptolemæi Ephiphanis dux ab Antiocho Magno in Sidone obsidetur, et deditionem facere compellitur, XIII, 151, 1.

SCOPOS. Scopos vel Sapha quis sit locus, XIV, 529, 1.

SCOPUS. Scopus Ecclesiastis quis, VII, 5, 1.

SCORIA. Scoria dici possunt pharisæi, XI, 115, 1, 2.

SCORPIO. 1° Scorpio quod genus sit animalculi, XII, 516, 2. Scorpionis natura describitur, X, 5, 2 et seq. Nascitur ex cancro, 6, 2. Scorpionum caudæ maxime sunt virulentæ, XXI, 205, 1. Ipsi describuntur, *ibid.*, 2. Scorpii etiam in gehenna impios torquebunt, X, 320, 2. His eorum cædes et pugnæ castigantur, 321, 2.

2° Scorpioni mulier nequam comparatur, X, 5, 2 et seq. Est imago diaboli, IX. 257, 2.

3° Scorpiones quibus flagellatio fit, quid sint, XV, 607, 2. Scorpiones sunt flagella e spinis et aculeis, XIII, 568, 1. Scorpiones quibus flagellati martyres, erant virgæ ex spinis, III, 165, 2.

SCORTATOR, SCORTATIO. Scortatores effrenes sunt, nec unquam explentur, IX, 606, 1, 2. Scortatio abbreviat vitam hominis, 528, 1, 2. Scortantes plerumque carent prolibus, aut, si habeant, sunt miseræ, et brevis ævi, XIII, 340, 2 (*Vide* FORNICATIO).

SCORTUM (*Vide* MERETRIX). Scorta vetantur lege veteri, etiam Ecclesiastica, IX, 527, 1 et seq. Scorta regum sunt reginæ, XIII, 341, 2. Ea similia sunt vino lethalibus venenis temperato, *ibid.* Sunt hominum, imo diaboli matulæ, XIII, 340, 2.

SCOTI. Scoti fere omnes a particularibus familiis sunt prognati, atque quæque familia habet suum caput, XX, 170, 2. Scotorum sponsæ cur regi nummum offerant, XII, 462, 2.

SCRIBA. 1° *Scribæ qui essent, quales et unde dicti*, XV, 78, 2 ; 488, 1 ; XVII, 125, 2 et seq. ; XVIII, 253, 2. Scribarum nomine apud Hebræos dicebantur sapientes et litterati, IX, 298, 2 ; X, 286, 1. Item in aula, cancellarii, IX, 299, 1. Scribæ quinam olim dicerentur, et quod eorum officium, IV, 220, 1, 2 ; 384, 2 ; XVIII, 253, 2. Scribæ Judæorum in officio explicandi legem videntur senioribus a Mose electis successisse, II, 245, 1. Eorum erat judicare de fide, prophetis, Messia, XVI, 417, 2. Scribæ et pharisæi ex quibus orti sint, XIV, 513, 2. E Simeone exorti sunt, II, 393, 2. Per omnes tribus sparsi sunt, I, 394, 1.

2° *Scribarum cæcitas, errores, hypocrisis, peccata, tempore Christi.* Eorum cæcitas, XI, 663, 1.

Quomodo in docendo a Christo differrent, XV, 8, 2 et seq.; 217, 2 et seqq. Eorum tres errores, 158, 2 et seq. Eos Christus correxit, eorumque traditiones sustulit, 159, 1. Censebant Gentiles odio habendos, solos amandos Judæos, et quidem justos, XVI, 150, 2. Eorum error circa homicidium, XV, 160, 1, 2; 162, 2. Et circa concupiscentiam carnalem in corde adhuc latentem, 165, 1. Et circa fornicationis præludia, *ibid.*, 2. Odium inimicorum ex amore proximi inferebant, 175, 1, 2. Censuram novæ doctrinæ et novorum doctorum sibi arrogabant, 349, 1.

Fuere perversi Judæorum pastores, XIV, 491, 1; 497, 2. Canibus mutis comparantur, XI, 663, 1. Eorum hypocrisis, 675, 2; 676, 1. Eorum intolerabilis superbia, XIV, 306, 2. Eorum mulierositas, XI, 137, 2. Domos viduarum devorabant, sanctitem simulantes, avaritiam pro pietate vendebant, XV, 708, 2. Eorum peccata, XVI, 433, 1, 2. Erant velut fures et latrones ovium, 468, 2. Iis Christus humiles apostolos substituit, XIV, 306, 2.

3° *Scribarum erga Christum agendi ratio.* Christum avide expectarunt, sed cum is jam venisset, quia pauper erat, eorumque mores sugillabat, de eo necando cogitare cœperunt, XVI, 79, 1. Scribam se sequi volentem quomodo Christus perstringat, XV, 230, 1. Scribæ in Christum linguas et tela virulenta conjecerunt, XVI, 76, 1, 2. Variis interrogationibus Christum prementes, volebant ex eo verbum elicere, quod contra legem vel Cæsarem esset, 166, 1, 2. Cur Jesum odissent, 418, 2; 419, 1, 2; 424, 1, 2. Ejus doctrinam et scientiam mirantur velut a Deo infusam, 420, 1, 2. In domo Caiphæ convenerant, antequam Christus ad eum duceretur, XV, 582, 1. Falsos testes contra Christum vinctum conquirebant, 583, 2 et seqq. Eorum odii in Christum tota causa erat, quod ipse plebeius et vilis, ut videbatur, se Filium Dei faceret, 585, 1. Christo iisdem verbis in cruce illuserunt, quibus eis illusuros hostes ejus David prædixit, 625, 2. Ei ita illusuros prædixit et Sapiens, 626, 1. Cur in morte Christi plangere debuissent, XIV, 513, 2 (*Vide* JUDÆI, PHARISÆI).

4° Scriba qui Ephesios tumultuantes compescuit, quis fuerit, XVII, 360, 1.

SCRIBERE. 1° Scribendi calamo et atramento apud Hebræos usus quam sit antiquus, XII, 256, 1. Scripserit quid Dominus in terra in causa adulteræ, XVI, 433, 1, 2.

2° Scribendi modum quisque proprium habet, et ab aliis diversum, VI, 350, 1. Scribi omnia non potuere, XIX, 166, 1. Scribenda de Christo infinita, XVI, 653, 1 et seqq.

3° Scribi in libro vitæ quid sit, XVIII, 24, 1; XIX, 59, 1. Scribimur in eo dupliciter, inchoate et complete, XIX, 59, 2.

SCRIPTOR. 1° *Scriptores sacri.* Scriptores sacri a Spiritu sancto incitati sunt et directi, XX, 438, 1. Scriptores sancti calami sunt Spiritus sancti, XIX. 304, 1. Plerique fuerunt sancti, XX, 438, 1. Scriptores sacri triplici fine et triplici fructu scribunt, VI, 166, 1. Cur inter se consentiant, XX, 2, 2. Scriptores sacri sunt velut Lucifer et Venus, X, 179, 1 (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

2° *Scriptores alii.* Scriptores æternitati scribant, IX, 667, 1.

SCRIPTURA SACRA. 1° *Scriptura sacra quomodo vocetur, ejus symbola figuræ.* Scriptura absolute Hebræis dicitur Liber, XIX, 455, 1. Scriptura omnis etiam historialis vocatur prophetia, VI, 479, 2. Cur dicatur prophetia, XX, 437, 1.

Scriptura sacra est arca testamenti, III, 455, 2. Per gladium aureum denotatur, IV, 566, 1. Scriptura sacra est Christi lectulus, VIII, 10, 2 et seq. Est velut arcus Christi, XXI, 140, 1. Quomodo dicatur calamus mensuræ, XII, 793, 2. Per bilibram repræsentatur, XXI, 143, 2. Quomodo statera recta et dolosa sit, V, 313, 1. Cur dici possit mare vitreum, XXI, 103, 1. Ea allegorice intelligitur per torrentem sensim crescentem, XII, 851, 1. Scripturæ sacræ intelligentia murænulis aureis expressa, VIII, 519, 1.

2° *Scriptura sacra unde originem habeat,* I, 1, 2. Est epistola Dei ad nos missa, I, 1, 2; XIII, 233, 2. Est unica Dei vox, *Job,* 645, 1 : *Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi? Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit.* Deus nobis per Scripturam loquitur in communi, qua singulis respondet in particulari, *ibid.* Scriptura sacra est verbum Dei, XIX, 304, 1; XXI, 16, 1 : *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, quæ oportet fieri cito ; et significavit, mittens per angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit.* Scriptura sacra est a Spiritu sancto inspirata, XIX, 304, 1 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia.* A Spiritu sancto venit, XX, 438, 1 : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.*

5° *Scripturæ sacræ quid sit objectum.* De Scripturæ sacræ objecto et amplitudine, I, 4, 2. Est universitas scientiarum, et mundus intelligibilis, *ibid.* Est omnium scientiarum encyclopædia, XV, 1, 1. Est scientia scientiarum, *ibid.* Scripturæ Veteris Testamenti summa materiarum fertilitas, I, 21, 1 et seq. Est liber Dei, quæ in eo scripta contineantur, XIV, 413, 2 : *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce volumen volans. Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Ego video volumen volans, longitudo ejus viginti cubitorum, et latitudo ejus decem cubitorum.* Scripturæ sacræ divisio secundum Hebræos, III, 1, 2. In tres partes dividitur, IX, 299, 2. In eo scripta sunt lamentationes, carmen et væ, XII, 518 2.

Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber : expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris. Eæ omnes de Christo loquuntur, XVI, 386, 2 : *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere ; et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* In ea non sunt scripta omnia quæ spectant ad fidem et mores, XVIII, 352, 1 : *Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis : et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis ;* XIX, 166, 1 : *Itaque, fratres, state et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.*

4° *De Scripturæ dignitate et auctoritate*, I, 1, 2. Ejus elogium, X, 306, 1 : XI, 55, 1, 2. Scripturæ dignitas, utilitas, majestas, XV, 1, 1. Omnem aliorum scriptorum elegantiam et vim antecellit, X, 335, 2. Scripturæ veteris docetur auctoritas ex Mose, ex prophetis, ex apostolis, ex Evangelio, et ex sensu Ecclesiæ, I, 16, 2. Ex decreto Dei, 17, 1. Rursus Veteris Testamenti auctoritas docetur ex ratione, 18, 2. Item ex variis Veteris Testamenti utilitatibus, 19, 1. Scriptura vetus uberior nova, I, 19, 2. Sine Veteri Testamento novum non potest intelligi, 21, 1. Est figura Novi, *ibid.* Scriptura sacra est magnæ auctoritatis, XVI, 228, 1.

5° *Scripturæ sacræ utilitas.* Non aliis tantum, sed eam nobis præcipue legere debemus, I, 3, 1. Ad quid sit utilis, XIX, 304, 2 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.*

Primo. *Scriptura sacra intellectum nostrum illuminat*, I, 5, 1. Est sol sapientiæ, 6, 1. Ex ea cognoscimus mundi exordium, et Dei providentiam, 19, 1. Scriptura sacra omnia refert ad Deum, ut manifestetur ejus providentia, III, 278, 2. Scriptura sacra est ostium per quod in Ecclesiam intratur, quia auctoritatem præbet et fidem conciliat, XVI, 469, 1. Dat principia theologiæ scholasticæ, I, 2, 1. Ancillantur ei omnes scientiæ, 5, 2. Illius modica scientia melior est quam ampla sæcularis, V, 522, 1.

Secundo. *Scriptura sacra vitam animæ nutrit, voluntatem nostram et cordis affectiones moderatur et diligit.* Docet nos Dei voluntatem, hinc ea in omnibus dubiis est consulenda, X, 166, 1 : *Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis.* Ipsa in dubiis consulenda, non magi, XI, 223, 2 : *Et cum dixerint ad vos : Quærite a pythonibus et a divinis, qui stridunt in incantationibus suis : numquid non populus a Deo suo requiret, pro vivis a mortuis ? Ad legem magis, et ad testimonium.* Optimum doctrinæ et pietatis odorem exhalat, VI, 231, 1 : *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo : sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.* Est liber vitæ, XIX, 59, 2. Est velut arbor sacra et lignum vitæ, XII, 853, 2 : *Et super torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum : non defluet folium ex eo, et non deficiet fructus ejus : per singulos menses afferet primitiva, quia aquæ ejus de sanctuario egredientur, et erunt fructus ejus in cibum, et folia ejus ad medicinam.* Est velut cisterna et fons, V, 142, 2 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui*, XIII, 82, 2 : *Fons hortorum : puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Est velut mensa, V, 250, 2 et seq. ; VI, 176, 1, 2. Est mensa animæ, XVIII, 191, 1. Est favus mellis, VIII, 70, 2 et seq. : *Favus distillans, labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua.* Est velut thesaurus, VI, 118, 1 : *Thesaurus desiderabilis, et oleum in habitaculo justi : et imprudens homo dissipabit illud.* Est velut speculum nostrum, XV, 8, 1 ; XX, 83, 1 : *Si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.* Per eam multi sancti sunt conversi, I, 3, 2 et seqq. Scripturas nos quotidie legendo cur non ita mutemur, ut olim sancti, 4, 1. Graviter arguit sacerdotes et clericos opibus accumulandis sudantes, XII, 741, 2.

Scriptura sacra est contra omnes morbos medicina, XVIII, 683, 1, 2. Est pharmacopolium, I, 6, 2. Est apotheca rebus omnibus adversus mala omnia, et ad bona omnia procuranda, instructissima, 1, 1. Ejus lectio est funis quo dæmon ligetur ne nobis noceat, IV, 299, 1. Nobis est velut Mercurius, VI, 307, 2. S. Paulo fuit clypeus contra omnes tentationes, XIX, 267, 2. Est caverna maceriæ in qua anima fidelis requiescit, VII, 588, 1, 2. Quomodo nos consoletur, XVIII, 237, 1. Ejus lectio facit beatum, XXI, 334, 2 : *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* Scripturæ sunt anim deliciæ, *Job*, 481, 1.

6° *Scripturæ sacræ studium necessarium.* Est necessaria concionatori, 1, 7, 1. Est liber sacerdotalis, XIX, 232, 2 : *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.* Est a regibus exquirenda, VI, 253, 1 : *Gloria Dei est celare verbum, et gloria regis investigare sermonem.* Ejus studium fidelibus commendatur, X, 300, 1 : *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in Prophetis vacabit.* Docetur multis exemplis studium Scripturæ semper in usu fuisse omnibus ætatibus, I, 8, 2 et seq. Primus huic studio deditus Moyses, David, Jeremias et reliqui Prophetæ, 9, 1 et seqq. Essæi sanctæ Scripturæ studiosi, X, 300, 1. Summæ fuit Hebræis venerationi, XIX, 455, 2. Eam in die sabbati Judæi legebant, XVI, 102, 1. Scripturas tractabant Judæi in synagogis, XVII, 315, 1. Eas docebant, describebant et interpretabantur Scribæ, 125, 2 et seq. Ad idem studium hortatur Christus, I, 9, 1 et seqq. Et SS. Patres, 10, 1. Fuit

hoc studium antiquitus in monasteriis, 11, 1. Vacavit ei egregie Theodorus Studita, *ibid.* Et Venerabilis Beda, *ibid.* Alcuinus et S. Bonifacius episcopus, *ibid.*, 2. Item Carolus Magnus, *ibid.* Scriptura sacra solebat in templis juxta Eucharistiam poni, I, 2, 1. Primi Christiani de ea in mensa conferebant, XVIII, 660, 1. Olim ad mensam legebatur, XIX. 228, 1. Scripturæ investigandæ et rimandæ sunt, XVI, 386, 2 : *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Quantopere huic studio vacandum, I, 12, 1. Ejus sententias loco suo proferre posse, perutile est, VI, 163, 1 : *Inclina aurem tuam, et audi verba sapientium; appone autem cor ad doctrinam meam.*

7° *Quomodo Scripturæ studendum et ea interpretanda sit.* Primo. *Non est spiritu privato interpretanda*, XVIII, 373, 2 : *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum,..... alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Hinc eam quisque suo sensu exponere et interpretari non potest, XX, 437, 2 : *Hoc primum intelligentes quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.* Est explicanda ex mente Ecclesiæ et Patrum, 438, 2. Scripturam canonicam definire debet Ecclesia, XV, 48, 1. Scripturæ quis genuinus sit sensus Ecclesiæ est definire, XVI, 1, 2. Ejus profunditas per doctores et interpretes eruitur, X, 535, 2 ; 536, 1 : *In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adimpleti sunt supra modum.* Vix sine interprete Scripturæ intelliguntur, XVII, 204, 2 : *Accurrens autem audivit eum* (eunuchum) *legentem Isaiam prophetam, et dixit : Putasne intelligis quæ legis ? Qui ait : Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi ?* Scriptura non est ad conceptus privatos trahenda, XX, 494, 1 : *Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini; sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.* Scripturam sacram quomodo concionatores quidam ad suos conceptus torqueant, XIII. 224, 2.

Circa veterem Scripturam variæ fuerunt hæreses, I, 16, 2. Scriptura sacra facta est Judæis in laqueum, *Psalm.* I, 448, 2. Eam hæreses depravant, XX, 494, 1. Est hæreticis nasus cereus, XVIII, 454, 1. Quomodo eam Lutherus falsificarit, 438, 2.

Scriptura sacra nequit esse judex fidei controversiarum, XVIII, 5, 2. Nec sola est norma credendorum et agendorum, XIX, 64 2 ; *Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis in me, hæc agite, et Deus pacis erit vobiscum.* Ipsa sola hominem perfectum non reddit, 304, 2.

Secundo. *Dispositiones præviæ ad Scripturæ sacræ intelligentiam. Prima* dispositio est ejus crebra lectio, I, 12, 1. Ejus scientia paranda assidua lectione, V, 110, 1 : *Arripe illam, et exaltabit te : glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Secunda* dispositio est humilis animi modestia, I, 12, 2. *Tertia*, puritas mentis, I, 13, 1 ; XX, 438, 2 : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Quarta* dispositio est oratio, I, 13, 2. Scripturam sacram pandit oratio, XX, 438, 2. Ejus intelligentia a Deo petenda est, 437, 2. Gratiam eam explicandi est species prophetiæ, XVIII, 207, 1. *Quinta* dispositio est sanctitas, I, 14, 2.

Tertio. *Ad Scripturam sacram rite intelligendam, diversi ejus sensus dignoscendi, necnon variæ ejus loquendi et enarrandi species.* 1° *De variis Scripturæ sensibus*, I, 7, 2. Quis magis prævaleat, *ibid.* Scriptura quam fertilis sit, 8, 2 ; 11, 1. Quatuor habet sensus, VI, 165, 1 ; XVIII, 22, 2 ; 555, 2. Sensus litteralis et allegoricus quomodo differant, XVIII, 329, 2. Sensus litteralis maxime sectandus, XIII, 225, 2. Sensus litteralis primarius est, et ei allegoricus superstruendus, *ibid.* In eo omnia et singula congruere debent rei de qua agitur, secus est in allegorico, 427, 2. Litteralis non est typicus, sed typici figura, *ibid.* Omnis Scriptura sensum habet litteralem, non semper alios, XVIII, 22, 2. Scriptura una potest habere diversos sensus litterales et varias versiones et lectiones, I, 33, 1 ; X, 186, 2 ; XI, 75, 1, 2 ; XVIII, 23, 1 ; 617, 1 ; 625, 2 ; XIX, 367, 2. Sensus litteralis aliquando litteralem et allegoricum complectitur, X, 235, 1. Sensus litteralis parabolarum quis sit, XV, 28, 1. Sensuum distinctio in *Cantico Canticorum*, VII, 459, 1. Sensus litteralis melle, allegoricus favo denotatur, vel contra, VI, 232, 1. Sensum litteralem ab allegorico non distinguunt Patres multi, XIV, 380, 2. Allegoricus sæpe litterali potior est, *ibid.* Subinde sensus allegoricus æque, et magis intentus a Spiritu sancto, quam litteralis, XIX, 357, 2. Scripturæ sensus historicus fidem nostram pascit, allegoricus et moralis mores corrigit, et medicinalis est, XII, 853, 2. Scripturæ sensus sunt concentus ipsius Spiritus sancti, XIII, 226, 1. Sensus multiplices suppeditant multa Hebræa verba, 523, 1. Lectio duplex Scripturæ, cum est in textu Hebræo, utraque mysteria admiranda profert, XIV, 206, 2. Novi sensus non sunt quærendi, XIII, 226, 1, 2.

Scripturæ verba, proprie ut sonant, accipienda, IX, 236, 1. Scriptura omnis ad litteram uti sonat accipienda est, quantum fieri potest, XXI, 11, 1. Omnia ejus verba in sensu litterali applicari debent, XI, 78, 1. Quæ figurate in ea accipienda sunt, quæ vero proprie, XV, 26, 1. Sensus ge-

nuinus est is quem docet et tradit Ecclesia, XVI, 1, 2. Scripturæ non implentur in simili vel in sensu accommodatitio, XII, 225, 2.

Ad genuinum sensum S. Scripturæ capiendum multum valet capitum, sententiarum et vocum ejus conjunctio vel dispunctio, systole vel diastole, XIII, 254, 2. Olim per capita distincta non fuit, XII, 201, 1. Capitum distributio in Novo Testamento, in ultimis Græcis interpretibus invenitur pene similis nostræ, XIII, 253, 1. Ea quæ nunc est divisio, quando primum inducta, *ibid.* Capitum S. Scripturæ distinctio non est facta a prophetis, nec a priscis Patribus Græcis aut Latinis, sed recentior est, *ibid.* Capitum in Jeremia alia distinctio in Latino vulgari, et Septuaginta Græcis, XII, 3, 1.

2° *Varia Scripturæ sacræ locutiones et idiomata. Quoad Deum, Christum et Ecclesiam.* Cum enarrat opera Dei, magis quæ facere potest quam quæ reipsa facit, significat, XIII, 243, 1. Quomodo Deo det oculos, aures, etc., IV, 217, 1. Quomodo divinitatis et humanitatis attributa Christo tribuat, XVIII, 40, 2. Cum opus quoddam uni personæ divinæ attribuit, cæteras subintelligit, XIV, 584, 2. A Christo ad Ecclesiam et contra transit, XI, 77, 2. Quæ de corpore, id est Ecclesia, in Scriptura dicuntur competunt et capiti, id est Christo, et vice versa, ob summam Christi cum ea conjunctionem, XI, 533, 2; XIV, 301, 2; 377, 2; XVIII, 633, 1.

Quoad tempus. Solet sæpe Scriptura unum tempus pro omnium temporum differentia ponere, XI, 70, 1. Solet per tempus rei exitum significare, XIV, 361, 2 et seq. Solet tempus adventus Messiæ, etsi alioqui sit longum, ut breve reputare, XIII, 363, 2.

Quoad numeros. Numeri perfecti ponuntur in Scriptura, licet aliquid supersit vel desit, III, 172, 1; XIII, 588, 2. Solet Scriptura in numeris minorem præferre majori, XII, 238, 2. Quid ei sufficiat in recensendo alicujus genealogiam, IV, 332, 1. In recensendis filiis non servat ordinem temporis et generationis, V, 107, 1. Utitur computu anni sacri, non profani, XIV, 316, 2 et seq.; 346, 2.

Quoad loca. Scriptura per flumina regna et provincias denotat, XI, 311, 1. Climata orbis secundum Judææ et Jerusalem situm consignat, XI, 177, 2; 227, 1; XIV, 514, 1. Per omnes gentes, vel omnem terram, ejus provincias de qua sermo est, intelligit, XIV, 508, 1. De urbibus quasi de filiabus loquitur, XI, 71, 2. Solet alienis nominibus vocare urbes et gentes, maxime si a Deo alienatæ sint, XII, 171, 1.

Quoad nomina. Rebus licet mutatis, eadem tamen nomina quæ prius habuere, illis assignat, XV, 291, 2, In ea eidem personæ et rei diversa nonnunquam nomina dantur, VII, 460, 2. Per judicium et misericordiam solet omne virtutis officium, et omne opus bonum significare, XIV, 133, 2. In Scriptura sacra, res sæpe vocatur talis qualis exterius apparet, VII, 460, 2.

Quoad symbola et allegoriarum usus. Scriptura sacra sæpe utitur apologis, IX, 25, 1. Res una in ea simul est figura duorum, etiam contrariorum, XI, 78, 1, Redit ab una metaphora ad aliam, XI, 72, 1. Nomen figuræ rei figuratæ tribuit, 72, 2. Allegorice utitur in contrarium sensum, XVIII, 101, 2. In ea multa habentur quæ magis conveniant rei per allegoriam significatæ quam ipsi allegoriæ, et sensui ejus litterali, XV, 331, 2. In Scriptura parabolis adduntur subinde emblemata ad elegantiam parabolæ quæ non est necesse, imo nonnunquam impossibile est applicare rei per parabolam significatæ, VII, 458, 2. In symbolis subinde se accommodat hominum sensui, XXI, 380, 1. Exprimit gaudia beatorum spiritualia per corporalia, XV, 562, 1, 2. Longe efficacius loquitur de cœlorum mutatione et elementorum quam de corporum beatorum in resurrectione, XI, 448, 2. Sæpe ludit in verborum significatione, XVI, 412, 1. Cur fabulis Gentilium aliquando utatur, XIII, 244, 1.

Quoad genera rerum et nominum. Per utrumque genus masculinum et femininum rerum universitatem significare solet, XI, 133, 1, 2. Etiam genere neutro universitatem rerum et personarum denotare solet, XXI, 67, 2. Pro genere certam speciem, vel pro specie individuam, XI, 74, 2.

Quoad prophetias et modum quo res fieri solent. Solet Scriptura promittere quædam quæ non in eo cui promittuntur, sed in ejus posteris implenda sunt, XI, 75, 1. Sæpe ea facta vel futura dicit, quæ fieri decet aut debent, sive quæ ut fiant honestas postulat, vel quibus ut fiant justa gravisque causa datur, XIV, 514, 1. Dicit factum aliquid eo consilio et affectu quo plerumque ab hominibus fieri solet, licet reipsa longe se aliter habeat, XII, 160, 1. Sæpe rem æstimat ex facto, non ex mente facientis, IX, 521, 2. Sæpe loquitur non ex rei veritate, sed apparentia et se communi loquendi modo accommodat, IX, 540, 2; XV, 29, 1; 513, 2; XVI, 98, 2; 343, 1; 345, 2. Humano more loqui solet, XIX, 101, 2 et seq. Subinde se vulgi sensui se conformat, IV, 231, 2; 239, 1. Imo phrasibus et moribus hominum se accommodat, V, 455, 2. In ea frequens est mimesis, XI, 70, 2. Interdum antiptosin habet, XX, 558, 1.

Quarto. *Quatenus Scriptura sacra investiganda et scrutanda, et a quibus.* Tota quidem Scriptura propter nos scripta, sed non tota intelligitur, XII, 795, 2. Ejus obscuritas, XIII, 235, 1. De ejus difficultate, I, 7, 2. Non est tota clara legentibus, V, 171, 2. Est abscondita et arcana, VI, 253, 1. Oceanus est et labyrinthus, XII, 840, 1. Est porta clausa, cur, 832, 1, 2. Non est facilis intellectu, XX, 493, 2. Est quasi lucerna lucens in tenebris sæculi, 433, 2. Scripturæ sacræ sunt impenetrabiles et imperviæ, IX, 502, 2. Ipsa an bene intelli-

gatur per librum signatum Joanni visum, scriptum intus et foris, XXI, 118, 1. Scripturæ quatenus scrutandæ sint, XVII, 318, 2. Scripturæ sensus profundi non sunt cuivis scrutandi, XIX, 304, 2. Non debet legi ab omnibus, I, 7, 1. Non debet ab indoctis legi, VI, 309, 1, 2. In Scriptura non oportet sapere plus quam oportet, 274, 1, 2. Ejus verba non sunt nimis subtiliter excutienda, VI, 476, 2. Scriptura sacra ad Gentium ritus non est accommodanda, V, 1, 1, 2.

SCRUPULOSUS, SCRUPULUM. Scrupulosi sunt cogitabundi, X, 102, 2 : *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.* Scrupulosi nunquam cum gaudio comedunt, V, 521, 2. Scrupulosi peccatorum umbras timent, XIV, 9, 2. Scrupulosi quomodo se in timore suo gerere debeant, XX, 59, 1. Scrupulosi ob metum distractionis verba in oratione non repetant, IX, 231, 2 : *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, et non iteres verbum in oratione tua.* Non passim cuivis, sed ei qui juvare potest, sua secreta enuntient, 535, 1, 2. Scrupulos tollit charitas, XX, 603, 1 : *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.*

SCRUTARII. Scrutarii quales, III, 592, 2.

SCRUTATIO. Scrutatio majestatis similis melli nimis comesto, VI, 291, 1. Scrutatio secretorum prædestinationis et reprobationis fugienda, VII, 160, 2 et seq. Deus omnes cogitationes in die judicii scrutabitur, XIV, 282, 1, 2.

SCULPTILE. Sculptile continet ductile et fusile in ratione vetationis idoli sculptilis, II, 410, 2. Sculptilia vocantur idola, cur, XIV, 68, 2. Sculptilium quanta sit vanitas, 234, 1. Ea per Evangelium exterminata et oblivioni tradita sunt, 169, 2 (*Vide* IDOLUM).

SCULPTOR. Sculptores in qua re laborent, X, 290, 1. Eorum ars quam late pateat, *ibid.* et 2.

SCULPTURA. Sculptura Cherubinorum dimidiata qualis esset in templo, XII, 813, 2.

SCURRILITAS. Scurrilitas in verbis dedecens est, XVIII, 651, 1.

SCUTRA. Scutra est vas profundum circulare, III, 592, 2.

SCUTUM. 1° Scuta vetera totum militem tegebant, XII, 405, 1,

2° Scutum cordis est angor et mœror, XII, 405, 1. Scuta hostium spiritualium quænam sint, *Psalm.* I, 496, 2.

SCYLLA. Scylla unde dicta sit, V, 134, 1, 2. Est iræ symbolum, *ibid.* Scyphum cur Jason posuerit in ephebia quam Hierosolymis excitarat, XIV, 503, 1.

SCYRIUS. Scyrius lapis integer enatat, comminutus mergitur, V, 582, 2.

SCYTHÆ. Scythæ sunt maxime barbari, XIX, 105, 2. Humanis carnibus vescebantur, XVIII, 653, 1. Pro patriis sepulcris acriter dimicarunt, XIII, 549, 2. Scythæ herbam hippicen ore gestantes, duodecim dies jejuni manent, XV, 119, 2. Scythæ sunt Magog tempore Antichristi venturus, XII, 765, 2; XIX; 163, 2; 164, 1.

SCYTHICUS. Scythicæ gentes cum Antichristo venturæ contra Messiam, juxta Judæos an sint Gog et Magog, XII, 765, 2.

SCYTOPOLIS. Scytopolis quæ et Bethsan, ubi sita, IV, 477, 2.

SEABBIRON. *Seabbiron* sonat idem quod cui est fortitudo, IX, 443, 2.

SEALTIEL. Sealtiel angeli nomen quid sonet, XXI, 21, 2. Ejus emblema, 22, 2.

SEAR. Sear Jasub filius Isaiæ cur ita dicatur, XI, 187, 1; XIII, 294, 2.

SEBASTIANUS (S.). S. Sebastianus quo dilemmate SS. Marcum et Marcellianum vacillantes in fide corroboravit, IV, 530, 1. Eos quomodo nutantes ad constantiam hortatus est, XVIII, 137, 2; XX, 251, 1. S. Sebastianus martyrio affectus, quod SS. Marcum et Marcellianum confortasset, XV, 279, 1. S. Sebastiano apparuit Christus septem angelis stipatus, XXI, 19, 2. E cloaca est a S. Lucina in catacumbis honorifice sepultus, X, 279, 1, 2; XI, 266, 2. S. Sebastianus patronus in peste, III, 537, 1.

SEBASTIANUS MUNSTERUS. Sebastianus Munsterus edidit Evangelium Hebræum S. Mathæi; sed suspectum est de falsitate, XV, 49, 2; XIX, 349, 1.

SEBASTIANUS BARRADIUS. P. Sebastiani Barradii Concordia evangelica egregia est, XVI, 292, 2. Ejus ultimum ad suos monitum, XX, 388, 1.

SECARE. Secare verbum veritatis quid sit, XIX, 287, 1, 2.

SECESSUS. Secessus in nubem mysticus quis sit, X, 455, 1. Secessum nonnunquam captent, qui ad vitam activam vocati sunt, XIII, 316, 2 (*Vide* SOLITUDO).

SECRETUM. 1° *Secretum quantum intersit ad regimen*, IV, 482, 2 : *Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas.* A secreto pendet felix rei executio, IV, 305, 1 : *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est : opera autem Dei revelare et confiteri, honorificum est.* Secreti servantes sint consiliarii, XX, 101, 1. Secreti tenaces consiliarii a principibus magni fiunt, X, 50, 1. Alexander dux Parmensis quanti secretum fecerit ad res magnas perficiendas, V, 466, 1 : *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium : ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur.* Secretum non careat consilio, *ibid.* In consilio maxime requiritur, *ibid.*

2° *Secretum amici celandum.* Secretum qui celat, fidelis amicus est, et fidelis Spiritui sancto, V, 322, 1 : *Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana : qui autem fidelis est animi celat consilium.* Secreta cur magis delectent, V, 265, 2 : *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.* Secretum alicujus scire difficillimum est, 49, 2

et seq. : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud.* Secreta qui tacita velit, primus taceat, XIV, 144, 2 : *Noli credere amico, et nolite confidere in duce : ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Secreta celanda sunt, et cur, IX, 275, 2 : *Coram extraneo ne facias consilium : nescis enim quid pariet;* X, 363, 2 : *Non duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi, et eris vere sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum.* Quanti id referat, *ibid.*, 2. Ea expiscari turpe est, IX, 276, 2 : *Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam, et convicietur tibi.* Secreta amici non revelanda, ne in inimicitia quidem, 195, 2 : *Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis; et est amicus, qui odium, et rixam, et convicia denudabit;* 590, 1, 2 : *Ad amicum si aperueris os triste, non timeas : est enim concordatio; excepto convicio, et improperio, et superbia, et mysterii revelatione, et plaga dolosa : in his omnibus effugiet amicus.* Ea passim non sunt indicanda, nec amico intimo, IX, 532, 1 : *Amico et inimico noli narrare sensum tuum : et si est tibi delictum, noli denudare.* Uxori credenda non sunt, 245, 2 : *Mulier, si est tibi secundum animam tuam, non projicias illam, et odibili ne credas te.* Nec extraneis, cur, 275, 2. Secreta prodit imprudens, prudens celat, V, 554, 1, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir eruditus.* Id statim effutire stultissimum est, VI, 400, 1 : *Totum spiritum suum profert stultus : sapiens differt et reservat in posterum.* Secretum celans studet amicitiæ, id revelans eam destruit, V, 532, 1. *Qui celat delictum, quærit amicitias; qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* Secretum amici non est prodendum, VI, 261, 2 : *Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo ne reveles, ne forte insultet tibi cum audierit, et exprobrare non cesset.* Id non est cum extraneo communicandum, *ibid.* Id revelans causa est inimicitiæ, odiorum et litium, V, 538, 1 : *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum : et antequam patiatur contumeliam, judicium desert.* Et explorator, item proditor, detractor adulator, VI, 68, 2 : *Ei qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.* Secreta amici revelans infidus et perfidus est, X, 36, 1 : *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, et non inveniet amicum ad animum suum.* Ea celare est juris divini, humani, naturalis, 37, 1 : *Dilige proximum, et conjungere fide cum illo. Quod si nudaveris absconsa illius, non persequeris post illum.* Eorum nonnullæ revelationes etiam alia peccata involvunt, *ibid.* Amicitia per hanc revelationem irrecuperabiliter deperditur, *ibid.*, 2. Id in amicitia maximum crimen est, *ibid.*, 2. *Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic et qui perdit amicitiam proximi sui.* Quæ ex revelatione secreti damna sequantur, 36, 1. Secreta revelans, sibi et aliis causa ruinæ est, VI, 323, 2 : *Lingua fallax non amat veritatem : et os lubricum operatur ruinas.* Secretum proditur ab ebrietate. X, 483, 2 : *Nullum secretum est ubi regnat ebrietas.* Ea prodentes quomodo olim castigarentur, *ibid.*

3° *Secretum mystice vocatur custodia*, XIV, 223, 1 : *Super custodiam meam stabo.... et contemplabor, ut videam quid dicatur mihi et quid respondeam ad arguentem me.* Secreta sua sanctis Deus revelat, XVI, 566, 2 : *Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus; vos autem dixi amicos, quia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Secreta mentis non sunt evulganda, ne a diabolo impediantur, XV 123, 2.

SECTA. Secta tripliciter capitur, XX, 452, 2. Sectæ tres Judæorum, cœptæ tempore Jonathæ Machabæi, XV, 98, 1. Sectæ Judæorum tempore Christi septem erant, XIX, 42, 2. Sectæ quædam apud Judæos principibus inobedientes occasionem præbuere eamdem labem Christianis aspergendi, XVIII, 219, 1, 2 (*Vide* JUDÆI).

Cur sint inter hæreticos multæ sectæ, XIX, 254, 2. Quænam sectæ excludant a regno Dei, XVIII, 567, 2.

SECTATOR. Sectatores suos Christus ad paupertatem invitat, XV, 230, 1 (*Vide* PAUPERTAS).

SECUNDA (S.). S. Secundæ in tormentis constantia, XX, 166, 1.

SECUNDINA (S.). S. Secundina martyr Anagnia cæsa pro sanguine lac fudit, et odorem suavissimum exhalavit, V, 34, 1, 2.

SECUNDINÆ. Secundinæ membrana prægnanti quæ sit, et cui rei serviat, XVI, 69, 1. An eas habuerit beata Virgo, 69, 2; 70, 1.

SECUNDUM. *Secundum* varie Paulus accipit, XVIII, 27, 1. *Secundum* quid significet, dum dicitur *Evangelium secundum Matthæum*, XV, 47, 2.

SECUNDUS. Secunda porta Jerusalem erat, quæ erat in secundo muro, XIV, 278, 2. Quomodo ea capta a Chaldæis, 278, 2; 279, 1. Secunda sabbati, quænam dies apud Judæos, *Psal.* I, 312, *in titul.*

SECURIS. Securis ad radicem posita metaphorice est judicium Dei imminens, XV, 103, 1, 2.

SECURITAS, SECURUS. 1° Securus aliquando pro *immuni* capitur, V, 459, 1. Securitatem quietissimam qua phrasi Hebræi exprimant, XIV, 97, 2. Securitas præpostera in periculum impellit, XII, 61, 1, 2.

2° Securitas conscientiæ unde nascatur, V, 459, 2 : *Omnes dies pauperis mali; secura mens quasi juge convivium.* Secura mens juge convivium, *Job*, 480, 2 : *Tunc super Omnipotentem deliciis affluies, et elevabis ad Deum faciem tuam.* Securitas est filia virtutis, 97, 1 : *Ne paveas re-*

pentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum, ne capiaris. Securitas quantus contemplationis gradus, VII, 491, 1. Securitas nimia non est tuta victori in militia christiana, XVIII, 676, 2 : *Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.* Securus a tentatione in hac vita nemo, 780, 1 : *Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta, neque thorax : reputabit enim quasi paleas ferrum, et quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum vir sagittarius : in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulam æstimabit malleum, et deridebit vibrantem hastam.* Securitas et benedictio cœlestis patriæ quænam, *Psalm.* II, 465, 1, 2 (*Vide* Cœlum, etc.).

SED. *Sed* capitur pro *quia*, *imo*, XVI, 573, 2.

SEDECIAS. Sedecias nomen suum accepit a Nabuchodonosore, qui antea vocabatur Matthanias, IV, 89, 2. Sedecias initio Jeremiæ credere detrectavit, sed postea legatos in Babylonem ad regem misit tributum ei deferentes ut pacem renovarent, XII, 210, 1. Percussit fœdus inter se ac populum et Deum, 248, 1. Annos sabbaticos reparavit, 247, 1. Fuit liberalis in Jeremia alendo in publica fame, 264, 2. Ejus obstinatio in non tradendo sese Chaldæis, 268, 1. Vires conjunxit cum Ægyptiis, 627, 1, 2. Ejus fuga, 269, 2. Cur non credidit oraculis Jeremiæ nec Ezechielis, 471, 1. Capta urbe, rupto muro horti regis, fugit per desertum, non pedes, sed portatus in sella humeris bajulorum et facie velata, 588, 1. Perfidus et violati fœderis reus, Nabuchodonosoris minaces oculos et verba sustinere debuit captus et vinctus, 237, 2. Ad Nabuchodonosorem adductus excæcatus est, 270, 1. Excæcatur in Reblatha, 588, 1. Eum quomodo humiliarit Nabuchodonosor, 626, 1. Fuit ei semper subjectus, *ibid.* Cur viti comparetur, *ibid.*, 1, 2. Juste a Nabuchodonosore damnatus fuit, IV, 90, 1. Sedeciæ regis plaga in proverbium abiit, XII, 190, 2. Sepultus est pompa regia, 238, 1. Comburendus ritu majorum prædicitur, 247, 1. Quomodo a suis comploratus et planctus fuit, 247, 2 ; 248, 1.

SEDENTARIUS. Sedentarii et studiosi potissimum e stomacho laborant, et quæ hujus rei ratio, XIX, 249, 2 et seqq.

SEDERE 1° Sedere in Scriptura idem est quod adesse et esse præsentem, sive quis sedeat, sive jaceat, sive stet, XII, 351, 1, 2. Sedere Hebræis significat commorari, consistere, manere, 830, 1.

2° Sedebant Judæi et Romani in consessibus, XX, 102, 1. Sedere judicum est, XIII, 92, 1. Sedere ad mensam antiquius est quam accumbere, I, 372, 2. Sedens orare quomodo quis possit, III, 464, 1.

3° Quomodo Deus super Cherubim sedeat, I, 645, 1. Sedens in throno quem vidit Joannes, non fuit Christus, sed Deus, XXI, 94, 1, 2. Sedere et stare qui dicatur Christus ad Patris dexteriam XIX, 100, 2 et seqq. ; 355, 1. Sedere cur dicantur linguæ igneæ super singulos apostolorum, XVII, 83, 2.

4° Sedere est mœsti animi signum, XII, 527, 1. Non sedendum cum muliere aliena, IX, 285, 1. Sedere in Libano est opulenter vivere, XII, 177, 2. Sedere in solio judicii quatuor denotat, VI, 54, 1. Sedendo anima fit sapiens et divina, III, 464, 1; XIV, 592, 1. Sedere cum Deo in throno quomodo vincens intelligatur, XXI, 88, 2.

SEDES. 1° Sedes nullæ erant in templo, XVI, 241, 2.

2° Sedes Dei triplex est, XII, 143, 2. Sedes magnitudinis Christi quid sit, XIX, 423, 1. Sedes judicum quæ in cœlo visæ, XXI, 348, 2.

SEDITIO. 1° Seditio unde dicatur : an bona vel mala, XVII, 298, 2. Ad seditionem nihil ita concitat populos ac legum patriarum et religionis avitæ eversio, IV, 427, 1. Seditionis mala : nascitur e tumultu, XIV, 192, 1. Seditiones in republica cur nonnulli excitent, IX, 521, 1. Seditio popularis imprimis extimescenda est, X, 1.

2° Seditionibus Israelitæ mutuis, et postea Judæi conciderunt, XI, 241, 1, 2. Seditiones graves in Judæa fuere ante urbis excidium, XV, 503, 1.

SEDITIOSUS. Seditiosi sunt fla ella seditionum et rixarum, VI, 398, 1. Seditiosi sæpe falsitatis suæ dant pœnas, vel per plebem, vel per Deum, VI, 10, 2. Seditiosorum supplicium erat crux, XVI, 609, 1.

SEDUCTOR. Seductor hominem excoriat et exossat, XIV, 90, 2. Seductores cavendi sunt, XV, 502, 2.

SEDULITAS. Sedulitas cuique suo in officio necessaria, X, 208, 1 ; 210 1.

SEDULIUS. Sedulius Scotus idem penitus cum Heliodoro commentatore Pauli est, resectis plerisque pelagianizantibus, XVIII, 32, 1.

SEGES. Segetes virides mire oculos oblectant, X, 337, 1. Sunt tapes campi, *ibid.* Segetes suum habent mane et vesperam, XX, 206, 1. Segetes suum quasi habent diem, cujus aurora est germinatio, vespera seges et messis, XIII, 504, 2. Segetes in Judæa circa Pentecosten maturæ sunt, XVI, 366, 1, Segetes in festo S. Marci benedicuntur, XIX, 228, 2.

SEGNIS, SEGNITIES. Segnis quis dicatur, IX, 577, 1. Segnities opus cœptum non promovet, sed destruit, V, 568, 1, 2 (*Vide* Otium, Pigritia).

SEGOR. Segor quibus nominibus dicatur, XII, 304, 2. Cur dicatur vitula conternans, *ibid.* Segor qualis urbs, I, 230, 1. A communi Sodomitarum incendio, precibus Lot fuit salvata, *ibid.*

SEGULLUM. Segullum est terræ genus in summo solo, e quo metallarii venam auri subesse cognoscunt, VI, 59, 1.

SEIR. Seir regio dicta ab Esau piloso, XII,

683, 2. Seir mons, in quo serpens æneus fuit erectus, crucis Christi typum gessit, XIV, 248, 1, 2.

SEJANUS. Sejanus equus dominorum suorum fuit pernicies, XIV, 478, 2.

SELA, Sela cur a Judæ primogenitura exclusus, I, 349, 1.

SELEMNUS. Selemnus amnis amoris est remedium, XIV, 473, 1.

SELENE. Selenem suam quamnam esse diceret Simon Magus, XVII, 196, 1. Selene fuit uxor Simonis Magi, quam vocavit Ennæam, XIX, 86, 1, 2.

SELENITES. Selenites gemma describitur, X, 30, 1.

SELEUCIA. Seleucia urbs dicta a Seleuco Nicanore, XVII, 277, 1.

SELEUCIANI. Seleuciani hæretici suos igne baptizabant, XV, 105, 1.

SELEUCIDÆ. Seleucidæ sunt reges Asiæ et Syriæ, XIII, 149, 1, 2. Eorum catalogus ponitur, *ibid.* Seleucidarum post Alexandrum Magnum in Syria regnantum series, IV, 405, 1, 2.

SELEUCUS I NICATOR. Seleucus anno duodecimo a morte Alexandri regem Asiæ se fecit, IV, 406, 1, 1; 413, 2. Antiochiam condidit, 444, 2. Seleucus filio suo Antiocho Stratonicis uxoris suæ usum concessit, XVIII, 285, 2.

SELEUCUS II CALLINICUS. Seleucus Callinicus Syriæ creatur rex, XIII, 150, 1. Infeliciter pugnat cum Ptolomæo Evergete, *ibid.* Ejus mors, *ibid.*

SELEUCUS III CERAUNIUS. Seleucus quintus post Alexandrum unde dictus est Ceraunius, XII, 488, 1; XVII, 428, 1. Seleucus Ceraunius Syriæ rex dolo a suis interfectus; ejus frater Antiochus Magnus ei succedit, XIII, 150, 2.

SELEUCUS IV, PHILOPATOR. Seleucus Philopator fuit filius Antiochi Magni et frater senioris Epiphanis, IV, 509, 2. Beneficus fuit in templum Jerosolymitanum, et ei ingentia dona misit, IV, 509, 1, 2; XIV, 378 2. Deinde per Heliodorum templum Hierosolymitanum expilat, XIII, 153, 2. Ejusdem Heliodori dolo occiditur, IV, 413, 2, 509, 2; XIII, 153, 2. Inglorius et sacrilegiis infamis mortuus est, XII, 153, 1.

SELLA. Sella est quasi sedile sedentis in equo, IV, 379, 2. Sella purpurea quid, VIII, 14, 2.

SELLUM. Sellum filius Josiæ regis quis fuerit, idem est qui Joachas, tertio genitus ejus, XII, 171, 2. Cur dicatur quarto genitus, cum sit tertius, 172, 1.

SELYMI. Selymi a Salomone dicti, X, 492, 2.

SELYMUS. Selymus Turcarum imperator Julium Cæsarem ad imitandum in exemplum sibi sumpserat, XIV, 128, 1. Selymus Ægyptum occupans Mamluchos delevit, XVIII, 297, 2.

SEM. Sem hebraice quid sonet, I, 136, 1; X, 530, 2. Non est idem cum Melchisedech; cum Abraham vixit, X, 531, 1; XIX, 409, 2. Sem Deus elegit præ Japhet et Cham, X, 171, 2. Cum Seth Adami filio comparatur, 530, 1, 2. Fuit pater piæ generationis post diluvium, *ibid.*, 1. Ejus benedictio, I, 162, 1. Quam terræ regionem adierit, 162, 2. Ejus sanctitas, ex eo natus est Christus, X, 530, 2. Fuit typus resurrectionis, *ibid.* Christum sanctorum patrem repræsentat, 531, 1. An publice sapientiam docuerit, 566, 2.

SEMAIA. Semaia sacerdos de vico Dalaiæ, IV, 243, 1. Pretio subornatus a Sanaballat ut Nehemiam populo exosum redderet, *ibid.*

SEMEI. Semei non est idem qui Nabath II, 501, 1. Convicia quinque in Davidem conjecit, *ibid.* Quinque ejus in Davidem convicia secundum Hebræos, 552, 1. Ejus stultitia, *ibid.* Quomodo Deum ei præcepisse ut Davidi malediceret intelligendum sit, III, 501, 2; IX, 455, 1; *Psalm.* I, 252, 2. Eum quomodo Deus ad peccatum inclinarit, XVIII, 26. 2. A Salomone occisus fuit propter maledicentiam in Davidem, transitum tamen Jordanis prætexuit, III, 514, 2; 515, 1. Ejus maledicentia a Davide non fuit absolute remissa, *ibid.*

SEMEI. Semei quidam e majoribus Christi fuit, XIV, 513, 2.

SEMEIAS. Semeias Jeremiam ut psendoprophetam arguit, XII, 214, 1, 2. Babylone mortuus est, 215, 1, 2.

SEMEL. *Semel* pro *perfecte* interdum capitur, XII, 550, 2. *Semel* pro *omnino* et *irrevocabiliter* capitur, XX, 659, 1. Quomodo Christus *semel* pro peccatis nostris mortem subiisse dicatur, 333, 2 et seq.

SEMEN. 1° Semen Hebræis quam multa significet, XI, 184, 2; 185, 1.

2° *Semen pro plantarum granis vel germine.* Semina plantarum humano semini præferuntur, VIII, 419, 2. Semen optimum quod sit, XV, 324, 1. Semen in Palæstina in novembre germinare incipit, XIV, 317, 2. Semina quando κόπτεσθαι vel vitiari dicantur, X, 222, 2. Semina mala fœcundiora sunt bonis, VI, 147, 1. Unde dispar seminis fructus proveniat, XV, 319, 1 et seq. Semen austeritate servatur, 323, 1. Cur semen in via dispereat, 324, 2.

Seminis et culpæ analogia, VI, 147, 1. Semen moriens et repullulans est resurrectionis typus, XII, 758, 1; XVIII, 409, 2. Seminis analogia cum Evangelio, XX, 319, 1 et seqq.

3° *Semen genitale.* Unde ipsum oriatur, et diversum ad diversa membra efformanda requiritur, V, 138, 1. Seminis genitalis origo, VI, 194, 1. Humanum semen e lumbis oritur, XIX, 413. 1. Semen quoque ad prolis conceptionem femina subministrat, 477, 1. Seminis origo in feminis an sit in umbilico, XII, 605, 2. In semine triplex spiritus, XII, 616, 1. Seminis crebra effusione multi spiritus vitales effunduntur, V, 138, 1. Semen humanum quomodo immundum sit, *Job*, 320, 1. Semen suum quomodo Salomon profanarit, X, 497, 2.

Seminis fluxus quid denotat tropologice, II, 99, 1, 2.

4° *Semen prò sobole et progenie*, Job, 151, 2. Quomodo semini Abrahæ factæ sunt promissiones, XVIII, 85, 2; 543, 1. Semen subinde est nomen collectivum, subinde certam personam significat, 543, 1.

Semen locustæ vocatur bruchus, XIII, 479, 1.

5° *Semen in sensu spirituali sumptum.* Semen Dei quomodo vocetur Spiritus sanctus, XIII, 286, 1, Semen sanctum est Christus et christiani, XI, 185, 1. Semen Ecclesiæ quod fuerit, XI, 110, 2. Semen pacis quid sit, XIV, 445, 1.

SEMICINCTIA. Semicinctia quæ dicantur, XVII, 352, 1.

SEMINARE. *Seminare ventum in Scriptura quid sit*, XIII, 394, 1.

SEMINIFLUUS. Seminiflui immunditia et purificatio, II, 96, 2. Tropologice doctores et concionatores impuros, verbosos, et importunos significat, 97, 1, 2.

SEMIPELAGIANI. Semipelagianorum error circa prædestinationem, XV, 291, 1. Semipelagianorum error de gratia confutatur, XVIII, 588, 1.

SEMIRAMIS. Semiramis a columbis nutrita, XI, 705, 2. Semiramis fuit virago illustris, X, 14, 1. Ejus libido, XII, 199, 2. Semiramis Ninum filium ad stuprum invitavit, XIII, 185, 2. Eam Assyrii sub specie columbæ coluerunt, quod in hanc illam mutatam crederent, 439, 1.

SEMITA. Semita idem est quod semi iter, V, 502, 1. Semitæ æquitatis quæ dicantur, V, 111, 2 et seq.

SEMITARIA. Semitariæ merces quæ dicantur, V, 199, 2; 264, 2.

SEMPRONIUS (S.). S. Sempronius martyr statuam Martis contrivit, XVIII, 244, 1.

SENARIUS. Senarius numerus perfectus est, quia sexto die Deus opera sua perfecit, XII, 795, 2 et seq. Senarius numerus cur dicatur numerus hominis, XXI, 262, 2. Ejus numeri imperfectio, 464, 2. Senarius numerus mortalia significat, II, 416, 2.

SENATOR. 1° Senatores cur dicantur senes, XI, 138, 2. Sint seniores, XVII, 125, 2. Senator vocatur caput, incurvans et ramus, XI, 239, 2. Senatores quales esse debeant, XXI, 102 et seqq. Senatori quæ sint necessaria, V, 208, 1. Senatores antequam in curiam eant, sacro intersint, X, 259, 1.

2° Senatores e senibus legebantur olim, et postea sic dicti e senatoribus nati, et in senatum cooptati, XXI, 97, 2. Senatorum varius numerus, IV, 451, 2. Senatores Romani purpurea toga ornabantur, IV, 451, 2. Vocabantur Patres, XVIII, 615, 2. Senatorum Romanorum potentia et auctoritas, XXI, 242, 1; 253, 1. Summi cultores erant silentii, IX, 276, 1. Senatores abortivi qui Romæ dicerentur, XVIII, 400, 2.

SENATUS. 1° Senatus *a senibus* dictus, V, 513, 2; XVIII, 672, 2; 673, 2; XIX, 153, 1. Senatus olim erat senum consilium, IV, 521, 1.

2° Senatus Romanus quanti religionem olim fecerit, XIV, 321, 2.

SENECA. Seneca philosophus ethices cultor fuit, IX, 5, 1. Quia censuit idola colenda, taxatur, IX, 1. Quomodo prisca sacrificia laudet, XVIII, 52, 1. Dicebat mortem esse homini naturalem, 98, 1. Ejus error de ulciscenda injuria, X, 48, 2. Fortunam in se provocabat, XVIII, 150, 2. Quam parvi prosperam fortunam fecerit, XII, 165, 2. Seneca an Paulum e vinculis Neronis liberavit, XIX, 315, 2. Senecæ ad Paulum epistolæ sunt suspectæ fidei, 316, 1. A Nerone discipulo necari jussus est, IX, 386, 2. Seneca fuit Stoicus, non Christianus, et moriens sanguinem suum Jovi libavit, XXII, 344, 1.

SENECTUS, SENIS, SENIUM. 1° *Quid sit senectus et unde sic dicta.* Senectus quid sit, VII, 382, 2; 383, 1: *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni de quibus dicas: Non mihi placent.* Senectus et senium dicuntur etiam *a sensu*, quia senes prudentia valent, VI, 86, 2: *Exultatio juvenum fortitudo eorum: et dignitas senum, canities.* Senectutis viginti et unum ænigmata sunt, VII, 379, 2. Ejus laus et vituperium, IX, 266, 2: *Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.* Ea obrepit incogitantibus, *ibid.*

2° *Senectutis et senum indoles.* Senectus expers passionum est, IX, 205, 1, 2: *Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam.* Senes experientia, sapientia, prudentia valent, IV, 523, 1, 2; V, 13, 2; VI, 87, 2; VI, 87, 2; XIV, 444, 1. Eorum proprium est doctrina, consilium et sapientia, IX, 217, 1: *In multitudine presbyterorum prudentium sta: et sapientiæ illorum ex corde conjungere;* 672, 1, 2: *Quam speciosum canitiei judicium, et presbyteris cognoscere consilium!* 673, 2: *Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei.* Cur sint sapientiores, 673, 1. Senectus quia multa vidit et audivit hinc experientiam habet, X, 198, 1: *Vir in multis expertus cogitabit multa: et qui multa didicit, enarrabit intellectum.* Senes quomodo bis pueri sint, XI, 753, 1, 2. Oderunt garrulos et verbosos, IX, 231, 1: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum.* Senes cur ad preces et vota proniores sint, XIII, 499, 2. Tardi, torpidi, somniculosi esse solent, XIX, 329, 1. Item morosi, pusillanimes, suspiciosi, *ibid.* Senes ut plurimum mortem horrent, quare, X, 346, 2 et seq.

3° *Senectutis infirmitates et necessitates.* Senectutis mala, III, 515, 2: *Octogenarius sum hodie, numquid vigent sensus mei ad discernendum suave aut amarum? aut delectare potest servum tuum cibus et potus, vel audire possum ultra vo-*

cem cantorum atque cantatricum? Senectus magnas ærumnas affert, XIX, 329, 1. Ejus morbi unde proveniant, X, 474, 2. Senes et frigidi quare parum dormiant, VII, 179, 2; 389, 1. Quænam excelsa senes timeant, 390, 2 : *Excelsa quoque timebunt, et formidabunt in via, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparis : quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in via plangentes.* Senectus cur vino modico indigeat, XIX. 329, 2. In quo juventute opus habeat, VI, 88, 1.

4° *Senectutis præsertim bonæ commoda et fructus.* Senectus bona quæ sit, III, 168, 2 : *Mortuusque est Gedeon filius Joas in senectute bona;* VI, 87, 2. Senectus Caleb virtutis præmium, III, 77, 1: *Locutusque est ad eum* (Josue) *Caleb, filius Jephone Cenezæus : ..... Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est usque in præsentem diem. Quadraginta et quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem : hodie octoginta quinque annorum sum, sic valens, ut eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum ; illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat tam ad bellandum quam ad gradiendum.* Senectus justorum suavis et sapida est, V, 374, 2 : *De fructu oris sui homo satiabitur bonis : anima autem prævaricatorum iniqua.* Senectus sancta est venerabilis, et velut corona, V, 513, 1 : *Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur*, XX, 386, 2. Senum corona septuplex, V, 513, 1. Coronantur canis, ætate, nepotibus et prudentia, 513, 2. Olim coronabantur, 513, 1. Cupiditatum suarum monstris domitis, coronam laudis promerentur, 514, 1. Unde sint reges, VI, 87, 2. Senectus est decor senum, *ibid. Exultatio juvenum, fortitudo eorum ; et dignitas senum, canities.* Senectus est requies casuum et laborum, V, 514, 1. Senibus ætate fessis cur Propheta somnia immittenda dicat, XIII, 508, 1. Senectutis est quæsitis uti, IX, 672, 2. Senes magnam ex se propaginem cernunt, futura prospiciunt et prænuntiant, VI, 87, 2. In senectute plena, pia ac honorata mori extremum hujus vitæ bonum, IV, 311, 1 : *Viditque* (Tobias) *quintam generationem, filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.*

5° *Senectutis malæ vitia*, XIX, 328, 1, 2; 329, 1. Est dura et inflexibilis, IX, 206, 1. Est indocilis, XI, 143, 2. Senum etiam virtus mulierum consuetudine frangitur, XIX, 329, 1. Senes multi priorem juventutis gloriam turpiter maculant, X, 496, 2 : *Dedisti maculam in gloria tua, et profanasti semen tuum.* Eorum lascivia turpis est, IX, 348, 1: *Error et tenebræ peccatoribus concreata sunt; qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.* Senes libidinosi pappo carduorum assimilantur, XIII, 180, 1, 2 : *Et constituti sunt de populo suo senes judices in illo anno, de quibus locutus est Dominus : Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.* Senes accusatores Susannæ qui fuerint, *ibid.* (*Vide* SUSANNA). Si peccent senes, non minus judicandi quam adolescentes, X. 367, 2: *Ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas..... De disciplina insensati et fatui, et de senioribus qui judicantur ab adolescentibus.* Senes puniri ante alios merentur, quia junioribus sunt causa offendiculi, XII, 571, 2: *Et illis dixit* (Dominus), *audiente me : Transite per civitatem sequentes eum, et percutite : non parcat oculus vester, neque misereamini. Senem, adolescentulum et virginem, parvulum et mulieres interficite usque ad internecionem : omnem autem super quem videris thau, ne occidatis, et a sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo a viris senioribus, qui erant ante faciem domus.*

6° *Senectutis quæ sint partes et officia*, VI, 88, 1. Senectutem decet morum gravitas et sanctitas, *ibid.* et 2. Animi perturbationibus careat, 87, 1. Senectus vera sita est in probitate, non in ætate, XIX, 232, 1 : *Nemo adolescentiam tuam contemnat; sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate et fide, in castitate.* Senectus debet esse puerilis, et pueritia senilis, IV, 269, 2. Senectus portus, non naufragium vitæ superioris esse debet, IV, 523, 1 : *At ille* (Eleazarus) *gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.* Senes sobrii sint, pudici, prudentes, et aliis virtutibus præditi, XIX, 329, 1 : *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam : senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, ut prudentiam docean tadolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.* Senes decet sapientia, VI, 31, 2 : *Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in novissimis tuis ;* IX, 268, 2; 671, 1. Seni fatuitas incongrua est, IX, 671, 1 : *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ eorum : pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.* Unde senis in fatuitatem cadat, 672, 1. In senectute sectandum otium quietis et tranquillitatis, V, 157, 2. Senes primi in convivio loquantur, sed exacta et sensata, X, 148, 2 : *Loquere, major natu ; decet enim te primum verbum diligenti scientia, et non impedias musicam.* Parce vinum bibant, 135, 2 : *Quæ est vita ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors ;* 137, 2 : *Exultatio animæ et cordis, vinum moderate potatum. Sani-*

tas est animæ et corpori sobrius potus. Senibus quomodo cum juvenibus vivendum est, XIX, 329, 1. Cum juvenibus non contendant, X, 367, 2. Senes se ad exitum parent, IX, 673, 2. Ad vitam beatam anhelare debent, VI, 87, 2.

7° *Quæ sint juniorum erga senes officia.* Senes honorandi septem de causis, II, 128, 1, 2 : *Honora personam senis, et time Dominum.* Senes sunt inter juvenes quasi Deus, VI, 87, 1. Sunt imago antiquitatis Dei, *ibid.* Adolescentes revereri debent seniores, et eis subditi esse, XX, 386, 1 : *Similiter, adolescentes, subditi estote senioribus.* Senibus ab adolescentibus deferendum, X, 153, 2 : *In medio magnatorum non præsumas, et ubi sunt senes, non multum loquaris.* Junioribus coram principibus et senioribus tacendum, *Job*, 635, 1 : *Igitur Eliu expectavit Job loquentem, eo quod seniores essent qui loquebantur.* Senes apud omnes populos in magno honore fuere, X, 153, 1. Senectutis honor delatus apud omnes gentes, *Job*, 635, 1, 2. Nullatenus spernendi sunt, IX, 266, 1 : *Ne spernas hominem in sua senectute; etenim ex nobis senescunt.* Cur a juvenibus irrideantur, *ibid.* Senes deliri tolerandi, 120, 1 : *Fili, suscipe senectam patris tui, et si defecerit sensu, veniam da; et ne spernas eum in virtute tua.* Senes contra juvenum petulantiam propugnandi, X, 367, 2. Senectus parentum quomodo a filiis toleranda, fovenda, sublevanda, 119, 1 (*Vide* FILII, PARENTES).

Senes reipublicæ regendæ præficiuntur, V, 513, 2. Iis gerenda respublica, cur, IX, 268, 1, 2. Senes reipublicæ cur præesse debent, XXI, 100, 2.

Seniores et digniores mensam auspicentur, IX, 120, 1. Senes sunt obsecrandi, juniores increpandi, XIX, 307, 1. Eorum monita et documenta non sunt aspernenda, IX, 268, 1, 2 : *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientum, et in proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim disces sapientiam et doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela. Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dare responsum.* A senibus discendum est, *ibid.*, 2. Eorum consilia velut oracula accipienda, VI, 87, 1. Eorum exemplum et consilium quam sit utile, 88, 1. Senes sapientes audire consultum est, IX, 216, 2 : *In multitudine presbyterorum prudentium sta; et sapientiæ illorum conjungere.*

SENIOR. 1° Senior idem quod Dominus, V, 513, 2; XX, 631, 1. *Senior* vox quid apud varias nationes significet, XX, 97, 2. Seniores olim erant judices et principes regionis, V, 513, 1. Seniores Pharizæi quare primo in accusatione adulteræ exierint notati a Christo, XVI, 434, 1.

2° Seniores viginti quatuor Joannis in *Apocalypsi* ad viginti quatuor Cherubinos templi alludunt, XII, 814, 1. Senior dicens Joanni ne fleret, quis fuerit, XXI, 122, 1, 2.

SENNAAR. Sennaar qualis sit locus, et quid tropologice significet, I, 173, 1. Sennaar est Babylonia, XI, 269, 2. Sennaar unde dicta sit Babylon, XIV, 422, 1. Sennaar cur Judæi vocent quamcumque gravem calamitatem, carcerem et exilium, *ibid.*

SENNACHERIB. Sennacherib plura habuit nomina, XI, 322, 1, 2. Cur dictus Sargon, *ibid.* Sennacherib cur dicatur novacula, XI, 207, 2. Locustæ comparatur, cur, XIII, 609, 2. Vocatur Belial, cur, XIV, 170, 2. Comparatur flumini Euphrati et aquilæ grandi, XI, 215, 2. Pulveri cur assimiletur, 302, 1.

Quando Judææ magnam partem vastarit, XI, 216, 1, 2. Vastavit Ægyptum et Assyriam, 322, 1, 2. Ejus fastus et arrogantia, 244, 2; 245, 1. Ejus terror per omnes urbes, 252, 1, 2. Ejus copiæ cur saltui nemoroso assimilentur, 253, 2. Jerusalem appropinquans, audivit Taracam Æthiopiæ regem, ipsum bello petere, et per Ægyptum transire, itaque per viam qua itur in Ægyptum, contra eum pugnaturus profectus est, 249, 1. Distulit obsidionem Jerusalem audito contra se venire regem Æthiopum, 468, 1; 553, 1. Ex itinere tamen scripsit litteras ad Ezechiam superbiæ et minarum plenas, *ibid.* Biennio bello Æthiopico distentus fuit, 468, 1. In persona tantum venit directe contra Jerusalem, sed comitanter etiam contra vicinos, 322, 1, 2. Pactum cum Judæis initum violavit, 439, 2. Ejus perfidia punita, IV, 73, 2. Ejus congrua pœna, XI, 467, 2. Ejus superbia retunditur, IX, 174, 2; XI, 245, 2. Ejus castra cæsa ab Angelo, XI, 216, 1, 2; 427, 1; 437, 1, 2 et seqq.; 468, 2; XIV, 71, 2; 75, 1, 2; 164, 2; 168, 2. Ipse cur superstes cladi suorum, XI, 469, 1. Cum exercitu non periit, quia servatus ad majores plagas, IV, 189, 2 et seq. Post hanc cladem sævire in Judæos in Assyria captivos cœpit, XI, 469, 2. A filiis suis in templo Dei sui est interfectus, et cur, IV, 190, 1; XI, 469, 2; XIV, 169, 1. Sennacherib est typus diaboli et persecutorum Ecclesiæ, XI, 437, 1. Sennacherib cladem quomodo posteris expressam tradiderint Assyrii, XIII, 397, 2.

SENSATIO. Sensatio tota est in anima, XVIII, 28, 2; 443, 2.

SENSATUS. Sensatus idem est quod sanctus in *Ecclesiastico*, X, 28, 2.

SENSIBILIS. Sensibilia magis apprehendit hominis mens quam spiritualia, X, 561, 1.

SENSITIVUS. Sensitiva pars in homine est potentior quam rationalis, X, 561, 1.

SENSUS. 1. SENSUS EXTERNI SEU SENSUUM ORGANA. — Sensus omnes velut oculati exhiberi possunt, XIII, 245, 1. Qui sensus sint administri intellectus et voluntatis, VI, 60, 1 : *Aurem audientem, et oculum videntem, Dominus fecit utrumque.* Sunt limitatæ virtutis, hinc per intemperantiam enervantur, 275, 2 : *Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud.*

Hos sensus oppugnamur, XVIII, 335, 1 : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Per sensuum portas intrat mors in animabus nostris, XII, 85, 1 : *Ascendit mors per fenestras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.* Exempla eorum qui sic periere, *ibid.* Sensus quinque regibus assimilantur, I, 194, 1. Sensuum ululatus et planctus in die judicii, XIV, 279, 1. Sensus omnes in inferno patientur, XXI, 326, 2 : *Quantum glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum.* Sensus omnes beatorum suas habent voluptates, 408, 1.

Sensus sextus præscientiæ Prophetis proprium est, XIV, 201, 1.

II. SENSUS PRO ANIMI AFFECTIONE, NECNON PRO JUDICIO, RATIONE. — Sensus est tam intelligentia passiva quam activa, XVIII, 493, 1 : *Nolite, pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote : sensibus autem perfecti estote.* Accipitur alias pro mente, judicio, ratione, *ibid.* Sensus interni sunt animæ cibi, XII, 387, 2. Sensa animi aliis passim declaranda non sunt, IX, 532, 1 : *Amico et inimico noli narrare sensum tuum ; et si est tibi delictum, noli denudare.* Sensus, doctrina, scientia quomodo invicem distinguantur, IX, 164, 2 : *In lingua enim sapientia dignoscitur : et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati.* Sensus communis non est in cerebro, sed in corde, XII, 753, 2; XV, 354, 2 : XVIII, 263, 1. Quis sit sensus Christi, XVIII, 266, 2 : *Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? nos autem sensum Christi habemus,* XIX, 22, 1 : *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu.*

III. SENSUS SCRIPTURÆ (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

SENTENTIA. I. SENTENTIA PRO PROPOSITIONE ALIQUA INSIGNI ET SAPIDA. — 1° *Sententiæ quam sint utiles.* Sententia opportune producta magnam venustatem habet, VI, 264, 1; 265, 1 : *Mala aurea in lectis argenteis, verbum dictum in tempore suo.* Sententia aliqua bella et sapida sæpe melancholiam levat aut tollit, V, 574, 2. Sententia aliqua sancta in tentatione ad mentem revocanda est, X, 259, 2 : *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile.* Sententia gravis in ore stulti non reperitur, VI, 302, 1 : *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.* Nec eum decet, *ibid.* Cur sententia regis dicatur oraculum, V, 494, 1 : *Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.*

2° *Sententiæ S. Scripturæ.* Primo. *Sententiæ Proverbiorum.* Sententiæ libri *Proverbiorum* quæ extent in Hebræo, quæ non, V, 7, 1. Sententiæ hujus libri non significant quid semper, sed quid sæpe eveniant, 273, 2. In eo multæ non sunt connexæ, 127, 2. Multæ quoque ex uno loco in alium sunt translatæ, V, 127, 2; IX, 186, 1. Cur sententiæ eædem subinde in libro *Proverbiorum* repetantur, VI, 314, 2.

Secundo. *Sententiæ Ecclesiastici.* Sententiæ Siracidis aliter et aliter a quibusdam transpositæ, IX, 306, 1; 370, 2. Eædem sæpe iterantur, et inculcantur aliis et aliis verbis, quod et a SS. Patribus usurpatur, 41, 1.

Tertio. *Sententiæ aliorum librorum S. Scripturæ.* Sententia eadem pluries et ad diversa proposita a Christo accommodatur, XV, 23, 2. Sententiæ eædem subinde reperiuntur in scriptoribus hagiographis, et cur, XX, 231, 1. Sententiæ S. Scripturæ quam sint utiles, VI, 163, 1. Sententiæ infidelium in Scriptura, solerter secernendæ sunt a sententiis dictisque fidelium, XIII, 242, 1. Sententia eorum qui existimaverunt satius esse non diu vivere, VII, 166, 1.

II. SENTENTIA PRO JUDICIO CONTRA REOS PROLATO. — 1° Sententia Dei de exscindenda urbe per Michæam prolata, abolita non fuit tempore Jeremiæ, sed suspensa duntaxat, XIV, 94, 1. Hæc sententia erat de excidio per Chaldæos, non autem per Romanos, *ibid.*, 2.

2° Sententiæ areopagitarum instar oraculorum habebantur, XVIII, 322, 1.

3° Sententiæ latæ in Christum velut reum mortis indignitas, XV, 586, 1, 2. Hæc in eum a Pilato lata, 608, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VI).

4° Sententiam sacerdotis absolventis vel retinentis peccata Christus ratam habet, XVI, 634, 2. et seq. (*Vide* ABSOLUTIO, PŒNITENTIA).

5° Sententia Christi judicis quam sit futura horribilis, X, 406, 1; XIX, 145, 2. Sententia damnationis reproborum expenditur, XV, 537, 1; 538, 2. Sententia condemnationis æternæ recte gladio denotatur, XXI, 35, 1.

Sententia Christi pro electis, quam sit futura jucunda, XV, 534, 2. Sententia felicitatis, et ipsa æterna felicitas vocari potest calculus candidus, XXI, 56, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. VIII).

SENTES. Sentes dictæ *a sentiendo,* VI, 309, 1.

SENTIRE. Sentiens mœrorem, non ita eum alteri exponere potest, atque ipse sentit, V, 413, 1, 2 (*Vide* MŒROR). Sentire invicem quid sit, XVIII, 212, 1.

SENTIUS. Sentius Saturninus missus est ab Augusto ad Judææ descriptionem faciendam, XV, 55, 2.

SEPARARE, SEPARATIO. Separare pretiosum a vili, quid sit, et varie exponitur, XII, 130, 1. Separatio justorum a reprobis in die judicii, XV, 534, 2. Separatio beatorum a damnatis fit per chaos interjectum, IX, 466, 1.

SEPARATOR. Separator Azoti quomodo fuerint Alexander, Jonathas, Machabæus, et mystice Christus, XIV, 455, 1, 2.

SEPELIRE, SEPULTURA. 1° *Sepultura mortuo concedenda;* IX, 254, 2 : *Gratia dati in conspectu*

omnis viventis, et mortuo non prohibeas gratiam. Sepultura est ultimum misericordiæ officium naturæ debitum, IV, 273, 1. Ei insistendo aliqui martyres effecti, *ibid.* Sepelire mortuos proprium piorum opus est, XVII, 191, 1 : *Curaverunt autem Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum.* Sepeliendo corpora mortuorum fidem et spem resurrectionis protestamur, virtutique sanctorum et martyrum magnus honos defertur, IV, 273, 1. Sepulturam negligere vel negare, etiam hosti, apud Gentiles erat ignominia, IV, 553, 2 : *Et sequenti die venit cum suis Judas, ut corpora prostratorum tolleret, ut cum parentibus poneret in sepulcris paternis.* Sepulturæ quatuor fines et fructus, X, 279, 2 : *Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare.* Ea facienda secundum patriæ ritum, *ibid.* Sepelire patrem cur Christus vetuerit eum qui se volebat sequi, XV, 233, 1 : *Alius autem de discipulis ejus ait illi : Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi : Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

2° *Sepeliendi ritus apud varios populos.* Sepeliendi mortuos in locis consecratis ritus quam sit antiquus, I, 386, 1 : *Cumque appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocavit* (Jacob) *filium suum Joseph, et dixit ad eum : Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo ; et facies mihi misericordiam et veritatem, ut non sepelias me in Ægypto ; sed dormiam cum patribus meis, et auferas me de terra hac, condasque in sepulcro majorum meorum.....* Sepeliri in patria sua semper desiderarunt viri sancti, XIV, 263, 2 : *Audivi, et conturbatus est venter meus : a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat. Ut requiescam in die tribulationis : ut ascendam ad populum accinctum nostrum.* Sepeliri inter amicos optabile est, X, 438, 1 : *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem.* Sepulturæ jus licet emere, quod ex Abrahæ exemplo firmatur, I, 252, 2. Sepulturæ quanta cura habenda, 253, 1. Judæi quomodo mortuos sepelirent, XV, 640, 1. Judæi digniores in speluncis sepeliebantur, XVI, 494, 2. Sepulturæ locus apud Christianos consecratus, I, 252, 2. Qualis sit sepultura apud Christianos, X, 279, 2. Sepulturæ Christianorum mos priscus, XVII, 192, 1, 2. Ornatus sepulturæ Christianæ, XI, 267, 1, 2. Sepultura magnatum qui olim magnificas moles construxere hodie ignoratur, XII, 175, 2 (*Vide* Exequiæ, Funera, Sepulcrum).

3° *Quinam sepultura caruerint, jure vel facto.* Sepultura humana caruit Jason Oniæ sancti frater, IV, 519, 2. Sepultura carebant ex Ecclesiæ statuto monachi proprietarii, XVII, 148, 1. Sepultura asini sterquilinium, XII, 175, 2.

4° *Sepeliri in inferno graves peccatores quomodo dicantur,* XXI, 361, 2 (*Vide* Infernus, Peccatores).

5° *Sepulturæ meditatio utilis,* Job, 275, 2 (*Vide* Mors, Sepulcrum).

SEPES. Sepes vineæ, id est Ecclesiæ, est custodia angelorum vel lex, XI, 152, 2 ; XV, 470, 1. Per sepem intelligitur doctrina cœlestis et timor Dei, 684, 1. Sepes animæ et conscientiæ, VI, 246, 2. Sepes, in quas servus jussus exire, quid significent, XVI, 199, 1, 2. Sepem se pro populo viri sancti interponunt, XII, 665, 2.

SEPHARAD. *Sepharad* unde deducatur, XIV, 18, 1. Quid assyriace significet, *ibid.* Quid arabice, *ibid.* Per *Sepharad* vulgo accipitur Hispania, 18, 2. Easdem habet consonantes quas græcum *Sperida,* quomodo Græcis Hispania vocatur, *ibid.* Est nomen assyriacum, 19, 2. Quam varia significet, *ibid.* An post tempora Abdiæ Hispania vocata sit *Sepharad,* et a recentioribus rabbinis, *ibid.*

SEPHARVAIM. Sepharvaim urbs an juxta Bosphorum sita, et unde dicta, XIV, 18, 1.

SEPHER. *Sepher* idem est quod liber, [illegible] 415, 1.

SEPHETA. Sepheta est nomen proprium regionis campestris Judææ, XIV, 16, 2.

SEPHORA. Sephora uxor Moysis filium circumcidit, I, 469, 1, 2. Quomodo deprecabunda pedes angeli tetigit, *ibid.*, 2.

SEPTEM. 1° Septem capitur pro multi, XII, 126, 2. Septem generationes quibus Judæi in Babylone fuere, quomodo capiantur, XII, 469, 1.

2° Septem regni administratores et consiliarios primos reges prisci habebant, VI, 314, 2. Septem principes intimos Assyriorum et Persarum reges habebant, XIV, 122, 2. Septem diaconi cur apostolis assisterent, et dein episcopis, XVII, 161, 1. Per septem angelos principes Deus Ecclesiam et orbem regit, *ibid.* Septem fratres dormientes ad vitam redeuntes Ephesi resurrectionis mortuorum signum fuere, XII, 538, 1 ; 761, 1.

3° Per septem mulieres virum unum apprehendentes quid litteraliter et allegorice intelligatur, XI, 146, 1. Septem spiritus in conspectu throni divini stantes qui sint, XXI, 18, 2 ; 102, 1 ; 109, 1. Sunt septem angeli principes, 19, 1 et seqq. Quando horum septem angelorum primum mentionem facere cœperit Scriptura, *ibid.*, 2. Spiritus per septem lampades denotantur, 102, 1 ; 109, 1. Septem angeli tubarum quinam fuerint, 192, 2 et seq. (*Vide* Angeli). Septem diaconi cardinales per septem episcopos ad quos S. Joannes scribit repræsentantur, 100, 2. Septem capita draconis, sunt septem reges tempore Antichristi futuri, 242, 1. Septem phialæ quas habebant septem angeli, quid significent, 294, 2. Septem reges ante Antichristum, quorum quinque cecidere, unus est, et alius nondum venit, qui sint, 243, 2 et seqq. ; 316, 2. Septem capitalia vitia ad septem capita draconis r[illegible]

alludunt, 241, 2. Hæc an per septem angelos repræsentata, 304, 2.

SEPTEMBER. In septembri cur navigatio sit incommoda, XVII, 425, 1.

SEPTEMPAGANI. Septempaganorum quale sit mel, XXI, 327, 1

SEPTENARIUS, 1° Septenario numero gaudent Hebræi, XIII, 126, 1. Illis familiaris est propter sabbatum, XVIII, 187, 1, Per septenarium veteres jurabant, XII, 658, 1. Septenarius numerus sumitur pro *frequenter*, Psalm. II, 332, 2.

2° Septenarius numerus quid repræsentet, et quæ sint hujus numeri mysteria, VII, 364, 1, 2; XIV, 309, 2; 391, 1, 2; XVI, 369, 2. Septenarius numerus plenitudinem significat, II, 416, 1. Est virgo sine patre et matre, *ibid.* et 2. Est nodus rerum omnium, *ibid.* Immortalia significat, *ibid.* Septenarius numerus, multitudinis, plenitudinis, copiæ, perfectionis et universitatis symbolum est, V, 246, 2; VI, 215, 1; IX, 220, 2; 551, 1; 583, 2; X, 222, 1; 329, 2; XII, 503, 2; 771, 1, 2; XIII, 537, 1; XV, 413, 1; XVI, 133, 1; XVIII, 187, 1; XXI, 19, 1; 21, 1; 118, 1; 293, 2; *Job*, 144, 1. Hujus numeri perfectio, XII, 527, 1. Est etiam symbolum gratiæ legis novæ, XVI, 644, 1. Si ei addatur octonarius, magnam et ingentem multitudinem significat, XIII, 537 1. Ejus duplicati mysteria, XV, 61, 2.

SEPTENTRIO. Septentrio ob frigus viros proceros et vastos producit, XII, 695, 2.

SEPTENTRIONALES. Septentrionales ob frigus aliis gentibus candidiores sunt, X, 407, 2.

SEPTIES. Septies cadit justus, quo sensu, VI, 223, 1 (*Vide* Justus).

SEPTIMUS. Septimus Severus imperator quintam in Christianos persecutionem movit, XXI, 141, 2.

SEPTIMUS. Septimum diem Deus jam inde ab initio sanctificavit, XIX, 386, 1. Septimus numerus Judæis erat solemnis, XIII, 625, 1. Septimus annus libertatis servorum erat status et communis, I, 609, 1. Septimus mensis, id est september, pene ipsis sacer erat, XIII, 642, 2.

SEPTIMUS monachus. Septimi monachi pro fide atholica constantia, XVIII, 624, 1.

SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS. Septuagesimi septimi numeri mysterium, XV, 413, 1.

SEPTUAGINTA. I. Septuaginta anni captivitatis Hebraicæ, *vide* Captivitas.

II. Septuaginta hebdomades Danielis, *vide* Hedomades.

III. Septuaginta interpretes. 1° Septuaginta interpretes quando et ubi Biblia in græcum sermonem transtulerunt, IX, 19, 2; 20, 1. A Ptolemæo vocati varias ab eo in mensa quæstiones politicas propositas resolverunt, X, 143, 2 et seq. Septuaginta interpretum versio procurante Ptolemæo Philadelpho Alexandriæ facta et cusa est, XIV, 192, 1; 482, 1. Sunt antiquissimi et doctissimi, IX, 558, 1. An fuerint quasi prophetæ et scriptores hagiographi, IX, 558, 1; XIV, 206, 2. Non sine Spiritus sancti instinctu aliter quædam in sua versione verterunt, quam sint in Hebræo, XIV, 206, 2. *Ecclesiasticum* non verterunt, IX, 23, 2. Græcæ editionis libri *Machabæorum* nequeunt esse auctores, IV, 104, 1.

2° Septuaginta in sua versione multa addunt quæ non sunt in Hebræo textu et ab eo sæpe variant, III, 347, 2; IX, 4, 2: X, 482, 1; XIV, 244, 1. In eorum versione quædam non habentur quæ sunt in Hebræo, XIII, 428, 1. Non tantum interpretes, sed et paraphrastæ sunt, V, 4, 2: VI, 482, 1. Ipsi interdum litteras hebræas alias legerunt ac sunt in textu hebræo, XIII, 590, 1. Sæpe vocibus græcis novam significationem tribuunt, V, 440, 2. Eorum versio in multis a Latina Vulgata dissidet, IX, 23, 2. Aliter legunt quam Vulgata, III, 116, 1. Septuaginta conciliati cum Vulgata, III, 6, 1. Septuaginta gutturalem *chet* emollire solent, eamque in *a* vel in *e* convertere, X, 464, 2; XIII, 34, 2; XVIII, 288, 1.

3° Versio Septuaginta errores quosdam habet, IX, 4, 2. Septuaginta varia menda, III, 29, 1, 54, 2; 99, 2; 100, 2; 103, 1; 140, 1; 288, 2; 351, 2; 355, 1, 2; 393, 2, 402, 1. Septuaginta codices, descriptorum incuria, olim valde fuerunt vitiosi in pluribus locis, X, 114, 2.

4° Septuaginta versione quadringentis annis Ecclesia usa fuit, XVIII, 23, 1. Olim fuit Vulgata, ideoque Canonica Scriptura, IX, 7, 2. Erat Gentibus notior hebræo textu, XVIII, 27, 2. Ea etiam usi Judæi et Philo quasi Vulgata, XIX, 348, 2.

IV. SEPTUAGINTA DISCIPULI. Septuaginta discipuli dici quoque Evangelistæ possent, XVIII, 630, 1. Iis sacerdotes minores successerunt, XIX, 322, 2 (*Vide* Discipuli).

SEPTUAGINTA QUINQUE. Septuaginta quinque animas quomodo in Ægyptum ingressas dicat S. Stephanus, cum septuaginta tantum fuerint, XVII, 173, 2.

SEPTUM. Septum altum tres pedes atrium sacerdotum et laicorum dirimebat, XVI, 71, 2.

SEPTUPLUM. Septuplum capitur pro multiplum, V, 179, 2. Septuplum, in sacris Litteris, significat generatum majus, et multiplex, II, 31, 2.

SEPULCRUM. I. Sepulcrum Christi, *vide* Jesus Christus, cap. VII, art. II.

II. Sepulcrum hominum. 1° *Varii populorum usus circa sepulcra.* Sepulcra gentiles et Judæi extra urbes habuerunt, II, 295, 2; XVI, 118, 2; 606, 1. Et quidem alta et lata, XVI, 133, 2. Sepulcra priscorum fuere ad mare, portus et flumina, cur, VIII, 383, 2; XIII, 244, 2; *Job*, 461, 1. Sepulcra Judæis nobilibus erant propria, vulgi communia, XII, 202, 2. Sepulcrum commune Judæorum erat in valle Cedron, juxta Tophet, XII, 155, 2 et seq. Istud sepulcrum inferni nomine dicitur, XI, 159, 2. Sepulcro virorum fortium leo

insculpebatur, XXI, 123, 1, 2. Sepulcris veteres panes imponebant, IV, 286, 1, 2. In sepulcra incidere apud Gentiles mali ominis erat, II, 295, 2. In sepulcris extra urbes lupæ viliores habitabant, V, 68, 2. Sepulcris incubabant veteres ad somnia captanda, quia erant ampla et spatiosa, XI, 745, 2. Ea amant dæmones ob tres causas, *ibid.* Intra sepulcra se abdebant, qui calamitatem declinabant, XIII, 416, 2. Cur sepulcra christiani in urbe et apud ecclesias habeant, II, 295, 2; XVI, 118, 2 et seq. Sepulcro in eodem sepulti conjuges, IV, 284, 1. Sepulcra duorum conjugum ab invicem separata divinitus conjuncta, *ibid.*

2° *Sepulcrorum religio et cura quanta*, IV, 233, 2. Sepulcrorum quanta fuerit Gentilibus cura, IX, 254, 2. Sepulcrorum curam magnam veteres habebant, XIX, 482, 2. Sepulcra mortuorum et ossa violanda non sunt, XIII, 549, 2. Eorum violatio apud omnes gentes gravis injuria et infamia habita fuit, IV, 233, 2. Ea etiam tuentur Arabes, licet feri et barbari, *ibid.* Sepulcra violare inhumanum est et barbarum, XII, 73, 2. Sepulcra Prophetarum extruere laudabile est, sed non eo modo quo Pharisæi, XVI, 165, 2. In sepulcris extruendis tria peccata Pharisæi committebant, XV, 494, 2. Sepulcris carent superbi quæ sibi extruxerunt, III, 511, 2. Sepulcrum justi gloriosum, *Job*,, 94, 2.

3° *Sepulcra tum patriarcharum et prophetarum, tum apostolorum et martyrum.* Sepulcrum a quo emerit Abraham, XVII, 174, 1. Sepulcrum Mosis ignoratur, XX, 667, 1. Sepulcrum Jonæ in Assyria, XIV, 49, 2. Ipsum magna devotione a christianis frequentatur, *ibid.* Sepulcrum a Simone Machabæo in Modin ædificatum, quale, IV, 481, 1. Usque ad tempora S. Hieronymi duravit, *ibid.* Sepulcra SS. apostolorum Petri et Pauli quam sint illustria, XVI, 648, 2. Sepulcrum SS. Petri et Pauli erat peregrinationibus frequens, XVIII, 12, 2. Fuit item in honore regibus et imperatoribus, 16, 1. Sepulcra plurima martyrum et virginum sunt Romæ in subterraneis specubus, XIX, 490, 2. Sepulcra sanctorum Romæ supersunt, non priscorum Gentilium palatia, XI, 358, 2.

4° *Sepulcri memoria et meditatio utilis*, Job, 44, 1, Sepulcrum domus uniuscujusque, 371, 1; 597, 2; 598, 1. Est domus æterna, 371, 1. Sepulcra docent nos veritatem, 459, 1. Sunt naturæ mysteria, 465, 1.

5° *Sepulcrum figurative sumptum.* Sepulcra concupiscentiæ in deserto quis locus fuerit, et unde dicatur, XVIII, 72, 1. Sepulcro assimilantur Pharisæi, XII, 55, 1, 2. Sepulchro fœtido lingua maledica comparatur, XX, 154, 1, 2. Sepulcrum dealbatum typus est mulieris comptæ, sed putiscentis, VI, 201, 2.

SEPULTURA, *vide* SEPELIRE, SEPULCRUM.

SEQUELA, Sequela Dei suadetur : quanta bona involvat, IX, 614, 1 (*Vide* DEUS, cap. VII, § VII). Sequela Christi præcipitur : sequendus is in modo vivendi, XV, 430, 1 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. VI).

SEQUESTER. Sequester idem est quod redemptor operis, X, 78, 2.

SEQUI. 1° Sequi aliquando capitur pro *prosequi*, XIX, 46, 1.

2° Sequi Deum oportet, IX, 614, 1, 2. Id facile est, *ibid.*, 2. Sequi a tergo potentis Dei quid sit, X, 373, 2 (*Vide* DEUS, cap. VII, § VII). Quomodo Petrus secutus sit Dominum, XVI, 649, 1 (*Vide* PETRUS). Sequi Agnum quocumque ierit, quid sit, XXI, 274, 1.

SERA. Seræ arcanæ et astutæ quæ sint, IX, 593, 2,

SERAPHIA (S.). S. Seraphia virgo et martyr contra lascivos a Deo est protecta, XVIII, 297, 1. Quam idolorum cultum sit detestata, XII, 465, 2.

SERAPHIM. Seraphim an idem ac Theraphim, XIII, 330, 2. Unde dicantur, 600, 2. Seraphinorum ordo in cœlo asseritur, XI, 177, 2. Seraphim sic dicti ab ardore amoris in Deum, X, 340, 2. Seraphim ardentes sunt septupliciter, XI, 168, 2. Seraphim proxime Deo assistunt, IV, 282, 2. Stipant Dei solium, XI, 169, 2. Non sunt iidem cum Cherubim Mosis et Ezechielis, *ibid.* Cur Seraphinos videat Isaias, Cherubim Ezechiel, *ibid.* Eorum alæ quid sint, 169, 2; 170, 1. An facies suas velent, an Dei, an utriusque, 170, 1, 2. Suas facies ex reverentia velant, Dei faciem ob tres causas, 170, 1, 2; 171, 1, 2. Seraphim Isaiæ fuerunt bipedes, non quadrupedes, XXI, 106, Seraphim Isaiæ vultum cur tegant, Cherubim Ezechielis non tegant, XII, 504, 2. Si stent, quomodo volent, XI, 171, 2. Ob tres causas volaturiunt, 171, 1, 2. Raro mittuntur, XXI, 22, 1. Aliquando magnis sanctis dantur in custodes, *ibid.* Is qui ad Isaiam missus, an ex ordine Seraphim fuerit, an tantum ita dictus ratione officii, XI, 177, 2; XIX, 364, 2. Vidit tantum duos Isaias, XI, 171, 2. Cur canant ter *Sanctus*, 172, 1, 2. Nos semper laudare Deum docent, 174, 2. In choro alternis canere docuerunt, 172, 1. Seraphim missus ad S. Franciscum stigmata ei sacra impressit, XVIII, 582, 1.

SERAPION ABBAS (S.). Serapion abbas quot habuerit sub se monachos, XI, 320, 1.

SERAPION (S.) Sindonita eremita. Serapion pauperi vestes donavit, II, 494, 2. Se in servum vendi passus est, ut dominum converteret, I, 433, 1; X, 208, 2; 725, 2. Se et sua omnia dedit in subsidium pauperum, idque quo Evangelio morem gereret, XV, 5, 2.

SERAPION monachus. Serapion monachus panem furari solitus, mox ut peccatum confessus est, a tentatione omni et fame liberatus est, II, 37, 2; XIII, 460, 2; XVII, 355, 1, 2.

SERAPIS. Serapis quid, et unde originem habeat, I, 363, 2. Serapis erat vitulus corpore nigro, candida fronte, habens in tergo albam notam vel

maculam, XIII, 414, 1, 2 (*Vide* APIS, VACCA, VITULUS).

SERARIUS. Serarius male numerat annos ab egressu Israel ad templum ædificatum, III, 573, 2.

SERENA. Serena, Diocletiani uxor, ab eo affecta est martyrio, XVI, 274, 1.

SERENITAS. Serenitatis signum est rubor aeris vespertinus, XV, 361. 1.

SERENUS. Sereno abbati quomodo angeli donum castitatis contulerint, XIII, 46, 2.

SERERE. Serendi leges variæ, XV, 324, 1.

SERGIUS Paulus. Sergius Paulus, Cypri proconsul, qua occasione a S. Paulo conversus: relatus est inter sanctos, fuitque Narbonæ episcopus, XVII, 279, 2; XVIII, 37, 1; 240, 1.

SERGIUS martyr. Sergius martyr a servo olim suo Antiocho dire tortus et vexatus, XII, 423, 1. SS. Sergius et Bacchus a servo fuere morti adjudicati, IX, 677, 1.

SERGIUS III Pontifex. Sergius III, Pontifex primus suum nomen mutavit, XIII, 11, 1, 2.

SERGIUS RISIUS. Sergius Risius Maronita, archiepiscopus Damascenus auctor est versionis Arabicæ Bibliorum, et Biblia Arabica in latinum convertit, IX, 24, 1; XI, 100, 2; XIII, 222, 2.

SERGIUS ABBAS. Sergius abbas agricolam injuriantem leni responso placavit, et monarchum fecit, V, 446, 2.

SERGIUS GALBA. Sergius Galba imperator militaris tenax fuit, II, 481, 2 (*Vide* GALBA).

SERIA. Seria non statim a mensa tractanda sunt, X, 155, 2.

SERICEUS. Sericeus color quis dicatur, XIV, 365, 1.

SERICUM. Sericum quid sit, et unde formetur, XII, 610, 2. Quomodo id conficiatur, *ibid.* Sericis induti et immundæ conscientiæ, sunt Belo Babylonio similes, XIII, 190, 2.

SERIES. Series priscorum regum Persarum, IV, 202, 2; 203, 1. Et pontificum Judæorum a captivitate Babylonica ad Alexandrum Magnum, 203, 1, 2. Et aliquot regum Medorum, 316, 1. Series Seleucidarum in Syria, 406, 1, 2. Ptolemæorum in Ægypto, 407, 1, 2. Item Machabæorum qui populo præfuere ut pontifices et ut principes, *ibid.* Item pontificum ab Alexandro Magno usque ad Christum, 408, 1, 2. Et Cleopatrarum, 466, 2.

Series damnandorum et eligendorum an sit infallibilis et certa, XIII, 437, 1 (*Vide* DAMNATI, ELECTI).

SERMO. I. SERMO DEI.—Sermo Dei est vivus et efficax, XIX, 388, 1: *Vivus est enim sermo Dei, et efficax; et penetrabilior omni gladio ancipiti.* Quomodo sit gladius anceps, *ibid.*, 2 et seq. Per hunc etiam Dei Filius intelligi potest, 388, 1. Sermo Dei est velocissimus, *Psalm.* II, 466, 2: *Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus.* Cur sermo Dei dicatur ignitus, VI, 429, 2 et seq.: *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se, ne addas quidquam verbis illius, et arguaris inveniarisque mendax.* Est clypeus contra omnes tentationes, 431, 1. Sermo Domini quomodo Jeremiæ factus sit quasi ignis, XII, 160, 2: *Et dixi: Non recordabor neque loquar ultra in nomine illius: et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis.* Sermones Dei in corde ponendi, *Job*, 478, 1: *Suscipe ex ore illius legem, et pone sermones ejus in corde tuo* (Vide VERBUM).

II. SERMO CHRISTI.—Sermo in monte, et sermo post cœnam (*Vide* JESUS CHRISTUS).

III. SERMO HOMINUM. — 1° *Sermo pro loquela, verbo, colloquio.* Primo. *Quanti momenti sint sermones.* Sermo est mentis imago et interpres, IX, 165, 1: *In lingua enim sapientia dignoscitur; et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati.* In sermone noscitur prudentia vel imprudentia viri, V, 353, 1: *Doctrina sua noscetur vir: qui autem vanus et excors est, patebit contemptui.* Sermo prolatus ostendit quale sit cor, et qualiter excultum, X, 24, 1, 2; 25, 1: *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.* Sermone crebro vir exploratur, 25, 1. Sermones causant homini bonum vel malum, præmium vel supplicium, V, 583, 1: *De fructu oris viri replebitur venter ejus, et genimina labiorum ipsius saturabunt eum.* Sunt manus linguæ, 584, 1: *Mors et vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Sermonem moderans est vir sapiens, 554, 1: *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus.*

Secundo. *Quales esse debeant sermones ut sint boni, et eorum effectus.* Sermo omnis utilis a Dei gratia proficiscitur, V, 481, 1: *Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam.* Sermonis dulcis variæ species, 508, 1, 2: *Favus mellis composita verba, dulcedo animæ, sanitas ossium.* In quatuor rebus consistit, 506, 1: *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio majora percipiet.* Sermo sanctorum favo mellis comparatur, VIII, 70, 1, 2: *Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua.* Quis sit sermo sapidus, XIX, 111, 2: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.* Sale prudentiæ sermones maxime condiendi, *Job*, 159, 2: *Numquid..... poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?* Quis sermo opportunus dicatur, V, 467, 1, 2: *Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus.* Sermo sapientis sapientiam redolet, 446, 2 et seq. Quomodo sint recti sermones sapientiæ, V, 206, 2: *Justi sunt omnes sermones mei, non est eis pravum quid, neque perversum. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.* Sermo sapiens dedecet stultum, maxime cum vita ejusdem et actio

discordat, VI, 302, 1, 2 : *Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.* Sermo rarus decet sapientem, V, 554, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus.* Sermo fidelis vocatur certus et indubitatus, XIX, 185, 1 : *Fidelis sermo, et omni acceptione dignus : quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.*

Sermo suavis et prudens mentem mire afficit et delectat, X, 336, 1 : *Tibiæ et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua suavis.* Sermo hilaris et suavis animum animat et vivificat, V, 369, 2 : *Mœror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono lætificabitur.* Sermonis dulcis effectus, 508, 1. Sæpe laborem ab homine tollit, 510, 1. Sermo hominis pii est clara lux, VI, 83, 1 : *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.* Per eum homo secreta sua alteri pandit, *ibid.* Sermo opportunus a sapiente prolatus magnam energiam habet, 264, 1, 2; 265, 2 et seq. Sermonibus spiritualibus anima repletur, V, 583, 1. Sermo cibo comparatur, X, 239, 2 : *Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, et cor sensatum verba mendacia.* Sermo stillæ similis est, XII, 650, 2.

Olim sermones super mensam moderabatur modimperator, X, 142, 1. Sermones docti mensæ adhibeantur, 148, 2. Sermo alterius loquentis non est interrumpendus, IX, 339, 1 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum, et in medio sermonum ne adjicias loqui.*

Tertio. *Sermo malus fugiendus.* Sermo malus putridus dicitur, XVIII, 645, 2 : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Cordis mali indicium est, *ibid.* Sermo stultorum multos defectus habet, V, 283, 1 : *Sapiens corde præcepta suscipit; stultus cæditur labiis.* Sermo jactantiæ imperitum decet, *Job*, 279, 1. Sermo malus fugiendus, V, 124, 2 : *Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te.* Est velut ignis in sinu, 176, 1. Sermo terribilis quis sit, quæ damna creet a superiore in subditum prolatus, 369, 2 et seq. (*Vide* Lingua, Loquela, Sententia, Verbum).

2° *Sermo speciatim pro prædicatione sumptus.* Sermo Dei ardenter depromendus, XX, 360, 2 : *Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Si quis loquitur, quasi sermones Dei.* Sermo concionatorum sit sedatus et solidus, XX, 72, 2. Sermo brevis placet præ prolixo, XIX, 524, 1 : *Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis.* Sermo præconum Evangelii debet esse sale in gratia conditus, 111, 1. Sermo sapientiæ christianæ qualis esse debeat, XVIII, 264, 2 et seq. : *Quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.* Sermo de Assumptione beatæ Mariæ qui extat tom. IX operum S. Hieronymi non est sancti doctoris, nec Sophronii, sed alterius posterioris, XVI, 78, 1 (*Vide* Concionator).

SEROTINUS. Serotinus imber in Palæstina est qui in vere cadit ad segetes incrassandas, V, 499, 1; XIII, 867, 1; 504, 1, 2; 570, 2; 608, 2; XIV, 476, 1. (*Vide* Pluvia).

SERPENS. 1° *Serpens qui Evam tentavit.* Serpens quis Evam tentaverit, I, 97, 1. Ejus species apte convenit diabolo, *ibid.*, 2. Quomodo eum loquentem Eva non exhorruerit, 98, 1. Quale fuerit serpentis genus, *ibid.* Non fuit draco, 98, 2. Ejus artificium in tentanda Eva, *ibid.* Alios sermones tentationi præmisit, *ibid.* Loquebatur ambigue, 99, 1. Ejus quinque mendacia, *ibid.*, 2. Serpenti qui Evam decepit, Deus graves pœnas inflixit, VI, 37, 2. Serpens quomodo sit maledictus, I, 104, 2. Quomodo inter ipsum et mulierem sit inimicitia, 105, 1. An etiam ante maledictionem super pectus gradiebatur, 104, 2. Ejus maledictio et pœna quam fuerit congrua, 105, 1. Serpentis caput quid moraliter significet, 107, 1. Inimicitiæ inter mulierem et serpentem quid allegorice significent, 107, 2.

2° *Serpentium natura.* Serpens cur hebraice vocetur *arum*, id est astutia, V, 368, 2. Serpentis astutia in quo sita sit, 23, 2. Serpentium astutia et vafrities, VI, 137, 2. Serpens quam sit prudens, ejus velocitas perplana, V, 410, 2 et seq. Serpentium prudentia nobis imitanda, XV, 267, 1 et seq. Cur pectore et ventre dicatur repere mystico sensu, V, 470, 2. Serpentes quomodo quadraginta diebus jejunent, XV, 118, 1. Hieme non comedunt, 119, 1. Serpenti quomodo pulvis sit cibus, XI, 756, 1, 2. Serpentes proprie terram comedunt, XIV, 150, 1. Serpens vini avidus et mulierum hostis, X, 7, 2. Serpentes sunt acri visu, et unde, V, 450, 2. Morsu pugnant et necant, 512, 2. A serpente morsus dolorem initio non sentit, VI, 207, 2. Serpentes etiam integros pueros devorant, XXI, 243, 2. Serpentes magni sunt in India, 140, 1. Serpentes ignivomi aliquando visi, II, 305, 1; XXI, 240, 2. Serpentis ictus extis serpentium curatur, X, 176, 2. Serpente necato fugantur reliqui serpentes, XI, 37, 2. Serpentem insectatur cervus, 147, 2. Serpentes ab hominibus domantur, XX, 152, 1. Serpentes pios viros reverentur, II, 305, 1. Serpentes viris apostolicis non nocent, XVI, 148, 2.

Serpentes esse naturæ immortalis et divinæ censebant veteres, XIII, 192, 1. Serpentes erant ethnicis numina, XVIII, 52, 2.

Serpentes etiam in gehenna impios torquebunt, X, 320, 2. Per eos impiorum virulentia et invidia optime punitur, 321, 2.

3° *Serpens quid significet allegorice et tropologice.* Serpens in orbem revolutus annum semper

redeuntem repræsentat, VI, 451, 2 et seq.; VII, 129, 1. Serpentes dæmonum sunt symbolum, V, 268, 1; IX, 563, 1. Item meretricum, V, 268, 1. Serpentis et mulieris analogia, IX, 683, 2. Serpens vectis est diabolus, cur, XI, 384, 2. Serpens antiquus est diabolus, cur, XXI, 246, 2 et seqq.

4° *Serpentes igniti in populum Hebræum immissi*, II, 304, 2; XI, 295, 2. Unde serpentes qui Hebræos in deserto afflixere, dicti sunt igniti, XVIII, 342, 1.

5° *Serpens æneus*. Serpens æneus cur a Mose in deserto sit erectus, XVI, 343, 2. Serpens æneus erectus ad sanandos vulneratos a serpentibus ignitis, II, 305, 1. Quare æneus, *ibid.* Fuit in hasta vexillari erectus, XVI, 344, 1. Erat figura Christi crucifixi, II, 305, 2; XVI, 343, 2; XVIII, 130, 2. Ejus cum Christo analogia, XVI, 344, 1. Hunc serpentem Ezechias rex confregit, II, 306, 2.

SERRA. Serra lignea Isaiæ typus est crucis Christi, XVIII, 183, 1; XIX, 488, 1, 2 (*Vide* Isaias).

SERTUM. Serta cur dentur virginibus et doctoribus mortuis, XII, 247, 1.

SERVARE. Servare mandatum sine macula quid sit, XIX, 263, 1 (*Vide* Mandatum).

SERVIRE, SERVITUS, SERVUS. I. Servire Deo. 1° *Servum Dei et Christi esse quam honorificum sit*, IX, 89, 1; 155, 1, 2 : *Qui serviunt ei* (sapientiæ) *obsequentes erunt sancto, et eos qui diligunt illam, diligit Deus*; 614, 2 : *Gloria magna est sequi Dominum : longitudo enim dierum assumetur ab eo*; XIII, 508, 2 : *Super servos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum*; XX, 13, 1 : *Jacobus, Dei Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem.* Qui servi Dei vocati sint, et se sic vocarint, XIII, 508, 2. Servus Dei titulus nobilissimus Mosis, II, 536, 1 : *Mortuusque est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab, jubente Domino.* Servus Paulo est nomen honoris, XIX, 3, 1 : *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi.* Servire Deo regnare est, IX, 154, 2; 155, 2; 614, 2; XVIII, 404, 2; XX, 653, 1 : *Judas, Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo Jesu conservatis et vocatis. Misericordia vobis et pax, et charitas adimpleatur.* Servitutis Dei et hominum differentia, III, 631, 1, 2; et IV, 155, 1, 2 : *Cumque vidisset Dominus quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens : Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis paululum auxilii, et non stillabit furor meus super Jerusalem per manus Sesac; verumtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meæ, et servitutis regni terrarum.* Servitus Dei quies et regnum, XII, 422, 2. Servientes Deo sunt inexpugnabiles, IV, 326, 1 : *Ubicumque ingressi sunt sine arcu et sagitta, et absque scuto et gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, et vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui.* Servitus cordis dat ei veram libertatem, V, 477, 1.

2° *Servi Dei et Christi quales esse debeant*, Psalm. II, 267, 1 : *Servi Dei quinam, et qui filii filiorum*, Psalm. I, 191, 2. Servitus Dei in quatuor rebus consistit, scilicet, *primo*, in cognitione Dei; *secundo*, in officiis charitatis et benevolentiæ; *tertio*, in officiis religionis; *quarto*, in custodia mandatorum, et in officio virtutis, IX, 155, 1, 2. Quam Christo servire teneamur, XX, 265, 1 : *Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis; sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, et incontaminati.* Servire nemo potest Deo et regi et placere utrique, XIII, 80, 2. Servorum Christi gloria in passione et cruce consistit, XV, 460, 1, 2. Serviendum Deo cum pudore et metu, XIX, 510, 2 : *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo, cum metu et reverentia.* Servi Dei nihil ejus servitio subtrahant, sed totos in se dedicent, XX, 72, 1. Cur servum inutilem se dicat, qui aliquid meruit, XVI, 231, 2; 232, 1 : *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Servi Dei omnes dæmones adversarios habent, 135, 1. Servitus Dei est semper de novo inchoanda, IX, 502, 2 : *Cum consummaverit homo, tunc incipiet : et cum quieverit, operabitur.* Servi Dei quomodo a Christo in cœlo honorentur, XVI, 177, 2 : *Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes; amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis* (*Vide* Deus, cap. VI, § VII).

II. Servi, servitus apud homines. — 1° *Servitutis origo et natura.* Servitutis quæ fuerit prima origo, X, 186, 2. Servitus quare et qua occasione inducta, XX, 465, 2. Servitus olim erat arcta, XVI, 179, 1. Servitus in jure æquiparatur morti, et vocatur mors civilis, XIII, 673, 2. Servorum est puerorum magna affinitas, *Psalm.* II, 267, 1. Servitus et oppressio dicitur stuprum, XII, 28, 2. Servi emblema, XVI, 671, 2. Servorum olim erant tria genera, XIX, 3, 1. Servitus quam sit turpis, XVIII, 671, 1. Servitute vita redimitur, *Job*, 769, 2. Servitus gentilitia mancipiorum apud Christianos jam exolevit, XVIII, 671, 2. Servitus stultis convenit, V, 308, 2. Servus et stultus inter se comparantur, 10, 2. Servi quare dicta sunt mancipia, X, 186, 1, 2. Servi, seu mancipia cur dicantur corpora, IV, 301, 1; XXI, 329, 1, 2,

2° *Varii populorum usus circa servos et servorum manumissionem.* Primo. *Apud Hebræos.* De servo lex judicialis, I, 609, 2. Servi matrimonium quando apud Hebræos solvebatur, 610, 1. Servus gentilis ad Hebræos fugiens retinendus erat, nec hero reddendus, VI, 436, 2 et seq. Servos Hebræos dimittebant Judæi anno sabbatico et remissionis, sed non alienigenas, II, 174, 2; XII, 248, 1. Ser-

vus apud Judæos anno septimo solus fiebat liber, anno vero quinquagesimo secum uxorem et liberos educebat, II, 173, 2. Servus dimittendus cum veste cum qua intravit, I, 610, 1. Servus anno septimo debebat exire liber ab hero et uxore, *ibid.* Si vero libertate nolebat uti, applicabatur ad heri ostium, et ejus aures subula perfodiebantur, et quid hoc significabat, I, 610, 2; XIX, 453, 2. Servorum Hebræorum et Gentilium dispar erat ratio in liberatione a servitute, 611, 1.

Secundo. *Apud alios populos.* Servi olim tondebantur, XI, 208, 1; XII, 70, 1; XIV, 78, 1. Servi olim erant nudipedes, XII, 609, 1; XVIII, 680, 1. Servi domini sui nomen olim in corpore vel fronte ferro inustum gerebant, XII, 568, 2; XXI, 163, 2. Cur iis notæ inurerentur, XVIII, 581, 1, 2. Servis perpetuis olim aures perforari solebant, XIII, 327, 2. Servi curvi et depressi incedunt, 300, 1. Servi solent in tortura de crimine admisso interrogari, IX, 600, 2. Servis de domino acerbo conqueri non licebat, XII, 353, 2 et seq. Servi a pæderastia arcebantur, XVIII, 53, 1. In servitutis signum Persæ aquam et terram petebant, IV, 320, 2.

Servi Romæ in necessitate militiæ ascribendi, ad pileum vocabantur, XVIII, 355, 1. Et tunc candida veste et calceo donabantur, XVIII, 288, 1; XX, 300, 1. Quin et manus iis imponebantur, XIX, 232, 2. Caput quoque virga tangebatur, XIX, 248, 2.

3° *Quæ sint servorum erga heros suos officia.* Servos non decet præesse principibus, VI, 10, 2 et seq. : *Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.* Eorum est servire, non dominari, 10, 2 et seq. Servus, si dominetur, fit superbus et insolens, VI, 11, 1; 457, 1, 2 : *Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere : per servum cum regnaverit : per stultum cum saturatus fuerit cibo.....* Hic in potentes et liberos sævit, VI, 11, 2. At non servus qui animo et sapientia pollet, *ibid.* Hic humilis est et modestus, *ibid.* et 2. Servi cur cum omni timore dominis subditi esse debeant, XX, 300, 2 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis.* Dominis sincere obediant, propter Deum, XVIII, 670, 2 : *Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus : scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber;* XIX, 108, 2 : *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum;* 331, 2 : *Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.* Servi non solvuntur a dominorum suorum jure per libertatem christianam, XVIII, 309, 1, 2 : *Unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet;* 311, 1 : *Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum;* 670, 2. Servitus non est conditio Christiano indigna, 310, 1 : *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Servus vocatus es? non sit tibi curæ : sed et si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini; similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.* Fidelibus servitus est libera, imo libertas, IX, 321, 1 : *Servo sensato liberi servient.* Servi Judæorum christianis principibus parentium, si fieri velint Christiani, liberi fiunt, XVIII, 311, 2 : *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Servitus virtuti non obest, quod variis exemplis docetur, I, 433, 1 : *Quantoque opprimebant* (Ægyptii) *eos* (Hebræos), *tanto magis multiplicabantur, et crescebant.* Servi olim ob christianismum male ab heris excipiebantur, et patientes erant. XX, 302, 1. Servire honestum vili, infelicitas magna est, IX, 676, 2 : *Beatus qui habitat cum muliere sensata, et qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.* Servis cavenda furta, amanda fidelitas, XIX, 331, 2. In quo eorum fidelitas sita sit, sint taciturni, X, 188, 1, 2.

4° *Servis quid domini debeant,* Job, 618, 2 : *Si contempsi subire judicium cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me, quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? et cum quæsierit, quid respondebo illi? Numquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est, et formavit me in vulva unus?* Servi dominis natura sunt æquales, *ibid.* In quo dominis sint pares, in quo impares, XIX, 253, 1 : *Quicumque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt : sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii sunt participes.* Servi non male tractandi, verbis nec verberibus, IX, 241, 1 : *Non lædas servum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam.* De servis benigne tractandis apophthegmata, II, 174, 1 : *Si paupertate compulsus vendiderit se frater tuus, non eum opprimes servitute famulorum..... mei enim servi sunt, et ego eduxi eos de terra Ægypti : non veneant conditione servorum. Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum;* 452, 1. Servi objurgati et dure habiti fugam parant, V, 341, 2. Si servi æquo durius tractentur, fugam adornant, sibique necem conciscunt, X, 189, 2 et seq. : *Si læseris eum injuste, in fugam converteitur : et si extollens discesserit, quem quæras, et in qua via*

quæras illum, nescis. Servi flagellis assueti, illa nihili faciunt, V, 533, 2 : *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Servi cujusdam durius tractati de seipso vindicta, X, 189, 2. Seros plerumque patiuntur immorigeros, qui Deo sunt inobedientes, XII, 249, 2. A servo torqueri dolorosum et grave, 423, 1 : *Servi dominati sunt nostri : non fuit qui redimeret de manu eorum.* Quando compedibus sint vinciendi, variæ eorum pœnæ, X, 187, 1 : *Jugum et lorum curvant collum durum, et servum inclinant operationes assiduæ. Servo malevolo tortura et compedes.* Si duri sunt, flagellis sunt frangendi, 366, 2. Sed cum judicio et moderate, 188, 1 : *In opera constitue eum ; sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curva illum compedibus ; et non amplifices super omnem carnem : verum sine judicio nihil facias grave.* An verberandi servi eo tantum nomine quo servi sint, *ibid.* Servi non sunt temere apud herum accusandi, VI, 437, 1 : *Ne accuses servum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, et corruas.*

Servus regendus ut asinus quo sensu, X, 184, 1 : *Cibaria, et virga, et onus asino : panis, et disciplina, et opus servo.* Quid illi debeatur, *ibid.* Recte asino comparatur, 185, 1. Cur servi sint capite diminuti, *ibid.* Sæpe sunt indociles, *ibid.* Servi sæpe dimidio mentis carent, VI, 406, 2 : *Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.* Non sunt delicate ab initio nutriendi, V, 408, 2 et seq : *Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.* Non sunt permittendi otiari, X, 186, 1 : *Operatur in disciplina, et quærit requiescere : laxa manus illi, et quærit libertatem.* Onere gravati, quærunt requiem ; si requiescant, ad libertatem aspirant, *ibid.*, 1, 2. Opere premendi assidue, 187, 1, 2 : *Mitte illum in operationem, ne vacet : multam enim malitiam docuit otiositas.* Servi non tamen opprimendi laboribus, *Job*, 619, 1 ; 632, 1. Servus piger operationem detrectat, X, 255, 1. Servi raro fiunt secretorum herilium participes, XVI, 566, 2.

Servorum multam curam gerit justus, V, 355, 2 : *Novit justus jumentorum suorum animas ; viscera autem impiorum crudelia.* Servi pro naturali sua indole, ab hero docendi sunt, VI, 406, 2. Servus prudens ab hero bene tractandus, *ibid.* Servi fideles benigne habendi, XV, 227, 1. Quid prudentibus servis heri præstare debeant, IX, 241, 2 : *Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua : non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.* Libertatem tales merentur, quin et in filios cooptari, *ibid.*, 2. Apud Gallos eadem cum heris pyra cremabantur, *ibid.*, 2. Fideles amandi et curandi a domino, X, 188, 1 : *Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua : quasi fratrem tuum sic eum tracta : quoniam in sanguine animæ comparasti illum.* Ab hero in sanguine animæ comparantur, 189, 1. Sunt ut conservi tractandi, 188, 2. Sunt ut filii tractandi, XVIII, 672, 1 : *Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia et illorum, et vester Dominus est in cœlis ; et personarum acceptio non est apud eum*, XIX, 246, 1. Si boni sunt, non contemnendi, XIX, 341, 2. Imo legi et Evangelio auctoritatem conciliant, 332, 1.

Servus prudens iram viri prudentis sedat, V, 573, 1. Servi boni moribus heri se accommodant, IX, 242, 1. Plures pro dominis mortem oppetiere, *ibid.* Ob sapientiam sunt liberi et reges, 321, 1, 2 : *Servo sensato liberi servient : et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur.* Olim toti familiæ præficiebantur, quin et in filios adoptabantur, *ibid.*, 2. Servi multi clari evaserunt, 322, Servus prudens ob sapientiam filios stultos heri sui reget, V, 522, 2 : *Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet.* Ex amore obsequens hero vere est liber, VI, 406, 2. Servi nonnulli sunt ad regnum evecti, VII, 185, 2. Servi exaltati regimen superbum intolerabile, IX, 677, 1 : *Beatus qui habitat cum muliere sensata, et qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit indignis se.*

5° *Servitutes variæ Hebræorum.* Servitutes Hebræorum variæ simul ascendunt ad centum et undecim annos, III, 117, 1, 2. Servitus Hebræorum in Ægypto fuit typus captivitatis Babylonicæ, et utraque fuit typus tyrannidis peccati et concupiscentiæ, XIV, 262, 1 (*Vide* HEBRÆI).

6° *Servitus Veteris Testamentiin duobus consistebat*, XVII, 558, 1.

SERVITÆ. Servitarum ordo unde habuerit initium, IX, 212, 2.

SERVIUS TULLIUS. Servius Tullius, sextus Romanorum rex, e serva natus est, sed ingenua indole, VI, 11, 1. E servo rex factus est, IX, 322, 1.

SERVULUS (S.). S. Servuli pauperis felix ex hac vita migratio, II, 321, 2. In morte angelorum melodiam audivit, XIX, 363, 1. S. Servulus ob patientiam in assidua paralysi ab angelis in cœlum ductus est, IX, 352, 2 ; XXI, 414, 1.

SESACH. Sesach non est rex Ægypti, nec Æthiopiæ, sed Babylonis, qui ultimus bibit calicem iræ Dei, unde sic dictum, XII, 196, 2. Idque per alphabetariam commutationem, *ibid.*, et 197, 1. Cur sic litteras Jeremias commutarit, 197, 1, 2.

SESAMON. Sesamon est placenta mellita nuptialis, ea convivis dabatur, XII, 613, 2.

SESOSTRIS. Sesostris regis insolentia, XI, 358, 1.

SESSIO. 1° Sessio est judicum et otiantium, XII, 404, 2. Sessio proprie judicum est, XV, 433, 1. Sessio arcta convivis valde molesta est, X, 123, 2. Sessio judiciaria promittitur omnibus qui, relictis omnibus, Christum pauperem pauperes sequuntur, 434, 1.

2° Cur sessio angeli super lapidem sepulcri Domini facta sit, XV, 648, 2.

3° Sessio Deo magis propria est quam statio, XII, 494, 1. Sessio Christi (*Vide* Jesus Christus, Sedere).

SETH. Seth quid significet hebraice, I, 123, 1; X, 530, 2. Seth cum Sem filio Noe comparatur, X, 530, 1 et seq. Ejus vita et progenies, 531, 1. Ejus sanctitas, 530, 2. Christum patrem sanctorum repræsentat, 531, 1. Ejus raptus et prophetia, *ibid.* Fuit resurrectionis typus, 530, 2.

SETHIANI. Sethiani hæretici multa de Magis, et stella eis apparente, finxerunt, 76, 2.

SETINA. Setina vina erant olim delicatissima, non modo, VI, 395, 2.

SETTIM. Settim quis locus, et ejus situs, XIII, 526, 1, 2. Arbores in eo nascentes dictæ sunt ligna Settim, 526, 1, Settim fuit typus cœli ob septem analogias, 527, 1, 2.

SEVERIANUS. Severianus Gabalensis episcopus quando floruerit, XV, 655, 1.

SEVERIANI. Severiani hæretici docebant mulieres esse opus Satanæ, IX, 682, 1, XIX, 225, 1. Docebant etiam a vino abstinendum, quod a Satana productum esset, et eo quod vitis a diabolo orta, X, 136, 2; XIX, 225, 1. Severiani aliquot Pauli epistolas e sacro catalogo abraserunt, XVIII, 4, 2.

SEVERINUS (S.) episcopus Coloniensis. S. Severinus animam S. Martini ad cœlos abeuntem vidit, XIX, 324, 2; 363, 1. Ejus prudentiæ axiomata, V, 362, 1, 2. S. Severinus in purgatorio punitus hoc solo nomine et culpa, quia in aula regia constitutus, imperialibus consiliis vehementer implicatus, Canonicæ synaxis officia per distincta horarum spatia non persolvit, XVII, 113, 2.

SEVERINUS (S.). S. Severinus arbori maledicens eam arefecit, ei benedicens, eam virori restituit, XII, 762, 2.

SEVERITAS. Severitas patris in filias, eas castas servat, IX, 244, 1 (*Vide* Pater). Severitas vultus detractorem remoratur ne detrahere pergat, X, 60, 2 (*Vide* Detractor). Severitas moderata episcoporum solet esse odiosa subditis, XVIII, 495, 1. Offendit eos quoque severitas juvenum prælatorum, XIX, 177, 2.

SEVERUS imperator. Severus imperator philosophiæ fuit studiosus, X, 2, 2. Nil statuit unquam absque peritorum assensu, V, 324, 1. Unde omen mortis acceperit, IX, 635, 1. Moriens filios ad concordiam hortatus est, V, 581, 1.

SEVERUS AFER imperator. Severus Afer imperator cur dictus sit Pertinax, XIII, 295, 1.

SEVERUS SULPITIUS. Severi Sulpitii error historiam Judith ad tempora Artaxerxis Ochi referentis, IV, 343, 2. Severi Sulpitii decepti fraudulenter silentium, XI, 416, 2. Ejus dialogi duo apocryphi, XIX, 153, 1.

SEVERUS abbas. Severus abbas sola prope Eucharistia vitam duxit, XIV, 471, 1.

SEX. Sex dies creationis mundi significant sex millia annorum quibus durabit hæc fabrica mundi, I, 77, 1. Sex mille annis an durabit mundus, XIV, 242, 2; XXI, 352, 2 (*Vide* Mundus).

Sex cubiti et palmus quid tropologice significent, XII, 784, 1, 2. Sex cubiti sunt vita activa et contemplativa, 793, 2.

Sex menses inter conceptionem Joannis Baptistæ et Christi intercessere, XVI, 14, 1, 2 (*Vide* Jesus Christus).

SEXAGESIMUS. Sexagesimus numerus perfectus est, quare, VIII, 8, 1.

SEXAGINTA. Sexaginta fortes Ecclesiæ sunt pastores, doctores et sancti, VIII, 8, 2. Sexaginta cubitis bonorum operum perfectio denotatur, XII, 796, 1.

SEXTARIUS. Sextarius Judaicus an fuerit æqualis Attico, II, 93, 1, 2. Sextarius Romanus, Atticus, Hebræus, diversæ erant capacitatis, XVI, 330, 2.

SEXTIUS. Sextius philosophus cur esu carnium abstineret, XIII, 14, 1, 2.

SEXTUS. Sexta hora orationis quæ, XVIII, 233, 2. Sexta hora cur orent Judæi et Christiani, XIII, 80, 1. Sexta hora erat prandii, XVII, 94, 1.

SEXTUS TARQUINIUS. Sextus Tarquinius primores Gabinorum occidit, III, 511, 1.

SEXUS. 1° Sexu carent angeli, XIX, 435, 2.

2° Sexus in utero quibus signis discerni potest, I, 434, 1. Sexus femineus non est vitium, sed naturalis conditio, XV, 482, 2. Sexus feminei imperfectio, XVIII, 631, 2. Sexus femineus præ virili solet esse pietati addictus, XVII, 127, 2.

3° Sexum an mutet hyæna alternis annis, XIV, 209, 1.

SFORTIA. Sfortia Cottignola quid generis obscuritatem exprobranti responderit, I, 89, 2.

SI. *Si* Hebræis sæpe idem est quod *ne* vel *non*, VI, 227, 1. *Si* est particula jurantis, idemque valet quod *non*, XII, 171, 1. *Si* est Hebræis nota juramenti execratorii, XI, 79, 1, 2; 294, 1; XIII, 627, 2; XIX, 382, 1. Sæpe negantis, XVIII, 71, 1. Capitur vel proprie vel improprie, XIII, 627, 2. *Si* execratorium boni ominis causa subticent Hebræi, XII, 632, 1. *Si* junctum cum verbo indicativo capitur affirmative, cum subjunctivo vero dubitative, XVI, 650, 1.

SIBA. Siba calumniator, III, 500, 1; 514, 2.

SIBI. *Sibi* particula sæpe in Scriptura redundat, *Psalm.* II, 337, 1, 2.

SIBILUS. 1° Sibilus apud Hebræos signum irrisionis vel admirationis, XII, 311, 1, 2. Sibilus est stupentium vel irridentium, XII, 701, 2.

2° Sibilus Dei quid sit, XI, 207, 1, 2. Deus in sibilo auræ tenuis, quomodo et cur, X, 508, 2.

SIBYLLA. Sibylla an fuerit in arca, I, 141, 1. Sibyllam esse fabulam aliqui censent, *ibid.* Sibyllæ quæ, quot, quales sint, et unde dictæ, XI, 50, 2. Sibyllæ virginitate donum prophetiæ meruerunt, et

unde cognominatæ, XVII, 379, 1; XVIII, 320, 2; XX, 165, 2. Sibyllarum oracula quantæ sint auctoritatis, XVIII, 3, 1; XIX, 31, 1. Sibyllæ partum Virginis prædixerunt, XI, 193, 1, 2. Ex iis Athenienses futuram Christi incarnationem discere potuerunt, XVII, 325, 2 et seq. De nomine Jesu vaticinatæ sunt, XIX, 30, 2. Singula Christi tormenta prædixerunt, XI, 598, 2; XV, 588, 1. Sibylla Erythræa de Christo vaticinans quando floruerit, XIV, 112, 2. Sibylla Cumana sub Tarquinio Superbo vixit, XIV. 333, 1. Sibyllæ de primis imperatoribus vaticinium, XXI, 264, 1.

SIC. *Sic* est aliquando vocula comparantis, XVI, 341, 1. Aliquando pro *propterea* capitur, 355, 2.

SICAMBER. Sicambri sunt qui Geldrii, XVIII, 512, 2.

SICARIUS. Sicarii et sica quid sint, XVII, 385, 1. Sicarii virum justitiæ tenacem oderunt, VI, 399, 1, 2.

SICCATIO. Siccatio Euphratis in fine sæculi cur futura sit ad transmittendos Antichristianos, XXI, 299, 2 et seqq. Quid hæc mystice denotet, *ibid.*

SICCITAS. Siccitate ea de qua loquitur Jeremias, quando laborarit Jerusalem, XII, 120, 1. Siccitatis rara exempla, *Job*, 288, 2.

SICCUS. Sicca anima sapientissima est, XIX, 324, 1.

SICERA. Sicera quis potus Hebræis esset, X, 137, 2. Sicera vocatur omnis potus inebrians, VI, 44, 1; XVI, 10, 2. Sicera unde fieret, XIII, 307, 2.

SICHAR. Sichar quænam urbs, multa in ea gesta sunt, XVI, 354, 2. Cur eo Joseph ossa sua transferri mandarit, *ibid.*

SICHIMITÆ. Sichimitas occidendo ob Dinæ stuprum varie peccaverunt filii Jacob, I, 324, 2.

SICHEM. Sichem urbs unde dicta, varia postea nomina habuit, tempore Christi dicebatur Sichar, deinde Neapolis, ejus situs, XIII, 373, 1; XVII, 173, 2. Sichem an eadem civitas cum Salem, XIX, 408, 1 et seq, Sichem erat caput Samariæ, X, 547, 2. Ejus celebritas, XIII, 373, 1.

SICLUS. Siclus hebraice idem est quod pondus, XIII, 627, 1; XIV, 492, 2. Siclus an alius fuerit ponderis, an alius mensuræ, I, 716, 1. Sicli pretium et figura, 713, 1. Siclus argenteus cujus sit pretii, XXI, 144, 1. Siclus idem quod stater, vel tetradrachmus, tanti pretii est quanti florenus Brabanticus, id est quatuor regalium, XII, 238, 2; XIII, 328, 1; XV, 396, 2: 548, 1; XVI, 69, 1. Siclus erat tetradrachmus, æqualis in pondere et pretio quatuor regalibus Hispanicis, sive floreno Brabantico, XII, 533, 2; 843, 2; XIV, 492, 2. Aureus siclus quatuor coronatis Francicis æqualis erat, argenteus quatuor regalibus Hispanicis, vel quatuor juliis Italicis, XII, 238, 2. An siclus sacer fuerit idem cum communi, I, 713, 1. Siclus sanctuarii quis sit, *ibid.*

SICUT. *Sicut* in Scriptura sæpe non similitudinem, sed veritatem significat, XVII, 82, 1.

SIDERATIO. Siderationes dicuntur inopinati morbi et mortes, XXI, 195, 2.

SIDON. Sidon urbs Phœniciæ, unde dicta, III 67, 1, 2; XV, 291, 1. Sidon a quo condita, dicta a multitudine piscium: Phœnices enim pisces vocant Sidon, XII, 711, 1. Sidon magna cognomine, non relative ad aliam minorem, III, 67, 2. Sidon Tyri est mater, XI, 349, 1. In Sidone sindones præstantissimæ conficiebantur, XI, 514, 1.

SIDONII. Sidonii industrii et navi mercatores erant, XII, 442, 1, 2. Sidonii fuere acres et fere perpetui Judæorum hostes, XIII, 519, 1. Sidonii Judæos suo exemplo, familiaritate, suasionibus ad sua scelera, maxime idololatriam, pertrahebant. XII, 711, 2. Sidonii tempore Christi Judæis conjuncti vel associati erant, subacti a Machabæis, XIV, 453, 2.

SIDRACH. *Sidrach* quis sonet hebraice, XIII, 12, 1 (*Vide* TRES PUERI).

SIDUS. Sidus hieroglyphicum est fati, XII, 285, 1.

SIGALION. Sigalion deus erat silentii præses, IX, 184, 1.

SIGEBERTUS (S.). S. Sigeberti Francorum regis corpus diu post mortem inventum est integrum, XII, 761, 1.

SIGILLUM. 1° In sigillis ars sculptoris cernitur, X, 290, 1. Sigillum veterum erat in pala annuli, XIV, 348, 1.

2° Sigillum Christi, crux est, diaboli voluptas, XIV, 351, 1. Sigillum Dei dupliciter est fidelis, 352, 1. Sigillum gratiæ, XVIII, 593, 2; 647, 1.

3° Sigilla septem libri signati quid repræsentent, XXI, 118. 2 et seqq.; 120, 1, 2 et seqq.; 138, 1. Quæ futura sunt ante tempora Antichristi, quædam quæ futura sunt post Antichristum continent, 187, 2. Non tantum initium, sed et finem libri signati complectuntur, *ibid.* Sunt septem Ecclesiæ persecutiones, XIX, 164, 2. Sigillo quinto quinam imperatores denotentur, XXI, 137, 2. Sigillum sextum quod sit, diversimode exponitur, 152, 1, 2. Septimo an repræsentetur quies Ecclesiæ sub Constantino, 131, 1; 138, 1. An ad id pertineat silentium factum in cœlo, 186, 2. Id simul et semel initio apertum fuit, 221. 1.

Sigillum *Apocalypseos* quod sit, XXI, 413, 2.

SIGISMUNDUS (S.). S. Sigismundus Burgundiæ rex in puteum dejectus cœlesti luce significatus, XI, 266, 2.

SIGISMUNDUS imperator. Sigismundi imperatoris in hostes beneficentia, IX, 378, 1; XI, 192, 1, 2. Adulatorum fuit adversarius, IX, 402, 2. Ejus de auri inquietudine sententia, XI, 158, 1. Quomodo ducem avarum punierit, XX, 200, 2.

SIGNACULUM. 1° Signaculum quid, VIII, 215, 2. Signaculum similitudinis quod, XII, 705, 2.

2° SIGNACULUM oris est dicendorum circum-

spectio, IX, 593, 1. Signaculum quod diabolo et inferno oppositum, XXI. 348, 1.

SIGNARE, SIGNATIO. 1° Signabant veteres omnia annulo, XIV, 348, 1. Prophetia notis arcanis et characteribus hieroglyphicis signabatur, XIII, 109, 2. Signare visionem, id est implere et sistere, et sigillare, 117,2. Signatio libri prophetici, ejus longinquitatem, obscuritatem, certitudinem significat, XII, 173, 2. Signari prophetias quando jubeat Deus, XXI, 410, 2. Signatus liber Joanni visus, quomodo et cur dicatur signatus, 118, 1.

2° Signari sua dicta quomodo dicatur Deus, XVI, 151, 1. Quomodo Christus sit a Patre signatus, 393, 1. Signati qui a Deo dicantur, XVIII, 424, 2.

3° Signatio qua Joannes vidit signari electos signo Dei vivi, fuit tantum visio imaginaria, XXI, 165, 1, 2. Hæc signatio erit ante Antichristum, tum sub ipso, tum post ipsum, 167, 1. Electi in fine sæculi signo crucis signandi, 163, 2 et seqq. Signari a Deo quanti referat, 169, 1. Signati centum quadraginta quatuor millia qui sint, an definitus fuit numerus pro indefinito, 166, 2. Per eos intelliguntur qui in fine mundi, tum ante Antichristum, tum sub ipso, tum post eum occisum, ad Christum convertentur, 167, 1. Signati e Judæis in fine sæculi, erunt conversi e Judæis ad Christum, ante et post Antichristum, 160, 1, 2,

SIGNIFICATIO. Significationes vanitatis, VIII, 12, 2 (*Vide* VANITAS).

SIGNUM. 1° *Signum* pro *indicium*. Signorum tubæ cur ita dictæ, IV, 432, 2. Signa solet Deus dare quæ certa sunt, XII, 566, 2. Signum quale sit, 566, 2; 567, 1, 2. Signa veri prophetæ, quæ sint, quæ falsi, XIII, 228, 2. Signum quod se inter gentes positurum Deus promittit, varia significat, XI, 764, 2. Signum ævi quid quod Deus inspiciat, X, 377, 2; 378, 1. Signa sæpe non prævia, sed sequentia et posthuma dat Deus et rei prædictæ rememorativa, XI, 190, 1.

Signum quod nati Christi angelus pastoribus dederit, an id externum, an internum fuerit, XVI, 64, 2. Signa temporum quæ Pharisæos scire non posse Redemptor ait, quæ sint, XV, 362, 1. Signum cur militibus dederit Judas in Christo capiendo, 574, 2. Signo quodam an designatus fuerit apostolus Matthias, XVII, 72, 2. Signo visibili quasi visibilem se reddere voluit Spiritus sanctus, 80, 2.

Signa excidii Urbis et orbis, XV, 503, 1. Et maxime Urbis, 503, 2; 505, 1. Et ea semper increscebant, 503, 2. Signa duo prævia judicio extremo, XIX, 149, 2.

Signum bonæ vel malæ concionis quod sit, XII, 342, 1, 2. Signa adventus Dei in animam, VII, 595, 1. Signa humilitatis, XI, 293, 1.

2° *Signum in sensu prodigii acceptum*. Signa quæ dicantur, XIII, 508, 2. Signa in aere belli imminentis prognostica, IV, 318, 1, 2. Signum a Deo petere Achaz cur noluerit, XI, 189, 2 (*Vide* ACHAZ). Signa in morte Christi facta, sunt facta eo mortuo, XVI, 269, 1. Signa plurima fecit Christus post resurrectionem, 638, 2 (*Vide* MIRACULA, PORTENTA, PRODIGIA). Signa Antichristi (*Vide* ANTICHRISTUS).

3° *Signum* pro *signaculo*. Signa scriptorum in describendo, XI, 407, 1. Signum Dei vivi est crux, XXI, 163, 2 (*Vide* CRUX).

4° *Signum pro scopo*. Quomodo Christus sit signum cui contradicetur, XVI, 76, 1, 2.

SILAS. Silas an idem sit qui Silvanus: ejus elogium, XVII, 303, 2. Silas etiam apostolus fuit, XVIII, 39, 1. Fuit S. Pauli socius, XVIII, 473, 1, 2; XIX, 115, 1 (*Vide* SILVANUS).

SILENI. Sileni quæ essent imagines, I, 755, 2; XVII, 394, 1. Qui iis assimilentur a Platone, XVII, 394, 1. Tales sunt ii qui mundo obscuri sunt, at Deo noti, *ibid.*

SILENTIUM, SILERE. 1° *Variæ vocum* silentium, silere *in Scriptura acceptiones*. Silere in Scriptura est *mori*, hinc mors hebraice dicitur *duma*, id est *silentium*, VIII, 303, 2. Silentium pro *morte* capitur, XII, 77, 2. Silentium vocatur infernus, XIII, 624, 1, 2. Silentium ponitur per metalepsin pro strage et desolatione, *ibid.* Silentio punit Deus strepitum et turbam, 624, 2.

2° *Quotuplex silentium*. Silentium est quadruplex, stuporis, securitatis, longanimitatis, quietis cordis, XII, 78, 1. Silentium reverentiæ, timoris, admirationis et stuporis est indicium, XIV, 275, 2. Silere est revereri, timere, obstupescere, 234, 2. Silentium in cœlo quod et quale, quasi media hora, XXI, 184, 1, 2; 185, 1 et seqq. An pertineat ad primum sigillum, 186, 2.

3° *Silentium ut virtus*. Primo. *Quam præstans sit*, I, 558, 1 : *Et ait Moyses ad populum : Nolite timere; state, et videte magnalia Domini quæ facturus est hodie : Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.* Silentii virtus quantæ sit dignitatis, XXI, 186, 1, 2 : *Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo quasi media hora.* Silentium loquela præstat, VII, 329, 1 : *Verba sapientium audiuntur in silentio, plusquam clamor principis inter stultos.* Interdum loco responsi servit, V, 321, 2. Garrulitate præstat, IX, 544, 1 : *Est correptio mendax in ira contumelioso : et est judicium, quod non probatur esse bonum : et est tacens, et ipse est prudens.* Silentium sapientium præstat fatuorum verbositati 574, 2 : *In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum.* Ejus pœnitentia melior est pœnitentia super sermone, V, 321, 2 : *Qui despicit amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacebit.* Silentii elogia et laus, V, 554, 1 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir erudilus;* 556, 1 : *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur : et si*

compresserit labia sua, intelligens; XX, [illegible] 1, 2 : *Sit autem homo velox ad audiendum, et tardus ad loquendum.* Silentii commendatio, XI, 415, 2; 416, 1 : *In silentio et spe erit fortitudo vestra.* Silentium christianum commendatur, XX, 89, 2; 90, 1 : *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Silentium index est animi maturi et divini, V, 296, 2 : *In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, moderatissimus est.* Et animi sapientis, 556, 1.

Secundo. *Silentii fructus*, XI, 415, 2; 416, 1, 2. 1° *Decem ejus recensentur fructus*, XII, 392, 1, 2 : *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.*

2° *Silentium mala linguæ sedat*, XX, 144, 1. Item ignem, *ibid.* Silentii ruptura causa est litium, IX, 538, 1 : *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum : et antequam patiatur contumeliam, judicium deserit.*

3° *Silentium stulto pro sapientia est;* IX, 548, 1 : *Homo sapiens tacebit usque ad tempus; lascivus autem et imprudens non servabunt tempus.* Silentio stultitia tegitur, *Job*, 299, 2 : *Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.* Stultus dum silet, sapiens reputatur, 298, 2.

4° *Silentium docet loqui;* VII, 136, 2 et seq. : *Tempus tacendi, et tempus loquendi;* XX, 138, 1 : *Si quis in verbo offendit, hic perfectus est vir.*

5° *Silentium præstat requiem*, VI, 119, 2 : *Qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.*

6° *Silens ob suum silentium honoratur*, IX, 575, 2 : *Susurro coinquinat animam suam, et in omnibus odietur; et qui cum eo manserit, odiosus erit : tacitus et sensatus honorabitur.*

7° *Silentium est animæ custodia, et silens Cherubino similis fit*, Job, 261, 2 : *Numquid qui multa loquitur, non et audiet? aut vir verbosus justificabitur?* Est id clausura linguæ, VI, 293, 2 : *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.*

8° *Silentium quantum conducat religioni*, XIII, 315, 1, 2 : *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem : et loquar ad cor ejus.* Silentium mater est devotionis, compunctionis et tolerantiæ, gnomæ de eo, XII, 392, 1.

9° *Quantum prosit silentium inter adversa diu religioseque servatum*, Job, 74, 1, 2.

Tertio. *Quando et quibus maxime deceat silentium.* 1° *Silentium decet in oratione*, X, 360, 2; 361, 1. Silentio potius profundo quam exili nostro præconio veneranda est Dei majestas, IX, 501, 2 : *Virtutem... magnitudinis ejus quis annuntiabit, aut quis adjiciet enarrare misericordiam ejus?* XIV, 235, 1 : *Dominus autem in templo sancto suo : sileat a facie ejus omnis terra.* Silent omnia a facie Dei, *ibid.* et 2.

2° *Silentium decet discipulos;* V, 129, 1, 2 : *Fili mi, attende ad sapientiam meam, et prudentiæ meæ inclina aurem tuam.* Est necessarium ut instruamur, *Job*, 651, 2 : *Attende, Job, et audi me, et tace dum ego loquor : si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere; volo enim te apparere justum; quod si non habes,, audi me : tace, et docebo te sapientiam.*

3° *Silentium religiosissime servetur a regiis consiliariis;* VII, 286, 1 : *Ego os regis observo, et præcepta juramenti Dei.* Id etiam in mensa principis servandum, VI, 175, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam : et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.*

4° *Silentium viduis a S. Hieronymo commendatur*, IV, 332, 2 : *In superioribus domus suæ fecit sibi* (Judith) *secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Silentium est ornamentum mulieris, XIX, 205, 2 : *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.*

5° *Silentium religiosorum commendatur*, XX, 91, 1 : *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Silentium est ex sepibus monasterii, XI, 684, 1, 2 : *Et vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem.* Silentii violator similis est crocodilo oscitanti, VI, 293, 2; XI, 417, 1, 2. Silentii otiosi etiam reddenda est ratio, XIV, 46, 1.

Quarto. *Silentii servandi media*, XI, 417, 2. Homines loquendi, Deus tacendi magister, *Job*, 299, 1.

Quinto. *Silentii exempla*, IV, 305, 1. Silentium Christi, XI, 215, 2. Silere apostolos gesta in transfiguratione cur jubeat Dominus, XV, 930, 2. Silentium mirum Christi coram Pilato, 601, 2. Andronicus cum sua uxore duodecim annos silentium servavit, XI, 434, 1, 2. Silentium Pythagoræorum, X, 361, 2 (*Vide* LINGUA, TACERE, TACITURNITAS).

SILICERNIUM. Silicernium quæ esset cœna, XII, 461, 2. Silicernii senes unde dicti, *ibid.*

SILIQUA. Siliqua quid sit, XVI, 208, 1. Siliqua arbor etiam describitur, *ibid.*

SILOE. Siloe fons qualis, ejus nomina et ubi situs, comparatur Nilo, XI, 215, 1, 2; XIV, 515, 2. Siloe erat fons sive piscina Jerusalem, et juxta hunc erat turris ab eo dicta Siloe, XVI, 186, 1, 2. Quomodo is fluit ut primum eruperit, 460, 1; 461, 2. Siloe aqua an ab Isaiæ precibus impetrata, XI, 96, 1. Fluit cum silentio : quæ in eo mira contigerint : quam ejus aqua ipsis etiam Saracenis hodie in pretio sit, XIV, 516, 1. Erat aqua ejus salutaris, XVI, 460, 2. Erat typus Christi, XI, 215, 2; XVI, 460, 2 et seqq. Nomine et virtute sua Christum repræsentat, XIV, 516, 1. Erat etiam baptismi typus, XVI, 461, 1.

SILVA. Silva et prata quomodo ridere et plaudere, et redolere videantur, XII, 454, 1, 1. Silva vocatur exercitus, cur, XI, 246, 2.

SILVANUS. Silvanus est Silas, hoc Hebræa terminatione, illud Latina, XIX, 115, 1; XX, 400, 1. Fuit bajulus epistolæ S. Petri in Orientem, XX, 400, 1 (*Vide* SILAS).

SILVERIUS (S.). S. Silverius Pontifex quæ et quanta pro Deo fuerit passus, I, 704, 1. S. Silverius Papa et Mennas Patriarcha Constantinopolitanus an sint duo testes quos Joannes ait occidendos, et dein cum gloria in cœlum ascensuros, XXI, 223, 2; 230, 1.

SILVESTER (S.). S. Silvester, pauperum destitutorum ope in primis maximam curam gessit, XI. 678, 2. Cur dies appellari ferias voluerit, X, 170, 1.

SILVESTER Auximanus (S). S. Silvestri Auximani conversio, vitæ institutum, mors, X, 345, 2.

SIMEON patriarcha. Simeon quid significet, I, 295, 1. Symbolice est dolor peccati, 299, 2. Simeon et Levi in sororis stupro vindicando ursis fuerunt sæviores, V, 535, 2. Sua ira magnum damnum sibi crearunt, VI, 30, 2. Simeonem quomodo laudet Judith quod vindicarit stuprum Dinæ sororis, IV, 335, 1, 2. Cur Simeon postea in Ægypto præ fratribus cæteris a Josepho ligetur, I, 369, 1. De benedictione Simeon, 393, 1. Ex eo orti sunt Scribæ et Pharisæi, *ibid.*, 2 Ejus tribus valde decrevit, et unde, II, 347, 1. Simeon patriarcha est typus S. Jacobi Minoris, XXI, 397, 2.

SIMEON Rabbi. Simeon Rabbi Pharisæus magni vir nominis ante Christum, XII, 572, 1.

SIMEON Justus. Simeon Justus fuit sanctitate et senio venerabilis, an sacerdos fuerit, XVI, 72, 1. Et discipulus et filius Hillelis, *ibid.* Ejus elogium, *ibid.* Adventum Messiæ expectabat, *ibid.* Erat plenus Spiritu sancto, *ibid.*, 2. Simeon Justus an Virginis partum præcognoverit, et ejus virginitati derogaverit, XI, 196, 1. An fuerit cæcus, XVI, 72, 2. A Spiritu sancto accepit promissum se ante mortem visurum Messiam, 72, 2; 73, 2. Eximiæ fuit sanctitatis, 73, 1. A Spiritu sancto impulsus, in templum venit; quo signo Christum inter tot pueros cognoverit, *ibid.* Eum in ulnas accepit, et in canticum prorupit, 73, 2. Voti sui factus compos, paulo post mortuus videtur, 74, 1. Fuit propheta, *ibid.* Parentibus benedixit, non puero, 75, 2. Quid matri ejus dixerit, *ibid.* et seqq.

SIMEON frater SS. Jacobi et Judæ. Simeon iste fuit alius a Simone Chananæo, XV, 336, 2; XVI, 97, 2. Simeon frater Jacobi Minoris fuit episcopus II Hierosolymitanus, XV, 336, 2. Simeon episcopus Hierosolymitanus diu vixit, XVIII, 19, 1. Sub Trajano senex martyrio afficitur, XVII, 7, 1.

SIMEON manichæus. Simeon quidam manichæus S. Titum se fingens, dedit pœnas, XIX, 115, 2.

SIMEON STYLITES (S.). S. Simeon Stylites qua occasione per Scripturam conversus sit, I, 4, 1; XV, 138, 1. Quibus verbis Evangelii ad paupertatem evangelicam amplexandam incitatus sit, V, 209, 1. Fuit theodidactus, XIX, 429, 2. Usque ad mortem per quinquaginta, juxta alios per octoginta annos, noctu diuque sub dio usque ad mortem stetit, V, 203, 1; IX, 132, 2; X, 33, 1; XVIII, 327, 2. Semper in ea ascendit altius atque altius, et in ea mortuus est, V, 468, 2. Quam patienter varias cœli injurias tulerit, XX, 48, 2. Aspero fune lumbos cinxit, ita ut caro subtus computresceret, XVI, 174, 2. Ejus continentia oculorum, II, 22, 1. Ejus ad populum quotidiana concio, XV, 138, 1. Assidue de novissimis concionabatur, IX, 259, 2. Identidem ad cœlum suspirabat, XX, 490, 1. Quam prope a dæmone deceptus fuerit, XVIII, 494, 1. Ejus mira jejunia, I, 631, 2. Quadraginta dies sæpius jejunavit virtute et gratia supernaturali, XV, 118, 2; 119, 2. Ejus humilitas, IX, 126, 2. Ejus gesta mira, X, 33, 2. Paralyticum curat, XV, 241, 1. Ejus vitæ breve elogium, 138, 1. Fuit orbis portentum vita sua prodigiosa, XI, 222, 1. Fuit columna lucis, I, 552, 1, II, 232, 2. Per orationem varia miracula patravit, I, 711, 1.

SIMEON SALUS (S.). Simeonis Sali eremitæ sancta stultitia, XI, 359, 2. Simeon Salus in stultitia perfectionem posuit, XVIII, 256, 1. Portentum fuit stultitiæ propter Christum, XI, 221, 2. Fuit atlas orbis, XIV, 618, 2. Scortationem meretricum dato et pretio redimebat, VI, 343, 2.

SIMEON PRISCUS. Simeon Priscus hospitibus a via aberrantibus duos leones viæ duces assignavit, X, 485, 1.

SIMEON puer. Simeonis pueri a Judæis occisi corpus Tridenti adhuc hodie integrum extat, XI, 268, 2.

SIMIA. Simia ob gestus decoros est homini in deliciis, VI, 459, 2. Eam leo non fert, V, 103, 1. Simiæ orbes oculorum dilatantur crescente luna et contra, XIV, 259, 2.

SIMILIS. 1° Simile per omnia non est simile, XIII, 282, 2. Simile est relativum æquiparantiæ, 339, 2. Simile simili gaudet, IX, 395, 1, 2; 569, 2 et seq.; X, 26, 2. Similes norunt se invicem, XVIII, 642, 1, 2. Similia similibus nutriuntur, conservantur et augentur, IX, 395, 2; 396, 1.

2° Justi sunt Deo similes tripliciter, XX, 564, 2. Modi quibus similes Deo reddamur, 565, 2 (*Vide* JUSTUS, SANCTUS).

SIMILIS Romanus. Similis Romanus quam fuerit similitudinis amans, XII, 394, 2.

SIMILITUDO. 1° *Similitudo pro identitate sumpta.* Primo. Similitudo, id est identitas naturæ et qualitatis specifica, non numerica, est causa amoris, IX, 395, 2. Sed maxime similitudo morum, amorum, virtutum, IX, 396, 1; XVI, 569, 1. Et in congregationibus similitudo actuum, IX, 396, 2. Similitudo conciliatrix amicitiæ, dissimilitudo inimicitiæ, XII, 108, 1.

Secundo. Similitudo inter adulatores et hirundines, IV, 274, 1. Item inter papilionem et honorem hujus mundi, 378, 1. Similitudo interitus hominis et bruti, VII, 151, 2.

Tertio. Similitudo prævaricationis Adæ in quo sita sit, XVIII, 101, 1 (*Vide* ADAM, PECCATUM ORIGINALE). Similitudo cum Christo ex patientia nascitur, 146, 2.

2° *Similitudo pro figura rhetoricæ*. Similitudo phrasi hebraica veritatem rei denotat, XXI, 28, 2. Similitudinibus abundat Salomon in *Proverbiis*, V, 16, 2 et seq. Similitudines SS. Trinitatis, XI, 167, 1. Similitudines S. Scripturæ caute usurpandæ, *Psalm.* I, 373, 2.

SIMITARRA. Simitarræ vocantur gladii breves et recurvi Turcarum, IV, 345, 2.

SIMON MACHABÆUS. Simonis Mathathiæ filii elogium, IV, 422, 1. Fuit ei quarto genitus, *ibid.* Ejus nepotum Hyrcani et Aristobuli contentio de principatu causa fuit subactionis Judææ, IV, 432, 2. Dux creatur et pontifex, fuitque per septem annos, 480, 1. Joannem fratrem a Tryphone captum redimit, *ibid.* In Modin sepulcrum patri et fratribus ædificavit, 481, 1. Gazam expugnavit, IV, 482, 2; XIV, 454, 2. Arcem montis Sion cepit et communivit, 482, 2. Joppen portum commodissimum constituit, 485, 1. Sub eo fuere aurea Israelis sæcula, *ibid.*, 2. Ejus progenies præfuit Israeli usque ad Herodem sub quo natus est Christus, 486, 2. Summa ejus potestas in Israelem, *ibid.* Cur tam magnifice laudetur in his libris præ Juda et Jonatha, *ibid.*, 2. Filios suos loco suo constituit, 492, 1. Occisus est a Ptolemæo Abobi, quo anno, *ibid.*, 2. Quot annis Israeli præfuerit, *ibid.*

SIMON Oniæ filius pontifex. Simonis etymon, X, 537, 2. Simon ab *Ecclesiastico* laudatus quis fuerit inter pontifices, X, 532, 2. Non fuit Junior, sed Senior, cognomento Justus et Priscus, 533, 2. Ejus elogium, 536, 1; 538, 1. Ab *Ecclesiastico* laudatur jam defunctus, 533, 2. Simon pontifex tempore Ptolemæi Philadelphi, vixit, XIV, 534, 2. Quando pontificatu functus sit, IX, 19, 2, X, 533, 2. Ejus sanctitas, IX, 19, 2. Ejus mors, 20, 1. Fuit S. Petri typus, X, 534, 1. Sartatecta templi restauravit, *ibid.*, 2. Eique duplicem contignationem addidit, 535, 1. Aquæ ductus urbis restauravit, *ibid.*, 2. An mare æneum templi adauxerit, *ibid.* Quantam curam gesserit populi, et qua in re, 536, 1. Quam civitatem ampliarit, *ibid.* et seq. A populo suo honorabatur et amabatur, *ibid.*, 2. Quasi stella, luna, sol refulsit, X, 536, 2; XIII, 172. 2. Iridi, liliis, aromatibus comparatur, X, 538, 1. Item igni fulgenti, et thuri in eo ardenti, 539, 1. Item vasi aureo, *ibid.*, 2. Item oleæ et cupresso, *ibid.* Vestes sacras ipse honorabat sua sanctitate, et ipse per eas gloriosus erat, 540, 2. Cedro et palmæ comparatur, 541, 2. Quia cæteris sacerdotibus prælucebat, *ibid.*

SIMON Junior. Simon Junior Oniæ secundi filius non est ille quem laudat *Ecclesiasticus*, quando is fuerit pontifex, X, 533, 1, 2.

SIMON apostolus (S.). Simon quid significet, et unde dicatur, XV, 182, 1; XVII. 301, 2; XX, 406, 1. Simon et Simeon idem est nomen; Simon apostolus est diversus a Simeone fratre SS. Jacobi et Judæ, XVI, 97, 2. Simon apostolus unde dictus sit Chananæus, XV, 257, 2; XVII, 64, 2. Non est idem cum Nathanaele, XVI, 274, 2. Cur dictus sit Zelotes, XVI, 257, 2; XX, 648, 2. Fuit filius Cleophæ S. Josephi fratris, XVI, 328, 1. Fuit sponsus in nuptiis Cana, XV, 257, 2; XVI, 328, 1. SS. Simon et Judas apostoli quando occisi sint, XVII, 7, 1. S. Simon apostolus cur hyacintho gemmæ assimiletur, XXI, 395, 2. Ejus typus fuit Aser patriarcha, 397, 2.

SIMON LEPROSUS. Simon apud quem Christus convivatus, cur dictus sit Leprosus, XV, 544, 2. Qualis fuerit, XVI, 125, 1. Simon Leprosus de facto Magdalenæ murmurat, 124, 2. Ejus pravum judicium de Christo et de Magdalena, 125, 1. Octo ejus errores, *ibid.* Videtur a Christo conversus, *ibid.* Cur minus ei dimissum sit, 128, 2 et seqq.

SIMON CYRENÆUS. Simon Cyrenæus origine, pater Rufi qui crucem Domini portavit, cujas fuerit, an Judæus, an Gentilis, XV, 613, 1, 2; XVII, 91, 1. Crucem Jesu portare compulsus est, XV, 613, 2 et seq. Quomodo eam tulerit, 614, 1. Fuit ad Christum cum filiis conversus, 613, 2.

SIMON Coriarius. Simonis coriarii in domo cur S. Petrus hospitaretur in Joppe, XVII, 227, 1, 2. Ejus hospitalitas, *ibid.*, 2.

SIMON MAGUS. Simon Magus dicebat se esse Deum, XVII, 195, 1; 196, 1. Alia ejus delira dogmata, *ibid.*. Sua dogmata ex erroribus poetarum et philosophorum consarcinavit, XVIII, 19. Quam fuerit fabulosus, XX, 428, 1. Finxit se deum quemdam, et genuisse uxorem suam Selenem, XIV, 86, 2. Ejus error de Deo patre incognito, XVIII, 595, 2. Do-uit Deum esse auctorem peccati, XX, 51, 1. Docuit mundum ab angelis factum, XVIII, 613, 1. Angelos ut minores deos adorari volebat, XVIII, 613, 2; XIX, 83, 2; 94, 2. Per eos purgari voluit animas, idque per sacrificia et jejunia iis, et per eos Deo oblata, XIX, 95, 1. Christi incarnationem et resurrectionem negabat, 295, 1. Christum vere esse crucifixum negavit, 53, 1. Docuit opera ad salutem non requiri, item libertatis carnis asseruit, XX, 4, 2; 122, 1; 568, 2. Ejus libido, 656, 2 et seq. Libidines suas in honorem Dei referebat, XVIII, 652, 1. Habit dæmonem familiarem, XIX, 222, 2. Ab Apostolo mysterium iniquitatis vocatur, 153, 2. Factus est hæreticus ex ambitione, XVII, 202, 1; XIX, 192, 1. Fuit primus hæresiarcha, XVII, 195, 1. Ficte credidit, 196, 1. Fuit simoniæ parens, 199, 2. Spiritum sanctum emere et vendere volebat, *ibid.* Episco-

patum ambivit, *ibid.* S. Petrus ei maledicit, 202, 1. Ejus arrogantia et impostura, XV, 502, 2. Ejus hypocrisis a Deo per preces S. Petri detecta, IX, 86, 1, 2. Dum per aera volare conaretur, in terram dejectus est per preces apostolorum, XVII, 8, 1. Ejus miserabilis exitus, XVII, 203, 1, XVIII, 11, 2. XX, 441, 2; XXI, 341, 2. A Romanis habitus est ut deus, XVII, 8, 1. Ei Romæ a Nerone erecta fuit statua velut Deo, ejus discipuli varii fuerunt hæretici, XV, 502, 2; 509, 2. Ei in arte magica Romæ successit Apollonius Thyanæus, XVII, 8, 1.

SIMON GERASENUS. Simon Gerasenus milites in deserto collegit qui Judæos a Romanis defenderent, sed in urbe in cives cædibus grassatus est, XII, 133, 2; XV, 505, 2; 510, 1.

SIMON Carmelitarum generalis. Simoni Carmelitarum generali oranti habitus candidus a beata Virgine datur, VIII, 184, 2.

SIMONIA. Simoniæ quis sit auctor, XVII, 199, 2 : *Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens : Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum : Pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto; cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Quid sit proprie simonia, *ibid.* Ea infecti excommunicantur, 201, 2. Vocatur fel, 202, 1 : *Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Simonia Esau in vendendis primogenitis, XIX, 504, 1. Simonia vetatur ecclesiasticis, XV, 259, 1.

SIMONIACUS. Simoniacus rerum sacrarum nundinator est, et licite esse non potest, XIV, 546, 2. Simoniaci perstringuntur, XI, 174, 1. Simoniaci antiqui Testamenti qui fuerint, XVII, 199, 2 et seq.

SIMONIANI. Simoniani negabant Christum esse Deum, XX, 657, 1, 2. Quomodo majestatem Dei blasphemarent, 665, 2 et seq.

SIMONIDES. Simonides quid de Deo sentiret, VI, 428, 1.

SIMPLEX, SIMPLICITAS. I. Simplicitas in Deo. — Simplicitas Deo propria est, V, 316, 1. Simplicitas Dei quanta sit, XIV, 596, 1. Simplicitas et unitas perfecta in Deo est, II, 422, 1 (*Vide* Deus, cap. III, § II).

II. Simplicitas in homine. — 1° *Quid sit simplicitas et qualis virtus*, Job, 5, 2; 6, 1 : *Vir erat in terra Hus, nomine Job, et erat vir ille simplex, et rectus, ac timenseum, et recedens a malo.* Simplicitas physica et moralis quæ sit, XVII, 109, 1 et seq. *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis.* Simplicitas idem est quod vitæ integritas, *Job*, 280, 1 : *Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum : deridetur enim justi simplicitas.* Simplicitas cordis et cor simplex quod dicatur, XX, 270, 1 et seqq. : *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentius.* Simplicitas bona quæ sit, XVIII, 243, 2 : *Volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo;* XIX, 36, 2 : *Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus, ut sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Simplicitas quantum duplicato cordi opponitur, commendatur, II, 123, 1 : *Agrum tuum non seres diverso semine.* Simplex veritati tenaciter adhæret, IX, 182, 2.

Simplex tam pro sincero, candido, integro accipitur quam pro rudi et insipiente, VI, 2, 1 : *Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens;* 136, 2 : *Callidus videt malum, et abscondit se : innocens pertransiit, et afflictus est damno.* Simplicitas in Scriptura, cum de dando agitur, dandi affluentiam significat, XX, 35, 2. Capitur subinde pro larga misericordia, VI, 52, 2 : *Justus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquet.* Ea requiritur in danda eleemosyna, XVIII, 207, 2 : *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes,.... qui tribuit in simplicitate;* 470, 1 : *Altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.*

2° *Simplicitatis effectus et fructus.* Simplicitas placet Deo et illi grata est, IX, 87, 1 : *Ne sis incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad illum duplici corde : Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris in labiis tuis;* Job, 215, 1 : *Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis,* 280, 1. Simplices et humiles suo alloquio dignatur Deus, V, 79, 1. Simpliciter et innocenter in suis actionibus ambulans, Dei ope incolumis erit, VI, 381, 2 : *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter : qui autem depravat vias suas, manifestus erit.* A Deo simplices diriguntur et proteguntur, V, 315, 1 : *Simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit eos.* Ad eum proxime accedunt, V, 316, 1 Simplicitas columbæ nobis imitanda, XV, 267, 2 : *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos, estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ.*

Simplicem in interitum tam spiritualem, quam temporalem pertrahens, in illum incidet, VI, 370, 2 : *Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet : et simplices possident bona ejus.* Contra, simplex bonum oppositum recipiet, *ibid.* Simplicitatem ridens fratris sui Stylita Edessenus, quomodo a Deo punitus fuerit, II, 255, 1, 2.

Simplicitas in Scripturæ expositione sectanda, V, 13, 2.

2° Simplicia medicamenta quam salutaria, X, 2, 1, 2; 272, 2.

SIMPLICIUS (S.). S. Simplicius christianus factus egregius evasit sculptor, et deinde martyr, X, 297, 2.

SIMPLICIUS episcopus. Simplicii episcopi uxor quomodo suam integritatem probaverit, XIII, 46, 1.

SIMUL. Simul quomodo sint omnia a Deo creata, X, 499, 2 et seq.

SIMULACRUM. Simulacrum proprie quid sit, et unde dicatur : ecclesiastico usu in malam partem capitur, XVII, 324, 1 et seq. *Vide* IDOLUM).

SIMULARE, SIMULATIO, SIMULATOR. Simulatio imprimis Deo displicet, V, 329, 1. Simulatores iram Dei provocant, *Job*, 680, 2. Simulata amicitia est duplex inimicitia, XII, 83, 1 (*Vide* HYPOCRISIS). Simulatores amicitiæ unde dignoscantur, VI, 321, 1. Simulare norunt hæretici, XIX, 300, 1. Simulare an liceat aliquando, XVIII, 529, 1, Judaismum simulare non licuit apostolis, 530, 1. Simulare fugam in bello licet, III, 49, 1,

SIMULTAS. Simultas plerumque sectionem in duas partes causatur, X, 177, 2.

SINÆ. Sinarum extremorum Orientis populorum conversio ab Isaia prædicta, idque variis argumentis probatur, XI, 587, 2 et seq.; XIV, 19, 2. Eos Isaias vocat *Sinim*, esto ejus ævo hoc nomen non habuerint, XIV, 19, 2. Eorum situs, XI, 587, 2. Quomodo dici possint terra Australis, *ibid.* Cur præ aliis gentibus eos nominet Propheta, *ibid.* Eorum numerositas et urbium copia, *ibid.* Sunt humani et dociles, 588, 1. Item opulentissimi, *ibid.* Sinæ in funere suorum, magistratu ad aliquot annos se abdicant, XII, 678, 1. Annos consignant per annos regis eo tempore regnantis, 475, 2. Tunicis solum se accingunt et femoralibus carent, XVIII 263, 2. Sinæ in conviviis aquam calidam bibunt, X, 81, 1. Non peregrinantur, 82, 1. Laudant viduas univiras, XIX, 239, 1. Puellas domi continent, 245, 1. Quomodo manum daturi Evangelio, XI, 588, 1. Sinensium conversionem maxime impediunt Christianorum quorumdam vita, XII, 279, 2.

Regis Sinarum annuus census, XI, 588, 1. Reges Sinarum inaccessi sunt, *ibid.* Sinarum reges etiamnum per cortinas loquuntur et responsa dant, IV, 250, 2. Neque se conspici sinunt, 365, 1, 2.

SINAI. Sina quid hebraice significet, XVIII, 556, 1, Sinai qualis mons, unde dictus, in eo octo mirabilia contigerunt, I, 451, 1. In monte Sina quam gloriosum se Deus exhibuerit, XIV, 251, 1. Ardebat cum in eo lex ferretur, XIX, 505, 2. Quomodo sit conjunctus Jerusalem, XVIII, 556, 2. In quo ambo conveniant, *ibid.* Is typum gessit montis Sion in quo data est lex nova in Pentecoste, XIV, 244, 1, 2. In quo Ecclesiæ opponatur, XIX, 505, 1, 2.

SINAPIS. Sinapis granum non est minimum seminum, XV, 328, 2. Ejus proprietates, 329, 1. Sinapis typus est Christi et Sacramentorum, XVIII, 363, 1.

SINCERITAS, SINCERUS. Sinceritas est veritas, XVIII, 289, 2 : *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ; sed in azymis sinceritatis et veritatis;* 678, 1 : *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Sincerum tria diversa denotat, XX, 472, 1 : *Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sincerum mentem.* Sinceritas lacte denotatur, 277, 2 : *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Sincerus est velut aurum mundum, V, 372, 1 : *Non inveniet fraudulentus lucrum : et substantia hominis erit auri pretium.* Vocari potest purus, mundus, limpidus, VI, 102, 2 : *Perversa via viri aliena est : qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Sinceritas Deo et hominibus placet, V, 470, 2 : *Abominatio Domini cogitationes malæ; et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo;* Job, 263, 1. Sincerus a Deo benedicitur, V, 337, 1. Sinceritas in ministris regibus placet, 470, 1. Sinceritas Christianos decet, XX, 472, 1, 2.

SINDON. Sindon ab hebræo *Sadin* derivari videtur, VI, 514, 2. Quid proprie sit, *ibid.* Est pannus lineus subtilis, dictus a Sidone Phœniciæ urbe, ubi primum confecta, VI, 514, 2; XV, 639, 2. Sindones Judæarum quales, XI, 141, 1. In sindone munda Christus sepelitur, ea Taurini asservatur, XV, 618, 1.

SINGULARIS, SINGULARITAS. Singulus et singularis, est solus et separatus, XV, 680, 1. Singularitas in cœtu et societate sit fugienda, X, 144, 2. In monasteriis est odiosa, IX, 396, 2. Singulares in Religione quam noxii, XXI, 400, 1, 2.

SINISTER. Sinistra an dextra sit potior, V, 87, 1. Sinister locus non videtur dextro honoratior, XIX, 101, 2. Sinistræ symbola, V, 87, 2. Ipsa adversitatem, inimicos, crucem et ignominiam denotat, 126, 1; 127, 2. Typus est infelicitatis et adversitatis, VI, 346, 1. Sinister locus est dæmonum, dexter beatorum, XII, 573, 2.

SINUS. 1° Sinus vocatur vas cavum in quo sortes jaciuntur, V, 518, 2. Sinus circum altare erat in imo ad excipiendum victimarum sanguinem, XII, 825, 1; 827, 2.

2° Sinuare et sinus quid metaphorice significent, XX, 387, 1. Sinus per cor denotatur, X, 73, 2.

Quomodo in sinu Patris dicatur esse Dei Filius, XVI, 313, 2.

In sinu Christi cur Joannes recubuerit, XX, 499, 1, 2.

Sinus Abrahæ quid sit, cur sic dictus, et ubi situs, XVI, 222, 1 et seqq. Sinus Abrahæ et altare dicitur locus felicitatis animarum, XX, 148, 2.

SION. 1° Sion proprie significat superioris urbis partem in qua erat templum et arx David, XIV, 93, 2. Erat in Jerusalem ad austrum, XIV, 528, 1, 2. Cur vocetur arx, 255, 1. In eo erat arx David, XIV, 528, 1, 2. Sion mons duplex fuit, unus in Jerusalem, alter idem cum monte Hermon, IX, 634, 2. Sion mons in Jerusalem caput regni populi Judaici, *Psalm.* I, 485, 1. Sion cur vocetur turris gregis metonymice, XIV, 99, 1, 2. Sion arx quando a Juda Machabæo obsideri cœpta, quando capta, IV, 432, 2; 433, 1. Sion plorans quomodo manum expandat, XII, 365, 1.

2° Sion figura Ecclesiæ, III, 451, 1, VI, 236, 2; XVIII, 558, 2; XIX, 506, 2; XX, 268, 2, *Psalm.* II 78, 1. Sion typus Ecclesiæ tum militantis, tum triumphantis, XVIII, 558, 2. Sion hebraice significat speculam, titulum, siccitatem; et hæc tria Ecclesiæ accommodantur, XI, 709, 1. Sion anagogice cœlum significat, XXI, 269, 1. Sion in qua vidit Joannes Agnum stantem quid significet, XXI, 268, 2. Per Sion Isaias et alii Prophetæ nunc pios et fideles Judæos intelligunt, nunc incredulos et impios, XI, 589, 2. Quomodo Sion in judicio redimenda sit, 118, 2.

3° Sion mons sanctus dicitur ob quatuor causas, XIV, 444, 1. Quæ in eo contigerint, *ibid.* In Sion firmatus est cultus Dei per templum, IX, 630, 1. In Sion Christus Ecclesiam inchoavit, uti Salomon in eo corporale templum ædificavit, XIV, 96, 1, 2. De Sion quomodo lex Evangelii egressa sit, 97, 1.

SIRACH, SIRACIDES, *vide* Jesus filius Sirach senior, et Jesus filius Sirach junior.

SIREN. Vox *Siren* unde dicatur, XIV, 71, 1. Sirenum fabula quid significet; fuerunt ipsæ partim volucres, partim virgines, *ibid.* Ubi habitaverint, has Ulysses cur declinaret, *ibid.* Sciebant et plangere, *ibid.* Sirenum fabula moraliter exposita, V, 132, 1. Siren describitur, huic comparatur dæmon, XI, 282, 2. Siren figura voluptatis, XXI, 327, 1, 2. Sirenes concupiscentiarum symbolum, IX, 518, 1. Item meretricis typus, VI, 156, 2. His mulieres sunt similes, XIII, 342, 2. Sunt item invidorum symbolum, IX, 412, 2.

SISINANDUS. Sisinando episcopo Compostellano moriente audita vox angelorum, XIII, 143, 1.

SISINNIUS (S.). S. Sisinnii diaconi martyris in tormentis et afflictionibus gaudium, XXI, 55, 1.

SISINNIUS alius. Sisinnius est a Theodora conjuge Christo assertus, XVIII, 306, 2; XXI, 55, 1.

SISINNIUS Novatianus. Sisinnius Novatianus episcopus a fidelibus quod esset homo mollis, reprehensus fuit, XX, 101, 1, 2.

SISOE. Sisoe in capillitio quid sit, II, 126, 1.

SISOIS abbas. Sisois abbatis orantis fiducia de petitorum impetratione, XII, 140, 2, 2; XX, 41, 1. Cum confidentia Deum pro discipulo oravit, V, 284, 2.

SISTERE. Sistere in via virtutis, est deficere, XVIII, 333, 1, 2.

SIZYPHUS. Sizyphi fabula moraliter exposita, IX, 385, 1.

SITICINUM. Siticinum instrumentum proprium erat eorum qui ad sitos, id est mortuos, canebant, XII, 305, 1, 2. Ejus forma, *ibid.*

SITIS. 1° Sitis acrius cruciat quam fames, IV 330, 2; X, 81, 1. Siti ubi laboratur, laboratur et fame, IV, 340, 2. Sitis facilius expletur quam fames, XV, 146, 1. Sitis toleratio cursum juvat, XI, 703, 1.

Sitis Christi in cruce qualis esset, XVI, 618, 2 et scq. Sitis Epulonis in flamma infernali, 224, 1.

2° Sitire et esurire, in spiritualibus, idem est, XVI, 404, 1. Sitis impiorum peribit, *Job*, 388, 2,

SITUS. Situs rectus gloriosum corpus decet, XVII, 60, 1, 2.

SIVAN. Sivan mensis nostro maio respondet, XII, 429, 2.

SIXTUS (S.) Papa I. S. Sixtus sub Valeriano et Decio martyrium passus, in crucem actus est, XVIII, 534, 2.

SIXTUS (S.) Papa III. Tres libelli sub nomine S. Sixti Pontificis editi, sunt Pelagiani alicujus, XV, 429, 1; XVII, 376, 1.

SMARAGDUS. 1° Smaragdus unde dicatur: veteres quales fuerint, XXI, 388, 2. Æri affinis est et durus, ejusque sapor amarus, *ibid.* Ejus viror, X, 151, 2; 76, 1, 2; 388, 2. Ejus vires, XXI, 389, 2. E smaragdinis vasis olim potabatur, VI, 266, 2. Smaragdus est amuletum contra venena, 267, 1.

2° Smaragdus quid symbolice designet, X, 151, 2. Smaragdus gemma in rationali pontificis significat Judam Patriarcham, et Joannem Evangelistam ob virginitatem virentem, I, 681, 2. Ei passio Christi accommodatur, XXI, 96, 1; 389, 1. Per eum Dei misericordia repræsentatur, 97, 1. Item Dei et creaturarum in ipso visio, 97, 2. Pudicitiæ symbolum est, 39, 2.

SMILAX. Smilax sive volvola quæ herba: duæ ejus sunt species, XIV. 168, 1.

SMYRNA. Smyrna est urbs Ioniæ in Asia, ejus elogium, XXI, 47, 1, 2. Smyrna Græcis item myrrha dicitur, *ibid.*, 2.

SOBA. Soba ubi sita, III, 448, 2. Jure divino erat Judæorum, ideoque juste eam invasit David, *ibid.*, 2.

SOBE. Sobe mater fuit S. Elisabethæ, XVI, 97, 1.

SOBNA. Sobna præpositus templi quis fuerit juxta Hebræos, XI, 341, 1. Superbia et arrogantia peccavit, *ibid.*, 2. An fuerit summus pontifex, vel certe ex dignioribus sacerdotibus, *ibid.* Verisimile est eum non fuisse summum pontificem, *ibid.* An idem sit cum Sobna, qui fuit præfectus aulæ, et Ezechiæ œconomus, *ibid.* Cur gallo gallinaceo comparetur, 342, 1. Ad Sennacherib fugiens ab eo male habitus, 341, 2. Ei Eliakim subrogatus, 342, 2.

SOBRIETAS, SOBRIUS. 1° *Sobrietas in mensa et a quibus præsertim sectanda*, X, 124, 1 : *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur, ne cum manducas multum, odio habearis*; 125, 2 : *Cessa prior causa disciplinæ ; et noli nimius esse, ne forte offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum ! et in dormiendo non laborabis ab illo, et non senties dolorem.* Sobrietas sectanda est carnem domare volenti, XVIII, 336, 1 : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Sobrietas convivis ac conjugibus maxime nuptiarum die ac alias, dum generationi vacant, commendata, IV, 300, 2 : *Cumque omnes dixissent : Amen, accesserunt ad convivium ; sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* Sobrietas præcipue decet principes, VII, 352, 1, 2 : *Beata terra cujus rex nobilis est, et cujus principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum et non ad luxuriam.* Adolescentibus summo est ornamento, XIX, 330, 2 : *Juvenes similiter hortare, ut sobrii sint.* Sobrietas et continentia senibus quam sint necessariæ, 328, 2 : *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam : senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.* Sobrietas in mensa principis servanda, VI, 175, 1 : *Quando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam : et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam.* Qualis sobrietas christianos deceat, XX, 259, 1, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in revelationem Jesu Christi.*

2° *Sobrietatis effectus et commoda*, VI, 45, 1 ; 206, 1 ; X, 127, 2 et seq. : *Somnus sanitatis in homine parco : dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur.* Sobrius somnum habet facilem, et humores corporis bene temperatos, et stomachi et intestinorum quietem, 128, 1. Gaudet etiam in conscientia, 127, 2. Sobrietas hominem ditat, VI, 113, 2 ; 114, 1 : *Qui diligit epulas in egestate erit ; qui amat vinum et pinguia, non ditabitur.* Sobrietas est longæva, cur, XIII, 12, 2. Est mater sanitatis, sanctitatis, sapientiæ et castitatis, IX, 80, 1 ; X, 266, 2 et seq. : *Noli avidus esse in omni epulatione, et non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt : qui autem abstinens est, adjiciet vitam.* Est mater sapientiæ ob tres causas, XIII, 12, 2 et seq. : *Post dies autem decem, apparuerunt vultus eorum* (puerorum) *meliores et corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio..... Pueris autem his dedit Deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia : Danieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum.* Sobrietas mater vigiliæ et castitatis, XX, 390, 2 : *Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Sobrius et vigilans græce idem sonat, XIX, 328, 1, 2. Per sobrietatem Judith caput Holophernis obtruncavit, IV, 843, 1 (*Vide* Cibus, Comestio, Convivium).

3° Sobrietas sæpe capitur pro animi sanitate, XIX, 275, 1 : *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris : sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.* Sobrietatis verba quomodo Paulus se loqui diceret, XVII, 421, 2 : *Hæc loquente eo, et rationem reddente, Festus magna voce dixit : Insanis, Paule; multæ te litteræ ad insaniam convertunt. Et Paulus : Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba loquor.*

SOCER. Cum socero quare non sit ineundum consilium, X, 250, 1 ; 251, 2.

SOCIALIS. Socialis vitæ varia commoda et laudes, I, 467, 1 ; VI, 347, 2 et seq.

SOCIATIO. Sociatio fidelium Ecclesiam integravit, XIV, 355, 1, 1.

SOCIETAS. 1° *Societatis bonum quod*, VII, 175, 1, 2 : *Melius est ergo duos esse simul, quam unum : habent enim emolumentum societatis suæ.* Illius effectus, *ibid.* Societatis et amicitiæ utilitas, 178, 2 : *Si unus ceciderit, ab altero fulcietur : væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se.* Societatis apologus, 180, 1, 2 et seq. Illius exempla, *ibid.*

2° *Societatis inter homines fons, natura et momentum.* Societatis fons est SS. Trinitas, VII, 182, 1. Societas hominum in ratione rectitudinis consistit, VI, 102, 2. Societas concors stat, discors dissipatur, V, 582, 2 : *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma ; et judicia quasi vectes urbium.* A societate pendet salus et damnatio æterna hominis, V, 394, 2 : *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum similis efficietur.*

3° *Societatis cum bonis utilitas*, III, 317, 2 : *Videntes autem omnes qui noverant eum* (Saülem) *heri et nudiustertius, quod esset cum prophetis, et prophetaret, dixerunt ad invicem : Quænam res accidit filio Cis ? Num et Saül inter prophetas ?* 388, 2 : *Misit ergo Saül lictores, ut raperent David : qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium et Samuelem stantem super eos, factus est etiam Spiritus Domini in illis, et prophetare cœperunt etiam ipsi.* A societate proborum se segregare noxium est, V, 282, 1 : *Memoria justi cum laudibus, et nomen impiorum putrescet.* Societas bona parum prodest reprobis, XV, 519, 1, 2 : *Tunc duo erunt in agro : unus assumetur, et unus relinquetur ; duæ molentes in mola ; una assumetur, et una relinquetur.*

4° *Societas impiorum quam noxia sit* ; IX, 220, 1 : *Discede ab iniquo, et deficient mala abs te;*

379, 1 · *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis ? et sic qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis ejus*; 384, 1 : *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; et qui communicaverit superbo, induet superbiam*; 584, 1, 2 : *Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris. Serva te ab illo, ut non molestiam habeas, et non coinquinaberis peccato illius*; X, 351, 1 : *Filii abominationum sunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum.* Magis est noxia quam sit salutifera societas bonorum, IX, 584, 2.

Societas leonina quæ dicatur, 262, 1.

5° *Societas bonorum inter fideles quæ sit*, XX, 520, 2; *Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo.* Societas in pœna ad quid prosit. 396, 2 : *Sobrii estote, et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret : cui resistite fortes in fide : scientes eamdem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.*

6° Societas hominis cum Deo unde fiat, XX, 521, 1, 2.

SOCIETAS JESU. Societas Jesu qua occasione hoc nomen acceperit, XVIII, 250, 2. Ejus instituti breviarium et summa, 459, 2. Societatis Jesu elogium, XVII, 249, 2. Paucos probatos admittit, noxios dimittit, XI, 228, 2. In Societate Jesu quid maxime mirandum, IX, 390, 1. Tribus rebus maxime est promovenda, XII, 288, 2. Eam tria maxime conservant, XV, 150, 2. Quamdiu exagitabitur, florebit, XII, 127, 1, 2. Jubetur omnia sua munia exercere gratis, XV, 259, 2, In ea peccans potest ad superiorem deferri, et ad hoc quilibet juri famæ suæ cedit, XV, 409, 1. Quæ hujus rei sit ratio, *ibid.* Societatis Jesu collegia quantum Belgio profuerint, XX, 297, 2 et seq. Societatis Jesu charitas in exteris gentibus convertendis, II, 194, 2. Ad eam apostrophe et adhortatio ut in cœpto simili opere pergat, *ibid.* Ejus Patres ad Indiam navigantes, genu flexo in littore orando sibi invicem valedicunt, XVII, 376, 2. Societatis Jesu homines Ecclesiam contra antichristianos in fine sæculi maxime propugnaturos S. Teresia prædixit, XXI, 224, 1. An in *Apocalypsi* sint præsignati, 72, 1.

SOCINIANI. Sociniani docent Christum non fuisse Deum, sed sua sancta yita meruisse ut vocaretur Deus, XXI, 133, 1.

SOCIUS. Socii et amici converti incipientem oppugnant, IX, 91, 2. Socii affricant sociis bonitatem vel malitiam, XX, 325, 1. Eorum vitia facile addiscimus, 383, 2; 384, 1. Socii mali hominem malum reddunt, VI, 168, 2. Socii mali cavendi ut leones, X, 28, 2. Socio non est irroganda injustitia, 358, 2 (*Vide* Amicitia, Consortium, Societas).

Socii Gog sunt filii vel nepotes Japhet, XII, 765, 2,

SOCORDIA. Socordia et languor in nervis unde oriatur, XIX, 502, 1.

SOCRATES. 1° Socrates Deum e mundi fabrica discere studuit, XVIII, 51, 1. Ejus de idolis et de idololatris dictum, XIII, 377, 1. Salutare solem orientem solitus fuit, XIV, 309, 1. Genium familiarem habuit, XVIII, 319, 2.

2° Socrates moralis philosophiæ cultor fuit, IX, 4, 1, 2. Suos ad ethices studium incitabat, IX, 129, 2. Quam e studiis voluptatem caperet, XII, 33, 1. Quid suos doceret, XIX, 330, 2. Dicebat se unum scire, quod nihil sciret, XIX, 187, 1. Curiosos abhorrebat, IX, 129, 2; XIX, 129, 2. Cum sophistis congrediens, fuga se subduxit, IX, 262, 1. Quare vocatus ab Aristophane nugarum antistes, XIV, 309, 1.

3° Socrates erat natura fur et incontinens, sed naturam correxit, XIX, 187, 2. Ejus forma erat alia quam mens, XVII, 394, 2. Vultu visus impudicus, arte et virtute naturam vicit, IX, 542, 1. Semper eodem erat vultu, X, 24, 1. Mulierum illecebras parvi fecit, 372, 2.

4° Ejus modestia et continentia in cibo, XIX, 167, 1. Fuit frugalitatis cultor eximius, X, 124, 2. Ejus de abstinentia gnomæ, XIII, 14, 1. Ejus dictum de ebrietate, 342, 2.

5° Socratis invicta patientia in adversis et injuriis, I, 671, 1; VI, 14, 2; IX, 9, 1; XII, 264, 1; XV, 173, 2; XVIII, 217, 2; XX, 29, 1. Quam esset in adversis constans, XII, 165, 1. Suæ Xantippis jurgiis tolerantiam discebat, VI, 18, 2; 104, 1; 345, 1.

6° Socrates cur in Areopaga ducentis octoginta sententiis damnatus sit, XVII, 322, 2. Pro divinitatis unitate occubuit, IX, 9, 1. E carcere fugere noluit, XVII, 313, 1. Omnis terra ei patria erat, XV, 84, 1. Inter vincula philosophatus est, XIX, 278, 1. Ejus in morte constantia, XIX, 309, 2. Ejus salus desperata, quia idola coluit, et alias pæderastia infami, juvenes corruperit, XVIII, 52, 1; 53, 1.

SOCRUS. Socrus S. Petri febricitans a Christo curata illico surrexit, XV, 229, 1.

SODALIS, SODALITAS. 1° *Sodalitas pro congregatione.* Sodalis dicitur quasi edalis, X, 247, 2. Sodales sunt qui ejusdem sunt collegii et congregationis, *ibid.* Sunt alii ab amicis, *ibid.* Sodalitatibus præest beata Virgo, V, 208, 1. Sodalitas Confalonis Romæ a S. Bonaventura est erecta, 208, 2. Per sodales suos beata Virgo mira in Ecclesia operatur, 256, 2. Sodalitas martyrum in Japonia instituta in nupera persecutione Christianorum, XIX, 464, 1. Sodalitas tam sancta nulla est, quæ non habeat suum nævum, XVII, 67, 2.

2° *Sodalis pro socio.* Sodales sponsi in *Cantico* quinam, VII, 506, 1, 2. Sodalitatis nequam incommoda, XIV, 376, 1. Sodales mali quam sint noxii, V, 36, 2; 40 2. Sodalitas pravorum cavenda, *Psalm.* I, 107, 1, 2 (*Vide* Consortium, Societas).

SODOMA, SODOMITÆ. 1° Sodomorum clamor quid sit, I, 223, 2. Sodomitæ ex deliciis crudeles evasere, XIII, 599, 2. Sodoma cur dicatur soror minor Jerusalem, XII, 618, 1. Ejus peccata quinque, 618, 2. Sodomitarum fuit quintuplex peccatum, I, 191, 1. Sodomitæ non ob solam luxuriam excisi, IX, 461, 1. Quomodo cœlitus puniti, XX, 662, 2. Quomodo percussi cæcitate, I, 228, 2. Quid hic cæcitas tropologice significet, 229, 1. Sodomæ conflagratio magis bonitati quam iræ Dei tribuenda, VIII, 504, 2. Sodomæ incendium quam horrendum fuerit, XX, 448, 2; XXI, 287, 1. Sodomiæ excidium quale, *Job*, 393, 2. Sodomitarum et Hierosolymorum excidia inter se comparantur, XII, 410, 2. Sodoma sepulta jacet, 618, 1. Sodomitæ puniti hic et in futuro, XIV, 166, 2. Omnes impœnitentes mortui sunt, I, 231, 2. An omnes ad ignem æternum transmissi, XX, 662, 2; 663, 1. Omnes Sodomorum incolæ ad inferos damnati, 449, 1.

Sodomitas quomodo et quando reducet Deus, cum omnes igne cœlesti consumpti sint, XII, 620, 2; 621, 1. Sodomæ restitutio quando promittatur, XIII, 643, 2.

2° Sodomæ nomine cur dicatur Judæa et Jerusalem, XI, 111, 1, 2; XX, 229, 2. Sodoma vocantur omnes Gentes, XII, 621, 1. Sodomam fugere, quid sit tropologice, I, 230, 1.

SODOMIA. Sodomia quam infame et probrosum scelus, XX, 448, 2. Sodomia non tam grave scelus est quam infidelitas, hæresis, blasphemia, sacrilegium, desperatio, odium Dei, etc., XV, 265, 2. Sodomiæ pœna etiam veteribus fuit ignis, I, 231, 1.

SOL. 1° *Solis nomen, creatio, natura, magnitudo, cursus.* Sol ita dictus, eo quod solus luceat, IV, 270, 1: X, 389, 1, 2; XIV, 607, 1; XV, 117, 1. Sol hebraice triplex habet nomen, X, 388, 1. Sol cur dicatur ἥλιος, XVII, 329, 2. Cur vocetur cœli terræque filius, IV, 354, 1. Sol est unus solus, X, 389, 1. Solis ortus est quarti diei opus, *Job*, 714, 1. In qua cœli parte sit productus, I, 59, 1. Solis proprius locus, VII, 38, 1. An sit animatus, 44, 2. Eum vivere censebant Platonici, XVI, 435, 1. De eo variæ veterum opiniones, X, 392, 2. Multi censuerunt eum esse igneum, 392, 2; 393, 2. De eodem poetarum figmenta, IV, 391, 1. Eum fingebant nonnulli vespere emori, et in exortu novum fieri, XII, 562, 2. Tria in sole admiranda, lux, calor, velocitas, X, 388, 1. Ejus ardor similis fornaci, 391, 2. Ejus fulgor, 392, 1. Sol radiis suis coronatus quasi mitra, IV, 337, 1. 2. Ejus pennæ sunt radii, cur, XIV, 609, 1. Oriens radius expandit in figuram avis, *ibid.* Ejus elogia ex Plinio, 607, 1. Ejus elogia ex Patribus, *Job*, 729, 1. Sol est vas admirabile, *ibid.* Quomodo sit mundi cor, XII, 754, 1. Est quasi oculus cœli, IV, 390, 2. Ei comparatur oculus Dei, IX, 608 1. Non penetrat profundum abyssi, *ibid.* Eius puritas, splendor, descriptio, X, 389, 1. Mane apparet pulcherrimus, V, 116, 2. Sol trinus et unus quomodo, XIV, 607, 1. Ejus proprietates describuntur, XXI, 36, 1 et seqq. Ejus calor, pulchritudo, fecunditas, elogia et aliæ proprietates, X, 389, 1.

Solis quanta sit magnitudo et distantia a terra, I, 60, 2; IX, 608, 1, 2; X, 389, 1, 394, 1; XXI, 36; 1. Quatuor millionibus milliarium a terra distat, XII, 443, 2. Habet formam sphæricam, X, 382, 2. Ejus cursus velocitas, gyratio, efficacia, 389, 1; 392, 1. Quotidie gyrat et movetur per meridiem ad aquilonem, 39, 1, 2. Ejus motus ad austrum et aquilonem quo sensu intelligatur, 40, 1. Illius motus duplex est, 41, 1. Ejus intensus cursus, V, 117, 1. Quanta ejus velocitas, XIV, 609, 1. Sol in cursu anhelat, VII, 35, 2. Sol quantum viæ spatium qualibet hora conficiat, X, 31, 1. Sol occumbens videtur in mare mergi, VV, 672, 2. Cur dum est in signis borealibus, videatur declinare ad austrum, indeque reflecti ad aquilonem, VII, 39, 2.

2° *Sol ad quem finem creatus.* Illius utilitas, VII, 38, 2. Quomod sit in signum, I, 59, 2. Signat dies et loca, VIII, 621, 2. Sol cur dicitur factus in potestatem diei, et luna in potestatem noctis, *Psalm.* II, 402, 1. Quomodo tempora et anni partes ostendat, X, 394, 1, 2. Solis et laboris nexus, *Job*, 695, 2. Sua luce fugat serpentes et feras noxias, XIV, 610, 2. Quomodo sit in ejus pennis sanitas, 610, 1, 2. Est imago Dei, et divinitatis thesauros omnibus creaturis communicat, X, 388, 2. Non est causa cur unus dies et annus sit altero excellentior, 168, 1; 170, 1. Sol nihil videtur proferre nisi cum luna sociatus, XXI, 236, 1. Sol oriens quid mane hominibus inclamet, V, 116, 2. Quid ortu suo hominibus precetur, X, 388, 1. Excitat omnes ad Deum laudandum, 375, 1. Inter alia est a Deo creatus ut omnia ejus opera homini conspicua faciat, *ibid.* Sol præcipue gloriam Dei prædicat, X, 388, 1; *Psalm.* I, 105, 1. Eo oriente et occidente, barbari Deum adorare solebant, XVII, 151, 2.

3° *Solis vicissitudines.* Solis variæ obtenebrationes, *Job*, 223, 2. Quando et quomodo defectum patiatur, IX, 496, 1. Hinc patet eum non esse Deum, *ibid.* Ejus vicissitudo quintuplex, XX, 68, 1. Solem obtegunt agmina locustarum, XIII, 495, 1. Dupliciter tenebras et umbram creat, XX, 67, 1. Habet quoque suam parallaxin, *ibid.*

4° *Varia facta miraculosa quæ circa solem contigerunt.* Sol sanctorum vocibus obedivit, *Job*, 223, 1, 2. Sol stetit et luna pugnante Josue contra Amorrhæos, XIV, 259, 1. Sol stare jussus a Josue instinctu Dei, X, 468, 2 et seq. Sole stante, steterunt reliqui cœlestes orbes, III, 63, 1, 2; X, 469, 1, 2. Idque sub occasum, X, 469, 2. Tempus tunc non fuit, sed duratio, III, 63, 1, 2. Per quot horas steterit, X, 469, 2. Solem tacuisse, id est pythagorice non cecinisse in solstitio Josuano fabulatur R. Salomon, III, 63, 1, 2.

Sol bis miraculose stetit, non ter, IV, 101, 1, 2. Sol simul et umbra in horologio Achaz retrocessit, XI, 473, 2. Non tamen decem horis, sed quinque, 474, 2. Qua diei hora id factum, 475, 2 (*Vide* Horologium).

Signa in sole quæ visa sunt paulo ante ortum Christi, XIV, 332, 2. Sol nascente Christo clarior solito videtur eluxisse, XVI, 64, 1. In passione Domini quomodo sit obscuratus, XIV, 332, 2. Est, moriente Domino, toto orbe obscuratus, XV, 626, 2 et seq. Sol meridie occidit Judæis in passione Christi, XII, 126, 2. Citius ortus videtur, Christo resurgente, XV, 644, 2. Soles tres apparuere anno Christi quinquagesimo primo, et simul omnes in eumdem orbem coierunt, XVII, 4, 2.

5° *Varii honores a variis populis soli exhibiti.* A nonnullis populis habitus est ut Deus, X, 375, 1. Solem ut numen colebant Persæ, IV, 205, 2; X, 389, 2; XII, 563, 1. Eum coluere et Ægyptii, XII, 563, 1. An cultus in Hammone, 546, 2. Solis hieroglyphicum apud Ægyptios quod esset, 282, 2. Sol pingebatur ab Heliopotanis quasi avis oriens et occidens, unde nata est fabula de phœnice, cur, XII, 722, 2. Ægyptii eum vocarunt phœnicem, cur, XIV, 609, 1. Sol est Moloch et rex stellarum, XIII, 591, 1, 2. Quomodo sol a Gentibus coleretur, XXI, 37, 1. Solem orientem adorabant Gentes, XII, 562, 2. Eum et lunam veteres colebant, XIV, 275, 1. Eum Romani salutabant, X, 375, 1. Solem et lunam colebant Galatæ ante Christi notitiam, XVIII, 552, 1. Cur Æthiopes ei maledicant, IX, 503, 1, 2. Eum Manichæi adorabant, et censebant esse navim triangulam, X, 392, 1; XIV, 607, 2.

6° *Soli in fine mundi quæ eventura.* Quomodo ante urbis excidium sit obscurandus, XV, 513, 2. Sol et luna quomodo erubescent, XI, 363, 1, 2. Sol et luna et stellæ an revera in die judicii obscurandæ, XIII, 523, 1. Et unde illa obscuritas ventura, *ibid.* Allegorice id de Christo, beata Virgine exponitur, *ibid.*, 2. Et tropologice, *ibid.* Sol in fine mundi futurus est niger instar sacci nigri, quæ ejus obscuritatis ratio futura, XXI, 155, 1. Sol in die judicii septuplo erit clarior quam nunc, XI, 421, 1. An in fine mundi sit annihilandus et alius creandus, IX, 497, 1. Solem novum quomodo faciet Deus in resurrectione, I, 59, 1.

7° *Quarum rerum sol sit typus et figura.* Sol est symbolum Dei, V, 117, 1; XVII, 328, 2; XIX, 352, 1, 2. Sol pater luminis Deum optime repræsentat, XX, 64, 2. Est imago divinæ voluntatis, XXI, 37, 1. Symbolum est divinitatis et Dei justitiæ, X, 29, 1. Item æternitatis, justitiæ et veritatis, 389, 2. Sol beatorum est Deus, XII, 456, 2.

Sol typus est Christi, X, 390, 1; XVIII, 224, 2. Sol oriens Christus est, XIV, 389, 1, 2. Item sol justitiæ in primo suo adventu ob quinque analogias, XIV, 606, 2. Soli fulgenti cur assimiletur Christus, XXI, 35, 2; 36, 1. Sol oriens et occidens symbolum est Christi, XVII, 48, 2.

Sol est symbolum beatæ Virginis, X, 12, 1; 391, 1.

Sol typus est Ecclesiæ, XX, 436, 1 et seq. Terra, luna et sole in *Cantico* significatur initium, progressus et perfectio Ecclesiæ, VIII, 153, 1.

Sol typus est sancti et justi, X, 31, 1. Ejus proprietates justo adaptantur, *ibid.* Symbolum est sanctorum, 390, 1. Typus est S. Pauli, XIX, 310, 2.

Sol typus est sacerdotum, XV, 155, 1. Solis proprietates regi adaptantur, VI, 54, 2. Solis et principis analogiæ, XI, 548, 1, 2. Sol lucens et deficiens est typus regiæ benevolentiæ et indignationis, V, 499, 2. Sol item patrem repræsentat, VI, 72, 2. Item verum amicum, XIV, 608, 1,

Cur typus sit veritatis et virtutis, VII, 37, 2. Item ardentis charitatis et grandis beneficentiæ, X, 391, 1. Sol charitatis æstum significat, VII, 498, 1. Ejus apologus, id est velocis beneficentiæ, 41, 2. Solis ænigma, *ibid.*

Solis motus est vanitas, VII, 35, 2. Quot modis dicatur vanitatis speculum, 37, 1, 2.

SOLARIA. Solaria conscendera olim solebant orantes, cur, IV, 397, 1.

SOLARINUM. Solarini in Sicilia an Paulus fuerit aliquando, XVII, 439, 2.

SOLATIUM. Solatia qualia Deus det suis, XVIII, 237, 1. Ipsum in tribulatione expectandum longanimiter, XIX, 465, 2 (*Vide* Afflictio, Consolatio).

SOLDURII. Soldurii quales essent olim apud Gallos, XVI, 487, 2. Eorum quæ fuerit in Gallia societas, XVIII, 464, 1. Solduriorum laus, III, 437, 1.

SOLERS, SOLERTIA. *Solers* vox unde derivetur, XV, 209, 2. Solertia iniqua et laudabilis quæ sit, IX, 530, 1: *Est solertia certa, et ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem.* Solertia reddit onus leve, V, 158, 1. Solertes a regibus ad magnas dignitates evehuntur, VI, 172, 2: *Vidisti hominem velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.*

SOLIDUS. *Solidus* vocatur integrum pretium, X, 70, 1.

SOLITUDO. 1° *Solitudinis elogia et bona*, I, 450, 1: *Moyses autem pascebat oves Jethro soceri sui, sacerdotis Madian: cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flammis ignis de medio rubi;* V, 521, 1, 2: *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio;* VI, 116, 2: *Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa et iracunda;* XII, 394, 1, 2: *Sedebit solitarius, et tacebit: quia levavit super se. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes;* XIII, 313, 1 et seq.: *Propter hoc ecce ego lactabo eam, ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus;* VI, 52, 1, 2: *Puer autem* (Joannes Baptista) *crescebat et confortabatur spiritu; et erat in*

desertis usquè in diem ostensionis suæ ad Israel. Ejus deliciæ, XII, 82, 1 : *Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, et derelinquam populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri cœtus prævaricatorum.* In quam solitudinem ductus sit Israel a Deo, XIII, 312, 1.

Solitudo a peccato servat, *Job*, 736, 1 : *Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit? Cui dedi in solitudine domum, et tabernacula ejus in terra salsuginis, contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit : circumspicit montes pascuæ suæ, et virentia quæque perquirit.* Solitudo animæ puritatem juvat, IX, 520, 1 : *Ne oblecteris in turbis nec in modicis; assidua est enim commissio illorum.* Quam ea apta sit sapientiæ acquirendæ, I, 259, 2 et seq. : *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cujus est nomen Viventis et Videntis, habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata jam die.* Ipsa est silentii mater, XI, 417, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel : Si revertamini et quiescatis, salvi eritis : in silentio et spe erit fortitudo vestra.* Est nidus animæ, *Job*, 577, 1 : *Dicebamque : In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.* Mentem ad percipienda divina oracula disponit, XIII, 226, 2. Solitudinis amator cum Deo colloquitur, I, 630, 2 et seq. : *Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem; et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.* Solitudo quantum prosit ad bonum religionis, XIII, 316, 1.

2° *Solitudo quos præcipue deceat.* Solitudo pœnitentibus vere necessaria, XIII, 313, 1. Solitudo decet virgines, XI, 196, 2. Solitudo viduarum dos, eisque commendatur, IV, 332, 2 : *Erat autem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus et mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Eam multi viri principes adamarunt, a curis regni secedentes, I, 450, 2.

3° *Solitudo spiritualis magis sectanda quam corporalis*, XIII, 314, 2. Solitudo mystice est abstractio mentis a rebus terrenis, XXI, 244, 2 : *Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.* Quæ in ea observanda, 245, 2.

4° *Solitudinis pericula*, VII, 177, 1 : *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se.* Solitudo incentivum est peccati, IX, 273, 2 : *Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum; quoniam quasi nihil est ante illum sanguis; et ubi non est adjutorium, elidet*, 283, 1. Solitudo melancholiam parit, X, 281, 2 : *In abductione permanet tristitia, et substantia inopis secundum cor ejus.*

5° *Solitudinis aliæ acceptiones.* Solitudo Gentilium quæ dicatur, XI, 590, 2. Solitudo Ecclesia cur dicatur, XIII, 312, 1.

SOLIUM. 1° Solia regum habebant olim rotas, erantque versatilia, XIII, 92, 2. De solio Salomonis fabula, IV, 361, 2. Solium iniquitatis quod dicatur ab Amos, XIII, 596, 2.

2° Solium est regis et Dei hieroglyphicum, XII, 143, 1. Solium Dei quale Isaiæ apparuerit, XI, 167, 2. Solium altitudinis locus sanctificationis quid sit, varie exponitur, XII, 143, 1. Solium Dei in cursu Cherubico quid symbolice designet, 511, 1. Solium David est regnum Christi, cur, *ibid.* Solium Christi in Ecclesia per vicarium suum Romanum pontificem, XI, 237, 1 (*Vide* THRONUS).

SOLLICITUDO, SOLLICITUS. 1° SOLLICITUDO DEI ERGA HOMINES. — Sollicitudo Dei et angelorum pro homine, IV, 282, 2. Sollicitus est Deus pro nobis alendis et vestiendis, XV, 202, 1 et seq. : *Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Sollicitudo Dei erga homines pulchra metaphora exprimitur, *Psalm.* I, 369, 1 : *Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.*

II. SOLLICITUDO HUMANA. — 1° *Sollicitudo pro cura sedula et quidem in bonis.* Sollicitudo pastorum pro Ecclesia est suavis, XVIII, 498, 1 : *Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* Talem habuit Paulus, XIX, Sollicitudo continua bonorum operum est necessaria, XIX, 404, 2 : *Cupimus autem unumquemque vestrum eamdem ostentare sollicitudinem, ad expletionem fidei, usque in finem.* Sollicitudo cum Deo ambulandi quos effectus pariat, XII, 232, 1. Illa sollicitudo quid a nobis requirat, XIV, 134, 1 : *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te : utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Etiam ad laicos et conjugatos spectat, 136, 1.

Sollicitudo acuit industriam quærendi rei bene conficiendæ modos, V, 428, 2 : *In omni opere erit abundantia, ubi autem sunt verba plurima, ibi frequenter est egestas.*

2° *Sollicitudo pro cura inquieta et nimia in rebus terrenis.* Primo. *Illa sollicitudo mala et prohibita est.* Sollicitus est qui solus et citus est, X, 112, 1. Sollicitudo alia bona, alia mala est, V, 317, 2 et seq. : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit.* Sollicitudo hominum duplex; una sedula et moderata, hæc licita, XV, 203, 2. At altera nima immoderata et anticipata, et hæc vetita, *ibid.* : *Nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim*

dies sollicitus erit sibi ipsi. Uti et a Christo sollicitudo anxia opes corrogandi, 199, 2 : *Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum?* Sollicitudo nimia temporalium rerum an malitia quædam sit, XX, 78, 2 : *Propter quod abjicientes omnem immunditiam et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Ea est christianis prohibita, 388, 2 : *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quia ipsi cura est de vobis.* Sollicitudo anxia deponenda est, X, 102, 1 : *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.* Sollicitudo nimia de futuris cavenda, XVI, 172, 1 : *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis : et nolite in sublime tolli : hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis.*

Secundo. *Sollicitudo sæculi et rerum terrenarum quid in homine operetur*, X, 112, 1 : *Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum. Cogitatus præscientiæ avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam*, XV, 325, 2 : *Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit, et sollicitudo sæculi istius, et fallacia divitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur.* Sollicitudo viri fortis animum dejicit, V, 369, 2 : *Mœror in corde viri humiliabit illam, et sermone bono lætificabitur.* Mire animum lancinat, 548, 2 : *Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa.* Auget tristitiam, VI, 284, 2 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Æstui comparatur, 269, 1, 2. Sollicitudo est onus animæ, XII, 682, 2. Sollicitudo citam senectam adducit, X, 106, 2; 108, 2 : *Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in ea. Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senectam adducet cogitatus.* Sollicitudines avari quantæ sint, VII, 122, 2 : *Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit : et hoc nonne vanitas est?*

SOLOMÆA (S.). S. Solomeæ ossa humorem suavissimum emisere, XI, 762, 1.

SOLON. Solon quando vixerit, IX, 300, 2. Ejus gnomæ morales, 30, 2. Solon neminem dixit beatum, nisi feliciter mortuum; cur Crœsum beatum negaret, IX, 360, 2; XXI, 281, 2 et seqq. Quid Crœso responderit se beatum haberi volenti, IX, 385, 2. Solon senectute factus est audacior contra Pisistratum rempublicam per tyrannidem invadentem, 673, 1.

SOLUM. Solum et terra an differant, X, 170, 2. Solum quale vitibus, quale frumento conveniat, VI, 501, 1 (*Vide* TERRA).

SOLUTIO. Solutionem voti differre quid sit, VII, 199, 1, 2 (*Vide* VOTUM).

SOLVERE. Solvere Christum qui dicantur, XX, 588, 1 et seqq.

SOLYMANUS. Solymanos vel Selymos vocant Turcæ suos imperatores, XIX, 409, 1. Solymani dicti a Salomone, X, 492, 2. Solymani male fundata ambitio, III, 185, 1. Solymani Turcarum imperatoris de Luthero testimonium, XX, 589, 1.

SOMNIARE. Somnians parum requiescit, X, 328, 2. Ejus phantasmata et imaginationes, *ibid.* Somniare sancta signum est sanctitatis, VIII, 98, 2; X, 195, 1.

SOMNIATOR. Somniator quomodo dicatur Joseph, I, 340, 2.

SOMNIUM. 1° *Somniorum origo et natura.* Somnium quid, et unde prodeat, VII, 197, 2 et seq. Somnia unde oriantur, X, 192, 2. Somnium afferunt stultiloquia, VII, 198, 1. Senibus cur somnia tribuantur, XIII, 508. 1. Somnia sunt triplicia, I, 356, 1.

Somnia sunt juxta hominis affectum et propensionem, V, 95, 2. Somnia sunt indicia vigilantis animi, virtutis aut vitii, XVII, 398, 1. Somnia improborum mendacia sunt, ac sanctorum subinde vera sunt, X, 194. 1. Somnia ægrorum medici observare solent, X, 194, 2. Quæ somnia portæ eburneæ, quæ corneæ, XIII, 508, 1. Afflictis somniorum dira tormenta, *Job*, 193, 2.

2° *Somniorum vanitas*, II, 125, 1; X, 191, 1; 192, 1, 2; 193, 1; 194, 1, 2; 327, 1. Sunt visa nocturna et quasi nubes, II, 125, 1. Somnia comparantur stultitiæ, VII, 197, 2 et seq. Quid comitentur, *ibid.* Sunt ludicra ludibria, X, 329, 1. Similia sunt vento et umbræ, X, 192, 1. Non sunt res, sed rei imago et similitudo, *ibid.* Item spectrum, *ibid.* Non sunt vera, 193, 1. Somnia proinde non sunt vane more ethnicorum observanda, V 125, 1. Iis multum ethnici tribuebant, *ibid.* Somnia vendunt hæretici, XX, 663, 2. Somniis non est fidendum, X, 191, 1.

3° *Somnia quædam sunt vera.* Somnia multa vera in Scripturis, III, 562, 1. Referuntur quædam somnia quæ vere contigerunt, X, 194, 2 et seq Somnia aliqua divina a Deo immissa sunt, XIII, 508, 1. Somnia divina qualia, *Job*, 646, 1. Quomodo ea a falsis dignoscantur, X, 196, 1, 2. Somnia quæ a Deo vel angelis immittuntur, non sunt spernenda, X, 195, 2. Quando somnium sit visione perfectius, XIII, 508, 1.

Somnium duorum eunuchorum in carcere Ægyptio, I, 356, 1. Somnia Pharaonis, 360, 1. Somnium Salomonis fuit divinum et extaticum, III, 559, 1, 2. Somnium Mardochæi fuit ei a Deo immissum, quale illud sit, IV, 390, 1. Somnii Mardochæi explicatio, 393, 1, 2. Somnium Juda Machabæi de Onia et Jeremia sibi apparentibus, IV, 564, 1. Somnium Nabuchodonosoris de statua fuit divinum, XIII, 17, 2. An ipsum videns rex, an Daniel id exponens, fuerit Propheta, 19, 1, 2. Somnium uxori Pilati immissum an a diabolo, an a

Deo fuerit, XV, 603, 1, 2. Somnium S. Augustino visum, X, 329, 1.

4° *Somnia alia quæ non sunt ejusdem momenti.* Somnium Cyri regis Persarum de sole sibi in somniis astante, IV, 205, 2. Aliud quo invitabatur ut ad Deos ascenderet, 207, 1. Aliud de Dario, 216, 1. Somnium Olympiadis matris Alexandri Magni de dracone, 391, 1.

5° *Somniorum interpretatio.* Ex somniis an liceat divinare, I, 356, 1. Ex somniis naturalibus, et ex iis quæ a Deo immittuntur divinare licet, *ibid.* Somnia secreta nemo hominum nosse potest, ea an angeli nosse queant, XIII, 18, 2. Somnia quomodo Deus revelet, I, 356, 2. Potest homo per Deum in somniis uti ratione, III, 560, 1.

SOMNUS. 1° *Somnus corporalis.* Primo. *Somni schema, elogium, descriptio,* X, 191, 1. Somnus a poetis habitus ut Deus, 128, 1 ; 191, 1. Ille cuique soporem immittere credebatur, 191, 1. Somnus est imago mortis, V, 95, 1 : *Si dormieris, non timebis : quiesces, et suavis erit somnus tuus ;* Job, 75, 1 : *Quare exceptus genibus ? cur lactatus uberibus ? Nunc enim dormiens silerem, et somno meo requiescerem ;* 325, 1 : *Quomodo si recedant aquæ de mari, et fluvius arefactus arescat, sic homo cum dormierit non resurget ; donec atteratur cœlum non evigilabit, nec consurget de loco suo.* Est quasi brevis mors, IV, 554, 2 : *Considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam ;* XIX, 130, 1 : *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent.* Somnus qui incubus et ephialtes dicitur, quomodo contingat, XI, 482, 1.

Secundo. *Somni usus et commoda,* X, 128, 1. *Somnus sanitatis in homine parco : dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur.* Somnus est donum Dei, *Job,* 192, 1 : *Si dixero : Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in strato meo.* Somnus quid nobis præstet, VII, 214, 1, 2 : *Dulcis est somnus operanti, sive parum, sive multum comedat : saturitas autem divitis non sinit eum dormire.* Est naturæ levamentum, *Job,* 435, 2. Somnus dulcis operanti, *ibid.* Somni dulcedo et voluptas quæ, VII, 213, 1. Somni utilitas et suavitas, 214, 1. Somnus mœrorem sepelit, XIV, 33, 1 : *Et Jonas descendit ad interiora navis, et dormiebat sopore gravi.* Somnus hesternum cibum digerit, XV, 685, 2. Somnium ægrotis est redituræ sanitatis præsagium, XVI, 486, 2 : *Dixerunt ergo discipuli ejus : Domine, si dormit* (Lazarus), *salvus erit.*

Tertio. *Somni necessitas, et quomodo concilietur.* Somnus animanti necessarius, *Job,* 191, 2. Somnus a calore conciliatur, VII, 179, 2. Item a sobrietate, X, 126, 2 ; 127, 1 : *Vigilia, cholera et tortura viro infrunito.* A crapula impeditur, *ibid.* Saturitas somnum impedit, *Job,* 435, 2 : *Cum satialus fuerit, aretabitur ; æstuabit, et omnis dolor irruet super eum.* Passiones per somnum imaginationem perturbant, X, 327, 1, 2 : *Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus immutat scientiam ejus.*

Quarto. *Quatenus somno indulgendum.* Somno moderate indulgendum, XX, 664, 1. Somnus non totus corpori indulgendus, I, 315, 2 et seq. Somnus fugiendus ditescere volenti, VI, 2, 8, 2 : *Usquequo, piger, dormies ? usquequo de somno consurges ? Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres ut quiescas ; et veniet tibi quasi cursor egestas, et mendicitas quasi vir armatus.* Somni amor parens est socordiæ, 60, 2 : *Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat : aperi oculos tuos, et saturare panibus.* Somnus matutinus castis est periculosus, III, 485, 1 : *Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ ; viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum ; erat autem mulier pulchra valde.*

Quinto. *De quorumdam somnis.* Somnus Jonæ somnum Christi in navi repræsentat, XIV, 43, 1. Somnus Christi in tempestate, XV, 234, 2. Somnus apostolorum in Tabor fuit verus et naturalis, XVI, 140, 1.

2° *Somnus animæ, item somnus symbolice acceptus.* Primo. *Somnus et evigilantia quid sint in Deo symbolice,* Job, 205, 2 : *Si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te* (*Vide* DEI ATTRIBUTA METAPHORICA).

Secundo. *Somnus pro socordia acceptus.* Somnum diabolus inducit ; Christus, vigiliam, XIV, 195, 2 : *Dormitaverunt pastores tui, rex Assur : sepelientur principes tui : latitavit populus tuus in montibus, et non est qui congreget.* Somnus prælatorum quam sit noxius, XV, 327, 1 : *Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit.* Somnus animæ est excutiendus, XVIII, 224, 1 : *Hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Somnus symbolum est peccati, et dormiens peccatoris, IX, 582, 1 : *Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam : et in fine narrationis dicit : Quis est hic ?* Otium pigrorum somno denotatur, VI, 249, 1. Somnus mors corporalis et temporalis, *Psalm.* I, 66, 2 : *Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte.*

Tertio. *Somnus pro quiete, extasi animæ.* Somnus ab exstasi quomodo differat, XIII, 245, 2. Somnus mysticus est quies conscientiæ, VII, 213, 1. Somnus animæ est humanarum rerum oblivio, VII, 569, 2 : *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitetis,*

neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit. Item oratio, meditatio, exstasis, *ibid.* Somnus animæ vigilantis, VIII, 98, 1 : *Ego dormio, et cor meum vigilat.*

SONUS. 1° Soni percellentes qui, VIII, 608, 1. Sonus an in cœlorum motu admitti possit, IX, 473, 1. Sono argenti bonitas exploratur. V, 299, 1.

2° Sonus cum quo delapsus est Spiritus sanctus, quid denotet, XVII, 78, 1. Non fuit verus ventus, sed venti sonus, 80, 1.

SOPATER cognatus Pauli. Sopater erat patria Berœensis, XVII, 364, 1.

SOPATER philosophus et magus. Sopater magus incantationibus suis ventos retinuit, V, 277, 2.

SOPHAR. Sophar Jobo indignatur temere, *Job*, 262, 1. Optat Deum loqui Jobo ipsumque convincere, et censet Jobum Dei alloquio indignum, 263, 1, 2. Sophar Jobo ad Deum converso omnia prospera pollicetur, 274, 1. Prædicit Jobi felicitatem, 276, 1.

SOPHER. *Sopher* idem est quod Rabbi, IV, 221, 1. *Sopherim* vocabant Judæi suos doctores, etc., IV, 220, 1, 2.

SOPHIA. (S.). S. Sophia tres filias suas adhuc impuberes ad martyrium efformavit et accendit, XII, 681, 2. S. Sophiæ tres filiæ fuere martyres, X, 308, 2.

SOPHISTÆ. Σοφίζομαι tria significat, IX, 323, 1. Sophistæ qui proprie vocarentur, IX, 2, 2. Hi sapientiam ore jactant, in corde non habent, 439, 2. A sophis et sapientibus quomodo differant, X, 262, 1; 263, 1. Odio sunt Deo, angelis et hominibus, 262, 2; 263, 1. Non sunt vere sapientes, 262, 1. Populo imponunt, 263, 1. Sophisticen caveat studiosus sacrarum Litterarum, 261, 1, 2. Sophistæ dicti sunt oratores, forenses maxime, XVIII, 253, 1.

SOPHOCLES. Sophocles dictus est Apis Attica ob sermonis vim, IX, 333, 1. Etsi esset senex, delirare se negavit, 217, 1. Unde sit dictus Sophocles, X, 262, 1.

SOPHONIAS. Sophonias propheta quis, ipsa vox quid hebraice significet; ejus majores et locus natalis, XIV, 270, 1. Ejus illustris prosapia, majorum ejus nomina exponuntur, 273, 1. An fuerit abnepos regis, *ibid.* Sophonias non fuit sacerdos summus, sed ejus vicarius, XII, 214, 2. Sophonias propheta quando floruerit, XI, 59, 2. Quando et quibus prophetaverit, XIII, 256, 1; XIV, 270, 2. An prophetarit primis octodecim annis Josiæ, XIV, 270, 2. Prophetat duabus solis tribubus, ejus argumentum, 270, 2. Quid tractet, XI, 59, 2. Duabus tribubus Christum liberatorem promittit, XIV, 270, 2. Joeli in stylo similis est : est Jeremiæ abbreviator, 271, 1. Ejus hieroglyphica, XIII, 260, 2. Ejus ænigmata, 267, 1, 2. Ejus adagia, 273, 2. Sophonias sanctorum catalogo ascriptus est, XIV, 270, 1.

SOPHRONIA. Sophronia seipsam interficere maluit, quam a Maxentio imperatore violari, XIII, 183, 2.

SOPOR. Sopor parit penuriam et famem, dissolvit nervos et omnia membra, in lethargum vertitur, VI, 22, 1, Ingenium mentemque corrumpit, *ibid.* Est mortis imago, *ibid.*, 2 (*Vide* SOMNUS).

SORDES, SORDIDATUS. Sordes in splendida veste manifestiores sunt, XIV, 384, 2. Sordes meretricum, VI, 201, 2. Sordidatus cur dicatur fuisse Christus Jesus, XIV, 384, 2.

SOREC. Sorec regio optimo vino abundabat, XI, 153, 2. Sorec vitis quæ sit, talis est Christus, XVI, 556, 1, 2.

SOROR. 1° Sorores Christi quænam dicantur, XV, 337, 2. Sorores in primitiva Ecclesia vocabantur feminæ christianæ, XVIII, 242, 1. Novem sorores martyres unius matris, uno partu filiæ, X, 557, 1, 2.

2° Sororis nomine cur dicatur sapientia, V, 186, 1.

SORS. I. SORS PRO IPSO SORTIENDI MODO. — 1° *Sors quid sit et quotuplex*, IV, 373, 2; 374, 1. Sors significat casum et hæreditatem, XVIII, 592, 2; XIX, 74, 1. Fuere diversi sortiendi modi, XVII, 72, 2. Sors est triplex, divisoria, consultoria, divinatoria, III, 44, 1; XIV, 33, 2. Sortes et omina apud veteres fuere in usu, id probatur exemplis, XII, 656, 2 et seqq. Sorte dividebantur hæreditates, XIX, 355, 2.

2° *Sortes quatenus licitæ, quatenus illicitæ.* Sortes aliquæ licitæ, una illicita, III, 44, 1. Res multæ sorte tantum transigi queunt, V, 519, 1. Eæ dirimunt controversias et lites, 579, 2. Sorte divisa est terra Judæis e Babylone redeuntibus, XII, 840, 1, 2. Duplex in divinatoriis sortibus peccatum committitur, *ibid.* Sortes cur miserunt nautæ quibuscum navigat Jonas, 32, 1. Sortem nautarum Jonæ superstitiosam Deus ordinavit in bonum, 34, 2. Item sortem Philistinorum, item sortes Saülis, *ibid.* Sortes quales in jure canonico vetentur, XIV, 33, 2. Sortes in rebus sacris quando sint licitæ, XVII, 73, 1. Usitatæ fuere in Veteri Testamento, jam sunt prohibitæ in electionibus pastorum, *ibid.* Sortes apostoli quas miserint, et quomodo, in electione Matthiæ, 72, 1, 2. S. Matthias quomodo per sortes fuerit designatus, *ibid.*, 2. Quare apostoli rem tantam sorti commiserint, 73, 1. Sortes in sinum mittere quid sit, V, 517, 2. Sortiendi mos priscus, 517, 2; 518, 2. Eas Deus tripliciter temperat, et peculiari cura regit, 518, 1; 519, 2. Eas sæpe direxit Deus, 519, 1.

3° *Sortes allegorico sensu acceptæ.* Sortium festum sive Phurim mystice et ad litteram, IV, 387, 2; 388, 1. Per sortes duas Mardochæi et Aman accipitur populus fidelis et infidelis, 392, 1, 2.

Sortis nomine cur vocetur apostolatus, XVII, 67, 1. Sorte vocati sumus ad christianismum, XVIII, 592, 2. Sors cur dicatur patria cœlestis, XIII, 177, 1, 2.

II. Sors pro parte quæ sorte obtigit. — Sors Judæ et Benjamin in dimensione tribuum cur commutetur, XII, 862, 1.

III. Sors pro conditione, statu, item hæreditate. — 1° *Sortes variæ a Deo, et in sua cuique standum.* Sortes hominum variæ Deo disponente, V, 496, 1. Quomodo sortes nostræ sint in manibus Dei, XIX, 74, 1. Sortitio rerum nostrarum in manu Dei est, XX, 194, 2 : *Quæ est enim vita nostra? vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur : pro eo ut dicatis : Si Dominus voluerit; et : Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.* Sortium distributio a Deo petenda est, cur, X, 3, 1 : *Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.* Sorte sua sint contenti dives et pauper, VI, 136, 1 : *Dives et pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus*, X, 186, 1; XVI, 228, 2; XVIII, 171, 2 : *Numquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliquid quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.* Sua sors cuique a Deo datur, VI, 413, 2 : *Multi requirunt faciem principis, et judicium a Domino egreditur singulorum.* Hinc ea cuique est retinenda, 337, 2 : *Sicut avis transmigrans de loco suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Sorte sua contentus, beatus est, IX, 490, 2. Ea qui contentus est, dives est, XIX, 255, 2 : *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* Sors propositionis in qua stare jubemur, quæ sit, IX, 489, 2 : *Cognosce justitias et judicia Dei, et sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei.*

Sors clericorum Deus est, non opes et hæreditates terrenæ, XII, 741, 2 (*Vide* Clerici). Sors Mariæ sorti Marthæ præfertur, XVI, 157, 1, 2.

Sortes duæ, una felicitatis æternæ, altera æternæ, IX, 487, 2 : *Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ, et confirmavit deficientes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis.* Una sanctorum, altera impiorum, 490, 1.

SOSTHENES, Sosthenes Corinthius pro fide Christi verberatus fuit, XVIII. 249, 1.

SOTER. Cur rex Antiochus Soter dictus sit a suis, XVII, 153, 1.

SOTHERIS (S.). S. Sotheris virgo in martyrio vultum detexit, et carnifici ultro cædendum exposuit, VIII, 46, 2; XIX, 163, 2.

SPACA. Spaca Medis est canis, IV, 205, 1.

SPADIX. Spadix quis sit color, et is maxime in equo commendatur, XIV, 362, 1,

SPARTA, SPARTANI, *vide* Lacedæmon.

SPASMUS. Spasmum an passa sit beata Virgo videns filium suum crucifixum, XVI, 615, 1 et seqq. (*Vide* Maria).

SPATIUM. Spatiorum Levitarum et sacerdotum dimensio describitur, XII, 841, 1, 2.

SPECIES. 1° Species omnium rerum Deus angelis ab initio indidit, XVII, 88, 2. Species quas prophetarum imaginationi objiciebat Deus, res futuras vel arcanas significabant et symbolice repræsentabant, XIII, 608, 1. Species hominis ex electro et igne in quadriga Cherubim quid repræsentet, XII, 512, 1, 2.

2° Species cœli oculos intuentium obtectat, X, 398, 1, 2. Species aliena visa magis menti inhæret, quam propria visa in speculo, XX, 84, 1. Species sumitur pro *uxore*, Job, 149, 2. Species mulierum vana, fallax, illecebrosa, IX, 687, 1, 2 (*Vide* Mulier). Ex specie externa non facile homo judicandus, V, 379, 1.

3° Species panis corpus Christi in Eucharistia velant, IX, 469 2. Species panis consecrati sunt species corporis Christi, non panis, XVIII, 365, 1. Sub una specie olim sæpe communicabant, 370, 2. Sub una specie communicare laicis sufficit, XVI, 279, 1; 404, 1; XVII, 106, 1. Unam qui sumit, sumit et alteram, XVI, 404, 1.

SPECTACULUM. 1° Spectacula cur christianis vetita essent, XVIII, 341, 2.

2° Spectaculum mundo factus est Paulus et nos, XVIII, 282, 2.

SPECTRUM. 1° Spectra audacter invadenda, III, 31, 2.

2° Spectra Ægyptiorum quæ, VIII, 608, 1.

SPECULA. Specula conscendenda ei qui se cupit a peccato convertere, XII, 227, 2.

SPECULARI, SPECULATIO. Nimia rerum divinarum speculatio nata ex superbia in arrogantiam vertitur, XI, 291, 1. Item in hæreses et errores, *ibid.* Speculatio non raro impatientiam causat, VI, 11, 2. Speculari volentes divina, mentem a terrenis avocare, et in Deo abscondere debent, XIV, 270, 1.

SPECULATOR. Speculator non est idem qui spiculator, XV, 690, 2. Speculator spiritualis est Propheta et prædicator, is si impiis mortem non denuntiet, eorum mors illi imputabitur, XII, 527, 2. Speculator quomodo sit Ezechiel, 527, 1, 2. Speculator sit concionator oportet, XIV, 271, 1. Item pastor, *ibid.* et 2. Speculator quomodo sit Ezechiel, XII, 527, 1, 2. Talis fuit S. Augustinus. 528, 1. Speculator in specula timorem Domini repræsentat, IX, 679, 1.

SPECULUM. 1° *Speculum materiale.* Primo. Specula olim ex ære terso fiebant, I, 754, 2; IX, 376, 1, Quæ curva, reddunt rerum imagines magnas, *ibid.* Speculi descriptio, XX, 83, 1. Speculum non imaginem rei, sed ipsam rem repræsentat, XVIII, 384, 2; XX, 83, 2. Id an vim habeat inducendi oblivionem sui potius quam alterius objecti in eo visi, XX, 84, 1. Speculum aquæ minime fallax est, VI, 350, 1, 2. Speculum mulierum est, non virorum, XX, 82, 2; 84, 2. Speculum olim christiani vitarunt, XVIII, 356, 1. Speculi objectu retunditur halitus venenosus basilisci, VI, 208, 2.

Secundo. Speculum est symbolum amicitiæ, IX,

376, 1 et seq. Speculi et verbi Dei analogiæ variæ, XX, 85, 1 et seq. Speculum vanitatis est sol, VII, 37, 1.

2° *Speculum mentis.* Specula quatuor mentis, IX, 541, 2. Speculum multiplex est per quod hic Deum videmus, 384, 1. Vita Christi speculum morum est, 147, 1.

SPECUS. In specubus subterraneis habitarunt christiani primi Romæ, XIX, 490, 2.

SPELUNCA. 1° Speluncæ obscuræ nescio quid numinis continere videntur, XI, 667, 2. Speluncis abundabat Judæa, utpote confragosa, ad quas se recipiebant Judæi in extrema fortuna, XI, 128, 1, 2.

2° Spelunca S. Joannis Baptistæ in deserto describitur, XV, 94, 2. Versa est in ecclesiam, *ibid.* Spelunca in qua natus est Christus, XVI, 60, 1. Ex ea postea jugis scaturiit fons, *ibid.* Spelunca natalis Christi quantopere a Constantino et ejus matre S. Helena fuerit exornata, XIV, 108, 1; 114, 2.

Spelunca juxta Melitam magna in veneratione habetur, XVII, 435, 1.

SPERARE, *vide* SPES.

SPERMOLOGUS. Spermologus quis sit, sic dicta etiam avis, XVII, 321, 2.

SPES, SPERARE. I. SPEI NATURA, QUADRUPLICI MODO VOX *Spes* IN SCRIPTURA ACCIPIATUR. — Spes et fides quomodo inter se habeant, XX, 40, 1; *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur.* Sperandæ res sunt velut arbor latens in semine, XIX, 470, 1: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Spes per synecdochen omnem Dei cultum complectitur, 316, 2: *Sic enim aliquando et sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se.* Spes subinde ponitur pro re sperata, V, 387, 1: *Spes quæ differtur, affligit animam.* Spes extendit animam ad rem speratam, XI, 606, 1: *Prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt: me insulæ expectabunt* (hebraice, *extendent instar lineæ animam suam*), *et brachium mecum sustinebunt.* Sperare subinde pro timere accipitur, IV, 347, 1: *Et concurrerunt ad eam* (Judith) *omnes, a minimo usque ad maximum, quoniam sperabant eam jam non esse venturam*; VI, 407, 1, 2: *Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correptio*; XV, 522, 2: *Veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat; et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.*

II. SPEI SUBJECTUM. — Spes propria non fuit in Christo, sed fiducia, *Psalm.* I, 77, 1: *Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Spem non habent damnati nec beati, VI, 238, 1: *Quoniam non habent impii futurorum spem, et lucerna impiorum extinguetur.* Spes nulla damnatis superest, XIV, 606, 2: *Et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem, stipula, quæ non derelinquet eis radicem et germen.* Manet spes in purgatorio, VIII, 331, 2: *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.*

III. SPEI OBJECTUM. — Spes pro objecto habet Deum, item alia ad Deum ducentia, XX, 260, 1: *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in revelationem Jesu Christi.* Spes nostra Deus, sive finem, sive media spectemus, *Job*, 142, 2: *Et erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum.* Sperare in nomine Domini est sperare in Domino per nomen significato, *Psalm.* I, 199, 1: *Quia in eo lætabitur cor nostrum, et in nomine sancto ejus speravimus.* Spes Israel est Christus, XVII, 443, 1: *Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum.* Spes nostra est Christus, XX, 244, 1: *Benedictus Deus et Pater Domini Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.* Spes quomodo in Eucharistia exerceatur, XIV, 565, 1. Speranda sunt cœlestia, XIX, 55, 1: *Nostra autem conversatio in cœlis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.* In spe beatitudinis vivit sapiens et justus, X, 568, 1: *Videte oculis vestris quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem.* Bona invisibilia speranda pro malis præsentibus, XVIII, 140, 1, 2: *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis quid sperat?* Spes promissionis est Paulo spes resurrectionis, XVIII, 604, 2: *Eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.*

IV. SPEI NECESSITAS. — 1° *Spes est ad salutem necessaria*, XVIII, 140, 1: *Spe enim salvi facti sumus.* Est ovo similis, *ibid.* Spes viva ad obtinendam vitam æternam necessaria, *Psalm.* I, 209, 1, 2: *Redimet Dominus animam servorum suorum, et non delinquent omnes qui sperant in eo.* Spes est fidei anima, XX, 243, 1. Cur spem Evangelicam toties Hebræis inculcet Apostolus, XIX, 419, 2: *Nihil enim ad perfectum adduxit lex; introductio vero melioris spei per quam proximamus ad Deum.* Spes in Deo solo collocanda, *Job*, 172, 2. Deus in se solo vult sperari, X, 202, 1: *Qui timet Dominum nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus. Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus?* Spes est Deo gratissima, VI, 413, 2. Spes maxime honorat Deum

et cur, XI, 217, 1, 2 : *Timorem ejus* (populi) *ne timeatis, neque paveatis, Dominum exercituum ipsum sanctificate : ipse pavor vester, et ipse terror vester ;* XII, 139, 2 : *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.* Ejus et fidei defectus quantorum malorum causa sit, XVIII, 87, 1.

2° *Spes veniæ est necessaria in pœnitentibus,* IV, 227, 1 : *Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ, et nunc, si est pœnitentia* (hebraice, *si est spes,* scilicet Deum per pœnitentiam placandi), *percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini.* Spes in pœnitentia est velut thesaurus defossus in agro, XII, 277, 1. Spes est janua veniæ, 798, 2.

3° *Spes in Deo collocanda pro bono rei cujuslibet successu,* V, 504 2 : *Eruditus in verbo reperiet bona, et qui sperat in Deo, beatus est.* Spes omnis in qualibet actione et periculo ex toto corde collocanda, V, 76, 2 : *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.*

4° *Spem in orante quare Deus poscat,* XX, 40. 1 : *Postulet autem in fide nihil hæsitans, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur.*

5° *Sperandum in Deo, maxime in rebus afflictissimis,* XVI, 489, 2 : *Dixit ergo Martha ad Jesum : Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus ; sed et nunc scio quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.* Spes est tunc magis augenda cum crescunt pericula et adversa, XVII, 261, 2 : *Et Petrus quidem servabatur in carcere..... Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus ; et custodes ante ostium custodiebant carcerem.* Sanctis ea crescit in afflictionibus et periculis, 432, 1 ; *Job,* 305, 1 : *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Fiducia in rebus asperis maxima elucet, *ibid.* Cum humana deficiunt auxilia, tunc magis in Deo sperandum, 306, 1. Spes justis crescit pro mensura tribulationis, *ibid.* Job in maxima calamitate quam sperabat, 306, 2. Spes in Deum crescat, crescente tribulatione, XX, 449, 2 : *Novit Dominus pios de tentatione eripere.* Sperantes in Domino cur aliquando plus affligantur, *Psalm.* I, 231, 2.

V. Spei principium, et unde oriatur. — Spes magna justorum a Deo provenit, VI, 362, 1 : *Fugit impius, nemine persequente ; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Spes Jobi divina providentia nitebatur, *Job,* 306, 2. Spes sancta fructus est sapientiæ, IX, 649, 2 : *Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis et sanctæ spei.* Spem salutis causat bona conscientia, XIX, 180, 1 : *Finis autem præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta.* Sæpe ex desperatione oritur, XIII, 319, 1.

VI. Spei veræ et christianæ conditiones. — 1° *Non qualis qualis spes christianis requiritur, sed vegeta, fortis, glorians et exultans,* XIX, 280, 2 : *Quæ domus* (Christi) *sumus nos, si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus.* Spes prout est, ita et res, et quantum speratur, tantum impetratur, V, 219, 2 : *In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.* Quo ipsa major in affectu, eo majorem gignit credulitatem obtinendi in intellectu, XX, 40, 2. Sperantium in Deum tres gradus, XI, 507, 1, 2. Spei sanctorum exempla, XII, 140, 1.

2° *Spes in christianis quam certa et efficax,* XX, 242, 2. Posset proinde vocari regeneratio, *ibid.* Cur dicatur spes viva, et quæ sit hæc, 243, 1. Spes electorum debet esse inconfusibilis propter charitatem et potestatem Christi, XVIII, 96, 2 ; 174, 2 : *Omnis qui credit in eum, non confundetur.* Spei divinæ certitudo, 92, 2 : *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

3° *Spes debet esse sibi bene conscia,* XIX, 179, 2.

4° *Spes cum timore jungenda,* VI, 413, 1 : *Qui timet hominem, cito corruet : qui sperat in Domino, sublevabitur ;* Psalm. I, 198, 1 : *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus.* Spes adjunctam habet formidinem de opposito, XVIII, 136, 1 ; 385, 1, 2.

5° *Spes debet esse patiens,* XIX, 116, 1 : *Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis,....., memores operis fidei vestræ, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum et Patrem nostrum.* Spes vitæ futuræ per patientiam excitatur, XX, 26, 1 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.*

6° *Spes debet esse perseverans.* Spes a Deo non est divellenda, X, 200, 1 : *Spiritus timentium Deum quæritur et in respectu illius benedicetur ; spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se.* Nunquam ea deponenda, XIII, 319, 1. Bonis operibus roboratur et nititur, XVIII, 92, 2 ; XIV, 404, 2 : *Cupimus autem unumquemque vestrum eamdem ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei, usque in finem.* Eam tria roborant, XVIII, 92, 2.

VII. Spei symbola. — Spes recte filo comparata, V, 420, 1. Lauro assimilatur, XII, 140, 1. Spes mystice est longitudo, XII, 300, 2. Spes est velut linea, XIII, 318, 1. Ejus symbolum est lilium, XIII, 469, 2.

VIII. Spei adipiscendæ media. — Spes firma in Deo quomodo habeatur, *Psalm.* I, 230, 2 ; 231, 1 : *Spera in Deo et fac bonitatem, et inhabita terram et pasceris in divitiis ejus.* Ea in oratione excitanda, XX, 225, 1 : *Elias homo erat similis nobis passibilis, et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum oravit : et cœlum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.* Spes est mensura orationis, XV, 238, 2 : *Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.*

IX. **Spei effectus et fructus.** — 1° *Spei effectus generaliter sumpti.* Spei præmia, IX, 99, 2 et seq. : *Crede Deo, et recuperabit te : et dirige viam tuam, et spera in illum ;* 101, 1, 2 : *Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectationem veniet vobis misericordia*, 102, 1, 2 : *Respicite, filii, nationes hominum : et scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est.* Spei in Deum effectus boni et quinque fructus, XII, 139, 2; 140, 1, 2 : *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas quod ad humorem mittet radices suas : et non timebit cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.* Ejus novem fructus, 391, 2 : *Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.* Spes quanta sit virtus, et ejus effectus, XIV, 226, 2. Spei utilitates, *Psalm.* II, 373, 1 : *Sustinuit anima mea in verbo ejus : speravit anima mea in Domino.*

2° *Spei efficacia et omnipotentia.* Spei efficacia, III, 5, 2; 62, 2. Spes est omnipotens, XVII, 18, 1. Sperantium recta spes tandem in rem vertetur, VI, 195, 2 : *In timore Domini esto tota die ; quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua nunquam auferetur.* Spes non confundit, et nullus speravit in Domino et confusus est, IX, 102, 2; XIII, 307, 1 ; XVIII, 92, 2 : *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Spes timentium Dominum erit in novissimo, quo sensu, et quænam illa sit, VI, 195, 1, 2.

3° *Spes gloriæ æternæ est stimulus ad virtutem,* IV, 275, 2 : *Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Spes præmii ad laborem animat, XVIII, 330, 1 : *Quoniam debet in spe, qui arat, arare.* Operari igitur spe mercedis æternæ, bonum est et meritorium, *ibid.* Spes ad patientiam animat, XX, 205, 2 : *Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes igitur estote et vos, et confirmate corda vestra : quoniam adventus Domini appropinquavit.* Est calcar ad fortiter patiendum, XIX, 484, 2 : *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis..... Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem.* Martyres acuit, exempla, VIII, 331, 2; 332, 1 : *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.* Spes cor dilatat ad omnes, et omnia, et oculos exaltat, VI, 96, 2.

4° *Spes in Deum gaudii et beatitudinis mater.* Spes in Deum tristitiam pellit, X, 107, 2. Spes nos in laboribus solatur, VI, 195, 2. Spes futurorum est mater gaudii, XVIII, 210, 2 : *Spe gaudentes : in tribulatione patientes.* Speratæ rei consecutio mentem magna lætitia replet, V, 386, 2 : *Spes quæ differtur, affligit animam ; lignum vitæ, desiderium veniens.* Spes delectationem causat ex apprehensione rei speratæ, 388, 1. Spes est beatitudo hujus vitæ, IX, 498, 2 : *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua.* Est prænuntia beatitudinis æternæ, V, 420, 1. Est gaudium ante gaudium, XVII, 41, 2.

5° *Sperans in Deo nulla premetur inedia,* VI, 385, 2 ; 386, 1, 2 : *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat ; qui vero sperat in Domino, sanabitur.* Sperans in Deo benedicetur, X, 200, 1 : *Spiritus timentium Deum quæritur, et in respectu illius benedicetur.* Sperans in Deo quomodo in divitiis pascatur, *Psalm.* I, 230, 2 ; 231, 1 : *Spera in Deo, et fac bonitatem, et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus.* Confidens in Deo arbori frugiferæ assimilatur, XII, 140, 1, 2 ; *Job*, 166, 2. Spes nos locat in cura Dei, VI, 386, 2.

6° *Spei quanta fortitudo, præsertim in adversis,* V, 431, 2 et seq. : *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.* Spes facit nos inferiora contemnere, III, 575, 1. Est animæ fortitudo, *Job*, 103, 2 : *Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, et perfectio viarum tuarum.* Est causa fortitudinis, VI, 225, 1, 2 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Est tutissima domus justi, *Psalm.* I, 26, 2 : *In pace in idipsum dormiam et requiescam ; quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Est velut anchora, sed cum aliquo discrimine, XIX, 406, 2 : *Quam* (spem) *sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis.* Spes est robur in afflictiones, 380, 2. Instar clypei sperantem tuetur, V, 431, 2. Cur ea dicitur galea, XVIII, 682, 1, 2 : *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere : et galeam salutis assumite, et gladium spiritus* (*quod est verbum Dei*). Spes omnes difficultates complanat, XIV, 401, 2 : *Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens : Non in exercitu, nec in robore, sed in Spiritu meo, dicit Dominus exercituum. Quis tu, mons magne, coram Zorobabel ? in planum : et educet lapidem primarium, et exæquabit gratiam gratiæ ejus.* Spes omnia perfringit, XVII,

18, 1. Facit omnia adversa et tormenta vincere, XV, 128, 1.

X. SPES PIORUM ET IMPIORUM QUANTUM INTER SE DIFFERANT QUOAD OBJECTUM ET QUOAD EFFECTUM. — Spes impii et pii quomodo differant, V, 441, 1 : *In malitia sua expelletur impius; sperat autem justus in morte sua.* Spes impiorum instabilis, piorum secura, fidens, stabilis, 54, 2 : *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur, timore malorum sublato.* Spes impiorum est anxia et crucians, 308, 1 : *Expectatio justorum lætitia : spes autem impiorum peribit.* Imo hi spe sua excidunt, *ibid.* Eorum spes vitæ in morte perit, 318, 1 : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et expectatio sollicitorum peribit.*

Spes hominum sunt somnia vigilantium, I, 356, 2; VII, 69, 2 : *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, et ecce universa vanitas et afflictio spiritus*, XIII, 17, 2; XVIII, 92, 2. Spes mundanorum fallaces sunt, XIV, 76, 2; 77, 1.

XI. SPES IN HOMINE ET IN REBUS TERRENIS QUAM VANA ET MENDAX. — Spes in homine futilis est, velut id quod in aqua scribitur vel pulvere, XII, 144, 2 : *Expectatio Israel, Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur : recedentes a te, in terra scribentur.* Sperandum non est in homine nec in impio, VI, 277, 2; 278, 1; 279, 1 : *Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, et amittit pallium in die frigoris.* Denti putrido et pedi lasso comparatur, *ibid.* Sæpe per eam damna incurrit et infamiam, 278, 1, 2. Spes in homine collocata est vana, XVIII, 92, 2. Spes alia quam in Deo collocata quantum vana et futilis, XX, 189, 1 : *Ecce nunc qui dicitis : Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus. Qui ignoratis quid erit in crastino.* Spes temporalis frivola, *Job*, 461, 2. Spes quæ in rebus sæculi et hominibus ponitur, est mendacium, V, 277, 1. Spes bonorum temporalium vana est, et sperantes deludit : æternorum vera, stabilis, et certo advenit, 386, 2. Spes concepta de plurimorum doctrina et conversatione quam sæpe vana et fragilis sit, XIV, 326, 1 : *Respexistis ad amplius, et ecce factum est minus.* Spei in creaturis tres effectus, XII, 139, 1 Spei vanæ molestia ingens, *Job*, 83, 1. Spes in rebus terrenis per rubiginem vitium frumenti recte repræsentatur, XII, 484, 1, 2. Dives in auro non sperans beatus est, X, 115, 1, 2 : *Beatus dives qui inventus est sine macula : et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris.* Quis dives in pecunia non sperat, 117, 1 : *Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.*

SPES abbas. Spei abbatis per quatuor annos cæci morientis anima specie columbæ in cœlum evolavit, II, 78, 2; 321, 2; IV, 275, 1.

SPHÆRA. Sphæra planum in puncto tantum tangit, XIV, 465, 2.

SPHENGITES. Sphengites quod genus marmoris sit, XXI, 373, 1; 381, 1.

SPHINX. 1° Sphinx quale esset monstrum, ejus descriptio, V, 194, 1; IX, 349, 2; XIII, 90, 1; 173, 2. Sphinx triformis fuit simia Cherubim, I, 642, 1. Sphinges depictæ e Cherubinis Salomonis, XXI, 105, 1. Sphinges Gentilium efformatæ secundum formam Cherubinorum Ezechielis, XII, 483, 1. Sphingis ænigma, IX, 349, 2.

2° Sphinx ænigma est silentii rerum sacrarum, XIII, 173, 2. Item amoris et meretricis, V, 194, 2. Erat hæc Octavi Augusti symbolum, XIII, 173, 2. Sphinx imago est ignorantiæ, XX, 669, 2.

SPICA. 1° Spicarum primitias Judæi offerre debebant, II, 149, 2. Tropologice hic manipulus spicarum Christum significabat, *ibid.* Spicas vellere olim erat licitum, XV, 299, 1. Spicæ cur vocentur rami pleni olivis, XIV, 409, 1.

2° Spicarum summitates sunt superbi symbolum, *Job*, 510, 1.

SPICATUS. Spicata nardus quæ sit, XVI, 509, 2 et seqq. Spicatum nardinum foliato præstantius, XV, 713, 1.

SPICULATOR. Spiculator idem est quod carnifex, XV, 690, 2.

SPINA. 1° Spina arbor est setim, odorata et imputribilis, XI, 514, 2. Spina cito floret, cito arescit, aculeis pungit, VII, 550, 2. Spina regia vini vim inhibet, VI, 308, 2. Spinas an initio rosa habuerit, IX, 638, 1. Spina Arabica acuta et densa est, XIII, 307, 2.

2° Spinis coronatus est Christus duas ob causas, VIII, 25, 1. Spinæ coronæ Christi quales fuerint, XV, 610, 1. Spinea Christi corona rosis assimilatur, X, 538, 2. Spinis suos Christus hac vita coronat, V, 349, 1.

3° Spinæ pro peccatis sumuntur, XII, 552, 1. Spinæ peccatorum quæ sint, X, 140, 1. Spinæ conveniunt ebriis, quo sensu, VI, 308, 2. Spinæ adulationis, VII, 246, 2. Spina rosarum symbolum est voluptatis dolore permixtæ, IX, 638. 1. Spina significat aliquando tribulationem et dolorem conscientiæ, *Psalm.* I, 187, 1. Spinis electorum viæ quomodo sepiantur, XIII, 308, 1.

SPINA dorsi. Spinæ dorsi usus, et unde rigetur, V, 70, 2.

SPINUS. Spini avis odium cum horo, XI, 439, 2.

SPIRATIO. Spiratio in Deo est æterna et invariabilis, XIX, 356, 1.

SPIRIDION. Spiridion episcopus Trimitunthis in Cypro pecuariam exercuit, XVII, 27, 2. Ex pastore ovium factus est episcopus, VI, 356, 1. E filia Irenæ mortua ubinam depositum esset repositum didicit, II, 468, 2; X, 516, 2. Ejus humilitas, XI, 192, 2. Ejus mansuetudo post acceptam alapam in regia; in una maxilla percussus, alteram præbuit, XI, 632, 2.

XV, 172, 1. Furibus ea quæ sibi ablata erant, ultro condonabat, XV, 174, 2; XVI, 115, 2. An Ecclesiasticum jejunium adveniente hospite violaverit, XIX, 326, 2.

SPIRITUALIS. 1° *Spiritualis homo.* Spiritualis homo tripliciter dicitur, XVIII, 265, 1, 2. Spiritualium et carnalium hominum diversa studia, 131, 1 : *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt; qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt.* Spiritualis viri arcana nequit carnalis comprehendere, VI, 257, 1 : *Cœlum sursum, et terra deorsum, et cor regum inscrutabile.* Spiritualis quatenus errare et non errare possit, XVIII, 266, 1, 2 : *Spiritualis autem judicat omnia, et ipse a nemine judicatur.* Quomodo a nemine judicari possit, *ibid.* Suam, non alterius imbecillitatem considerare debet, 575, 1 : *Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.*

2° *Spirituales filii.* Spiritualis fœcunditas uberrima, *Job*, 443, 1 : *Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum.* Spiritualem partum impedientes, homicidæ sunt animarum, XIII, 547, 1 : *Hæc dicit Dominus : Super tribus sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non convertam eum : eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum.* Spiritualibus filiis quis sit pater et mater, *Psalm.* II, 366, 1 : *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Spirituales filii quo cibo pascantur, *ibid.*

3° *Spirituales hostes.* Spirituales hostes quinam sint, et quæ damna inferant, XIII, 505, 1 : *Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus et rubigo, et eruca : fortitudo mea magna, quam misi in vos.*

4° *Spiritualia.* Spiritualia pluris facienda quam temporalia, III, 321, 1. Spiritualis pulchritudo quæ, *Psalm.* I, 293, 2 : *Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna.* Cur spirituales res homo minus apprehendat quam sensibiles, X, 561, 1, 2. In spiritualibus nostri curam gerit Deus, XX, 390, 1 : *Omnem sollicitudinem projicientes in eum, quia ipsi est cura de vobis.* Spirituales oblationes quænam dicendæ, *Psalm.* I, 343, 2 : *Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos* (*Vide* OBLATIO, SACRIFICIUM). Spiritualia dona cum proximis communicantes, copiosius ea a Spiritu sancto recipiunt, V, 336, 2 : *Anima quæ benedicit, impinguabitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* A spiritualibus rebus abesse debet languor, X, 131, 2 : *In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.* Non licet spiritualia administrare pro mercede temporali, XIX, 247, 1 : *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim Scriptura : Non alligabis os bovi trituranti. Et : Dignus est operarius mercede sua.* Spiritualis potestas servorum Christi non minus cernitur in actione quam passione, *Psalm.* II, 362, 1, 2 : *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum* Quod spirituale corpus dicatur resurrecturum, XVIII, 410, 1 : *Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* Spiritualia commode Christus, Apostoli et Prophetæ per symbola corporalia exposuerunt, XIV, 541, 2; XV, 3, 1, 2.

SPIRITUS SANCTUS. I. DE SPIRITUS SANCTI NOMINIBUS ET EPITHETIS.—*Spiritus* vox, cum absolute ponitur, Spiritum sanctum significat, XV, 116, 2 : *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.* Cur vocetur Spiritus sanctus, XVII, 87, 2. Quomodo sit sanctus, XXI, 113, 2. Epitheta Spiritus sancti, VIII, 439, 1 : *Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens.* Cur dicatur Paracletus, XVII, 223, 2 : *Ecclesia quidem per totam Judæam, et Galilæam, et Samariam, habebat pacem et ædificabatur ambulans in timore Domini, et consolatione Spiritus sancti replebatur.* Dicitur advocatus, exhortator, consolator, XVI, 547, 1 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis;* 571, 2 : *Cum autem venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.*

II. SPIRITUS SANCTI REALIS ET DISTINCTA PERSONA, ET INDIVIDUA EXISTENTIA.—Quis sit Spiritus sanctus, VIII, 280, 1. Quid sit essentialiter, quid notionaliter, dupliciter accipitur, VIII, 284, 2; 285, 1 : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis;* IX, 63, 1 : *Ipse* (Altissimus) *creavit illam* (sapientiam) *in Spiritu sancto.* Spiritus increatus Dei duplex est, prior in Deo essentialis, ipsa mens et potentia divina, alter notionalis, puta Spiritus sanctus, XIV, 330, 2 et seq. : *Facite* (*quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum*) *verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra Ægypti : et spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere.* Spiritus sanctus est a Patre et Filio individuus, VI, 428, 2 et seq. Est persona distincta a Patre et Filio, XV, 571, 1 : *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Spiritus sanctus subsistit et habet in SS. Trinitate suam hypostasin, XI, 578, 1 : *Accedite ad me, et audite hoc : non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram : et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus.* Spiritus sanctus est perfectio SS. Trinitatis, VI, 421, 2 : *Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus, et*

qui Deo secum morante confortatus. Est umbra Christi, VII, 554, 1. Est osculum, 469, 1 : *Osculetur me osculo oris sui,* VIII, 444, 2.

III. Spiritus sanctus vere ac proprie Deus est. — Ejus deitas probatur contra Macedonianos, IX, 62, 2; XI, 734, 1 : *In dilectione sua, et in indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos, et elevavit eos cunctis diebus sæculi. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum sancti ejus;* XVII, 147, 1 : *Dixit autem Petrus : Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri?.... Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo;* XVIII, 158, 2; 263, 2; *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei;* 374, 1 : *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult;* 437, 2: *Nos vero omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu;* 594, 1 : *In quo* (Christo) *et vos, cum audissetis verbum veritatis* (Evangelium salutis vestræ), *in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto;* XX, 256, 1, 2 : *Quibus* (Prophetis) *revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere.* Ab æterno Spiritus sanctus fuit cum Patre et Filio, IX, 63, 7 : *Unus est altissimus Creator omnipotens, et Rex potens. et metuendus nimis, sedens super thronum illius, et dominans Deus. Ipse creavit illam* (sapientiam) *in Spiritu sancto, et vidit et dinumeravit, et mensus est.* Est vere Deus, non minus quam Pater et Filius, XIII, 504, 2 : *Et erit post hæc : Effundam spiritum meum super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ;* XVI, 576, 2 : *Sed ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos.* Est Patri et Filio consubstantialis, eisque intime unitus, 357, 1; 632, 2 : *Hæc cum dixisset* (Jesus), *insufflavit, et dixit eis* (discipulis) : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt.* Est Deo intrinsecus et substantialis, XVII, 85, 1 : *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis.* Qualis et quantus sit Spiritus sanctus, *ibid.* et seq. Spiritui sancto quomodo conveniat peculiariter dici Dominorum Dominum, *Psal.* II, 400, 1 : *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Deo Deorum... Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus.* Spiritus sanctus implet omnia, VIII, 286, 1 : *Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Comparatur soli, *ibid.* Novit et pervidet omnia, X, 379, 1 : *Non præterit illum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo.* Nihil eum latere potest, XIX, 76, 2.

IV. De Spiritus sancti a Patre et Filio processione. Spiritus sanctus tam a Filio quam a Patre procedit, id negant Græci recentiores, XVI, 570, 1 : *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me;* 576, 2 : *Sed ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam, si enim non abiero; Paracletus non veniet ad vos : si autem abiero mittam eum ad vos;* 579, 1, 2 et seq. : *Ille* (Spiritus veritatis) *me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis;* 632, 2; XVII, 77, 2; 307, 2 : *Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, et non permisit eos Spiritus Jesu.* Procedit a Patre per spirationem, XVI, 571, 2. Quid a Filio accipiat, 579, 2; 580, 1. Quomodo dicatur imago Filii, XVII, 86, 1. Quomodo non loquetur a semetipso, 578, 2 : *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.* Spiritus sanctus procedit a voluntate et amore Patris et Filii, 85, 2. Est amor notionalis Patris et Filii, XVIII, 198, 1 : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in sæcula, Amen.* Licet hæc tria Deo conveniant, id est tribus personis Trinitatis; tamen, ut docet S. Augustinus, *ex* magis Patri, *per* Filio, *in* Spiritui sancto appropriatur, 197, 2; 198, 1. In Spiritu sancto terminatur omnis activitas et productio interna Patris et Filii, IX, 63, 1. Spiritus sanctus non est semen Dei, XIII, 286, 2.

V. De Spiritus sancti missionibus. — 1° *Quomodo mittatur.* Spiritus sanctus mittitur a Filio ex propria substantia, XIII, 507, 1. Quomodo missus sit in nomine Filii, XVI, 551, 2 : *Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Quomodo a Patre se eum missurum dicat Christus, 570, 2.

2° *Variæ Spiritus sancti missiones et apparitiones.* Primo. *In incarnatione.* Spiritus sancti incarnatio, conceptio, ac redemptio et sanctificatio nostra tribuenda, XVIII, 41, 2; 42, 1 : *Qui* (Christus) *prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri;* XIX, 441, 1 : *Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo*

viventi? Ei attribuitur redemptio et sanctificatio generis humani, XX, 256, 1, 2. Cur ei attribuatur opus incarnationis Filii, non Patri, XV, 65, 1 : *Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto ;* XVI, 22, 1 : *Et respondens angelus dixit ei* (Mariæ) : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Spiritus sanctus potissima fuit causa incarnationis et nativitatis Christi, XV, 60, 1. Supplevit in Deipara concursum patris, 65, 1. Fuit quasi vir beatæ Virginis, VI, 493, 1 ; 514, 1. Quomodo Virginem obumbrarit, est virtus Altissimi, XVI, 23, 1, 2. Curavit animam ejusdem, 493, 1. In Deiparam descendit cum omnibus suis virtutibus essentialibus, V, 249, 1. Quod de eo Christus conceptus dicatur, tria per hoc denotantur, XV, 65, 2. Cur de eo Christus conceptus sit, XVI, 22, 2. Humanitatem Christi efformans, omnem suam sanctitatem in eum transfudit, XV, 65, 1. Spiritus Domini plene Christum replevit, isque septemplex, XI, 257, 1 : *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii, et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini.* Quis sit hic spiritus varie disputatur, *ibid.* (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III, JESU CHRISTI INCARNATIO).

Secundo. *In baptismo Christi.* Spiritus sanctus in Christo habitavit, et super eum descendit, dum baptizaretur, XVI, 102, 2 : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me:* 318, 2 et seq. : *Et testimonium perhibuit Joannes, dicens : Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eum. Et ego nesciebam ; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Cur specie columbæ in Christum descendit, XII, 199, 2 ; XIV, 332, 2 ; XV, 112, 2 : *Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cœli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se.* An vera columbæ specie descendit, XV, 111, 2. Septem ejus dona in columba figurantur, 112, 2. Spiritus sanctus expulit inde Christum in deserto, 116, 2 : *Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.* Tentationem ejus non intendit, *ibid.*

Tertio. *In transfiguratione Christi.* Spiritus sanctus in transfiguratione Christi in specie nobis apparuit, XV, 389, 1 : *Adhuc eo* (Petro) *loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, et ecce vox de nube dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.*

Quarto. *In Pentecoste cum in apostolos descendit.* Spiritus sancti effusio in Apostolos et deinde in alios futura, a Joele propheta prædicitur, XIII, 506, 1 : *Et erit post hæc : Effundam spiritum meum super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ.* Quis sit spiritus a Prophetis promissus, XVIII, 594, 1. Item a Joanne Baptista, XV, 105, 1 : *Ego quidem baptizo vos in aqua, in pœnitentiam : qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne.* Spiritum sanctum Christus suis promittit ut ejus cœlesti robore roborentur, XVI, 383, 2 : *Et ego mitto promissum Patris mei in vos ; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Cur vocetur Patris promissio, XVII, 53, 1 : *Et convescens* (Jesus) *præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis* (inquit) *per os meum.* Est proprius Novo Testamento, *ibid.* Res est Novo Testamento promissa, XIX, 427, 2 : *Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus : dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eos.* Cur post mortem Christi Spiritus sanctus datus sit, variæ dantur causæ, XVI, 427, 2 : *Hoc autem dixit* (Jesus) *de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum ; nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.*

Spiritus sanctus descendit in apostolos in Pentecoste, idque specie ignis etiam in alios, XV, 105, 1. Spiritus sanctus post Christum quasi incarnatus est in linguis igneis XVII, 39, 1. Cur in linguis igneis venerit, XVII, 80, 2 : *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis seditque supra singulos eorum.* Cur super apostolos sedens apparuerit in specie flammæ dissectæ, VIII, 441, 1. Spiritus sanctus in specie ignis descendens per ignem sacrum Nehemiæ repræsentatur, IV, 501, 1. Quare Hierosolymis in apostolos missus sit, XVII, 52, 1. Cur venit cum sono et repente, et cur de cœlo, 78, 1 : *Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, et factus est repente de cœlo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes.* Cur cum vento vehementi venit, 79, 1. Diversis in figuris alias apparuit, 79, 2. Est quasi ventus ecnephias, *ibid.* Non tamen venit cum vero vento, 80, 1. Venit hora tertia ab ortu solis, XVII, 94, 1. Cur in specie linguæ descendit, ejus symbolum est lingua, item ignis, 82, 2. Spiritus sanctus datus est plene apostolis in Pentecoste, XVI, 427, 2. Primo fusus est, deinde infusus, tertio effusus in apostolos, XIII, 506, 2. Infusio et effusio Spiritus sancti quomodo differant, XVII, 87, 1. Eo quomodo apostoli repleti sunt, *ibid.* : *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* Ejus effectus in animis apostolorum et fidelium, 83, 1, 2. Cur super sin-

gulos apostolorum sederit, *ibid.* Spiritus sanctus apostolis dedit linguarum donum quo ab omnibus gentibus intelligerentur, et vicissim omnes intelligerent, XIV, 303, 2 : *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno,* XVII, 88, 2. Spiritus sanctus quasi cor a Deo datus in Pentecoste, XII, 753, 2. Quomodo apostolos auctorarit, XVII, 47, 1, 2. Quomodo eos informarit, XVI, 576, 2 ; 573, 1, 2 ; 580, 1 ; 586, 2 et seq. Eos fecit prophetas, 579, 1. An crearit eos episcopos, XVII, 84, 1. Apostolos confirmavit, ne mortaliter peccare possint, XVIII, 530, 1.

VI. Sancti Spiritus proprietates et operationes. — 1° *In scriptoribus sacris.* Spiritus assistit scriptoribus sacris, XX, 438, 1 : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loculi sunt sancti Dei homines.* Est inspirator Scripturæ sacræ, eam omnem non eodem modo dictavit, XIX, 304, 1 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia.* Quomodo Spiritus sanctus scriptoribus hagiographis assisteret, IV, 567, 1. Quomodo stylum et scriptorem hagiographum dirigat, XVIII, 26, 1. Spiritus sanctus an recte dicatur manus, XII, 782, 2 : *In ipsa hac die, facta est super me manus Domini.* Spiritus sanctus prophetas informat, XIV, 92, 1 : *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, judicio et virtute.* Est auctor prophetiæ, XVIII, 386, 2 et seqq. Spiritus propheticus quintuplex est, II, 246, 1. Spiritus deorum sanctorum est spiritus prophetiæ, XIII, 55, 2. Spiritus sanctus direxit Evangelistas in scribendo Evangelio, XV, 47, 2 et seq.

2° *In Ecclesiæ corpore universo.* Spiritum sanctum soli Ecclesiæ ejusque Pontifici Romano ad definiendas res in fide controversas promittitur, XI, 698, 2 : *Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus : Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.* Promittitur corpori universo, non singulis in particulari, *ibid.* Conciliis præest, et adest, XVII, 304, 1 : *Apostoli et seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ, et Syriæ et Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, salutem..... Visum est enim Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria ; ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione ; a quibus custodientes vos, bene agetis, valete.* Ecclesiæ semper adest, XV, 547, 2 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum.* Est murus ingens Ecclesiæ, XIV, 374, 1 : *Absque muro habitabitur Jerusalem, præ multitudine hominum et jumentorum in medio ejus. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu : et in gloria ero in medio ejus.* Est ostiarius ovilis ovium, et Ecclesiæ de bonis pastoribus prospicit, XVI, 468, 1 ; 469, 2. *Amen, amen dico vobis : Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.*

2° *In Ecclesia et in cunctis fidelibus.* Primo. *Ejus operationes et effectus generaliter sumpti.* Per fidem et charitatem Spiritus sanctus in tota Ecclesia diffusus est, XI, 698, 2. Quam necessario in homines effundi debuerit, XIII, 506, 1. Quomodo super omnem carnem effusus sit, 507, 1. In omnes indifferenter beneficus et liberalis est, *ibid.* Datus est omnibus Christi discipulis, XVII, 77, 2. Spiritus sanctus est causa omnium donorum Christo et sanctis datorum, ac proinde iis prior in genere causæ efficientis, XI, 715, 2, Qualia in hominibus operetur, I, 552, 1, 2 : *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis.* Ejus proprietates et operationes, XXI, 393, 2 et seqq. Ejus effectus, XVII, 39, 1 ; 199, 2. Spiritui sancto attribuuntur opera bonitatis et sanctitatis Dei, XV, 307, 1. Ejus et Christi sunt eadem opera et dona, 658, 1 : *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Spiritus sancti occultæ operationes et effectus, XVI, 341, 2 : *Spiritus ubi vult, spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat ; sic et omnis qui natus est ex Spiritu ;* 548, 2 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum ; vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.* Huic tribuitur omnis honesta benevolentia et amicitia, V, 322, 2.

Secundo. *Spiritus sancti operationes in peccatoris conversione.* Spiritus sanctus quam facile hominem mutare possit, II, 323, 2. Spiritus sancti impulsus nemo prohibere potest, VII, 292, 1 : *Non est in hominis potestate prohibere Spiritum.* Quomodo corda immutet, XVI, 359, 1 : *Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum ; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Spiritui sancto peccatorum conversio accepta referenda est, XIV, 400, 2. Quam eam is suaviter peragat, *ibid.* Deducit nos ad primam fidem et eam custodit, XIX, 280, 1 : *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.* Perpendiculo comparatur in fabrica spirituali construenda, XVIII, 608, 2 : *Superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Ejus effectus duo, *prior,* quod det nobis gratiam qua Deo grati su-

mus; *posterior*, quod nobis spiritum orationis et precum, per quas omnes infirmitates nostras sanemus, XIV, 508, 1, 2 : *Et effundam super domum David et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ et precum : et aspicient ad me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* Operatur in nobis gemitum, robur, auxilium, scientiam bene orandi, XVIII, 140, 2 : *Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Spiritus sanctus est spiritus judicii et ardoris, XI, 148, 1 : *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem laverit de medio ejus, in spiritu judicii, et spiritu ardoris* (*Vide* CONVERSIO, PECCATOR).

Tertio. *In peccatoris justificatione et in Sacramentis.* Spiritus sanctus ipsemet nobis substantialiter in justificatione infunditur, XVIII, 93, 2 et seq. : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, XX, 411, 2 et seq. : *Per quem* (Christum) *maxima et pretiosa nobis promissa donavit : ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ ;* 410, 1, 2 et seq. : *Vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia.* Realiter datur justis, XVII, 86, 1. Hic in anima substantialiter adest et inhabitat, XIV, 354, 1, 2. In nobis inhabitans causa est adoptionis qua in filios Dei adoptamur, XIII, 297, 1, 2 : *Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos ; dicetur eis : Filii Dei viventis.* Ut nos adoptet, se nobis communicat, XVIII, 134, 1 : *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba* (Pater), *ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro quod sumus filii Dei.* Adoptat nos dupliciter, et cur ei adoptio tribuatur, *ibid.* Quatuor modis in nobis est, 198, 1. Est in aliquo tam per gratiam gratum facientem, quam per gratiam gratis datam, XVI, 72, 2 : *Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus et timoratus expectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo.* Ita mentem replet ut præter ipsum nihil aliud desideretur, 358, 1, 2 : *Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum ; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Maxime in cœlo, *ibid.*

In Baptismo Spiritus gratia datur et omnes eum recipiunt, XIII, 506, 2 ; XV, 105, 1 : *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam : qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare ; ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igni.* Quomodo in baptizatos transfundatur, XVI, 340, 2 : *Quod natum est ex carne, caro est ; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est.*

In Confirmationis sacramento datur Spiritus sanctus, XVII, 198, 2 et seq. : *Qui cum venissent* (Petrus et Joannes), *oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum : nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.* Ejus robur datur in Confirmatione, XVIII, 94, 2.

In sacramento Pœnitentiæ peccata remittit, XVI, 633, 1 : *Hæc cum dixisset, insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Tripliciter vivificat, XVIII, 433, 2 : *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat.*

In sacramento Ordinis ejus gratia illabitur in ordinandum, dum ei manus imponuntur, XIX, 233, 2 : *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri.*

VII. SPIRITUS SANCTI DONA. — 1° *Quid sint dona Spiritus sancti.* Dona Spiritus sancti sunt idem cum virtutibus, XI, 257, 1. Spiritus sanctus sponte se annexuit suis donis, gratiæ et charitati ; hinc in justificatione animæ, ei seipsum dat personaliter et substantialiter, XIII, 297, 1, 2 ; 507, 1. Quæ hujus rei moralis sit ratio, 297, 2. Spiritus sanctus est ipse donum, XVII, 201 1 : *Petrus autem dixit ad eum* (Simonem Magum) : *Pecunia tua tecum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Spiritus sanctus fons est, ejus aqua dona illius sunt, V, 141, 2 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.* Ejus et aquæ analogiæ, XVI, 356, 2. Respondit Jesus et dixit ei (Samaritanæ) : *Si scires donum Dei et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.* Cur vocetur aqua viva, 357, 1. Est velut fons aquarum viventium, 427, 1 : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes.* Est fons vitæ, XXI, 405. 1 : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallus, procedentem de sede Dei et Agni.* Qui sint fructus Spiritus sancti, XVIII, 568, 2 et seq. : *Fructus autem Spiritus est : charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, castitas.* Inter fideles dona sua partitur, XIII, 506, 2. Ejus dona sunt unctiones sanitatis, X, 273, 2 : *In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur opera ejus.* Ejus dona, maxime charitas et zelus, sunt ignis quem Christus venit mittere in terram, XVI, 281, 1 : *Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur* Spiritus sanctus est gratiarum parochus, sive largitor ex officio, XVII, 86, 2. Spiritus sancti efficacia, XIII, 411, 1. Ejus per gratiam in anima inhabitantis effectus, VII, 284, 1. Est ipse primum et increatum donum Patris et Filii, 85, 2. Est

primum et increatum bonum, XIII, 332, 2 : *Et post hæc revertentur filii Israel, et quærent Dominum Deum suum, et David regem suum : et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus in novissimo dierum.* Est bonitas, X, 386, 1. Spiritus sanctus est φιλάνθρωπος, VIII, 283, 1 : *Benignus est enim Spiritus sapientiæ, et non liberabit maledicum a labiis suis.* Spiritus Dei non est invidus, sed omni bono congaudet, XV, 700, 1. Dat animæ justi triplex bonum : *primo*, pignus salutis nostræ; *secundo*, robur vitæ; *tertio*, scientiæ lumen, XVIII, 134, 2. Est arrha salutis nostræ, 594, 2 : *In quo* (Christo) *et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.* Quanta nobis det, XX, 179, 1 : *An putatis quia inaniter Scriptura dicat : Ad invidiam concupiscit Spiritus, qui habitat in vobis? Majorem autem dat gratiam.* Spiritus quomodo ad invidam concupiscat, 177, 1. Ejus zelus in nos, *ibid.*, 2. Ejus dona linguam justi expurgant, V, 298, 2 : *Argentum electum, lingua justi.*

Spiritus sancti dona septem, XI, 257, 1, 2 : *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini ; Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis. Et replebit eum Spiritus timoris Domini.* Singula definiuntur, 258, 1, 2. Eorum inter se ordo, *ibid.*, 2.

2° *Spiritus sapientiæ et intellectus.* Spiritus sanctus est spiritus sapientiæ, IX, 653, 2. Est doctor sapientiæ, X, 559, 2 : *Inclinavi modice aurem meam, et excepi illam. Multum inveni in meipso sapientiam, et multum profeci in ea.* Est aqua sapientiæ salutaris, IX, 437, 2 : *Cibavit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum.* Spiritus sapientiæ multiplex, cur, VIII, 441, 1. Idem cur subtilis, *ibid.*, 2. Cur disertus, 442, 2. Cur mobilis et acutus, *ibid.*, 443, 2 : *Quæcumque sunt absconsa et improvisa, didici ; omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus ; intelligibilis, mundus, subtilis.*

3° *Spiritus consilii.* Spiritus sanctus fideles dirigit per desertum hujus vitæ, XIII, 313, 1 : *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem ; et loquar ad cor ejus.* Est invocandus in dubiis, XX, 554, 2 : *Sed vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia;* 558, 2 : *Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.* Orationes nostras dirigit et corrigit, XVIII, 143, 1 : *Qui scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis.* Desideria suorum clientium SS. Trinitati exponit, 142, 2. Docet nos quid orare debeamus, 142, 1 : *Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram, nam quid oremus, sicut oportet nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

4° *Spiritus fortitudinis.* Spiritus sanctus auctor est roboris virilis et generositatis spiritus, V, 573, 2 et seq. : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Ejus quanta sit vis, XVII, 221, 1, 2 : *Fuit autem* (Paulus) *cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo in Synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.* Locutus est martyribus, dum ante præsides starent, XV, 268, 2 : *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Est Spiritus principalis, rectus et sanctus, hic semper invocandus opera heroica facere volentibus, X, 182, 2.

5° *Spiritus scientiæ.* Spiritus sanctus est spiritus veritatis, XIV, 443, 2 : *Hæc dicit Dominus exercituum : Reversus sum ad Sion, et habitabo in medio Jerusalem : et vocabitur Jerusalem civitas veritatis, et mons Domini exercituum mons sanctificatus.* Cur dicatur spiritus veritatis, XVI, 547, 2 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum;* 571, 2 : *Cum autem venerit Paracletus, quem ego vobis mittam a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Recte testimonium de Christo perhibet, 571, 1. Spiritus quis det de Christo testimonium, XX, 612, 2 : *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra; Spiritus et aqua, et sanguis; et hi tres unum sunt.* Quomodo mundum arguet de peccato, de justitia, de judicio, XVI, 576, 2 : *Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et de judicio.* Spiritus sanctus quomodo in lege nova mentes fidelium illustret, XII, 233, 2 : *Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum dicens : Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus.* Est velut sol mentibus nostris, X, 392, 1, 2. Significatur per ignem multis de causis, II, 53, 1 et seq. Æstum concupiscentiæ refrigerat, nosque illuminat, XVIII, 336, 1. Inopes, ignorantes et miseros ad summam scientiam, dignitatem et gradum evehere potest, XIII, 532, 2; 533, 1. Quomodo fideles docuerit omnia, XVI, 551, 2 : *Hæc locutus sum vobis, apud vos manens, Paracletus*

autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. Spiritus sancti schola nulla utilior schola, *Psalm.* I, 205, 2 : *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos.* Hic docet interius, XIX, 429, 1, 2 ;

6° *Spiritus pietatis*, vide PIETAS.

7° *Spiritus timoris Domini.* Omnibus justis hic sanctum timorem incutit, IX, 177, 1 (*Vide* TIMOR DEI).

VIII. SPIRITUS SANCTI FIGURÆ ET SYMBOLA. — Spiritus qui in principio mundi super aquas ferebatur allegorice Spiritum sanctum significat, I, 47, 1, 2. Tribus de causis per digitum Dei significatur, 503, 2. Per columnam nubis designatur, II, 232, 1. In cœlum nos ducit, sicut columna nubis Hebræos ad terram promissionis deduxit, I, 552, 1; II, 232, 1. Per ventum significatur, I, 568, 2 et seq. ; XVI, 340, 2 et seq. Spirat ubi vult, 341, 1. Dicitur Auster ob quinque analogias, XII, 116, 1. Pullo columbino designatur, V, 148, 2. An denotetur per angelum habentem signum Dei vivi, XXI, 163, 1. Apte topazio gemmæ confertur, 393, 2 et sqqq.

IX. QUÆ SPIRITUM SANCTUM CONTRISTENTUR ET FUGENT. — Spiritus sanctus disciplinæ fictum fugit, VIII, 280, 1 : *Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate.* Spiritus sanctus corripitur, qualiter, 282, 2. Antipathia inter Spiritum sanctum et peccatum, 282, 1. Eum expellit tristitia animi, V, 456, 2 : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus.* Quomodo et per quos contristetur, VII, 270, 1; XVIII, 646, 1 : *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.* Quid sit Spiritum extinguere, qui eum extinguant, XIX, 140, 2 : *Spiritum nolite extinguere.* Quomodo is extinguatur, 141, 2. Spiritum Domini tentare quid sit, XVII, 149, 1 ; *Petrus autem ad eam* (Sapphiram) : *Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini ?* Spiritus sanctus non est in tristibus et torpidis, sed in strenuis et lætis, I, 379, 2. Quæ dicatur blasphemia in Spiritum sanctum, XV, 306, 2 et seqq. : *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei ; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Vix ea remittitur, 307, 2. Spiritum sanctum non credunt Judæi, XVIII, 435, 2 : *Obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum* (*quoniam in Christo evacuatur*) ; *sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.* Hunc pauci Judæi cognovere, Gentes fere nullæ, XIV, 336, 1.

SPIRITUS. Spiritus variæ acceptiones et significationes, V, 483, 1, 2; VI, 399, 2; XI, 256, 2; XV, 138, 2; *Psalm.* II, 477, 1, 2.

I. SPIRITUS PRO ENTE MERE SPIRITUALI ET INCORPORALI (*Vide* ANGELI, DÆMON, DIABOLUS). — Qui sint spiritus creati ad torquendos impios, X, 318, 2 et seq. Mali spiritus nunquam dormiunt, *Job*, 593, 2. Quibus spiritus Christus apud inferos prædicarit, et quid, XX, 323, 2. Spirituum apparitiones timorem incutiunt, *Job*, 111, 2; 112, 1. De spirituum apparitionibus multa narrantur fabulosa, 152, 1.

Spiritus quasi ranæ de ore bestiæ, draconis et pseudoprophetæ exeuntes, quid sint, XXI, 300, 2. Cur ranis comparentur, 301, 1. Spiritus septem sunt septem angeli primarii præsides Ecclesiæ, repræsentantur per septem cornua Agni, 126, 1. Cur dicuntur oculi, *idid.*

II. SPIRITUS PRO ANIMA, MENTE ET PRINCIPIO VITALI. — 1° *Quid sit spiritus.* Spiritus et anima quomodo distinguantur, XVI, 35, 1 : *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Spiritus, utpote superior, trahit secum animam et corpus, *ibid.* Spiritus est homini intimus, XVIII, 263, 2. *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est ?* Spiritus est velut lumen derivatum a spiritu vitali qui est in Deo, VI, 83, 1 : *Lucerna Domini spiraculum hominis. quæ investigat omnia secreta ventris.* Et velut lampas, *ibid.* Spiritus in homine est duplex, spiritualis et corporalis, et uterque est opifex sermonis, V, 554, 2. Spiritus triplices sunt in homine : rationales, animales, vitales, VII, 155, 1. Spiritus triplex in semine viri, XII, 616, 1. Cur spiritus viri taciturni vocetur pretiosus, V, 554, 1, 2 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est : et pretiosi spiritus vir eruditus.* Spiritus scientia vocatur scientia animæ, VI, 3, 1 : *Ubi non est scientia animæ, non est bonum.* Quæ sit scientia spiritus, IX, 480, 1, 2 : *Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, et mala et bona ostendit eis.* Spiritus noster habet quamdam quasi immensitatem participatam a Dei spiritu, XII, 782, 2: *In ipsa hac die facta est manus Domini super me, et adduxit me illuc. In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, et dimisit me super montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium civitatis vergentis ad Austrum.* Spiritus per gratiam Dei secreta mentis penetrat, VI, 84, 2. Internum spiritum solus perspicit Deus, V, 483, 1 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus ; spirituum ponderator Dominus.*

2° *Spiritus quæ cura habenda.* Spiritus maxima cura est habenda, *Job*, 55, 1, 2 : *Pellem pro pelle, et cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Spiritus renovatio necessaria, *Job*, 579, 2; 580, 1, 2 : *Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.* Spiritus cum appetitu concordare debet, IX, 670, 2. Spiritus mala alia sunt ab intrinseco nata, alia ab extrinseco advenientia, quomode utraque

quis sustineat, V, 572, 2 : *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam.* Spiritus portat infirmitates tam spirituales quam corporales, tam suas quam alienas, 573, 1. Spiritum Deo in morte commendare debemus, et quare, XVI, 272, 1 : *Et clamans voce magna Jesus ait : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et quidem triplicem spiritum, cogitationem nostram, animam, conscientiam, *ibid.*, 2. De spiritu majorem quam de corpore curam gerere optimus est moriendi modus, XVII, 185, 1 : *Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem : Domine Jesu, suscipe spiritum meum..... Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.* Spiritum ire sursum, quid significet, VII, 156, 1 : *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et spiritus jumentorum descendat deorsum.*

III. SPIRITUS PRO DESIDERIO, AFFECTU, CUPIDITATE ANIMI, — Spiritus vim impetum æstusque animi significat, V, 47, 2 : *Convertimini ad correptionem meam : en proferam vobis spiritum meum,* XIV, 508, 1, 2. Etiam amorem, zelum, fervorem, V, 554, 1, Sæpe fastum et superbiam significat, 482, 2. Spiritus in naribus furorem significat, XI, 131, 2 : *Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.*

Spiritus veteris legis erat vindictæ; novæ, mansuetudinis et charitatis, XVI, 141, 2 : *Cum vidissent autem discipuli ejus, Jacobus et Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos ? Et conversus increpavit illos, dicens : Nescitis cujus spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere,sed salvare.* Quis sit spiritus timoris, hic impellit Judæos ad legem implendam, XVIII, 133, 2 ; *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba* (*Pater*). Spiritus spei præstat spiritui timoris, XX, 42, 1.

Spiritus tristitiæ quam sit noxius, X, 104, 1. Spiritus multiplex in *Jobi* libro quid significet, *Job*, 202, 1 : *Respondens autem Baldad Suhites dixit : Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermones oris tui ?* Spiritus soporis quis sit, XII, 407, 1 : *Miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros, qui vident visiones, operiet.* Quis sit spiritus compunctionis, XVIII, 189, 1, 2 : *Dedit illis spiritum compunctionis, oculos non ut videant, et aures ut non audiant.* Spiritus potestatem habentis, quisnam sit, VII, 337, 2 : *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris : quia curatio faciet cessare pecoata maxima.* Spiritus nobis triplex cohibendus, VI, 292, 1, 2 : *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere animum suum.*

Spiritus principalis quis, *Psalm.* I, 341, 2 : *Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me.* Spiritus principalis quadruplex, X, 182, 2. Spiritus contribulatus quis, *Psalm.* I, 342, 2 : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.* Spiritus precum quis sit, ejusque effectus, XIV, 508, 1, 2 : *Et effundam super domum David et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ et precum ; et aspicient ad me, quem confixerunt.* Spiritus est anima orationis, XVIII, 634, 2 : *Per omnem orationem orantes omni tempore in spiritu.* Spiritu pauperes qui sint, XV, 138, 2 et seq. : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

Spiritus affectus vultu se prodit, V, 457, 1 : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus.* Spiritus vitalis hominis facit vultum et corpus vividum, lætum, 548, 1 : *Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa.*

IV. SPIRITUS PRO INTENTIONE ET INTERNO MOTU ET IMPULSU, ITEM PRO AUCTORE HUJUS IMPULSUS, — Spiritus vocatur suggestio et inspiratio, XX, 586, 1. Sic vocari possunt alieni doctores; *ibid.* Spiritus cujuslibet actionis quanti faciendus, V, 484, 2. Quid sit spirituum discretio et quibus ea sit necessaria, XVIII, 373, 2. *Alii operatio virtutum* (datur), *alii discretio spirituum, alii interpretatio sermonum.* Spirituum discretio difficilis, *Job*, 774, 2: *Quis revelabit faciem indumenti ejus? et in medium oris ejus quis intrabit? Portas vultus ejus quis aperiet? per gyrum dentium ejus formido.* Spiritus omnes examinandi sunt, XX, 584, 2 : *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Spiritus bonus et malus quibus signis dignoscatur, I, 318, 2; XV, 345, 1.

Spiritu ambulandum est et ei obsequendum, XVIII, 565, 2 : *Dico autem : Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis.* Spiritus Dei, diaboli et mundi sunt sibi contrarii, 132, 1 : *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu : si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Spiritus et concupiscentiæ lucta, 125, 2 : *Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.* Quomodo concupiscat spiritus adversus carnem, 29, 1 ; 565, 2 et seq. : *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem : hæc enim sibi adversantur : ut non quæcumque vultis, illa faciatis.* Spiritus qui obsequitur, concupiscentiæ dominatur, 688, 1 : *Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.*

V. SPIRITUS PRO FIDE, GRATIA ET ALIIS REBUS SPIRITUALIBUS. — Spiritus aliquando fidem gratiam, sapientiam, etc., significat, IX, 480, 1, 2. Aliquando doctrinam Christi designat, XVIII, 538, 1 : *Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?* Spiritus in viro apostolico

requiritur, et is retineri debet, XVI, 202, 1.

2° Stupor pro *insensibilitate* est signum obstinatæ mentis, XVIII, 190, 1.

STUPIDUS. Stupidus apte vocatur saxeus Mercurius, VI, 307, 2 et seq.

STUPRUM. Stuprum graviter semper fuit vindicatum, I, 325, 2. Stuprum Lucretiæ Tarquinium regno privavit, III, 492, 1. Stuprum puellæ omnimodis celare student, VI, 452, 2.

STURNINUS. Sturninus quis sit color, XIV, 366, 1 ; 428, 2.

STYLITA. Stylita Edessenus quam longa pœnitentia temerarium de fratre judicium expiarit, II, 255, 1, 2.

STYLUS. 1° *Stylus pro calamo seu graphio.* Stylis olim in cera scribebatur, XI, 414, 1. Stylus erat instrumentum scriptorium, XIV, 224, 2 Stylo ferreo scribebant Judæi veteres, Romani osseo, XII, 136, 1, 2. *Stylus hominis* apud Isaiam quid sit, XI, 210, 1. Stylis a discipulis suis compunctus fuit S. Cassianus, XIV, 224, 2.

2° *Stylus pro dictione seu modo scribendi.* Styli varietas in uno eodemque auctore unde proveniat, XX, 404, 1. Stylus Jeremiæ simplex et facilis, XII, 3, 2. Stylus Prophetarum Minorum qualis sit, XIII, 223, 1, 2. Stylus *Ecclesiastici* qualis sit, IX, 37, 2. Stylus S. Joannis Evangelistæ, XVI, 289, 1, 2 (*Vide* Jeremias, Prophetæ Minores, etc., etc.).

STYRACINUM. Styracinum unguentum quod sit, IX, 646, 1.

STYX. Styx inferni palus, unde dictus, XVIII, 55, 1. Stygis aqua quam sit acris, XVII, 234, 2.

SUADERE. *Suadere cor*, quid sit, XX, 580, 2 et seqq.

SUATOCOPIUS. Suatocopius Bohemiæ rex victus ab Arnulpho imperatore factus est eremita, I, 450, 2.

SUAVILOQUENTIA. Suaviloquentia animos ad se trahit et evincit, IX, 191, 1, 2.

SUAVIS, SUAVITAS. Suave et dulce quomodo differant, IX, 287, 1. Suavitate Deus Ecclesiam gubernat, XIV, 400, 2. Suavitas interna animi linguæ amabilitatem efficit, IX, 543, 1.

SUB. *Sub sole* quid sit, VII, 25, 2.

SUBALTERNATIO. Subalternatio et humilitas in clericis quam sit necessaria, XX, 387, 1.

SUBCINERICIUS. Subcinericius panis cur vocetur Israel, XIII, 382, 2.

SUBDITUS. 1° *Subditorum officia erga superiores et præpositos.* Subditus sine præposito quibus malis sit expositus, XIX, 522, 2. Inobedientia sua onera præpositorum auget, 522, 1 : *Obedite præpositis vestris et subjacete eis, ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes, hoc enim non expedit vobis.* Subditi etiam malis prælatis obedire debent, XI, 555, 1, 2 : *Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel salvator.* Subditi boni malos prælatos non contemnunt, sed reverentur, III, 408, 2 ; 409, 1. Asperitatem et improbitatem superiorum patiuntur, 411, 2 ; 419, 1, 2. Subditi regum suorum decretis pareant, cur, V, 494, 1 ; VI, 92, 1. Eos revereri debent, VI, 15, 1. Eorum manum osculantur, 241, 2. Si a superioribus correpti, non sunt defendendi, XIV, 232, 2. Subditi obstrepentes superiori humaniter eos corripienti, incident in severum, V, 534, 1 : *Semper jurgia quærit malus : angelus autem Domini crudelis mittetur contra eum.* Si suos superiores affligant, sibi probrum et infelicitatem accersunt, VI, 39, 1. Subditi vitiosi prælatos fallaces et mendaces merentur, XII, 593, 2.

2° *Officia præpositorum erga subditos.* Superiores subditorum suorum curam gerant, V, 355, 2. Eos benigne habeant, VI, 85, 2. Modeste et reverenter cum iis agant, 358, 2. Nimiis tributis gravandi non sunt, 475, 2. Nec nimiis legibus et disciplina, 476, 2. Non sunt apud eos accusandi temere, 437, 1. Subditorum peccata e superioribus et pastoribus ascribuntur, XIV, 383, 1 (*Vide* Prælatus, Præpositus, Princeps, Rex, Superior).

SUBJICERE. Subjici Deo quid sit, XVIII, 405, 1.

SUBLEVARE. Sublevare animam est eam ad spem erigere, XIII, 339, 1.

SUBLINERE. Sublinere os est adulando decipere, V, 132, 2.

SUBLIMIS. Sublimia ruinæ patent, XIII, 60, 1. *In sublime tolli* quid sit, XVI, 171, 2 (*Vide* ALTUS, EXCELSUS).

SUBLIMITAS. Sublimitas mystica Dei quæ sit, XVIII, 617, 2 et seqq. (*Vide* DEUS).

SUBMITTERE. Submitti invicem debent Christiani, XVIII, 210, 1.

SUBRISUS. Subrisus subinde signum iræ despicientis adversarium, XIII, 583, 1, 2.

SUBSANNARE. Subsannare est probra et sannas ceu stulto irrogare, V, 50, 1.

SUBSCUDES. Subscudes in ædificiis quid sint, IX, 586, 2.

SUBSTANTIA. 1° *Substantia pro fundamento, substantia et vita*, X, 281, 2; 282, 1; XIX, 470, 1; *Psalm.* I, 443, 1. Eam Hebræi vocant *os*, XIX, 470, 1. Substantia nulla mala est, nec a diabolo producitur, XX, 54, 2. Substantiam omnem creatam Deus in aliam totaliter transmutare potest, XV, 102, 2.

2° Substantia rerum sperandarum quomodo sit fides, XIX, 469, (*Vide* FIDES, SPES).

3° *Substantia pro divitiis, vel re familiari sumpta.* Substantia festinata quæ dicatur, V, 384, 1, 2 (*Vide* DIVITIÆ). Substantia a prodigo dilapidata quid denotet, XVI, 206, 1.

SUBSTRUCTIO. Substructiones altaris non erant eædem cum gradibus, I, 608, 1.

SUBTER. *Subter vitem in ficum sedere* quid Hebræis sonet, XIV, 94, 2.

SUBTERRANEUS. Subterranea multa sub templo, III, 581, 2.

SUBTILIS. 1° Subtilia quæ vocet Propheta: erant ea pepla extima a capite ad talos demissa, XII, 610, 2.

2° Quam sit subtilis oratio humilis, X, 225, 2.

SUBTILITAS. 1° Subtilitatis dos non est qualitas, sed assistentia omnipotentiæ Dei ad penetrandum alia corpora, XVIII, 410, 1.

2° Subtilitas nimia in Scripturis cavenda, XV, 27, 2.

SUBTRACTIO Subtractionis filii, sunt filii Belial sine jugo, XIX, 467, 2.

SUBULA. Subulæ oculi quales, *Job*, 358, 2.

SUBURBANA. Suburbana proprie quæ vocentur, XII, 841, 1. Suburbana quæ sacerdotibus habere liceret, *ibid.*

SUBURBIA. Suburbia Romæ olim quam patuerint, 48, 1.

SUBVERSOR. Subversores qui dicantur, XII, 516, 2.

SUCCESSOR. Successores Alexandri fuere præcipui quatuor (*Vide* ALEXANDER).

SUCCESSUS. Successus bonus rei cujuslibet ita a Deo sperandus, ut tamen cum humana prudentia peragatur, XVIII, 504, 2 et seq.

SUCCINGERE. Succingit se homo ob quam causam, XX, 257, 2.

SUCCINUM. Succinum an sit electrum, XII, 478, 2 et seq. (*Vide* ELECTRUM).

SUCCUS. Succus cedri qua vi polleat, XII, 629, 2 (*Vide* CEDRUS).

SUCULÆ. Suculæ stellæ dicuntur ab Hebræis *Kesil*, per metathesin, V, 96, 1.

SUDARIUM. 1° Sudario cadaveris mortui facies ligabatur, XVI, 496, 1. Sudarium Veronicæ cum impressa Christi effigie Romæ asservatur, XV, 614, 2. Sudaria Pauli ægros curabant, XVIII, 13, 1.

2° Sudarium cur adhibeatur in sacrificio Missæ, XIII, 500, 2. Ipsum vocatur mappula vel amapha, *ibid.*

SUDES. Sudes est paxillus igne torridus in terra defixus, X. 252, 1.

SUDOR. 1° Sudor sanguineus Christi in horto qualis fuerit, XVI, 265, 2. Vere sanguineus sudor fuit, unde is ortus, *ibid.* Causæ ejus finales et morales, *ibid.* et seqq.

2° Sudores mortui quomodo sint deliciæ viventis, VII, 121, 1.

SUFFICIENS, SUFFICIENTIA. 1° Sufficientia a Deo petenda sunt, non superflua, VI, 433, 1, 2. Sufficiens sibi et sua sorte contentus, divinus est, XIX, 66, 2. Sufficientia eleemosynariorum, XVIII, 477, 1.

2° Sufficientia plena est in Deo, XVI, 543, 2.

3° Sufficiens gratia, etsi inefficax, magnum Dei donum est, X, 173, 2. Sufficiens auxilium ad conversionem quilibet peccator, quantumlibet magnus, a Deo accepit, XIII, 539, 2 et seq.

SUFFITUS. Suffitus ab exorcista energumeno adhibendi, IV, 292, 2. Suffitu jecoris callionymi Raphael fugavit dæmonem, 293, 1.

SUFFOCATUS. Suffocata cur Christianis vetentur, XVII, 302, 2. Ea esse cibos deorum ethnici censebant, *ibid.* Ab eis Judæi legis præscripto abstinere tenebantur, *ibid.*

SUFFRAGANEUS. Suffraganei quomodo archiepiscopum benedicant, XIX, 413, 2. Suffraganeus Trevirensis est episcopus Azotius, XIV, 455, 2.

SUFFRAGIUM. 1° *Suffragium pro suffragandi actione.* In suffragiis ferendis quis esset calculorum usus, XXI, 56, 1. Suffragii jus in conciliis soli episcopi habent, XVII, 299, 2.

2° *Suffragium pro prece.* Suffragia pro defunctis commendantur, IX, 254, 2 (*Vide* DEFUNCTUS, PURGATORIUM).

SUFFUSORIA. Suffusoria candelabri quæ dicerentur, XIV, 410, 1 (*Vide* CANDELABRUM).

SUGGESTIO. Suggestio dæmonis est velut caput serpentis, IX, 683, 1: *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris.* Suggestiones sunt tela diaboli, XVIII, 682, 1: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Suggestio ad honores, opes et delicias, ex ore dæmonis prodit, XXI, 302, 1, 2: *Et vidi de ore draconis, et de ore bestiæ, et de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.* Suggestiones concupiscentiæ cor distrahunt,

X,105,2 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine; congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Suggestio prima ad peccatum non est peccatum, XX,56,1,2 : *Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.* Suggestiones repentinæ examinandæ an a diabolo, an a Christo proveniant, XVIII, 428, 1 : *Cui autem aliquid donastis, et ego; nam et ego, quod donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana : non enim ignoramus cogitationes ejus.* Suggestiones malæ sunt oratione elidendæ, XVIII, 672, 2 : *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli* (Vide CONCUPISCENTIA, DÆMON, TENTATIO).

SUGILLARE. Sugillare quid sit, XVI, 239, 1. Unde vox dicatur, *ibid.* Quid metaphorice significet, *ibid.* Sugillare antagonistam in certamine quid sit, XVIII, 335, 1.

SUILLA. Suilla vesci apud Judæos nefas erat, XIII, 400, 2. Suillæ non comedendæ præceptum exacte servatum, IV, 270, 2 (*Vide* PORCINA CARO, PORCUS).

SUISTÆ. Suistæ hæretici unde et qui dicantur, XX, 469, 1.

SULAMITIS, SUNAMITIS. Sulamitis id est Salomonis uxor, VIII, 161, 1. Sulamitis eadem quæ Sunamitis, *ibid.* Sunamitis, id est oriunda ex Sunam oppido, 160, 2 et seq. Sulamitis quæ sit moraliter, 161, 2.

SULLA, vide SYLLA.

SULPHUR, SULPHUREUS. 1° Sulphuris vis infinita sub terra latet, IX, 238, 1. Sulphuris natura, XXI, 361, 1. Sulphur ardore suo omnia purificat, XIV, 591, 1. Sulphur verum in inferno erit, XXI, 341, 2; 361, 1. Sulphureus est ignis gehennæ, IX, 237, 2. Sulphur aptissimum est punitioni impiorum, 238, 1.

2° Sulphur quomodo de ore militum procedere videatur, XXI, 210, 2.

SULPITIUS. Sulpitii error de judice Simmichar post Samsonem, III, 218, 1, 2.

SULTANUS. Sultani unde dicti, VIII, 48, 2. Sultanus captivus e rotæ volutione spem meliorem concepit, XII, 510, 1.

SUNAMITIS mulier. Sunamitis mulier in Eliæum misericors, filium impetravit, XI, 302, 1, 2.

SUMMUS. Summa tentanda sunt, V, 183, 2, 184, 1 : *In omnibus operibus tuis præcellens esto, ne dederis maculam in gloria tua.*

SUMMUS PONTIFEX (*Vide* PONTIFEX).

SUMPTIO. Sumptio eucharistica nullum horrorem includit, XVI, 410, 2; 412, 1. Sumptio eucharistiæ quæ bene fit, quam animam perficiat et inflammet, XI, 367, 1 (*Vide* EUCHARISTIA).

SUMPTUS. Sumptus in Nazaræatus voto quare fierent, XVII, 382, 1.

SUPER. *Super* ample accipi potest, XV, 372, 1.

SUPERBIA, SUPERBUS. I. SUPERBIÆ NATURA, SPECIES ET GRADUS, EJUS VARIÆ IN SCRIPTURA ACCEPTIONES ET FIGURÆ. — 1° *Superbia quid.* Superbia est immoderatus appetitus propriæ excellentiæ, *Job*, 342, 1 : *Cunctis diebus suis impius superbit : et numerus annorum incertus est tyrannidis ejus.* Vox *superbus* unde derivetur, XVI, 41, 1 : *Dispersit superbos mente cordis sui, et exaltavit humiles.* Superbia vitæ est ambitio et fastus; ejus concupiscibile est omnis mundana pompa, XX, 546, 1 : *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ.* Superbia est in homine primum vivens, et ultimum moriens, XI, 626, 1. Superbiæ obnoxii sunt magni viri, *Psalm.* I, 224, 2, Superbus metaphorice dicitur inflatus, XVIII, 280, 1 : *Hæc autem transfiguravi in me et Apollo, propter vos, ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio.* Superbiæ pes quid, *Psalm.* I, 224, 2 : *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me.*

2° *Superbiæ species.* Superbiæ quatuor sunt species : *prima*, cum quis bonum, v. g.. virtutem a se habere putat; *secunda*, cum suis meritis illud tribuit; *tertia*, cum putat se habere quod non habet; *quarta*, cum quis vult esse singularis, ideoque alios despicit et vituperat, XVI, 242, 1 : *Pharisæus stans, hæc apud se orabat : Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri · velut etiam hic publicanus.* Superbiæ gradus, XVIII, 213, 1.

3° *Superbiæ variæ acceptiones.* Superbia aliquando capitur pro *magnificentia*, XI, 709, 1 : *Pro eo quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem et generationem.* Item pro gloria et splendore, *Job*, 421, 2 : *Si ascenderit usque ad cælum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur : et qui eum viderunt, dicent : Ubi est?* Superbia Jordanis quæ dicatur, XII, 311, 2 : *Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam.* Superbia Jordanis quid proverbialiter significet, 106, 1, 2 : *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis?* Superbia Judæorum erat templum, 556, 2 : *Et adducam pessimos de gentibus, et possidebunt domos eorum : et quiescere faciam superbiam potentium, et possidebunt sanctuaria eorum.*

4° *Superbiæ symbola.* Superbi potentes montes terræ vocantur, *Psalm.* 303, 1, 2. Superbia per lepram capitis significatur, II, 85, 2. Et per camelum, 63, 1. Est sanguisuga, VI, 445, 1. Superbi per aves denotantur, V, 43, 2; IX, 442, 1. Cur vermi comparentur, IX, 234, 2. Superbia in glacie

denotatur, VI, 140, 1. Ferro duro et acuto assimilantur, X, 134, 2. Superbia fulgure designatur, XVI, 148, 1, 2. Superbi et obstinati cedro similes, *Psalm.* I, 165, 1.

II. SUPERBIÆ ORIGO ET CAUSA. — Superbia non est homini naturalis, IX, 317, 2 : *Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum.* Superbiæ origo est a Deo apostatare, quod exemplo Adami probatur, 312, 1 : *Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo, quoniam ab eo, qui fecit eum, recessit cor ejus.* Superbia ex nimia potentia nascitur, IV, 179, 1 : *Egressumque est nomen ejus* (Oziæ) *procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, et corroborasset illum. Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, et neglexit Dominum suum.* Ex magna sui opinione oritur, VI, 312, 1 : *Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.* Superbum facit ventosa scientia, XVIII, 324, 1 : *De iis autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus; scientia inflat, charitas vero ædificat.* Superbia in regibus maxime dominatur, IX, 302, 1. Superbiæ regnum unde nascatur, VII, 185, 1.

III. SUPERBIÆ ET SUPERBORUM INGENIUM ET MORES. — 1° *Superbi sunt elati, tumentes, arrogantes.* Superbi pascuntur honore et opinione sui, V, 277, 1 : *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes.* Omnem gloriam sibi servant, VI, 401, 1. Semper hic jactant, cum sæpe parum aut nihil habeant, V, 380, 1 : *Est quasi dives, cum nihil habeat; et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit.* Superbi considerant ea quibus ipsi alios superent, XIX, 21, 1 : *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam : sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.* Suum fastum ubique ostentant, VI, 97, 2 : *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis : lucerna impiorum peccatum.* Superbus cur complicari manus, et edere carnes dicatur, VII, 170, 1. Superbi sunt anima lati, VI, 385, 2 et seq. : *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat.* Sunt inverecundi, audaces, impudentes, IX, 598, 2. Superbia se prodit per oculos elatos et fastuosos, 596, 2 : *Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte a me*, Job, 339, 1, 2 : *Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos?* 482, 2 : *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria : et qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur.* Superbia est exaltatio oculorum, VI, 97, 1. Superborum descriptio et arrogantia, IX, 301, 1, 2. In corde tument arrogantia, 137, 1 : *Synagogæ superborum non erit sanitas, frutex enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligetur.* Nihil timent, X, 159, 1, 2 : *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem : etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.* Superbus alta petit, igni confertur, nec satiatur, VI, 442, 1. Quare altam et vagam habeat imaginationem, 97, 1. Superbi usque ad cœlum exaltari dicuntur, XXI, 240, 1, 2. Superbi se astris æquant, XIV, 8, 2 : *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum : qui dicis in corde tuo : Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Superbi omnes vento inflati sunt, *Psalm.* II, 348, 2 : *Multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, et despectio superbis.*

2° *Superbi despiciunt alios, sunt invidi, dolosi, violenti.* Superbi despiciunt et contemnunt alios, V, 167, 1 ; 314, 2 : *Ubi fuerit superbia, ibi erit contumelia; ubi autem est humilitas, ibi sapientia;* 403, 2 : *Ambulans recto itinere, et timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.* Se despicientes despiciunt, 314, 2. Alios illudunt, X, 42, 2 : *Illusio, et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.* Invident aliis, IX, 374, 1, 2 : *Non agnoscetur in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia; et in malitia illius, amicus agnitus est.* Superbi maxime sunt dolosi, 362, 1 ; 363, 1, 2 : *Non omnem hominem inducas in domum tuam : multæ enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, et sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum, sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui.* Socios suos perfide traducunt, 364, 2 : *Bona enim in mala convertens insidiatur, et in electis imponet maculam.* Superbiam suam obtegunt, specie externa se humiliantes, XVI, 195, 2. Omnibus injurii sunt, VI, 119, 2 : *Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Statim in verba et facta contumeliosa prorumpunt, *ibid.* et seq. Sunt in alios injuriosi et contumeliosi, XVI, 41, 1. Destruunt judicium, VI, 393, 2. Tyrannidem exercent, *Job*, 342, 2 : *Cunctis diebus suis impius superbit : et numerus annorum incertus est tyrannidis ejus.* Superbi ad sanctorum depressionem conspirant, 510, 2.

3° *Superbi aliis fastum suum afflant*, IX, 383, 1, 2 : *Qui teligerit picem, inquinabitur ab ea, et qui communicaverit superbo, induet superbiam.* Superbia velut pix est, 383, 1. Cur ipsa se affricat cum superbia communicanti, *ibid.*

4° *Superborum stultitia et insania.* Superborum quanta sit stultitia exemplis docetur, I, 508, 2 et seq. Est mere insania quæ hominem facit quasi titaneum, IV, 322, 2 : *Præceperat..... illi* (Holoferni) *Nabuchodonosor rex ut omnes deos terræ exterminaret, videlicet, ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari*, XX, 180, 1. Est insipientia et stultitia, V, 314, 2 ; VI, 313, 1 ; IX, 190, 1 : *Non*

te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus; ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Superbi sunt stolidi, cur, VI, 120, 1. Superbia est idolum fallax, XII, 311, 1 : *Arrogantia tua decepit te, et superbia cordis tui, qui habitas in cavernis petræ, et apprehendere niteris altitudinem collis, cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Superbi non sunt sapientes, IX, 442, 1, 2 : *Homines stulti non apprehendent illam* (sapientiam), *et homines insensati non videbunt eam; longe enim abest a sapientia et dolo.* Superbus quare sapientiam non assequatur, V, 408, 2 : *Quærit derisor sapientiam, et non invenit; doctrina prudentium facilis.*

5° *Superbiæ imbecillitas*, IX, 189, 1. Est mera paupertas superbientis, 672, 1 : *Tres species odivit anima mea, et aggravor valde animæ illorum, pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.* Superbi non tenent superbiam, sed tenentur a superbia, *Psalm.* I, 476, 1 : *In labore hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate et impietate sua.*

IV. SUPERBIÆ QUANTUM CRIMEN. 1° *Superbiæ gravitas, et quam exosa Deo et hominibus.* Superbiæ gravitas, V, 503, 1 : *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Superbia est omnis injustitia, XV, 108, 2 et seq. Cur sit summa injustitia, XVII, 366, 2. Cur vocetur injuria Dei, V, 502 et seq. Superbos Deus exosos habet, IX, 301, 2 : *Odibilis coram Deo est et hominibus superbia; et execrabilis omnis iniquitas gentium.* Deo et hominibus sunt exosi, V, 314, 1; 515, 2; IX, 122, 2; 123, 1. Cur Deo et hominibus exosi, IX, 301, 1. Deum oppugnant, *Job*, 345, 2 : *Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est. Cucurrit adversus eum erecto colto, et pingui cervice armatus est.* Superbia in Ecclesia et Religione maxime Deo displicet, XIV, 306, 2 : *In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis, quibus prævaricata es in me : quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, et non adjicies exaltari amplius in monte sancto meo.*

2° *Superbia est peccatum Luciferi*, IX, 313, 1; XI, 292, 1. Fecit ex angelis dæmones, XVIII, 213, 2. Superbi sunt filii diaboli, IX, 312, 1. Diabolum imitantur, XII, 629, 2. Superbi sunt Luciferi socii, XI, 292, 1. Superbi luciferum stellam colunt, cur, XIII, 591, 2. Superbus antonomastice est diabolus, *Job*, 526, 1 : *In fortitudine illius repente maria congregata sunt : et prudentia ejus percussit superbum.* Superbia in homine damnabilior est quam in angelo, IX, 315, 1.

3° *Superbia initium, radix et causa est omnis peccati*, IV, 285, 2 : *Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio*, IX, 312, 2 : *Initium omnis peccati est superbia; qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, et subvertet eum in finem;* XIX, 259, 1. Ea in omni peccato reperitur, IX, 313, 1. Ex ea quomodo omnia peccata oriantur, 313, 2 et seq. Superbia est virtutum scopulus, *Job*, 709, 1. Omnium virtutum ruina est, XIII, 407, 2 et seq. Est caput vitiorum, X, 234, 2 : *Contere caput principum inimicorum dicentium : Non est alius præter nos.* Ejus proles et filiæ, V, 503, 1; VI, 147, 1 : *Qui seminat iniquitatem, metet mala, et virga iræ suæ consumetur*, IX, 190, 1, 2; 597, 1; XII, 619, 1 : *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, et abundantia, et otium ipsius et filiarum ejus : et manum egeno et pauperi non porrigebant.* Superbia mater est omnis sceleris et confusionis, XIV, 306, 1. Est initium omnis perditionis, *Psalm.* I, 224, 2. Est primogenita mors, XVIII, 99, 1. Superbia est mater hæreseos, XIX, 92, 2 : *Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ;* 181, 1 : *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Superbia hæreseos fons est, et signum hæreticorum, XVII, 195, 2; XX, 453, 1 : *Novit Dominus..... iniquos..... in diem judicii reservare cruciandos; magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes.* Est initium apostasiæ, XVIII, 511, 1 : *Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis.* Superbia mater libidinis, humilitas castitatis, VIII, 482, 2; X, 8, 1 : *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum et in palpebris illius agnoscitur.* Radix est detractionis, X, 61, 1. Est radix omnis injustitiæ et contumeliæ, XIX, 301, 1 : *Odibilis coram Deo est et hominibus superbia; et execrabilis omnis iniquitas gentium.* Filia ejus est iracundia, 318, 1. Valde amicitiam destruit, 590, 2 : *Ad amicum si apererueris os triste, non timeas : est enim concordatio; excepto convicio, et improperio, et superbia, et mysterii revelatione, et plaga dolosa, in his omnibus effugiet amicus.* Superbi semper jurgia concitant, VI, 385, 2 et seq. : *Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat.* Superbia est mater dissidii et belli, 47, 1 : *Honor est homini qui separat se a contentionibus; omnes autem stulti miscentur contumeliis*, XV, 108, 2 et seq.; XX, 171, 1 : *Unde bella et lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris*

vestris ? Progignit lites et jurgia, et cur, VI, 383, 2 : *Inter superbos semper jurgia sunt; qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia;* 504, 1, 2: *Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.* Multis fuit causa belli, IV, 317, 1. Ea in causa est cur regna evertantur, IX, 302, 2 ; 303, 1 : *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias, et contumelias, et diversos dolos.*

V. Superbiæ pœna. 1° *Superbi a Deo humiliantur et deprimuntur*, IV, 346, 1. Superbos deprimere proprium est Dei, V, 482, 2; IX, 319, 2 : *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum : semen autem hoc exhonorabitur quod præterit mandata Domini ;* 389, 2 : *Humiliare Deo, et expecta manus ejus, attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris ;* XI, 292, 2 : *Qui dicebas in corde tuo : In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen in infernum detraheris, in profundum laci ;* XII, 629, 2 : *Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile : et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, et feci :* XX, 180, 2 ; *Job*, 754, 1 : *Disperge superbos in furore tuo, et respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, et confunde eos, et contere impios in loco suo. Absconde eos in pulvere simul, et facies eorum demerge in foveam : et ego confitebor, quod salvare te possit dextera tua.* Superbi a Deo spernuntur, 679, 2 : *Non auferet a justo oculos suos, et reges in solio collocat in perpetuum, et illi eriguntur. Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum et scelera eorum, quia violenti fuerunt ;* Psalm. II, 326, 1 : *Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis, quia injusta cogitatio eorum.* Subito pereunt et corruunt, *Job*, 125, 1 : *Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim ;* 303, 2 : *Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cervices vestræ ;* 510, 1 : *Elevati sunt ad modicum, et non subsistent, et humiliabuntur sicut omnia, et auferentur, et sicut summitas spicarum conterentur.* Superbis Deus resistit, 346, 1 ; 421, 2. Sternuntur et fulminantur, IV, 379, 2. Superbi sua ipsius superbia disperguntur, XVI, 40, 2 et seq. Eorum fastus et lapsus, XIV, 8, 2.

Superbum sequitur ignominia, V, 314, 1, 2 : *Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia ; ubi autem est humilitas, ibi sapientia.* Superbus contumeliam sibi arcessit, *ibid.*, 2. Sectantur honorem, sed infamiam incurrunt, VI, 120, 2. Superbia hominem reddit indecorum et ignobilem, IV, 285, 2. Probro hominem afficit, VI, 410, 2 : *Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria.* Ea gradus ad ruinam est, V, 479, 2 : *Timor Domini, disciplina sapientiæ ; et gloriam præcedit humilitas.* Superbos sequitur illusio et improperium, X, 43, 1 : *Illusio, et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi.* Superbia homines facit viles et abjectos, XIX, 22, 1. Superbi quomodo a Deo puniti et ignominia affecti declaratur exemplo Adami, IX, 313, 1. Sodomitarum, 461, 1, 2. Arphaxad, IV, 318, 1, 2 ; Amani, 379, 2 ; Antiochi Epiphanis, 542, 1, 2. Chosroæ regis Persarum, 400, 2. Superborum opes et familias Deus evertit, V, 469, 1 : *Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet terminos viduæ.* Superbia fuit causa dispersionis Judæorum, *Psalm.* II, 381, 1, 2 : *Disperge illos in virtute tua : et depone eos, protector meus, Domine. Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum ; et comprehendantur in superbia sua.* In superbos semper Deus animadvertit, IX, 315, 2 : *Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eo.* Per humiles conteruntur, V, 503, 2 ; IX, 315, 2. Turpiter sæpe in calamitatem ruunt, X, 485, 2 : *Numquid non occidit gigantem, et abstulit opprobrium de gente ? In tollendo manum, saxo fundæ dejecit exultationem Goliæ.* Superbi quibus hostium et malorum in cursibus pateant, VI, 292, 2,

2° *Superbiæ pœnæ quæ magis ad animam superbientem spectent.* Superbiens ob Dei dona et gratias deseritur a Deo, donisque privatur, XIII, 407, 2 : *Da eis, Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia.* Superbiam punit Deus per peccata subsequentia, V, 502, 2 ; *Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.* Superbientes ob continentiam quomodo Deo permittente sæpe excidant, XII, 414, 2 : *Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis.* Superbiam solet Deus per carnis luxuriam punire, I, 608, 2 : *Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudo tua ;* VI, 157, 2 : *Fovea profunda os alienæ : cui iratus est Dominus, incidet in eam ;* XIII, 354, 1, 2 : *Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, et Dominum non cognoverunt. Et respondebit arrogantia Israel in facie ejus : et Israel et Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Judas cum eis ;* XVIII, 54, 2 : *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam : ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium ; et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula, Amen. Propterea tradidit illos in passiones ignominiæ.*

Superbia superbum quiescere non sinit, IV,

679, 2. Est onus grave superbienti, XV, 297, 2. Superbus maxime dolet cum despicitur, V, 314, 2. Superbiens de culpa quam superat, quasi sub hoste quem prosternit moritur, IV, 444, 1 : *Et ivit* (Eleazarus) *sub pedes elephantis, et supposuit se ei, et occidit eum ; et cecidit in terram super ipsum, et mortuus est illic.*

3° *Superbiæ pœnæ in altera vita.* Superbia est evidens signum reprobationis, V, 503, 2; IX, 315, 1; XIX, 22, 2. Superbi potissimum in die judicii exagitabuntur, XIII, 519, 2 : *Verum quid mihi et vobis, Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palæstinorum ? numquid ultionem vos reddetis mihi ? et si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.* Superbi in die judicii futuri ut stipula, XIV, 606, 1 : *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus ; et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem, stipula ; et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem et germen.* Superbia damnatorum et dæmonum apte in gehenna igne punitur, IX, 237, 2 : *Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis.*

VI. Superbiæ remedia. — Superbiæ cavendæ rationes novem, IX, 29, 2 in *titul.* Superbia hominis quomodo retundatur, XVIII, 74, 1 : *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei.* Quomodo quis non superbiat, X, 144, 1. Homines tumescere desinent, si ortum et interitum suum considerare velint, IX, 306, 1 : *Quid superbit terra et cinis?* Ea retunditur vilitatis propriæ consideratione, XVI, 459, 2. Superbiæ remedium est mortis meditatio, XVII, 292, 1, 2 : *Quod ubi audierunt apostoli Barnabas et Paulus* (populum sibi quasi diis sacrificare velle), *conscissis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes et dicentes : Viri, quid hæc facitis ? et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt.* Superbiam suam homo metiatur ex adversitate qua ei medetur Deus, XII, 435, 2. Superbiæ remedium afflictiones, *Job*, 647, 1 : *Per somnium, in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina, ut avertat hominem ab his quæ facit, et liberet eum de superbia : eruens animam ejus a corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium.* Superbos Deus timore et amore sui concutit, X, 404, 2 : *In conspectu ejus commovebuntur montes, et in voluntate ejus aspirabit Notus* (Vide Arrogantia, Humilitas, Præsumptio).

SUPERCESTARE. Supercestare quid sit, XX, 655, 1.

SUPERCILIUM. Supercilia sunt oculorum propugnaculum, V, 184, 2.

SUPERFLUUM. Superflua divitum sunt pauperum, debito charitatis, IX, 142, 1. Superflua eroganda in egenos, XVIII, 472, 1 (*Vide* Eleemosyna, Paupertas).

SUPERIOR. 1° *Quales esse debeant superiores.* Primo. *Quales in vita sua.* Superiores quantum onus in regimine sustineant, XIV, 383, 2. Ab iis exiget animas Christus judex, *ibid.* Superiores sæpe puniuntur propter peccata subditorum, III, 283, 2. Superiores mali dantur in vindictam peccatorum populi, 307, 1, 2. Superior qualis, tales et subditi, IX, 295, 1, 2 : *Secundum judicem populi, sic et ministri ejus ; et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea.* Superiores Deo sint obedientes, ut subditi illis obediant, III, 353, 2 : *Et dixit Samuel ad Saül : Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum ejus Israel ; nunc ergo audi vocem Domini.* Suis subditis præeant virtutum exemplis non minus quam verbo, V, 154, 2 : *Fac ergo quod dico, fili mi, et temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ ;* X, 14, 2 : *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super ætatem stabilem ;* XVI, 383, 1 : *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.* Sibi servent abjectiora, speciosiora subditis relinquant, 546, 1 : *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet.* Superior sit potius prudens quam sanctus, XVII, 70, 2.

Secundo. *Quales erga subditos.*. Superiores sunt patres et matres fidelium spirituales, V, 32, 1 : *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ.* Per pastores ovium repræsentantur, VI, 357, 1 : *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera : non enim habebis jugiter potestatem, sed corona tribuetur in generationem et generationem.* Vigilare debent, 503, 1 ; 521, 2 : *Consideravit semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit.* Quatenus subditos notare debeant, V, 187, 1 : *De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, et video parvulos, considero vecordem juvenem.* Superiores Religionis suis de rebus necessariis prospiciant, 508, 1, 2 : *Non timebit domui suæ a frigoribus nivis : omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus.*

Superior subditis non sit terrori, sed amori, IX, 477, 2. Subditis se æquet, X, 143, 1 : *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis.* Superiores cum se submittunt, insignem humilitatis actum exercent, XVIII, 210, 1 : *Charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes.* Superiores multi, die Jovis sancto, suorum pedes lavant, XVI, 525, 2 ; 527, 2. Superior gerat se modeste, non præfracte, XV, 452, 1, 2 : *Jesus autem vocavit eos ad se et ait : Scitis quia principes gentium dominantur eorum, et qui majores sunt potestatem exercent in eos.*

Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister : et qui voluerit primus esse, erit vester servus. Superior sit pius, benignus, et velut minister, 490, 2. Superiores aliquando mittuntur, XVII, 197, 1. Si sint nimis severi et morosi, sunt multorum peccatorum causa in subditis, VI, 286, 2. Superiores durius cum subditis aliquo vitio tentatis agentes ab eodem postea vexati fuere, XVIII, 572, 1 : *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris.* Subditis non superbe sed humiliter imperent, 238, 2 : *Audacius scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi a Deo.* Superiores qui fuere inferiores, modeste imperare sciunt, X, 145, 1. Ab injuriis abstineant, XX, 669, 1. Caveant ne de se diffideant subditi, XVIII, 464, 2 : *Multa enim fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis.*

Superiores non sint nimis suaves, V, 293, 1 : *Via vitæ custodienti disciplinam : qui autem increpationes relinquit, errat.* Superior non nimis se demittat cum auctoritatis jactura, IX, 293, 1 : *Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.* Superiores imitari debent Proteum, V, 534, 2. Et quædam animalia, VI, 468, 1.

Subditos debent sæpe monere et corrigere, quare, V, 259, 1 : *Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientiam, et diliget te,* VI, 446, 2. Eorum est semper commonere, XX, 425, 1 : *Propter quod incipiam vos semper commonere de his, et quidem scientes et confirmatos vos in præsenti charitate.* Superior in corrigendis subditis quomodo se gerat, XVIII, 571, 2. Superioris ira a Deo est quando subditos corrigunt, III, 322, 2. Superiori reum indicare ut corrigatur, actus est sanctitatis, 350, 1. Superioris in Religione est suos mortificare et probare, XX, 24, 2. Idque sensim et per minora ad majora ascendendo, 129, 1. Superiores suis dent occasiones proficiendi, V, 260, 1 : *Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Subditorum indoli convenientia injungant, VI, 501, 2 : *Consideravit agrum, et emit eum; de fructu manuum suarum plantavit vineam.*

2° *Qualia subditorum officia erga superiores.* Superior est vicarius Dei, ei ergo obediens, Deo obedit, XVI, 85, 1 : *Et descendit cum eis* (Jesus), *et venit Nazareth, et erat subditus illis.* Is in superiore considerandus, 147, 1 : *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.* Superioribus debetur obedientia ab inferioribus, ipsi illi charitatem debent, III, 646, 1. Iis pareant subditi ex amore Christi, non timore pœnæ, XVIII, 661, 2 : *Subjecti invicem in timore Christi.* Eorum præcepta etiam rigida a subditis servari debent, III, 351, 1. Superiores etiam impios revereri oportet, III, 408, 2; 419, 1. Superiori contraria legi divinæ jubenti non est parendum, XV, 488, 1. Superiores a subditis non sunt reprehendendi, III, 455, 1, 2. Ab inferioribus tamen aliquando corrigi possunt, quod reprehensione S. Petri a S. Paulo facta probatur, XVIII, 530, 2. Superiores sunt consulendi ab inferioribus, X, 257, 2 : *Anima viri sancti enuntiat aliquando vera quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum* (Vide OBEDIENTIA, PRÆLATUS, PRINCEPS, SUBDITUS).

SUPERIORA. Superiora inferioribus subjici debent, IX, 155, 1.

SUPERLATIVUS. Superlativus gradus, reliquos in se formaliter continet, IX, 681, 1.

SUPERLIMINARE. 1° Superliminaria templi quomodo vi clamoris commota, XI, 175, 2. Superliminare templi fractum atque divisum est in excidio urbis et templi per Titum, XV, 634, 1.

2° Superliminare crapulæ vel tremoris quod dicatur respectu Jerusalem, XIV, 501, 2 et seq. Quid hoc tropologice significet, 503, 1.

SUPERNATURALIS. Supernaturalia Dei attributa naturali discursu cognosci nequeunt, XIX, 278, 1 (*Vide* MYSTERIUM). Supernaturalis Dei imago in homine peccando amittitur, XVIII, 642, 1 (*Vide* PECCATUM). Hæc in baptismo accipitur, *ibid.* (*Vide* BAPTISMUS, REGENERATIO, etc.). Supernaturales rationes nobis sectandæ sunt in vita agenda, XIII, 233, 1 (*Vide* FIDES).

SUPERSUBSTANTIALIS. Quid per supersubstantialem panem intelligatur, et quis is panis sit, XV, 191, 1, 2 et seqq.

SUPERSTITIOSUS. *Superstitiosi* et *superstitio* unde dicatur, XVII, 323, 2. Superstitiosum est ex Scriptura nomen divinum de aliqua re futura capere, XIII, 252, 1, 2 (*Vide* OMEN, SCRIPTURA SACRA, SORS). Superstitiosa nonnulla habet Plinius, IX, 264, 1.

SUPERVACUUS. Supervacua non sunt scrutanda, IX, 130, 1.

SUPINUS. Supinus collis quid proprie sit, XI, 514, 1.

SUPPLANTARE. Supplantare proprie quid sit, XVI, 528, 2. Supplantare adversarium quid sit, XVIII, 335, 1.

SUPPLEX. Supplices olim tenebant genua ejus cui supplicabant, IV, 381, 2. Supplicibus injuste vexatis facile aderant Romani, 549, 2.

SUPPLICARE. *Supplicare* quid proprie significet, XIX, 482, 1.

SUPPLICIUM. 1° *Supplicia a Deo irrogata.* Supplicia Deus infligit ad mensuram scelerum, V, 495, 2 : *Pondus et statera judicia Domini sunt : et opera ejus omnes lapides sacculi.* Ea peccantibus omnibus æqualiter irrogat, VI, 309, 2 : *Judicium determinat causas.* Supplicii tarditatem gravitate Deus compensat, XVIII, 57, 2 : *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contem-*

nis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurisas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei. Supplicium peccati cur dicatur vinculum plaustrale, XI, 161, 1, 2: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustri peccatum!* Supplicium gravius debetur peccanti contra legem scriptam quam naturalem, XVIII, 60, 1: *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: et quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Supplicia quæ Deus in domos facinorosorum immittit, eas molunt, donec ad fundamenta eos comminuant, XIV, 415, 2; 416, 1; *Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur: et omnis jurans, ex hoc similiter judicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum, et veniet ad domum furis, et ad domum jurantis in nomine meo mendaciter: et commorabitur in medio domus ejus, ut consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.* Supplicia a Deo immissa humiliter et libenter sunt accipienda, XXI, 87, 1, 2: *Ego quos amo, arguo et castigo* (Vide Dei justitia, Peccator, Peccatum).

Supplicia damnatorum quale, *Job*, 504, 2 (*Vide* Damnati, Infernus, Peccator).

2° *Supplicia ab hominibus inflicta.* Judæi quæ et quot haberent supplicia, II, 132, 2; XV, 615, 2, Supplicium ordinarium Judæis erat gladius, non crux, II, 132, 2. Supplicia reis infliguntur ad aliorum terrorem, VI, 41, 1.

SUPPUTATIO. Supputatio divitiarum Salomonis impossibilis, VII, 100, 1 (*Vide* Salomon).

SUPRA. Supra doctrinam, vires et ingenium quæ sunt et fiunt, non perveniunt ad maturitatem, nec felicem exitum sortiuntur, XIII, 395, 1.

SUR. Sur fuit unus e quinque principibus Madian, qui filiam suam Cozbi Hebræis prostituit, II, 343, 1.

SURCULUS. Surculus cur vocetur Christus, XIV, 388, 2.

SURDITAS, SURDUS. 1° *Surditas corporalis seu physica.* Surditas duplex: una inchoata, altera perfecta, XI, 528, 1. Ejus causa triplex, *ibid.* Ejus curandæ ratio, *ibid.* Surdus semper est mutus, XV, 251, 1.

2° Surditas spiritualis item duplex, XI, 528, 1. Surditas voluntaria obstinatæ mentis est signum, XVIII, 190, 2. Surdi vocantur Gentiles, XI, 409, 1. Surdo maledicere, quid sit tropologice, II, 121, 1.

SURGERE. Surgendum e somno peccatorum, XVIII, 654, 2.

SURSUM. *Sursum flumina* parœmia ubi et quando habeat locum, XI, 151, 2.

SUS. 1° Sues quia parvam frontem habent, indociles sunt et stupidæ, XII, 522, 2. Suis stupor et hebetudo, XX, 470, 1.

2° Sus immunda impudicæ mulieris symbolum, V, 332, 1. Item stulti, *ibid.*, 2. Item gulosi et immundi, *ibid.* Item indocilitatis et impudentiæ, *ibid.*

SUSA. *Susa* est vox hebræa, chaldæa et persica: unde dicta, XII, 99, 1. Susa urbs regia Persarum regum et metropolis Persiæ ita dicta a liliorum copia, cur vocetur castrum, IV, 231, 1; 361, 1; XIII, 99, 2; 100, 1. Ubi sita, quis eam condiderit et auxerit, IV, 361, 1. Susa an sit in Ælamitide, XI, 269, 2.

SUSANNA (S.). Historia Susannæ est Scriptura canonica, XIII, 179, 1. Est hæc prima Danielis prophetia, *ibid.*, 2. Non est a Daniele scripta, sed videtur transcripta a quopiam Hebræo qui in captivitate Babylonica scripsit diaria et chronica regum Medorum, 180, 1. Hæc historia sub quo Persidis rege contigerit, 188, 1, 2. Susanna a Daniele quando liberata sit, XI, 87, 1. Susanna se lavans, quantum periculum adierit, XIII, 182, 1. Hebraice significat *lilium, ibid.* Maluit mori quam Deum offendere, I, 352, 2. Susannæ pudor fuit bonus et sanctus, IX, 162, 1. Ejus castitas expenditur, XIII, 184, 1. Ejus castitas major est quam sit Lucretiæ Romanæ, 183, 1. Susannæ innocentia manifesta, *Psalm.* I, 231, 2. S. Susanna invocatur in infamia et ignominia, et in periculis virginitatis, XIX, 378, 2.

SUSANNA matrona Christum alens, fuit ejus discipula: quid hebraice *Susanna* significet, XVI, 133, 2.

SUSANNA (S.) martyr. S. Susanna martyr, neptis Diocletiani imperatoris et Caii Pontificis, mori maluit quam violari, XIII, 182, 2.

SUSANNA virgo in Japonia. Susanna virgo pro fide intrepide Nangasaci in Japonia occubuit, VIII, 68, 1.

SUSCEPTOR. Susceptores in Baptismo vel Confirmatione, eos pro quibus spoponderunt, instruant et ad bonum dirigant, V, 154, 2.

SUSCEPTIO. Susceptio matutina quid, *Psalm.* I, 120, in *titul.*

SUSCIPERE. 1° *Suscipere* in Scriptura varia significat, XVI, 41, 2; XVIII, 237, 1. *Suscipio* capitur pro *adjuvo, opitulor, protego, dirigo*, V, 342, 2; IX, 119, 2. *Suscipere* in Scriptura *omne obsequium exhibere* significat, XX, 643, 1.

2° Suscipiens parvulos in nomine Christi, Christum recipit, XV, 400, 2.

SUSCITATIO. 1° Suscitatio seminis fratri defuncto fuit in usu ante legem Moysis, et post eum observata e Gentilibus, III, 236, 2; 237, 1.

2° Suscitatio tabernaculi Davidis quod cecidit, ab Amos prædicta, de tempore Christi intelligenda est, XIII, 642, 1, 2.

SUSIM. *Susim* sunt equi communes et curruies, XII, 698, 2.

SUSPECTUS. A suspectis non est capiendum consilium, X, 250, 2 et seq,

SUSPENDIUM. 1° Suspendii mors infamis, *Job*,

194, 2. Suspendium Judæ fuit clarum testimonium innocentiæ Jesu, XV, 598, 1.

2° Suspendium animæ quid sit, XIV, 255, 1. Suspendium mysticum honoratum, *Job*, 194, 2.

SUSPENSUS. Suspensorum corpora etiam olim in cruce solita relinqui, I, 357, 1. Suspensi in cruce execrabiles erant, XVIII, 541, 2. Eadem die de cruce vulgo deponebantur, *ibid.* At jam in ea computrescunt, 542, 1.

SUSPICARI, SUSPICAX, SUSPICIO, SUSPICIOSUS. Suspicaces sunt plerumque obnoxii ei vitio, quod in altero imaginantur, VI, 188, 2. Suspiciosi in multis errant et delirant, IX, 132, 1, 2. Suspicandum non est sinistre de viris probis, XV, 66, 1. Suspicio mala de proximo mala est, 206, 1. Suspiciones malæ sequuntur ex logomachia hæreticorum, XIX, 255, 1 (*Vide* JUDICIUM TEMERARIUM).

SUSPICERE. Suspicere quid proprie sit, V, 49, 2.

SUSTENTARE, SUSTENTATIO. 1° Sustentatio debetur prædicatoribus : unde vocetur merces et stipendium, XV, 273, 2. Sustentatio debetur verbi ministro et Ecclesiæ, non quasi pretium rei, sed quasi stipendium, XVIII, 330, 1. Ea vocatur merces, cur, XIX, 247, 1. (*Vide* CONCIONATOR).

Sustentare justum quid sit, VII, 268, 1.

2° *Sustentare* pro *expectare* aliquando sumitur, IX, 95, 1.

SUSTINENTIA. Sustinentia spei est patientia ex spe præmii, XIX, 116, 1. Sustinentiæ fructus qualis, *Job*, 190, 2 (*Vide* PATIENTIA, SPES).

SUSTINERE. 1° *Sustinere Dominum*, quid, *Psalm.* I, 139, 1 ; 155, 2. Sustinentes Dominum in via veritatis et justitiæ eum ut Dominum sentient, IX, 184, 2.

2° Sustinere dura patiendo, majus est quam eadem aggrediendo aliis inferre, V, 515, 1 ; 516, 1.

3° *Sustinere* idem est quod *favere, fovere, tueri*, XV, 198, 1.

SUSURRATIO, SUSURRO. 1° *Quid sit susurratio, susurro.* Susurrationes sunt occultæ detractiones, XVIII, 508, 2 : *Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo, inveniam vos : et ego inveniar a vobis qualem non vultis : ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos.* Susurro est qui occulte detrahendo in aliquem, odium aut dissensionem molitur, IX, 184, 1 : *Non appelleris susurro, et lingua tua ne capiaris, et confundaris.* Unde dictus, et unde vox formetur, *ibid.* Comparatur furi, et idem est cum bilingui, 185, 1 : *Super furem enim est confusio et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem ; susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia.* Susurro duplex habet cor et linguam, V, 567, 1 ; *Verba bilinguis quasi simplicia ; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris.* Quomodo susurronum verba videantur simplicia, VI, 319, 2 : *Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad interiora ventris.*

2° *Susurratio gravissimum scelus*, V, 165, 2 ; 166, 1, 2 : *Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus : oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.* An sit homicidio gravius, 166, 1, 2. Tollit fraternum amorem, *ibid.* et 2. Civitates, respublicas, collegia evertit, *ibid.*, 2. Est gravior detractione et contumelia, *ibid.* Susurro laborat ut amicitiam dissolvat, V, 511, 2 : *Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes.* Etut jurgia inter amicos suscitet et foveat, VI, 151, 2 : *Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ ; 318, 2 : Cum defecerint ligna, extinguetur ignis ; et susurrone subtracto jurgia conquiescent.* Susurrones sunt velut carbones, VI, 319, 1 : *Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.* Susurronis molimina, V, 511, 1 : *Vir impius fodit malum, et in labiis illius ignis ardescit.* Principes sæpe ad bella concitat, *ibid.*, 2. Ejus verba sunt quasi verbera et vulnera, 566, 2. Ejus odium et noxa, IX, 185, 1. Odii et noxæ malignitatem in intima cordis derivat, V, 566, 2. Susurro est latro, XII, 662, 1 : *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, et super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui.* Susurrones sunt alienæ famæ eversores, *Job*, 176, 1 : *Super pupillum irruitis, et subvertere nitimini amicum vestrum.* Susurrones in communitate sunt viperæ et proditores, XII, 82, 2 : *Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, et derelinquam populum meum, et recedam ab eis ? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum.* Susurratio in magnam communitatem pessima est, IX, 184, 2.

3° *Susurronum pœna.* Susurro sæpe perversitatis suæ dat pœnas, VI, 10, 2 : *Falsus testis non erit impunitus ; et qui loquitur mendacia, peribit.* Susurrones sunt e republica ejiciendi, 151, 2 : *Ejice derisorem, et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causæ et contumeliæ* (*Vide* DETRACTIO, DETRACTOR, LINGUA).

SUSURRUS. Susurrus quid, *Job*, 109, 2.

SUTOR. Sutor Gallus Caligulæ imperatori deitatem ambienti quam libere responderit, XII, 595, 2.

SWIBERTUS (S.). S. Swiberti episcopi Verdensis sanctitas per fulgorem declarata, II, 333, 2. Ejus ortus prodigiosus, XII, 13, 2 ; 14, 1. S. Swibertus primus fuit solemni ritu canonizatus, X, 429, 1.

SYCAMINUS. Sycaminus arbor : ipsa vox unde formetur, ejus descriptio, XIII, 617, 1.

SYCOMORUS. 1° Sycomorus qualis sit arbor, an eadem cum sycamino, XI, 238, 2. Est alia a caprifico, XIII, 617, 1, 2; XVI, 247, 1. Ejus forma, fructus, XI, 238, 2. Ejus fructus duri et amari sunt : hinc ut maturescant et dulcescant, incidi solent, XIII, 617, 1. Sycomorus vel sycomorea arbor ficui similis est fructu, moro vero foliis; dicitur et ficus fatua, vel ficus Ægyptia, non in solo Ægypto reperitur, in Judæa etiam frequens erat : ejus descriptio, *ibid.* Ejus vilitas, 617, 1, 2. Alia vocis hujus derivatio inconcinna, *ibid.*, 2. Uno anno septies fert fructus, *ibid.*

2° Sycomorus symbolice est crux et doctrina Christi, XIII, 617, 2; XVI, 247, 1. Respondet ipsa arbori scientiæ boni et mali, XIII, 617, 2. Tropologice docet nos amplecti illa quæ stulta sunt mundo, ut sapiamus Deo, XVI, 247, 2.

SYCOPHANTA. Sycophanta quis proprie sit, unde ea vox primum promanarit, VI, 379, 1; XX, 299, 2, Quis ejus usus, VI, 159, 1; 579, 1.

SYENE. Syene initium erat Ægypti inter mare Rubrum et Nilum, XII, 726, 2.

SYLLA. Sylla fortunæ filius dictus, cur, XI, 749, 2 et seq. Syllæ crudelitas, XIII, 540, 2; 549, 2. Sylla dissolutioris animi reprehensus fuit, XX, 258, 1, 2.

SYLLOGISMUS. Syllogismi cornuti quinam dicantur, X, 261, 2.

SYLVESTER (S.) Papa. S. Sylvester cur voluerit dies appellari ferias, X, 170, 1.

SYLVESTER AUXIMANUS (S.). S. Sylvestri Auximani conversio, vitæ institutum, mors, IX, 345, 2.

SYMBOLA. Symbola, græce συμβολή, est convivium e collatis symbolis conflatum, IX, 285, 2; 519, 2; X, 147, 2. Etiam conflictus bellicus, 520, 2.

SYMBOLUM. 1° *Symbolum pro convivio.* Symbolum quid sit, et unde dicatur, IX, 285, 2. Symbola epulorum et peccatorum olim erant in usu, et modo sunt, VI, 196, 2 (*Vide* SYMBOLA).

2° *Symbolum pro figura, allegoria, parabola*, etc. Per symbola veteres sua dogmata tradebant, IX, 209, 1, 2. Symbola Pythagoræ unde sint enata, V, 17, 1. Symbola Pythagoræ theologica, XI, 12, 1. Ethica, *ibid.*, 2. Politica, 83, 1, 2. Symbolici præsertim sunt Zacharias, Daniel, Ezechiel, XIV, 356, 1. Symbolis cur utantur Prophetæ minores, XIII, 223, 1, 2. Sub symbolis latent mysteria, *Job*, 740, 2. In symbolis quæ adduntur, non omnia rei significatæ conveniunt, XIV, 494, 2. Symbolica Scripturam interpretandi ratio quatenus admittenda, XXI, 9, 2.

Symbola quæ ostendant clementia vindictam temperandam, XIV, 21, 1. Symbolum vanitatis ventus, VII, 45, 2. Amicitiæ ignis est, 180, 1. Symbola temporis, 129, 1. Symbola deliciarum, quibus nutriuntur pueri et puellæ, sunt unguenta, 239, 1. Symbola muscæ, 338, 2 et seq. Symbola libertatis, liberalitatis, servitutis et avaritiæ, VII, 335, 2. Symbola resurrectionis mortuorum, XII, 761, 1, 2.

3° *Symbolum pro fidei professione.* Symbolum ab Apostolis compositum est ante eorum discessum a Jerusalem, et dispersionem per orbem, XVII, 2, 1. Symboli articuli duodecim in duodecim gemmis civitatis cœlestis repræsentantur, XXI, 375, 1, 2; 383, 1. Ejus primus articulus in jaspide repræsentatur, 384, 2. Secundus in sapphiro, 386, 1. Tertius in carbunculo, 388, 1. Quartus in smaragdo, 389, 1. Quintus in sardonyche, 390, 2. Sextus in sardio, 391, 2. Septimus in chrysolitho, 392, 1. Octavus in beryllo, 392, 2. Nonus in topazio, 393, 2. Decimus in chrysopraso, 394, 2. Undecimus in hyacintho, 395, 2 Duodecimus in amethysto, XXI, 396, 2. Symbolum fidei S. Gregorii Thaumaturgo a S. Joanne datum magnæ apud Orientales fuit auctoritatis, XVI, 288, 2; 298, 2.

4° *Symbolum pro tessera christianismi.* Symbola tria erant olim catholicæ communicationis, scilicet communicatio pacis, appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis, XIX, 513, 1.

SYMMACHUS senator Romanus et martyr. Symmachus falso apud Theodoricum regem accusatus, martyr occubuit, X, 552, 1.

SYMMACHUS Urbis præfectus. Symmachus Urbis præfectus a nervosa styli brevitate laudatur, XIII, 218, 1. Symmachi ethnicismum reducere conati castigatio, XI, 708, 2.

SYMMACHUS Bibliorum interpres. Symmachus fuit Ebionita, Christi divinitatem negans, XIV, 260, 2. Bis fuit circumcisus, XVIII, 309, 2.

SYMPATHIA. Sympathia quid sit, XX, 322, 1. Sympathia corporis et animæ, XVIII, 28, 2. Sympathia inter consulentem et consultum maxime in consiliis valet, X, 256, 1.

SYMPHONIA. Symphonia quod genus sit intrumenti, XIII, 40, 1. Symphonia Ecclesiæ quæ sit, XVI, 212, 2.

SYMPHORIANUS (S.). S. Symphorianus adolescens audiens matrem clamantem martyr efficitur, IV, 532, 1. A matre jussus est cœlum considerare, et cœli intuitu ad martyrium est animatus, I, 61, 2; X, 387, 1.

SYMPHOROSA (S.). S. Symphorosa septem filios ad martyrium educavit, V, 169, 1; 508, 2. Eos et maritum Getulium ad martyrium obtulit, XIV 567, 2. S. Symphorosa e capillis suspensa filios ad sui imitationem et martyrii æmulationem incitat, IV, 531, 2. Machabæorum matri similis fuit, *ibid.*

SYMPOSIA. Symposia collatitiis symbolis instrui solita cur damnentur, IX, 523, 1, 2. Eorum damna, *ibid.* In iis detractione sæpe peccatur, 537, 1. Symposia quare devitanda, VI, 196, 1, 2. Ea ad paupertatem deducunt, 204, 1. In symposiis interlocutores varii sunt, VI, 417, 2 (*Vide* CONVIVIUM, SYMBOLA, SYMBOLUM).

SYMPOSIARCHES. Symposiarches quomodo

crearetur in conviviis, et ad quid, X, 141, 1. Symposiarcha apud veteres cuique convivæ suum calicem admetiebatur et miscebat, XIII, 86, 1 (*Vide* Modimperator).

SYNAGOGA. 1° *Synagoga pro cœtu fidelium Judæorum.* Primo. *Synagogæ* vox significat cœtum, VI, 39, 2. Synagoga vocatur cœtus populi collectus, XV, 335, 2. Synagoga erat cœtus fidelium Judæorum, XVI, 573, 2.

Secundo. Synagogæ initium sub Mose, *Psalm.* I, 485, 1. Synagogæ ortus et initia, XIII, 306, 1. Eam ab utero et ortu Deus curavit, XI, 564, 1. Synagoga tenella quomodo a Deo protecta et assumpta sit, XII, 605, 1, 2 et seqq. Synagoga Judæorum quomodo initio se Deo sponso suo ornarit et ejus oculis grata fuerit, XII, 25, 1. Quomodo Dei et conjux serva esset, 30, 1. Synagoga optima fuit olim Deo vitis, XI, 152, 2. Ejus septem ætates, 564, 1.

Tertio. Synagogæ viri, scripta Mosis per capita et libros digesserunt, XIV, 107, 2 et seq.

Quarto. Synagoga cur vocetur claudicans, XIV, 98, 1. Ipsa sterilis est, XVIII, 558, 2. Per Agarem denotatur, 559, 1. Apte ficui infrugiferæ comparatur, XVI, 187, 1. Tamdiu afflicta est, donec Deipara Christum salvatorem Israelis peperit, XIV, 119, 2. Synagoga Christi fuit noverca, VIII, 28, 1. Synagoga Christi halitum exhorruit, *Job*, 406, 2. Quando ea desierit esse Ecclesia Dei, XVI, 500, 1. Ejus mors et ruina tempore Christi, XI, 445, 1, 2. Synagogæ in apostolos odium, XXI, 57, 2. Ea an Jezabel appellari possit, *ibid.* In fine mundi conversa Christo credet, VIII, 232, 1.

Quinto. Synagoga est parabolice domus sapientiæ, V, 245, 1. Ea Ecclesiam repræsentat, *ibid.* Synagogæ bona erant typus bonorum Ecclesiæ, XII, 519, 1. Synagoga mater Ecclesiæ christianæ dicitur eo quod primi Christiani, hoc est apostoli, a Judæis fuere oriundi, VII, 505, 1. Synagoga Judæorum est soror junior Ecclesiæ gentium, VIII, 227, 1 (*Vide* Israel, Hebræi, Judæi).

2° *Synagoga pro loco ubi Judæi conveniebant orationis et legis audiendæ causa.* Synagoga vocabatur locus orationis et legis audiendæ, XVI, 573, 2. Synagogam habebant Judæi loco templi in urbibus majoribus, IV, 328, 2. Tales erant in singulis urbibus Judææ, et Hierosolymi plurimæ, XVI, 573, 2; XVII, 105, 2. Hæ Synagogæ habitantibus extra Jerosolymam erant instar templi, IV, 355, 2. Synagogæ Judaicæ quis ordo in consessu, XVIII, 396, 1.

SYNAXIS. In synaxibus quem ritum et ordinem servarint primi christiani, XVII, 105, 2; XX, 99, 2. Synaxis post cœnam vulgarem sumebatur olim in multis Ecclesiis, XVIII, 358, 1. Post sanctam Synaxim aliquid Deo offerendum, et aliquid a Christo vicissim petendum, X, 217, 2. Post sacram Synaxim statim balnea adeuntes carpuntur, XIII, 182, 1 (*Vide* Communio, Eucharistia).

SYNDERESIS. Synderesis est stimulus conscientiæ jugiter admonens, IX, 159, 2 et seq. (*Vide* Conscientia).

SYNESIUS. Synesius fuit judex causarum sæcularium, licet episcopus, XVIII, 292, 2.

SYNODUS. Synodus magna, cui præfuit Daniel, quando a Judæis celebrata fuit, II, 245, 1.

SYNOPSIS. Synopsis Dorothei de Vitis prophetarum est plena fabulis, XIII, 232, 1.

SYNTICHE. Syntiche mulier rem christianam Philippis promovebat, XIX, 58, 2.

SYRACUSA. Syracusæ urbs describitur, XVII, 438, 2.

SYRI. 1° *Syrorum usus.* Primo. *Usus religiosi.* Deum vocant gigantem sæculorum, XIII, 590. 2. Syrorum Deus erat Hercules Tyrius, IV, 515, 1. Syrorum dea Astarte sive Venus, 513, 2.

Secundo. *Usus profani.* Syri piscibus abstinent, cur, IV, 553, 1. Columbis pro veredariis utuntur, cur, XIII, 384, 1. Habent in domibus solaria et pavimenta in quibus ambulant, et in æstate dormiunt, XII, 156, 2. Quomodo solerent proditores sacrilegos et scelestos plectere, IV, 556, 1. Syri gaudent parabolis, proverbiis et similitudinibus, X, 494, 2; XV, 28, 1; XVI, 469, 2; XVIII, 269, 2. Hebræum *Schin* sæpe in *Thau* commutant, XV, 134, 1.

2° *Syrorum mores.* Syri olim ob morum mollitiem male audiebant, XIII, 642, 1. Eorum virgines ante idola se prostituebant, XVIII, 54, 1.

3° *Syrorum ad historiam quæ pertinent.* Syro inter et Israelitas cur perpetua fuere bella, XIII, 540, 1. Syri quam graviter Israelem sub Joachaz attriverint, 572, 1, 2.

SYRIA. Syria unde *Aram* hebraice, id est Armenia vocata, I, 265, 2. Est multiplex et longe lateque patebat, *ibid.* Prius ab Aram filio Sem vocata est Aram, deinde a Cyrenensibus ex Kir, urbe et regione Assyriæ, eo translatis et venientibus Kyria, indeque euphoniæ causa Syria, XIII, 641, 1. Syriæ pars vel appendix est Judæa, IV, 232, 1. Syriæ stricte sumptæ caput est Damascus: quas provincias complectebatur, 322, 1. Olim hortis abundabat, XIII, 646, 1. Columbas habebat quæ etiam per centum milliaria a nido suo abductæ, eodem redeunt, XIII, 384, 1.

Syriæ reges aliquando templum Hierosolymitanum donis venerati sunt, et sumptus ad sacrificia suppeditarunt, XIII, 159, 1. Syriæ reges ab Alexandro Magno mortuo recensentur, et anni regni uniuscujusque, 149, 1. Syriæ reges singulis uxoribus suis quomodo civitates attribuerent, IV, 516, 1.

SYRIACUS, SYRIUS. I. Syriaca lingua. — Syriaca lingua est semi Hebræa et Chaldæa, IX, 21, 2 et seq. Etiam dicta est Hierosolymitana, X, 572, 2. Syriaca lingua successu temporum non nihil variata est, XV, 628, 1. Plerique libri Syrorum versi sunt in Arabicum, IX, 47, 2.

II. Syriaca versio, vel Syrus textus Bibliorum.—Syriaca versio Veteris Testamenti et Novi a quibus facta sit, IX, 22, 2. Hæc magno in honore apud Orientales habetur, *ibid.* Sed videtur ea recentior, *ibid.* et 2. Syria versio Bibliorum quæ modo extat ex Græco Septuaginta non ex Hebræo translata videtur, III, 108, 2; V, 7, 2.

Syrus interpres *Ecclesiasticum* ex hebræo transtulisse videtur, X, 527, 2. Syriacus textus *Ecclesiastici* an sit autographus, 21, 2 et seq. (*Vide* Ecclesiasticus).

Syriaca versione totius Novi Testamenti utuntur christiani Thomæi, Babylonii, Abyssini, XVIII, 20. Quis ejus auctor, qua ætate formata, cujus auctoritatis sit, XVIII, 20; 349, 1.

Syrus textus Matthæi ut et totius reliqui Testamenti, ex Græco est traductus, XV, 13, 2; 49, 2. Ejus interpres non est S. Marcus: favet catholicis contra hæreticos, 50, 1. Hic sæpe græcizat, 327, 1. Versio S. Matthæi est autographa, 50, 1.

Syriaca S. Marci versio non est authentica, XV, 667, 1.

Syriacus textus *Epistolæ ad Hebræos* non est autographum Pauli.

Syriace etiam existat *Epistola secunda S. Petri.*

Syriaca versio in *Apocalypsi* desideratur, ea exstat tamen in bibliotheca Vaticana, XXI, 13, 2.

SYROPHÆNISSA. Syrophænissa mulier unde dicta sit, XV, 355, 1.

SYRTES. Syrtes et syrtis quid sint in mari, XVII, 429, 1.

T

TAAM. *Taam* idem est quod *sapor gustus*, IV, 214, 2.

TABEEL. Tabeel fuit de stirpe regum, XI, 188, 1.

TABELLA. Tabella pacis osculo in Ecclesia successit, XVIII, 512, 2. Tabellæ olim communicaturis apponebantur, 370, 1.

TABELLARII. Tabellarii vicem præbent columbæ: quod exemplis probatur, XIII, 439, 1, 2.

TABENNESIOTÆ. Tabennesiotæ virgines crinem tondebant, XVIII, 353, 2 et seq.

TABERNA. Taberna meritoria Romæ quis locus sit, X, 16, 1.

TABERNARII. Tabernarii non sunt immunes a peccatis labiorum, X, 17, 1.

TABERNACULUM. I. Tabernaculum pro tentorio vel domo: 1° Tabernaculi a domo differentia, *Job*, 597, 1. Tabernacula sunt domus mobiles, eæque proprie justorum, V, 416, 2. Tabernaculum in Scriptura capitur pro quavis domo, XIV, 506, 1. Tabernacula tria in monte Tabor cur S. Petrus fieri peteret, XV, 387, 1, 2.

2° Tabernaculum in urbe aliqua ponere est eam bello capere, XIII, 162, 1. Tabernaculo comparatur ætas et vita hominum, XI, 188, 1. Tabernaculum est symbolum corporis, XX, 425, 2 et seq. Tabernaculum impiorum perit, *Job*, 217, 2.

1° Tabernaculorum festum (*Vide* Festa Judaica).

II. Tabernaculum Mosaicum. 1° Tabernaculi nomina quæ sint hebraice, et eorum ratio, I, 706, 2. Tabernaculum Mosaicum in Scripturis tripliciter, alias quadrupliciter accipitur, I, 672, 2; II, 7, 1; 107, 1. Ejus introitus describitur, I, 672, 1. Eo perfecto, quæ et quam ingentia dona oblata a principibus populi, et per Moysen immolata, II, 225, 1. Partium ejus longitudo, latitudo, et altitudo, I, 655, 1. Ejus divisio, *ibid.* Factum erat utrumque ex viginti tabulis setim inauratis, *ibid.* Quid hoc allegorice significet, 635, 2. Quatuor velis undique tegebatur, et erat obscurum, 655, 1. Ante se atrium habebat, *ibid.*, 2. Erat atrium hoc duplex, primum laicorum, alterum sacerdotum, I, 655, 2; 668, 2; II, 7, 1. Tabernaculi primi descriptio, XIX, 431, 2; 433, 2. Ejus materia, ornatus, eorumque significatio, 431, 2 et seqq. Tabernaculi partes et vasa, VIII, 490, 1. Quænam in priori parte tabernaculi fuerint, I, 655, 2; 668, 2. Quænam fuerit potissima et sanctissima pars tabernaculi, 655, 2. In priorem ejus partem intrabant quotidie sacerdotes, in interiorem solus pontifex semel in anno, *ibid.* De sagis cilicinis, et quatuor operimentis tabernaculi, 659, 1, 2. Hæc operimenta quomodo tabernaculum operuerint, *ibid.* Quid hæc mystice significent, *ibid.* Tabernaculum tectum erat pellibus ianthinis, eratque quadrangulum, XII, 608, 2. Tabernaculum erat templum mobile, I, 657, 2. Erat Dei templum mobile, et domus Dei habitantis cum Hebræis per desertum, XI, 641, 1; XVIII, 461, 2; XIX, 431, 2. Tabernaculum arca cur domus Dei, et locus habitationis gloriæ ejus, *Psalm.* I, 147, 2.

Velis suis Deum esse Hebræorum umbraculum denotabat, XIX, 431, 2. Cortinis tabernaculi Cherubim erant intexti, I, 657, 2. De veli quod erat in tabernaculo conditione, latitudine, expansione, etc., 658, 1 et seq. De dispositione sagorum cilicinorum in eo, 658, 2. Quid tropologice cortinæ et velum significent, 659, 1. Tabulæ ejus quales et quantæ fuerint, 660, 1. Quid allegorice significent, *ibid.* Quot fuerint numero, 661, 1. Quid anagogice significent, *ibid.*, 2. Tabernaculi vectes, 661, 1.

Quid hæ mystice significent, *ibid.* De velo dividente Sanctum a Sancto sanctorum, *ibid.*, 2. Mystice fidem significabat, *ibid.* Et Christi humanitatem, *ibid.* Secundi veli sancti oppansi descriptio, 663, 2. Ad tabernacula constructionem quam ingens summa fuerit expensa, 758, 1, Quanto tempore in ejus constructione laboratum, 761, 1. De ejus architectis, 719, 1 et seq. Quid significent, *ibid.*, 1. Quomodo id Deus fieri sibi per Moysen jusserit. 760, 1, 2. Quatuor ejus colores et materiæ quid symbolice significarent, 634, 1. 2. Atrii tabernaculi descriptio, 668, 1, 2. Ambiebat tabernaculum, *ibid.* Erat sub dio, *ibid.* et 2. Atrium unde dicatur, *ibid.*, 2. Sua etiam vela habebat, *ibid.* Atrii longitudo, latitudo et altitudo, *ibid.* Erat quasi templum populi, *ibid.* Immundi illud ingredi non poterant, *ibid.* Ejus columnæ erant sexaginta, 670, 1. Quid hæ columnæ tropologice significent, *ibid.*, 2. Tabernaculum sanguinis aspersione sacratum est, XIX, 446, 2.

2° Tabernaculi Moysis symbolica adaptatio, XIV, 399, 1. Tabernaculum Mosis in deserto erat typus Ecclesiæ militantis et fidelium Christi, I, 656, 1; XIII, 643, 1; XVIII, 461, 1; XIX, 425, 2; 432, 1; 440, 1; *Psalm.* I, 162, in *titul.* Allegorice corpus Christi significat, XIX, 432, 1. Item mundum, 431, 1. Item animam sanctam, XVIII, 461, 2. Sæculi præsentis figura erat, XX, 434, 2. Tabernaculi atrium incipientes significat, I, 655, 2; 669, 1. Sanctum perfectiores designat, 656, 1. Alii per hoc statum Religionis intelligunt, *ibid.* Sanctum sanctorum cœlum significat, *ibid.* et seq. Quæ de tabernaculo dicuntur, proportionaliter animæ sanctæ accommodantur, 656, 2.

3° Tabernaculi depositio in monte Nebo per Jeremiam facta, IV, 504, 1, 2. An sub Nehemia cum igne sacro fuerit repertum, 504, 2; 505, 1, 2.

III. TABERNACULUM DAVIDIS ALLEGORICE SUMPTUM. — Tabernaculum Davidis quod suscitandum promittit Amos, proprie non significat Ecclesiam, sed regnum Davidis, id est, domum ejus regiam et thronum regium, XIII, 642, 2. Cur vocetur tabernaculum, 643, 1. Tabernaculum Davidis quando reædificatum sit, XVII, 301, 2.

TABES. 1° Tabes corporis deficiente medulla ossium oritur, X, 10, 2.

2° Tabes tyrannorum et hæresiarcharum, XIV, 538, 2.

TABITHA. *Tabitha* vox quid sonet, et unde derivetur, XVII, 225, 1. Tabitha mulier est a S. Petro ad vitam revocata, dein de sua salute certa fuit, 226, 2. In statu gratiæ decesserat, *ibid.*

TABOR. Tabor mons quis sit, est mons in medio Galilææ campo omni ex parte mira æqualitate rotundus; ejus descriptio, XIII, 352, 1; XX, 431, 2 et seqq. In monte Tabor transfiguratus est Dominus, XV, 381, 1. Fuit peregrinatione fidelium celebris, *ibid.*, 2. Cur hunc montem potissimum Christus elegerit, *ibid.* Ejus altitudo, amœnitas, etymon, *ibid*, et seqq. Mons Tabor cur dicatur sanctus, XX, 431, 2 et seqq.

TABULA. 1° In tabulis ligneis, maxime buxeis, ante usum chartæ olim scribebatur, V, 75, 1; XIV, 224, 1. Iisque vel nudis vel cera obductis, *ibid.*

2° Tabulæ legis Mosaicæ erant scriptæ ex utraque parte, I, 726, 1. Duæ tabulæ legis duo præcepta charitatis, prima Dei, secunda proximi continebat, I, 720, 2. Tabulæ legis quas Moses a Deo acceperat, lucis radios longe ejaculabantur, XIV, 250, 2. Ob tabulas legis fractas jejunium indictum fuit, I, 726, 1. Tabulæ legis an solæ in arca essent, XIX, 434, 1, 2 (*Vide* LEX).

3° Tabula genealogiæ Christi e Matthæo et Luca, XVI, 96. 1, 2 (*Vide* GENEALOGIA, JESUS CHRISTUS).

TABULATA. Tabulatis templi mystice significantur tres vivendi distinctiones, conjugatorum, prælatorum, contemplantium, eæque singulæ adaptantur, XII, 808, 2 et seq.

TACERE. Tacere sapienter et opportune quid sit, IX, 547, 2 : *Est tacens qui invenitur sapiens : et est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est tacens non habens sensum loquelæ : et est tacens, sciens tempus aptum;* 548, 1 : *Homo sapiens tacebit usque ad tempus : lascivus autem et imprudens non servabunt tempus.* Tacendum non est, cum loqui satius est, 164, 2 : *Ne retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.* Tacet imprudenter qui loqui aliis debet, XX, 140, 2 et seq. Alioqui tacere satius quam loqui citra fructum, IX, 544, 1 : *Est correptio mendax in ira contumeliosi : et est judicium, quod non probatur esse bonum : et est tacens, et ipse est prudens.* Tacens est prudens, 547, 1. Tacere et audire docet sapientiam, XX, 73, 1 et seqq. ; 74, 1 : *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Tacendo audienda musica et sermones eruditi, X, 152, 1 : *Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo et moderato* (*Vide* LINGUA, SILENTIUM).

Tacere capitur interdum pro quiescere, XI, 726, 2. Item pro *pavere*, 176, 1,

TACITURNITAS, TACITURNUS. 1° *Taciturnitas bona et laudabilis.* Taciturni doctrina rara est, V, 554, 1 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est; et pretiosi spiritus vir eruditus.* Cur ejus spiritus dicatur pretiosus, 554, 2. Ipse videtur mutus, VI, 487, 1 : *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Taciturnitas est homini stulto pro sapientia, V, 556, 2 : *Stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur et si compresserit labia sua, intelligens.* Taciturnitas pudoris est comes, X, 13, 1. Taciturnitas est patientiæ sepulcrum, XII, 395, 2 : *Sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit super se, Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.* Taciturnitas consiliarios decet, XXI, 101, 1.

2° Taciturnitas vitiosa quæ sit, IX, 407, 1, 2 : *Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti.* Taciturnitas Isaiæ in increpando Ozia rege, XI, 176, 2 : *Et dixi : Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito* (*Vide* LINGUA, TACERE, SILENTIUM).

TACITUS. Taciti historici mendacium de Judæorum nomine, et abstinentia a suilla, I, 537, 2.

TACTUS. 1° Tactus est visu solidior, XVI, 280, 2 ; 281, 2 : *Videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum ; Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Tactus in capite maxime viget, XV, 610, 1, 2.

2° Tactus Christi quam salutifer et efficax, XV, 220, 1 : *Et extendens Jesus manum, tetigit eum* (Jesum), *dicens : Volo, mundare ;* XVI, 189, 1, 2 : *Quam* (mulierem) *cum videret Jesus, vocavit eam ad se, et ait illi : Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, et confestim erecta est, et glorificabat Deum.* Omnes morbidos sanabat, XV, 348, 1, 2 : *Cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et obtulerunt ei omnes male habentes, et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt* (*Vide* JESUS CHRISTUS).

3° Tactus multarum rerum Judæis olim prohibitus erat, XV, 349, 2. Tactus mulieris quam sit noxius, V, 177, 1 ; 193, 1. Est illecebrosus et venenatus, IX, 285, 1 : *Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum;* XVIII, 299, 2 : *De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere.* Tactus mulieris maxime periculosus, *Job*, 615, 2 : *Ignis est enim usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.* Est lepræ similis, 616, 1. Tactus inhonestos philosophi veteres permisere, XVIII, 550, 2 et seq.

TÆDA. Tædæ accensæ sponsis præferebantur, VI, 82, 1, 2 ; X, 14, 1 ; XXI, 335, 2. Hinc tæda capitur interdum pro nuptiis, *ibid.* Tædas accensas tradebant cursores in stadio proxime sequentibus, VI, 70, 1.

TÆDIUM. Tædium quo afficiuntur sapientes, VII, 118, 1, 2 : *Idcirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala universa esse sub sole, et cuncta vanitatem et afflictionem spiritus.* Tædium vitæ fuit in aliquibus sanctis, XVIII, 422, 1 : *Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.* Tædium in rebus spiritualibus quo pacto curandum, VI, 336, 1 : *Anima saturata calcabit favum, et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.*

TAICOSAMA. Taicosama, Japoniæ regulus, multos martyres in crucem egit, XVIII, 535. 1.

TALENTUM. 1° *Talentum pro valore nummaria.* Talenti hebræi valor, I, 756, 2 ; III, 637, 2. Talentum atticum et hebræum quanti sint pretii, IX, 46, 1 ; XV, 413, 2 ; 529, 1, 2 ; XVI, 251, 2 ; XXI, 303, 2. Talenti attici et hebræi differentia, XXI, 303, 2. Talenta centum auri, si attica, faciunt sexcenta millia aureorum ; si hebræa, duplo amplius, IV, 480, 1. Talentum hebræum tria millia siclorum continebat, I, 756, 2. Talentum duplex an habuerint Hebræi, *ibid.* Talentum auri et argenti quot aureos contineat, XIV, 342, 2 et seq. Talentum auri valebat duodecim millibus coronatorum Francicorum, I, 757, 1. Talentum argenti tribus millibus florenorum, *ibid.* Talentum auri quot libros auri continebat, *ibid.* Talentorum decem millium valor, IV, 374, 1.

Talentis duobus emit Giezi agros et vineas, I, 757, 1.

2° *Talentum symbolice sumptum.* Talentum plumbi apud Zachariam amphoram occludens symbolice gravitatem culpæ et pœnæ notat, XIV, 418, 2. Item gravem rigidamque Dei sententiam, quæ Judæis pœnam culpæ adæquatam commensurabat, item diuturnitatem supplicii et exilii, et exsecrationis Judæorum, *ibid.* Quid tropologice et anagogice significet, 421, 1.

3° *Talentum pro donis a Deo acceptis.* Talentis a Deo acceptis quisque uti debet, IX, 559, 2 : *Sapientia absconsa, et thesaurus invisus : quæ utilitas in utrisque ?* In aliorum usum depromenda sunt, X, 100, 1 : *Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.*

TALIO. Talionis lex quæ sit, VI, 80, 1. Talionis lex est justa, I, 613, 1 ; XV, 171, 1. Est æquissima, et quidem in omni jure, XII, 557, 1 2 ; 83, 1 ; 194, 2. Ea gaudent homines, VI, 236, 1, 2. Ei Christus opponit iujuriæ tolerantiam, XV, 171, 2.

Talionis pœnæ exempla, III, 114, 2 ; 115, 1. Talionis pœna punitus Jason Oniæ frater, IV, 516, 1. Et Menelaus pseudopontifex, 556, 2. Item Tryphon rex Syriæ, 491, 1.

TALMUD, TALMUDICI. Talmud post tempora Christi conscriptum fuit, VI, 244, 2. Talmud Judæorum videtur cento fabularum, XIV, 309, 2. Talmudicorum fabulæ de piscibus, mare et femina, et bove mactandis in adventu Messiæ, IV, 262, 2.

TALPA. 1° Talpæ an oculis suis videant, XX, 419, 1. Acute audiunt, *ibid.* Eorum sub terra vita, XX, 419, 2.

2° Talpæ dicuntur idola et homines terreni, XI, 130, 1.

TALPHJOTH. *Talphijoth quid,* VII, 48, 1.

TAMBERLANES seu TAMERLANES. Tamerlanes fuit Dei flagellum, IV, 421, 2. Damasci tres turres e mortuorum craniis construxit, XII, 12, 2. Tamberlanes tricolor tentorium habebat, cur, XXI, 141, 1 ; 172, 2. Tamberlanes Bajazetem, Turcarum imperatorem, quam viliter habuerit, eo pro scabello

utebatur, dum equum conscenderet, XII, 369, 1 ; XIII, 420, 1 ; XV, 486, 1 ; XVII, 101, 2. Cur Bajazetum ferreæ caveæ incluserit, III, 115, 2.

TAMEN. *Tamen* pro *imo* interdum sumit Apostolus, XVIII, 27, 1.

TAMMUS. Tammus Hebræis erat quartus mensis, respondens partim junio, partim julio nostro, XIV, 446, 1.

TAMMUZ cur dicatur Adonis, 561, 2. Tammuz, id est Adonis, idolum Alexandriæ erat, XIV, 191, 1.

TANAQUIL. Tanaquil regina eadem cum Caia Cæcilia, VI, 495, 2.

TANGERE. Cur se tangi a Magdalene Dominus non permiserit, XVI, 628, 1 et seqq. (*Vide* MARIA MAGDALENA).

TANIS. Tanis Ægypti urbs, et unde dicta, II, 259, 1 ; XII, 721, 2. Erat metropolis Ægypti et regia Pharaonis, ubi Moses cum eo disceptavit, XI, 317, 2 ; 318, 1 ; 412, 2. A Tani dicti sunt gigantes Titanes, XII, 721, 2.

TANNIN. *Tannin* quid significet, *Job*, 190, 2.

TANNIUM. *Tannium* dracones vel inania et terrifica monstra significat, IV, 354, 2.

TANQUAM. *Tanquam* in Scriptura sæpe veritatem rei significat, non similitudinem, XVII, 82, 1.

TANTALUS. Tantalus dictus quasi ταλάντατον, XX, 196, 2 et seq. Tantalus apud inferos medios inter aquas sitiens symbolum est avarorum, IX, 350, 2. Imago est divitis avari, X, 101, 2. Tantali fons apud Judas quis esset, V, 251, 1, 2.

TAPES. Tapetum usus quis esset apud veteres, XII, 700, 1. Tapetes varias continent figuras, V, 191, 1. Tapetes Belgici commendantur, 608, 2.

TAPHNIS. Taphnis erat metropolis Ægypti, et regia Pharaonis, XII, 281, 1.

TAPROBANICA. Taprobanica herba qualis, *Job*, 86, 1.

TARACA. Taraca, Æthiopiæ rex, misit Judæis suppetias, XI, 310, 1 ; 311, 2.

TARANTULA. Tarantulæ morsus sola musica curabilis, III, 369, 1. Tarantularum venenum saltando, sudandoque excutitur, XXI, 129, 2.

TARDILOQUENTIA. Tardiloquentia commendatur, IX, 170, 1 (*Vide* LINGUA, SILENTIUM, TACERE).

TARDITAS, TARDUS. Tardus quis dicatur, IX, 577, 1. Tarditas tarditate punitur, VIII, 109, 2 : *Manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei myrrha probatissima. Pessulum ostii mei aperui dilecto meo, at ille declinaverat, atque transierat.* Tarde respondentis Christo pœna, VIII, 100, 2.

Tarditatem supplicii Deus gravitate compensat, XVIII. 57, 2.

Tarditas loquendi (*Vide* SILENTIUM, TACERE).

TARGUM. Targum in Prophetas auctor fuit Rabbi Jonatham, at Targum *Pentateuchi* auctor fertur Rabbi Aquila, cæterorum Rabbi Joseph cæcus, XIII, 222, 2.

TARQUINIUS PRISCUS. Tarquinio Prisco, quinta Romanorum regio regnum portendit aquila, XII, 624, 2. Ejus in ædificando insania, 172, 2.

TARQUINIUS SUPERBUS. Tarquinius Superbus, septimus et ultimus Romanorum rex, quo astu Gabinos sibi subegerit, IV, 3, 1. Capita Gabinorum de medio tollenda, quo facto ostenderit, XIII, 600, 1. Tarquinius Superbus quo anno Urbe a Romanis pulsus, XIV, 367, 1.

TARSENSIS. Tarsenses et Cilices a quo originem traxerint, I, 166, 1. Tarsenses jus civitatis Romanæ adepti sunt a Julio Cæsare et Augusto, XVIII, 1, 1. Et quare : erant litteris dediti, *ibid.* et 2.

TARSILLA (S.). S. Tarsillæ felix ex hac vita decessus, II, 321, 2 et seq. A S. Felice ad cœlum est invitata, XXI, 414, 1. Moriens Christum sibi apparentem vidit, et ab illo in cœlum recepta est, VI, 518, 1 ; XVII, 185, 2.

TARSUS. Tarsus urbs Ciliciæ unde dicta, II, 259, 1 ; XVII, 215, 2 ; 385, 1, 2. Abundabat navibus ; ejus celebritas, XVII, 215, 2 ; 385, 1. Unde jus civitatis Romanæ acceperit, 391, 1. Est patria S. Pauli, 215, 2. Tarsus et Mallus Ciliciæ civitates Antiocho rebellant, IV, 516, 1.

TARTARI, TARTARIA. Tartaria nanorum est forax, XII, 695, 1. Tartari suos principes Gog vocant, 765, 2. In siti sanguinem equinum potant, XVII, 302, 2. Tartari nonnulli cur infantes suos lacte earum alant, V, 36, 1. Tartari an futuri sint Gog et Magog, XXI, 146, 1 ; 357, 1.

TARTARUS. Tartarus vox unde deducatur, XX, 445, 1. Tartarus ollæ assimilatur, XII, 675, 2.

TARTESSUS. Tartessus est colonia Tyriorum dicta Erythria, XI, 350, 1 ; XII, 694, 2. Tartessum in Hispania an Jonas fugere voluerit, dum in Tharsis fugere velle dicitur, XIV, 29, 2.

TATIANUS. Tatianus Encratitarum auctor fuit, X, 136, 2 ; XIX, 224, 2.

TAU. *Tau* signum quale sit, XII, 566, 2. Est figura crucis, 567, 1. *Tau* pectori Serapidis apud Ægyptios inscribebatur, *ibid.* *Tau* Græcis et Lanis symbolum vitæ erat, *ibid.* Eo cur signentur salvandi, *ibid.* et 2. Quomodo Christum repræsentet, *ibid.* Quid hebraice significet, *ibid.*

TAURUS. 1° Taurus quam sit furibundus et animosus, IX, 189, 1. Taurorum pastio separata et pugna, *ibid.*, 2. Eorum effusa libido, *ibid.*, 1. Sunt effrenes et impetuosi, *ibid.*, 2. Taurus quo pacto a lanionibus decipiatur, V, 196, 1.

2° Taurus est symbolum regis, IX, 189, 1. Tauri tyrannorum symbolum, XVIII, 407, 2. Tauri et agni Jerusalem qui sint, XI, 420, 1. Tauri in parabola cœnæ nuptialis quid repræsentent, XV, 474, 2.

TAXILES. Taxiles qua arte Alexandrum sibi conciliarit, I, 320, 1.

TAXUS. Taxus arbor venenata est, XII, 101, 2. An a taxo formetur et dicatur toxicum, 102, 1. Unde ea sit venenata, *ibid.*

TECTUM. Tecta synecdochice domum significant, VI, 103, 2. Tecta in Palæstina sunt plana, non culminata, leviter tamen declivia, cur, II, 478, 1; VI, 103, 2; 156, 2; XV, 272, 2; 505, 2; XVII, 233, 1, 2. Tecta domorum in Judæa et Syria etiamnum plana sunt, VI, 103, 2; XIV, 274, 2.

TECUA. Tecua fuit academia Chananææ, XII, 442, 1. Fuit in tribu Juda et Benjamin, sita in monte, 58, 2. Cur in ea clangi buccina jubeat Jeremias, *ibid.* Ejus situs et munitio, *ibid.*

TEGERE. Tegi quomodo peccata dicantur, XVIII, 82, 1, 2. Tegere peccata quomodo dicatur charitas, XX, 357, 2 et seq. (*Vide* CHARITAS, PECCATA).

TEGLATPHALASAR. Teglatphalasar igni omnia invadenti comparatur, XIII, 611, 2. Quas tribus in Assyriam captivas abduxerit, *ibid.* Quando Syriam vastarit, et Syros exciderit XI, 305, 2; 542, 2.

TELA. 1° Telæ pretiosissimæ in Ægypto confici solitæ, XI, 317, 1.

2° Tela vitæ, XI, 479, 1. Telas aranearum sibi texit quilibet per fraudes ditescere cupiens, XIII, 394, 1.

TELMUS (S.). S. Telmus est nautarum patronus, XVII, 438, 2.

TELONARIUS. Telonarii nimia vectigalia non exigant, VI, 476, 2.

TELONIUM. 1° Telonium est locus in quo vectigal solvitur, XV, 242, 2.

2° Telonia animæ e corpore migrantis quot sint, VII, 377, 1, 2.

TELUM. 1° Tela etiam rhomphææ vocantur, X, 468, 1.

2° Tela ignea diaboli quæ sint, XVIII, 682, 1.

TEMERITAS, TEMERARIUS. Temeritas in calore consistit, X, 159, 2. Temeritas latet sub titulo fortitudinis, VIII, 245, 2. Temerarii sæpe in operibus suis impingunt, X, 160, 1. Temerarius in multa corruet pericula, VI, 387, 2 et seq.

Temeraria suspicio quam perniciosa sit, XII, 260, 2 (*Vide* JUDICIUM TEMERARIUM, SUSPICIO).

TEMPERANTIA. Temperantiæ definitio, XVIII, 205, 1. Temperantia in mensa servanda est, X, 120, 1. Temperantia ad quid prosit, XIII, 12, 2. Temperans semper est hilaris, X, 109, 2. Temperantia optima est mater venustatis, XII, 411, 1. Temperantia acuit ingenium, V, 89, 1; VI, 45, 1. Mater est sanitatis, sanctitatis, sapientiæ, VI, 372, 1. Temperantia convivis, atque conjugibus præsertim, dum generationi vacant, commendatur, IV, 300, 2. Est virtus feminarum, 343, 1. De ebrietate triumphavit in Judith, 352, 2. Temperantiæ observatæ exempla, 523, 1, 2. Temperantia priscorum Persarum, item Cyri et Augusti, 362, 1. Hodie apud nonnullos in plus quam porcinam ingluviem abiit, 363, 1, 2. Temperantia per animal succinctum lumbos denotatur, VI, 468, 2 (*Vide* CIBUS, CONVIVIUM, EBRIETAS, SOBRIETAS, VINUM).

TEMPERAMENTUM. Temperamentum virtutum per citharas denotatur, mens est citharædus, XXI, 127, 2.

TEMPERARE. Temperare tria significat; sic triplicer Deus sortes temperat, V, 518, 1, 2 (*Vide* SORS).

TEMPESTAS. 1° Tempestatis descriptio, V, 314, 2. Tempestatis marinæ hypotyposis, XVII, 429, 2. Tempestas ingens maris facta in Britannia tempore Christi, XIV, 334, 1. Tempestatem excitavit Christus cum transfretaret, et cur, XV, 234, 1.

2° Tempestas passionis Christi varia significat, *Psalm.* I, 443, 1.

3° Tempestas in visione prima Ezechielis cur Deo tribuatur, XII, 497, 2. Tempestas est symbolum horrendi prælii, conflictus, stragis, supplicii, vindictæ, XIV, 285, 1.

TEMPESTIVUS. Tempestivus imber quis in Palæstina sit, XIII, 367, 1; 504, 1 (*Vide* IMBER, PLUVIA).

TEMPLUM. Templi vocabulum unde derivetur, I, 636, 1; XII, 825, 1; XVIII, 462, 1.

I. TEMPLUM JUDÆORUM. — 1° *Templum Salomonicum.* Primo. *Ob quam rationem a Salomone potius quam ab aliis ædificatum.* Templum ædificare vovit David, III, 461, 1. Id votum placuit quoad rem, non quoad personam, 462, 1. Quare David illud ædificare prohibitus fuit, *ibid.* Templi idea a Deo Davidi data et explicata, IV, 138, 2. Cur Salomon templus jussus ædificare, III, 462, 1. Illud a Salomone erectum est Deo victori ob eximias victorias quas ejus pater David Dei ope de hostibus reportaverat, XII, 813, 1, 2. Quo fine fuerit ædificatum, III, 558, 1; 596, 1. Numerus operariorum templi, 570, 1.

Secundo. *Idea templi ejusque descriptio*, III, 572, 1, 2: XVII, 118, 1; XXI, 189, 2. Templum Salomonis duplex, imo triplex erat, XI, 168, 2; XII, 66, 1. Templi Salomonis tres partes descriptæ, I, 655, 2; III, 580, 2, XXI, 222, 1. Templum proprie tantum duas continuas partes habebat, ante se habebat porticum, et cur hæc porticus ei addita, XIII, 500, 1. Ejus partes explanantur, *ibid.* Templi nomine aliquando vocatur atrium laicorum, XVII, 384, 2. Porticus atrii templi Salomonis septem præcise columnas habebant, V, 245, 2. Atria templi, III, 572, 1, 2. Erant tria atria templi, III, 581, 1. Exedræ, gazophylacia, pastophoria sunt idem, *ibid.*, 2. Templi mensuræ, 572, 2. An habuerit formam leonis, XI, 404, 1.

Tertio. *Qua ratione ædificatum fuerit.* Templi ædificatio septem annis et septem mensibus duravit, III, 574, 1; 581, 2. In monte Moria in tribu Benjamin ædificatum est, 574, 1. Altitudo templi ad primam contignationem triginta cubitorum,

ad summum centum viginti, *ibid.*, 2. Erectum erat versus occidentem, XII, 407, 1. Templum ad orientem conversum erat, ut sol oriens æquinoctialis arcam posset perfundere, III, 575, 1. Cellæ circa templum, 576, 1. Malleus in templo non auditus, quia lapides dolati in monte, *ibid.*, 2. Cochlea templi, 577. 1. Parietes templi cedro vestiti, *ibid.*, 2. Fornix cedrina Sancti sanctorum, 578, 1. Pavimentum templi tectum auro, 580, 1. Ostia Sancti sanctorum pentagona, *ibid.* Sub templo subterranea loca plurima ad varios usus, et magnitudo, 592, 1. Aquæductus subterraneos cur templum haberet, XII, 849, 1, 2; XIV, 534, 2. Nullæ sedes in eo erant ad sedendum, nisi soli regi et pontifici, XVI, 241, 2. Templum perfectum mense octavo, et dedicatum mense septimo, III, 596, 1.

Quarto. *Templi Salomonis magnificentia et dignitas ex variis capitibus*, III, 573, 1; XVIII, 461, 2. Templi exterior facies omnium oculos in admirationem rapiebat, XV, 501, 1. Erat quasi centrum orbis, XIII, 79, 2. Erat locus orationis æque ac oraculi I, 636, 2; XIV, 439, 1. Templi Salomonis elogia sex, XII, 682, 1. Multa millia vasorum recenset Josephus præter ea quorum meminit Scriptura, III, 593, 1. Præter arcam Salomon omnia nova fecit pro templo, *ibid.*, 2. In templo sola pretiosa videri poterant, *ibid.* Templum Salomonis qua in re secundo præstaret, XIX, 330, 1; 339, 1, 2.

Quinto. *Templum Salomonis diversis nominibus in Scriptura vocatur.* Cur templum vocetur arx, V, 253, 1. Est quasi parva civitas, X, 536, 2. Cur vocetur Libanus, IX, 633, 1. E lignis cedrinis constructum erat, *ibid.* Eminens videbatur esse mons niveus, XIV, 233, 2. Templum Salomonis vocatur mons Testamenti et latera Aquilonis, cur, XI, 290, 1, 2. Dicitur aurum, cur, XII, 371, 1. Vocatur auxilium, cur, *ibid.* Cur dicatur Ophel, XIV, 99, 1. Cur dicatur ala, XIII, 130, 2. Cur vocetur potentium superbia, 627, 2. Vocatur sanctuarium, I, 636, 1.

Sexto. *Templi Salomonici adeundi obligatio, ratio et modus.* Ad templum omnes ter in anno ascendere tenebantur, et qui ab ea obligatione excipierentur, I, 621, 2; XVI, 81, 2. In eo solo Hierosolymis immolari poterat, XIV, 541, 2. Ipsum soli Judæi ingrediebantur, nulli Gentiles, XVII, 124, 1, 2; 384, 1, 2. Illud gradibus ascendebatur, 111, 2. Templum adeuntes cur per aliam egredi portam deberent quam erant ingressi, XII, 847, 1. Templum cum cæde aut alio scelere esset pollutum, in die expiationis expiabatur, XVII, 384, 1, 2. Templum jure asyli non gaudebat, *ibid.*, 2. Decem miracula in templo secundum Hebræos, III, 573, 2. Templum Salomonicum quando a Chaldæis combustum, XII, 276, 1, 2.

Septimo. *Quasnam res templum Salomonicum symbolice significabat.* Templum triplex triplices homines, seu triplicem hominum statum adumbravit, XII, 805, 1. Partium ejus significatio allegorica, XXI, 190, 1. Ecclesiam militantem repræsentabat. III, 573, 1. Templum Salomonicum Ecclesiam triumphantem significat, III. 462, 2; 573, 1. Cœlum significat, 573, 1. Allegorice Ecclesiam militantem, anagogice triumphantem significat, XXI, 116, 2; 222, 2. Templum Salomonicum erat domus sancta, voluptas Dei, imago cœli, XII, 825, 1.

2° *Templum secundum a Zorobabele reædificatum.* Templum ter ædificatum est et a quibus, XVI, 334, 2. Alii id ipsum ornarunt et expolierunt, 335, 1. Templi secundi fundamenta jacta et parietes erecti sub Cyro, sub Dario peracta contignatio, XIV, 325, 1. Quo anno Darii Hystaspis inchoatum et perfectum fuerit, 316, 1, 2. In ejus fabrica cur populus tergiversaretur, XIV, 320, 1, 2. A templi reædificatione Judæi Samaritas arcent, cur, IV, 213, 1, 2. Ab ea supersedetur, 214, 1. Ejus fabrica rebus sacris in computu mensium annumeratur, XIV, 317, 1, 2. Cœpta hæc est in mense augusto, *ibid.*, 2. Templum quod describit Ezechiel, idem esse videtur cum eo quod restauravit Zorobabel, idque apposite ad consolationem eorum qui in captivitate Babylonica agebant, XII, 778, 1, 2. Hoc non potest intelligi de templo corporali et Judaico, cur, 778, 1. Cur id templum Ezechieli ostensum describendum, 778, 2. Et solvuntur quæ contra hoc objici possunt, *ibid.* Templum secundum quam fuerit id altum, *ibid.* Prius templum erat hoc secundo duplo altius, IV, 218, 1. Templum secundum habuit tantum sexaginta cubitus altitudinis, III, 120, 2. Cur id Judæi altius non extruxerint, XII, 778, 2. Cur non tam perfecte id structum ac Dei idea præ se fert, 779, 1. Generalis idea trium templi partium, 780, 2; 781, 1. Erat id stratum pretioso marmore, 782, 1. Erat in monte sublimi, cur, *ibid.*, 2 et seq. Cur vocetur civitas, 783, 1. Erat tribus muris circumdatum, 784, 1. Ejus tres muri et tres portæ, eæque in singulis muris sibi obversæ, quid significent mystice, *ibid.* Ejus latitudo et longitudo, 791, 1, 2; 806, 1; 811, 1. Ejus porta quadrata erat, 814, 1. Erat ea similis portæ templi Pantheon Romæ, *ibid.* An fuerit tam augustum quam Salomonis, XII, 778, 2. Templum secundum fuit longe impar primo in structura, pretio et gloria, XIV, 382, 1, 2. Utrumque templum multi viderunt, 330, 1. Huic quinque defuerunt, quæ in primo erant, arca, Urim et Tummim, ignis sacer, præsentia Dei in Sancto sanctorum et prophetia, 325, 2; 339, 1, 2. Tamen priori gloriosius fuit, ex eo quod Christus in eo Deo Patri oblatus sit, docuerit, versatus sit. miracula patrarit, etc., X, 528, 2; XIV, 339, 1, 2. In eo Christus et Apostoli legem novam docuere, V, 203, 1. In eo jacta sunt Ecclesiæ christianæ fundamenta, XIV, 343, 1. Diutius duravit quam primum, XIV, 341, 1. Templum utrumque quandiu duraverit, *ibid.* Templum Zorobabelis duravit, usque ad excidium urbis, X, 528, 2. Templum secundum a diversis pollutum,

XIV, 341, 1. Non commendatur ab Aggæo, quod diutius steterit primo, sed quod Christus illud sit ingressus, *ibid.*

An ipsum templum restauratum ab Herode, XIV, 341, 2. Templum Herodis an fuerat augustius Salomonico, 341, 2 et seq. Non iterum extructum diruto Zorobabelico, sed id tantum ampliatum, 342, 1. Ejus prætor quis esset, XVII, 124. 1, 2. Juxta templum erant habitacula feminarum religiosarum, XVI, 80, 1, Cur in templum argenteos Judas retulerit, XV, 597, 2. Templum luxit mortem Christi dum ejus velum scissum est, XV, 633, 1, 2. Posthac profanandum fore, hæc veli scissio denotabat, *ibid.*, 2. Templi hujus profanatio, ac simul exercitus Romanorum eodem tempore urbem obsidens, fuit vere abominatio desolationis, XIII, 132, 1. Templum Jerosolymitanum Jovi Olympio, Garizitanum Jovi Hospitali dicatum, IV, 521, 2; 522, 1. Templum Salomonis non reparabitur nisi in fine mundi ab Antichristo, XIII, 134, 1, 2. In eo sedebit Antichristus, quia illud instaurabit, XIX, 151, 2 et seqq.

Templa tria sibi promissa esse dicunt Judæi pertinaces, XIV, 339, 2. Templum quoddam augustissimum et urbem a Messia suo expectant Judæi moderni : quod templum et urbs, quia nondum apparuit, hinc inferunt Messiam nondum venisse, sed refelluntur: XII, 776, 1, 2.

Templi secundi fabricæ totius expositio mystica ex S. Gregorio, XII, 792 et seqq. Et alia ex Lyrano, 819, 1, 2 et seq. Id ab Ezechiele describitur quasi situm extra Jerusalem, quare, 855, 2. Quod templum hoc a civitate et civibus removeatur, per hoc accipiendus est status sacerdotalis, ejusque templa, 779, 2. Hæc templi restauratio allegorice est resurrectio Christi, *ibid.* Templum istud symbolice est Ecclesia christiana, XII, 779, 1, 2. Anagogice vero in eo describitur templum cœleste, 780, 1. Et tropologice anima sancta, *ibid.* et 2. Templi portæ sponte apertæ quid designent, XIV, 485, 1.

II. TEMPLA IDOLIS VEL FALSIS DIIS ADDICTA. Templa veterum montibus erigebantur, XI, 122, 1, Templa rotunda veteres diis suis erigebant, II, 125, 2. Templum ignis a rege Persiæ ædificatum, IV, 502, 1, Templum Fortunæ quare dicatur urbs Fanum, VII, 324, 1. Templum pacis quando Romæ extructum, XVII, 9, 2. Templum pacis a Vespasiano imperatore instauratum, XI, 124, 1. Templum Dianæ Ephesi quam celebre, XVII, 357, 2; XXI, 42, 1. Ejus magnificentia, XVII, 358, 2. Id quando et a quo incensum, et dein eversum, 359, 1. Templum Jani clausum tertio, tempore Christi, ab Augusto, XIV, 333, 1. Templum Heliopolitanum dictum Onion in Ægypto constructum, IV, 496, 1; XII, 151, 1. Id a Vespasiano demoliri jussum, XII, 151, 1; XVII, 9, 1. Templa Ægypti collapsa, VIII, 625, 2.

Templum Garizitanum fuit æmulum Hierosolymitani, X, 547, 2. Quando et a quo id erectum et excisum, IX, 105, 1; X, 547, 2; XVI, 360, 2.

III. TEMPLA CHRISTIANA. 1° *Templorum christianorum sanctitas, dignitas, gloria.* Primo. *Templa sunt domus Dei inter homines habitantis*, I, 636, 1; XIV, 386, 2 et seq. Cur dicatur domus Dei, XV, 465, 2 : *Scriptum est : Domus mea, domus orationis vocabitur.* In templo Deus potissimum cum hominibus habitat, V, 238, 2 et seq. : *Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* Deus in solis templis manufactis non habitat, XVII, 178, 1 : *Salomon autem ædificavit illi domum. Sed non Excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit : Cœlum mihi sedes est, terra autam scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabilis mihi, dicit Dominus, aut quis locus requietionis meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia?*

Templa christiana sunt locus et sedes Dei incarnati, XVI, 82, 2 : *Et non invenientes* (Jesum) *regressi sunt* (Maria et Joseph) *in Jerusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum, invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem illos.* Templa in quo Christus Dominus in Missa offertur repræsentant Bethleem, cur, XIV, 115, 2 et seq. Templa sunt velut cœlum, XI, 662, 1. Ipsa habent angelos custodes, XXI, 188, 2 : *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum.*

Secundo. *Templa christiana sunt sicut templum Salomonicum, sunt domus sapientiæ parabolice, in iis sapientia docet suos*, V, 245, 1 : *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Misit ancillas ut vocarent ad arcem, et ad mœnia civitatis : Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam et vivite, et ambulate per vias prudentiæ.* Omnes templorum partes sapientiæ accommodantur, *ibid.* et 2. Sunt domus sapientiæ et disciplinæ in quibus concionatores veram fidem, virtutem et pietatem prædicant, X, 566, 2 : *Appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum disciplinæ.*

Tertio. *Templa sunt domus orationis, cur*, I, 636, 1; XI, 662, 1 : *Adducam eos in montem meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ : holocausta eorum, et victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea, domus orationis vocabitur ; vos autem fecistis illam speluncam latronum.* In templo oratio melius fit quam domi, cur, XIX, 201, 1.

Quarto. *Templa sunt reorum asyli*, I, 636, 1. Olim jure asyli gaudebant, XVII, 384, 1. Eorum immunitas quantopere et quam religiose sit servanda, multis exemplis docetur, II, 385, 1.

2° *Templa frequentanda, et qua ratione.* Primo. *Templum quo fine nobis sit adeundum*, VII, 192, 2:

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. Multo enim melior est obedientia, quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciant mali. Templum quanto cum commodo frequentetur, XVII, 108, 1 : *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, et frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis.*

Secundo. *Cum puritate animi et conscientiæ sunt adeunda.* Templa decet sanctitudo, cur, XIV, 353, 1 ; *Psalm.* II, 134, 2: *Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.* Dici possunt sanctitas, XIV, 14, 1, 2 : *Et in monte Sion erit salvatio, et erit sanctus.* Templum Dei severam castitatem postulat, III, 629, 2. Ea ingressuri olim christiani lavabant manus, I, 715, 1 : *Facies et labrum æneum cum basi sua ad lavandum, ponesque illud inter tabernaculum testimonii et altare. Et missa aqua, lavabunt in ea Aaron et filii ejus manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, et quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur.* In eo sancte et reverenter se gerant fideles, XIX, 218, 1 : *Hæc tibi scribo, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est columna et firmamentum veritatis.* Templum arroganter non est adeundum, XIV, 277, 2 : *Et visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa : qui complent domum Domini Dei sui iniquitate et dolo.*

Tertio. *In templis quanta cum reverentia, silentio, religione versandum.* Id multis docetur ex eo quod Deus jusserit sibi fieri templum et tabernaculum in lege veteri, I, 636, 1 ; II, 12, 1, 2. Quæ iis reverentia exhibenda, XI, 662, 1. In templo est tacendum, X, 152, 1 : *Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi gratia bona.* In templis Abyssini nunquam sedent, XVII, 112, 2.

Sancti tam Veteris quam Novi Testamenti templa venerati sunt, I, 636, 2 et seq. Etiam gentiles ea reveriti sunt, *ibid.* Ante ejus valvas olim christiani orabant, X, 558, 1 : *Ante templum postulabam pro illa* (sapientia), *et usque in novissimis inquiram eam.* Templorum januas olim christiani osculabantur, XVIII, 512, 2 :

Quarto. *Templorum structura, ornatus, usus astruuntur et commendantur,* XVII, 112, 1 ; XXI, 401, 2. Tempore S. Pauli templa fuere in usu, XVIII, 357, 2 : *Convenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos.* Templorum fabrica quam Deo placeat, XIV, 347, 2. Templum primum erigendum in urbis fabrica, 321, 2 : *Numquid tempus vobis est ut habitetis in domibus laquealis, et domus vestra deserta?* Cur in templi dedicatione legatur Evangelium de Zachæo, XVI, 250, 2. Vacuis manibus id ingredi non debemus, X, 216, 1, 2 : *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. Hæc enim propter mandatum Dei fiunt.* Ut templo detur nihil parentibus subtrahendum, VI, 384, 2 : *Qui subtrahit aliquid a patre et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps est homicidæ.* Templi vasa in pauperes erogare interdum licet exemplo sanctorum, I, 656, 2.

Quinto. *Varia templa christiana quæ erecta fuerunt.* Christiana templa templum Salomonis numero et gloria superant, XIV, 343, 2. Christiana templa ad orientem respiciunt, cur, 528, 1 ; XV, 621, 1. Templa christianorum olim erant tabernaculo Moysis similia, I, 657, 1. Templum in navi quid sit, XII, 693, 1. Templum etiam dicitur martyrium vel confessio, XXI, 147, 2. Templa marmorea Romæ, XII, 638, 2; 643, 2. Templa varia a Christo et sanctis dedicata, IV, 434,1.

Templo sepulcrum Christi exornavit Helena, in quo reges Hierosolymorum christiani sepulti in eo creantur Equites, X, 265, 2. Ad id christiani peregrinantur, nec Turcæ id demoliri audent, licet sæpe id sint comminati, *ibid.* Templum sepulcri Dominici celebre ob peregrinationes fidelium toto orbe ad illud ; sepulti in eo Godefridus Bullonius, ejusque frater Balduinus, primi reges Hierosolymorum a christianis, XII, 235, 1. Templum magnificum Helena imperatrix in monte Oliveti erexit ; et ipsum superne apertum, XVIII, 63, 1.

Templa beatæ Virgini sacra, quot Romæ, VIII, 22, 2. Templum S. Mariæ Majoris Romæ a beata Virgine nive in augusto submissa designatum ædificari, VI, 268, 2. Quam sit celebre, ejus reliquiæ, miracula, honor, V, 204, 1.

Templum S. Petri Romanum vere est orbis miraculum in quo ipsissimæ templi Salomonici columnæ visuntur, XII, 787, 1. Templum duodecim thronorum in Tiberiade a S. Helena constructum, XV, 340, 2. Templum Lateranense Romæ unde dicatur, XVII, 7, 2.

3° *Templorum profanationis vel eversionis quæ sit pœna.* Templum turpe lucrum non admittit, XIV, 69, 2. Per templum et altare jurans quatenus obligetur, XV, 492, 1, 2 : *Qui ergo jurat in altari jurat in eo, et in omnibus quæ super illud sunt; et quicumque juraverit in templo, jurat in illo, et in eo qui habitat in ipso.* Deus templi violatores punit, I, 636, 1. Templorum expilatores puniti, IV, 511, 1. Eorum profanatio et eversio graviter a Deo puniuntur, *ibid.* Templorum et sacrorum eversio fideli homini cavenda est, XII, 682, 1 : *Et tu, fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, et gaudium dignitatis, et desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum.* Templorum lapides et ligna contra hæreticos qui ea demoliti sunt clamabunt in die judicii, item contra sacerdotes qui in ipsis scandalum fidelibus dederunt, XIV, 231, 1, 2 : *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, et liberari se putat de manu mali ! Cogitasti confusionem domui tuæ, conci-*

disti populos multos, et peccavit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit, et lignum, quod inter juncturas ædificiorum est, respondebit. Templa et urbes ab hæreticis et infidelibus cur Deus spoliari sinat, XII, 360, 1 : *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus; quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.*

IV. TEMPLUM SPIRITUALE. Templum spirituale quod dicatur, XX, 282, 2 : *Ad quem* (Christum) *accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum; et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.* Templum Dei est fidelis sanctæ fidei superædificatum, 682, 2 et seq. : *Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate.* Inter templum et animam sanctam octo analogiæ, XIV, 352, 2. Templum Dei mysticum quibus peccatis violetur potissimum, XVIII, 274, 2 : *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.*

V. TEMPLUM CŒLESTE. — Templum cœli Deus est, et in eo non sunt alia templa, XXI, 401, 1, 2 : *Et templum non vidi in ea : Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et Agnus* (Vide COELUM, etc.).

TEMPLARII. Templarii erant milites sacri, IV, 163, 2. Templariorum institutio, munus et extinctio, 434, 2. Templarii cæsi ad Dei tribunal Clementem V Pontificem, et Philippum Pulchrum, regem Francorum, citarunt, I, 155, 2.

TEMPORALIS. 1° Temporalia Judæis tantum in lege veteri promissa, II, 114, 2 : *Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Ego Dominus.* Temporalia bona sunt etiam Dei benedictio, *Job*, 206, 2 : *Si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ : in tantum ut si priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis;* 564, 1 : *Addidit quoque Job assumens parabolam suam, et dixit : Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me?* Temporalia quæ Deus promittit, si non det, dat æterna, XVIII, 669, 2 : *Honora patrem tuum, et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.* Temporalia bona sunt verorum bonorum imagines et umbræ, *Psalm.* I, 251, 1.

2° Licet emere aliquod temporale cui sit spirituale annexum, XIX, 504, 2 : *Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esaü, qui propter unam escam vendidit primitiva sua.*

3° Temporalium bonorum vanitas, III, 329, 1 : *Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.* Temporalia sunt pro salute animæ deserenda, *Job*, 55, 1 : *Pellem pro pelle, et cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Eorum concupiscentia et sollicitudo signum est incultæ mentis, II, 242, 2 : *Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio, sedens et flens junctis sibi pariter filiis Israel, et ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres, et pepones, porrique et cæpe, et allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Temporalibus anxie quærendis et conservandis frustra insudant homines, *Psalm.* I, 251, 1 : *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea.* Temporalia qui quærunt, muscas captant, II, 70, 2. Temporalia modica ad vitam transigendam sufficiunt, X, 126, 1. Temporalia contemnens prodigium fit multis, *Psalm.* I, 458, 2 : *In te cantatio mea semper : tanquam prodigium factus sum multis, et tu adjutor fortis.* Temporalia contemnentis præmium, 25, 1 (*Vide* BONA).

TEMPORANEA. Temporanea pluvia in Palæstina quæ sit, XIV, 476, 1 (*Vide*, IMBER, PLUVIA).

TEMPUS. 1° *Quid sit tempus, quando cœperit, et quomodo existat.* Tempus est intrinsece mensura vitæ hominis, XIV, 118, 2. Tempus et ævum inter se distinguuntur, IX, 53, 1 : *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum.* An tempus imaginarium fuerit ante mundi constitutionem, XIX, 320, 2 et seq. : *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia.* Quæ dicantur tempora sæcularia, *ibid.* Quæ dicantur tempora æterna, XVIII, 244, 2 : *Ei autem qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, et prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti..... soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honor et gloria in sæcula sæculorum.* Tempus non fuit ab æterno, *ibid.* Tempus quale fuerit ante motum primi mobilis, I, 40, 2. Tempus quomodo existat, VII, 128, 1 : *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub sole.* Quomodo id stet cum æternitate, XIX, 321, 1. Tempora et sæcula omnia circa Dei æternitatem volvuntur, XI, 511, 2. *Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio ? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum,* 515, 2. Tempus habet finem suum et principium, XIV, 118, 2. Temporum princeps est Deus quasi sol, XIII, 576, 2 : *Ecce formans montes, et creans ventum, et annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens super*

excelsa terræ, Dominus Deus exercituum nomen ejus. Tempus est vestigium æternitatis, I, 60, 1. Tempus longissimum cum æternitate comparatum modicum est, et instar guttæ ad mare, IX, 503, 2; 504, 1 : *Numerus dierum hominum ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt : et sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi*, XV, 512, 2. Tempus simile est umbræ, VII, 237, 1. Tempus vitæ nostræ est quasi umbra æternitatis Dei, *ibid.* et 2 : *Quid necesse est homini majora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suæ, et tempore, quod velut umbra pertransit?* Tempus tantum existit per instans præsens, 128, 1. Quidam philosophi existimarunt non esse tempus præsens, sed aut præteritum, aut futurum, XIX, 321. 1, 2. Temporis symbola, VII, 131, 1. Ejus symbolum est basiliscus, IX, 504, 1. Ejus signa et schema, XXI, 217, 1. Ejus ænigma, VII, 129, 1. Ejus hieroglyphica varia, *ibid.* Ejus apologus quis, 130, 2 et seq. Tempus omnia consumit, *Job*, 331, 1 : *Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapides excavant aquæ, et alluvione paulatim terra consumitur.* Tempus omnes dolores lenit, et passiones mitigat, IX, 95, 1 : *Deprime cor tuum et sustine, inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus : et ne festines in tempore obductionis.*

2° *Vocis* temporis *variæ in Scriptura acceptiones.* Primo. Tempus capitur pro anno, XIII, 97, 2 : *Tradentur in manu ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis.* Danieli tempus est annus, XIX, 160, 2. Tempora septem quibus mutatus fuit in bestiam Nabuchodonosor, sunt septem anni, XIII, 60, 1, 2 : *Cor ejus ab humano commutetur, et cor feræ detur ei : et septem tempora mutentur super eum.* Tempus cur vocetur hora, XX, 549, 2 : *Filioli, novissima hora est.*

Secundo. Quid sit tempus visitationis Jerusalem, XVI, 254, 2 : *Venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo*, etc..... *eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Tempus quomodo adversus Jerusalem vocatum, XII, 363, 2 : *Vocavit* (Dominus) *adversum me tempus, ut contercret electos meos; torcular calcavit Dominus virgini filiæ suæ Juda.*

Tertio. Tempus Christi et Ecclesiæ a Prophetis dicitur novissimum, cur, X, 519, 2 : *Spiritu magno* (Isaias) *vidit ultima, et consolatus est lugentes in Sion;* XI, 121, 1, 2 : *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes;* XV, 512, 2; XVIII, 343, 1 : *Hæc autem omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt;* XIX, 222, 1 : *Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide;* 298, 2 : *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus, instabunt tempora periculosa;* XXI, 353, 2 : Tempus in quo parturiens pariet quod a Propheta dicatur, XIV, 119, 1, 2 : *Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet.* Tempus placiti divini erga Christum et Ecclesiam quod sit, XI, 585, 1 : *Hæc dicit Dominus : In tempore placito exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui, et servavi te, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hæreditates dissipatas.* Tempus legis gratiæ et Novi Testamenti cur Osee vocet diem tertium, XIII, 363, 1, 2 : *Vivificabit nos post duos dies : in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus.* Tempus Evangelii est medium inter tempus legis et tempus gloriæ, XIV, 243, 1 : *Domine, opus tuum in medio annorum vivifica illud.* Tempus ante Christum nox est, XVIII, 224, 1 : *Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere..... Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Tempore Christi revelatus est virtutis splendor. XI, 431, 1. Tempus totum prædicationis Christi et legis novæ est annus jubilæi et jubilæum perenne, 717, 1 : *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me..... ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro;* XVI, 103, 2; XVIII, 457, 1 : *Adjuvantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.* Item tempus gratiæ, XVIII, 457, 1. Item dies ultionis hostibus, *ibid.* Tempus totum christianismi vocatur magnus dies Jezrahel in Scriptura, XIII, 301, 2 : *Et congregabuntur filii Juda, et filii Israel pariter : et ponent sibimet caput unum, et ascendent de terra, quia magnus dies Jezrahel.*

Quarto. Tempus mortis vocatur tenebrosum, VII, 375, 2 : *In tempore non suo mori, quid sit,* 267, 2.

Quinto. Diversa tempora tribus modis in Scriptura conciliantur, III, 632, 1. Temporum differentias dentes in se exprimunt, VI, 278, 2.

3° *Tempus cuique rei præstitutum a Deo*, Job, 546, 2 : *Tempus posuit tenebris, et universorum finem ipse considerat : lapidem quoque caliginis et umbram mortis.* Tempus mortis Christi erat a Patre constitutum, XVI, 486, 1. Tempus fructuum vineæ Ecclesiæ quodnam esset, et quis is fructus, XV, 470, 2; 471, 1. Quod esset tempus aquæ in piscina movendæ, XVI, 373, 1 : *Angelus autem descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua.* Tempus quomodo futura parere dicatur, Deo et ejus ordinationi servit, VI, 325, 1 : *Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies.*

4° *Tempore bene utendum, varia motiva.* Primum. *Temporis pretium.* Temporis pretium quantum sit, VII, 129, 2; IX, 159, 2 : *Fili, conserva tempus, et devita a malo;* XIV, 320, 2. Ejus quanta habenda ratio, IX, 159, 2; XV, 310, 1; XX, 634, 2; XXI, 217, 1. Tempore exiguo multa

colligi possunt merces et merita, XVII, 194, 1. Ab illo pendet nostra æternitas, XXI, 217, 2.

Secundum. *Tempus vitæ est nobis datum ad bene operandum, ad salutem et gloriam procurandam, estque velut dies,* XVI, 459, 1 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est : venit nox, quando nemo potest operari ;* XXI, 217, 2 : *Et Angelus quem vidi stantem super mare, et super terram, levavit manum suam ad cœlum ; et juravit per viventem in sæcula sæculorum,..... Quia tempus non erit amplius.* Tempus præsens vitæ est tempus merendi vel demerendi, XIV, 205, 2. Tempus est mensura operationis, et pii negotii, non otii, II, 418, 2; XIV, 320, 2 : *Hæc ait Dominus exercituum, dicens : Populus iste dicit : Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens : Numquid tempus vobis est ut habitetis in domibus laquealis, et domus ista deserta ?* Tempus hujus vitæ est tempus bene operandi futuræ mercedem recipiendi, X, 569, 2 : *Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.* Tempora multa vocantur quæ bonis operibus plena sunt, VIII, 372 : *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Tempus pœnitentiæ summum Dei beneficium, *Job,* 508, 2 : *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur eo in superbiam ; oculi autem ejus sunt in viis illius.* Tempus pœnitentiæ est tempus fiduciæ salutis, etc., *ibid.* Tempus pœnitentiæ dies utiles et legitimi, *ibid.* Tempore gratiæ et salutis utendum est, dum datur, XIII, 422, 2 : *Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos justitiam.* Tempus quo Christus prope fuit, et inveniri potuit, XI, 652, 2 : *Quærite Dominum dum inveniri potest : invocate eum, dum prope est.* Tempus omne accommodum et opportunum est ad bene agendum et pœnitendum, XIV, 320, 2. Tempus omne opportunum bonæ actioni, *Job,* 727, 1. Tempus semper est se convertendi, XIX, 382, 2 : *Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur.*

Tertium. *Temporis brevitas.* Temporis quanta sit fugacitas et exilitas, I, 484, 2; VI, 326, 2; XX, 480, 1 : *Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus,* XXI, 217, 2. Ejus mira velocitas, I, 61, 1. Tempus est velocissimum, ratio a priori, VIII, 385, 2 : *Quid nobis profuit superbia ? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis ? Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrens, et tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam : cujus, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus : aut tanquam avis, quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per vim itineris aerem : commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius : aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic et nos nati continuo desivimus esse, et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere.* Temporis instabilitas, VII, 290, 2. Tempus omne in fluxu est, XIX, 321, 1. Tempus ambulat licet homine dormiente, XII, 122, 1. Tempus hujus sæculi modicum, *Job,* 782, 2. Tempus breve sedulo impendendum, XVIII, 577, 2 : *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, maxime autem ad domesticos fidei,* XVIII, 656, 1; 657, 1; XIX, 50, 2. Brevi nobis Deus tempus auferet, et in æternitatem transferet, XXI, 218, 1. Tempus certaminis est breve, victoriæ et gloriæ æternum, XVIII, 112, 1; 444, 1, 2 : *Id enim, quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Quartum. Temporis jactura irreparabilis. Illius jactura qualis sit, VII, 290, 1. Cito labitur, nec redit, IX, 349, 1 : *Est qui locupletatur parce agendo, et hæc est pars mercedis illius. In eo quod dicit : Inveni requiem mihi, et nunc manducabo de bonis meis solus : et nescit quod tempus præteriet, et mors appropinquat, et relinquat omnia aliis, et morietur,* XXI, 217, 1. Ipsum fugax et irrevocabile, XII, 364, 1. Post illud elapsum non sequitur aliud, XXI, 218, 1. Ipsum nos accusabit in die judicii, XII, 364, 1 : *Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei : vocavit adversum me tempus, ut contereret electos meos.* Tempus redimere quid sit, XVIII, 656, 1; 657, 1 : *Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis : non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt;* XIX, 110, 2 : *In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt ; tempus redimentes.*

5° *Quomodo tempore bene utendum.* Primo. *Omnia suo tempore sunt facienda ;* XII, 74, 2 : *Milvus in cœlo cognovit tempus suum : turtur, et hirundo, et ciconia custodierunt tempus adventus sui : populus autem meus non cognovit judicium Domini.* Temporis, id est occasionis descriptio, 75, 1. Tempus præsens est occasio præsens quæ apprehendenda est, XVIII, 658, 1. Quid sit tempori servire, 210, 2. Temporum eversores apud priscos exosi erant, VII, 129, 2. Tempus quomodo sit observandum, 289, 1 : *Tempus et responsionem cor sapientis intelligit.* Tempora consideranda sunt, nam tempus docet prudentiam, XIV, 346, 1 : *Ponite corda vestra ex die ista, et in futurum, a die vigesima et quarta noni mensis : a die qua fundamenta jacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum.*

Tempus est plantandi et tempus evellendi, VII, 132, 1. Tempus plantandi virtutes est, *ibid.*, 2. Eradicandi zizania vitiorum, *ibid.* Plantandi choros beatorum in cœlo, *ibid.* Occidendi et sanandi

133, 1. Flendi et ridendi, quo constet, *ibid.* Tempus nunc flendi, et in futuro ridendi, 133, 2. Spargendi lapides, *ibid.* Acquirendi, et perdendi, 135, 1. Custodiendi et abjiciendi, *ibid.*, 2. Tempus scindendi vestes Hebræis erat in clade et luctu, 136, 1. Scindendi corda, *ibid.*, 2. Tacendi et loquendi, VII, 136, 2; IX, 548, 1, 2; X, 35, 1. Tempus loquendi et tacendi a quibusnam observetur, 137, 2. Tempus dilectionis et tempus odii, *ibid.* In quibus sit, 138, 1. Tempus pacis, *ibid.* et 2. Tempus judicandi et præmiandi, non merendi vel demerendi erit in die judicii, 150, 2.

Tempus matutinum velut aptissimum dandum est rebus divinis, VIII, 406, 1 : *Qui de luce vigilaverit ad illam* (sapientiam) *non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inveniet.* Tempora statuta orationi servanda sunt, XVII, 113, 2 : *Petrus autem et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* Tempus ab occupationibus vacuum orationi dandum, XVIII, 684, 2 : *Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia, et obsecratione pro omnibus sanctis* (Vide ORATIO). Tempus sacrum Deus respicit sollicite, XIII, 115, 2 : *Cumque adhuc loquerer, et orarem, et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Israel, et prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei, adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini.*

Secundo. *Temporis distributionem facere debet qui id recte vult impendere*, IX, 353, 1 : *Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce.* Cum tempus recte impendimus, id nobis proprium facimus, XVIII, 658, 1.

TEMULENTUS. Temulenti et luxuriosi dormiunt verius quam vivant, XIII, 343, 1.

TENACITAS, TENACES. 1° *Tenacitas pro avaritia.* Tenaces non sunt fortes, sed invalidi, X, 67, 1. Tenacitas depauperat, V, 336, 1. Tenacitate opes deficiunt, X, 119, 2.

2° *Tenacitas pro nimio judicii proprii amore.* Tenacia proprii judicii causa lapsus in Saule, 357, 2. Ob tenacitatem castigatorum exempla, XX, 662, 2.

TENDICULA. Tendicula tenditur avibus et feris, V, 37, 2.

TENEBRÆ. I. TENEBRÆ CORPORALES. — 1° *Tenebræ* vox unde derivetur, X, 405, 1. Tenebræ quadruplices, oculorum, mentis, mortis, gehennæ, VIII, 618, 2.

2° Tenebræ initio creationis faciem terræ obtegebant, IX, 621, 2 et seq. Tenebræ super faciem abyssi an fuerint umbra cœlorum, I, 47, 1 (*Vide* CREATIO).

3° Tenebræ Ægyptiæ quam spissæ (*Vide* ÆGYPTII, ÆGYPTUS). Tenebræ quæ Ægyptos velabant, triplices, VIII, 607, 1. Tenebræ Ægyptiæ unde ortum habuerint, XIV, 259, 1.

4° Tenebræ per universam terram in morte Christi factæ sunt; unde illæ ortæ et quamdiu durarint, XV, 626, 2 et seqq. Quid symbolice denotent, 628, 1.

5° Quæ tenebræ exteriores dicantur et unde, XV, 225, 2 et seqq. Tenebræ inferni quam metuendæ, I, 518, 1 (*Vide* INFERNUS).

II. TENEBRÆ SPIRITUALES VEL ALLEGORICO SENSU SUMPTÆ. — 1° Tenebræ spirituales quæ sint, *Psalm.* I, 439, 2. Tenebræ mentis sunt in omni peccato, IX, 607, 1. Tenebræ peccati quantæ, *Job*, 79, 2; 83, 1; 502, 2.

2° Tenebræ errorum, vitiorum et tristitiæ sunt symbolum, XVI, 50, 2; 302, 1. Item impiorum, *ibid.* Tenebræ sunt typus peccatorum, XVII, 653, 2; XIX, 137, 1. Peccata amant tenebras, XVIII, 224, 2. Tenebræ paganismum, idololatriam et vitia gentium significant, XI, 701, 2. Tenebrarum nomine vocatur ignorantia, infidelitas, etc.; diabolus, infernus, XIX, 75, 1; XX, 524, 2 et seq.

3° Tenebræ sunt etiam tristitiæ symbolum, IV, 224, 2. Symbolum sunt tristitiæ et avaritiæ, X, 109, 1. Tenebræ *pro infelici statu*, *Job*, 294, 1; 469, 1. Tenebræ sunt symbolum adversitatis, calamitatis, persecutionis, carceris, captivitatis, XII, 383, 2; XIII, 492, 1, 2; 586, 2; 629, 1; XIV, 533, 1.

4° Tenebræ gloriam Dei repræsentant, XII, 575, 1. Tenebræ sunt insignia et velamina divinæ potentiæ, majestatis et gloriæ, XIV, 351, 1, 2.

TENEBROSUS. Tenebrosi per catachresin vocantur luridi, viles, pauperes, VI, 172, 1.

TENER. A teneris assuescere magni interest, XII, 117, 2 (*Vide* INFANTIA, PUER, PUERITIA).

TENTARE, TENTATIO. I. QUID SIT TENTATIO IN GENERE ET QUOTUPLICI SENSU SUMATUR. — Tentatio triplicem patitur significationem : *primo*, tentatio idem est quod afflictio et tribulatio ; *secundo*, persecutionem significat; *tertio*, magis proprie et directe veram dæmonis externam, et internam carnis, sive concupiscentiæ et mundi tentationem denotat, XX, 15, 2 et seq. : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Tentatio capitur subinde pro multis tribulationibus et casibus jactato, X, 197, 2 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO).

II. QUOMODO DEUS DICATUR TENTARI AB HOMINIBUS. — Deus tentatur tripliciter, VIII, 276, 1 : *Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum : apparet autem eis qui fidem habent in illum*; XVII, 300, 2 : *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?*

III. QUOMODO DEUS TENTARE HOMINES DICATUR. — Tentat aliter nos Deus, aliter homo, I, 577, 2 : *Dixit autem Dominus ad Moysen : Ecce ego pluam vobis panes de cœlo : egrediatur populus, et col-*

ligat quæ sufficiunt per singulos dies, ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non. Tentare etiam aliter dicitur Deus, aliter diabolus, 243, 1 : *Quæ postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum : ..... Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.* Quomodo Abraham a Deo fuerit tentatus, XIX, 479, 2 : *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, et unigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones.* Tentant nos diversimode Deus et dæmones, XX, 53, 2 : *Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur : Deus enim intentator malorum est : ipse autem neminem tentat.* Neminem tentat Deus ad male agendum, *ibid.*

IV. QUÆ SINT CAUSÆ TENTATIONIS PROPRIE DICTÆ SEU AD MALUM IMPELLENTIS. — 1° *Diabolus.* Tentationes sunt dæmonum jacula, XIV, 180, 1, 2 : *Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitus in coccineis : igneæ habenæ currus in die præparationis ejus, et agitatores consopiti sunt.* Tentationes diaboli sunt gladii et tela ignea. *Psalm.* I, 53, 1 : *Inimici defecerunt frameæ in finem : et civitates eorum destruxisti.* Tentationes horrendas sæpe sanctis dæmon ingerit, XV, 124, 2 (*Vide* DÆMON).

2° *Homines et creaturæ.* Tentatio omnis a diabolo non oritur, XV, 120, 1. Tentatio mundi est velut pluvia vehemens, 217, 1. *Omnis qui audit verba mea, et non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna.* Tentare proprium est hypocritarum, *Psalm.* I, 217, 2 : *Dissipati sunt, nec compuncti, tentaverunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis.* Tentatio uxoris gravissima, *Job*, 67, 1.

3° *Tentamur per afflictiones*, XIX, 377, 2 : *In eo enim, in quo passus est ipse* (Christus) *et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari.*

4° *Tentatio magna justorum est felicitas impiorum, et quomodo superetur*, Psalm. I, 232, 1 : *Noli æmulari in eo qui properatur in via sua, in homine facienle injustitias.*

5° *Tentatio carnis pejor est fornace Babylonis*, V, 178, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ? Aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus ? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam.* Ejus vis, *ibid.*

6° *Tentatur quis maxime in ea re in qua aliquando peccavit*, IX, 92, 2.

7° *Tentationes oriuntur ex Dei diffidentia*, XV, 346, 2 : *Descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum : videns vero ventum validum, timuit, et cum cæpisset mergi, clamavit dicens : Domine, salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum et ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti ?*

V. TENTATIONUM VARII MODI. — 1° *Tentationum species et modi.* Juxta S. Bernardum, alia est importuna ; *secunda* est dubia ; *tertia* est subita ; *quarta* est occulta ; *quinta*, violenta ; *sexta*, fraudulenta ; *septima*, perplexa, I, 98, 1 ; *Job*, 144, 1, 2. Varia sunt tentationum quibus sancti tentantur genera, XIX, 488, 2. Tentationum genus duplex, *Job*, 331, 2. Tentatio humana quid sit, XVIII, 343, 1 : *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.* Tentatio insipientium est se perfectos putare, XIX, 46, 1 : *Non quod jam acceperim, aut perfectus sim : sequor autem, si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.* Tentatio occulta est tropologice nocturnum somnium, II, 481, 2.

Tentatio violenta qualis, *Job*, 591, 2 : *Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et prævaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro et aperta janua irruerunt super me, et ad meas miserias devoluti sunt.* Tentatio grandini comparatur, 721, 1 : *Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti ? quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ et belli ?* Graves sunt velut profunda maris, 717, 2 : *Numquid ingressus es profunda maris, et in novissimis abyssi deambulasti ? Numquid apertæ sunt tibi portæ maris, et ostia tenebrosa vidisti ?* Tentatus duo mala patitur, *Psalm.* I, 67, 2 : *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum.* Tentationis sunt tres gradus, suggestio, delectatio et consensus, XX, 56, 1, 2 : *Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum : peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.*

2° *Quomodo Christus tentatus sit, vide* JESUS CHRISTUS, cap. V, art. I.

VI. TENTATIONUM FINES, COMMODA ET FRUCTUS. — 1° *Qua ratione homo tentetur.* Quatuor tentationum fines et causæ, scilicet omnes homines quadruplici ratione tentantur plerumque ob probationem, nonnunquam ob emendationem, interdum ob merita delictorum ; tandem ob manifestandam solummodo gloriam et opera Dei, IX, 99, 1 : *In igne probatur aurum et argentum, hominesvero receptibiles in camino humiliationis ;* XV, 234, 1 : *Et ascendente eo* (Jesu) *in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus : ipse vero dormiebat.*

2° *Tentationum utilitates et commoda*, IX, 92, 2 ; 98, 2 ; XV, 193, 2 ; Tentationum septem sunt commoda, XX, 20, 2 et seqq. Tentatio est per se mala, sed justis per accidens fit bona, 51, 1.

Primo. *Tentatio virtutem explorat et corrobo-*

rat, XX, 20, 2. Tentatio probat et explorat fidem, XX, 23, 1, 2 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis : scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Patientiam probat et virtutem, IV, 305, 2 : *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te*, XX, 24, 1, 2. Tentatio probat justos, IX, 591, 1. Homines tentationibus probantur sicut aurum igne. 98, 2. Igni comparantur, XX, 250, 1 : *In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus : ut probatio vestræ fidei multo preliosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi.* Sunt experimenta virtutis, *ibid.* Sic exploratur robur justorum, V, 496, 1 ; 524, 1 : *Sicut igne probatur argentum, et aurum camino, ita corda probat Dominus*, Eas superans vere vir fortior est, 514, 2.

Secundo. *Tentatio est cos virtutis*, XX, 20, 2 et seq. ; *Job*, 39, 2. Tentatio est justus stimulus virtutum, XVIII, 504, 2. Tentationes virtutem exacuunt, XX, 20, 2. Sunt stimulus spei et orationis, 21, 2. Tentatio cedet vincenti in virtutis progressum, XVIII, 344, 1 : *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

Tertio. *Tentatio hominem virtutibus illustrem deprimit, et in humilitate, Deique timore continet*, XX, 21, 1. Tentationem pondus humiliat, *Job*, 558, 2 : *Qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura.* Tentationes carnis ad humilitatis exercitium conducunt, XVIII, 504, 1 : *Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Tentationes hujus vitæ sunt causa et materia compunctionis, V, 415, 1 : *Cor quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus.*

Quarto. *Deus suis in tentatione præsentissimus est, adest et astat, ut proteget, juvet et confirmet*, XX, 21, 2. In tentationibus nobis adest Deus, XI, 202, 1. Tentationes immittuntur juxta vires naturæ et gratiæ, V, 496, 1 : *Pondus et statera judicia Domini sunt : et opera ejus omnes lapides sacculi.* Tentandi facultas a Deo modificatur, *Job*, 57, 1 ; 58, 1, 2. Quos tentationibus sæculi terminos posuit Deus, V, 236, 1 : *Quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Earum nulla tam gravis quin superari possit, XV, 116, 2. Tentatio omnis per Dei gratiam vinci potest, XVIII, 343, 1, 2 : *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Tentari tam graviter possumus ut succumbamus, nisi nos Dei gratia juvaret, *ibid.*, 2. Non possunt a nobis vinci tentationes, nisi ope Dei, XV, 193, 2. Tentationes carnis sanctos colaphizant, non lædunt, XVIII, 504, 1. Tentationes Deus aufert cum lubet, X, 412, 1 : *In sermone ejus siluit ventus, et cogitatione sua placavit abyssum, et plantavit in illa Dominus insulas.* Tentationes quomodo Deus dissolvat, *Psalm.* II, 351, 2 : *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium : laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.* Tentatus a tentatione dupliciter liberatur, *Psalm.* I, 67, 1 : *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum.* Tentationes sunt modicæ et breves, XI, 642, 2 : *Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui ;* XX, 248, 2 et seqq. : *In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.* Consolatio post tentationes superatas, III, 200, 1 : *De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo.*

Quinto. *Deus amplissima præmia tentationem vincentibus promittit*, XX, 21, 2. Tentationibus paratur gloria cœlestis, IX, 93, 1. Prosunt ad salutem, *Job*, 57, 2. Semper durant, ut sint occasio præmii, III, 335, 1.

Sexto. *Tentatio mire mentem illuminat in via virtutis*, XX, 22, 1. Tentatio non solum meritum in terra, et præmium in cœlo parat, sed et mentem illuminat, X, 197, 2. *Qui non est tentatus quid sit ? Vir multis expertus, cogitabit multa ; et qui multa didicit, enarrabit intellectum.* Per eam anima sensim purgatur, ut ad perfectionem summam perveniat, XX, 22, 2.

Septimo. *Tentationibus assueti alios quoad eas edocere possunt*, X, 197, 2. Qui eas in se vincunt apti sunt ut auxilientur tentatis similiter, et dæmonem tentantem pellant, XIX, 378, 1 : *In eo enim in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis qui tentantur auxiliari.* Tentationes vincentes aliis eamdem vincendi dant exempla, XX, 21, 2 et seq.

VII. QUOMODO ERGA TENTATIONES NOS GERERE DEBEAMUS. — 1° *Quatenus se in tentationes conjicere vel eas desiderare liceat.* Nemo potest in tentationes ultro se conjicere, VI, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur.* Tentatio quomodo appetibilis sit, XX, 20, 2. Tentationes ut nobis obveniant, quatenus rogare licet, XV, 193, 2. Sunt eæ declinandæ, et iis resistendum cum veniunt, 117, 2. Eas non sentire angelicum, vincere humanum est, XVIII, 343, 1. Tentationes semper habent christiani, XIX, 302, 2 : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* Tentationes nos circumdant, *Job*, 361, 1. In tentationem non induci quomodo rogemus, XV, 193, 2 : *Et ne nos inducas in tentationem*, XX, 20, 1.

2° *Ad tentationes nos præparare oportet.* Tentatio cur parata ad Dei cultum accedentibus, IX, 90, 1 : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem.* Tentationes horrendæ sæpe ad Deum conversis occurrunt, XV, 116, 2. Tentationes carnis sæpe manent post peccatoris conversionem ferendæ, XVI, 375, 1. Tentationes sunt signum fructus pii laboris, XXI, 239, 2 : *Et signum magnum apparuit in cælo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Et in utero habens, clamabat parturiens, et cruciabatur ut pariat.* Ad tentationes animus præparandus quintupliciter, IX, 90, 1.

3° *Ad tentationes vincendas remedia.* Primo. *Remedia novem : primum,* animi præparatio ; *secundum,* animi depressio et humilitas ; *tertium,* patientia et sustinentia ; *quartum,* audire consilia et consolationes ; *quintum,* in tentatione non trepidare, nec esse præcipitem, sed fortem et constantem ; *sextum,* conjunctio mentis cum Deo ; *septimum,* resignare se in voluntatem Dei ; *octavum,* fiducia in Deum ; *nonum,* filialis timor et amor Dei, IX, 93, 2 ; 94, 1 ; 95, 2 ; 96, 2 ; 98, 2 ; 99, 2 ; 100, 1 : *Deprime cor tuum, et sustine ; inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus : et ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei : conjungere Deo et sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe ; et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe..... Crede Deo, et recuperabit te : et dirige viam tuam, et spera in illum. Serva timorem illius, et veterasce.*

Secundo, *Tentatus Dei opem expectet et imploret,* IX, 95, 1. Tentationis tempore quid faciendum, *Psalm.* I, 140, 1. Ad Deum confugiat per orationem, 96, 2. In iis per orationem Dei gratia imploranda, XV, 235, 2 : *Accesserunt ad eum* (Jesum) *discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, salva nos, perimus ;* 564, 2 ; 571, 2 ; 572, 2 : *Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans et dicens : Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Tentatus faciat quod nautæ in tempestate, 234, 2. Tentationes vincuntur spe et fide, 235, 1 : *Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto, et dixerunt : Quare nos non potuimus ejicere illum* (dæmonem)? *Dixit illis Jesus : Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic : Transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis.* Facile superantur, si Deus et cœlestia præ oculis habeantur, 127, 2 et seq. : *Tunc dicit ei* (dæmoni) *Jesus : Vade, Satana, scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Tentatione crescente, intendenda est oratio, XVI, 265 1 *Et factus in agonia, prolixius orabat : et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Contra horrendas quasdam tentationes efficacissimum remedium est fiducia in Deum, XV, 124, 2 ; 125, 1.

Tertio. *Tentatio carnis dum sentitur, invocanda beata Virgo,* IV, 356, 1, 2. Contra tentationes carnales remedium efficax est si tentatus beatæ Virginis opem imploret per immaculatam ejus conceptionem, XII, 831, 1.

Quarto. *In tentationibus quid cogitandum.* Tentationum omnium remedium est nomen Michaelis. *Quis sicut Deus ?* In iis agnoscenda propria infirmitas, XV, 565, 1. Tentationum vincendi praxis est, una tentatione superata, expectare aliam ; non tantum diabolum vincendum, sed faciendum cum tentatione proventum ; pugnare, quasi perpetuam pacem habiturus ; et cum viceris, te geras quasi mox pugnaturus ; tandem cogitare dulcius esse vincere tentationem, quam ire ad peccata, XX, 15, 2. Tentationes carnis et gulæ superandæ sunt spe in Deum ; superbiæ, timore Dei ; avaritiæ et ambitionis, contemptu mundi et magnanimitate, XV, 127, 2. In tentatione ad peccatum, cogitandum de judicio, XX, 207, 2 : *Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit.*

Quinto. *Quælibet tentationes ab obediente vincuntur,* VI, 126, 2 et seq. : *Vir obediens loquetur victoriam.*

Sexto. *In tentationibus intendenda sunt pietatis exercitia,* VI, 225, 1 : *Si desperaveris lassus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua.* Tentatio virtute Eucharistiæ superatur, XVIII, 340, 1.

Septimo. *Tentationes sunt viriliter sustinendæ, Job,* 69, 2. Sunt fortiter tolerandæ, VI, 226, 1. Tentationum optimum remedium est animi constantia, VII. 337, 2 : *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima.* In iis imitari oportet constantiam fidei Abraham, XVIII, 87, 1. Tentatione ingruente, quid agendum christiano, IV, 534, 2. In tentationibus constans est velut lapis quadratus, XI, 800, 2 : *Quatuor autem mensæ ad holocaustum, de lapidibus quadris extructæ.* Tentationes non curant generosi, XX, 22, 1. Nulla re magis vincuntur tentationes carnis et diaboli quam perseveranter eis resistendo, XVII, 249, 1. Tentatio una cuneus est ad vincendum aliam graviorem, XX, 21, 1.

Octavo. *Tentationes carnis fuga vincuntur,* I, 323, 2 et seq. ; XVIII, 504, 1. Tentationes vincunt milites Christi fugiendo et tolerando, *Psalm.* I, 363, 1 : *Deus noster, refugium et virtus, adjutor noster in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.*

Nono. *Tentatus nil sine consilio faciat.* Tentationes consilio, non vi superandæ, VI, 221, 1 : *Quia cum dispositione initur bellum, et erit salus ubi multa*

consilia sunt. Tentatus admittat consilia et consolationes tum piorum librorum, tum virorum spiritualium, IX, 94, 1. Non sit præceps et festinus, sed sinat passiones defervescere, 94, 2; 95, 1.

Decimo. *Tentationum initiis resistendum*, Job, 52, 2, Tentationum initia sunt parvuli Babylonis, *Psalm.* II, 406, 2 : *Filia Babylonis misera..... Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram.*

VIII. QUOMODO TENTATI TRACTANDI SINT.— Tentati leviter tractandi sunt, VI, 226, 2 : *Erue eos qui ducuntur ad mortem; et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.* Tentatis graviter injicienda aliqua mora, ut conceptum facinus differant, XVI, 533, 1.

TENTORIUM. Tentoria fuere primæ veterum Patriarcharum domus, XII, 94, 2.

TENUITAS. Tenuitas victus ad jucunde vivendum confert plurimum ex Epicuri sententia, XIII, 14, 1 (*Vide* CIBUS, COMESTIO, CONVIVIUM, SOBRIETAS, TEMPERANTIA).

TEPIDUS, TEPOR. 1° *Tepidus et tepor qui sint.* Tepidi, calidi, frigidi quinam spiritualiter sint, XXI, 80, 1, 2. Tepidi hominis descriptio, XVIII, 210, 2. Tepidi de sua innocentia semper gloriantur, XXI, 84, 2 : *Quia dicis : Quod dives sum, et locupletatus, et nullius egeo : et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus.* Tepor mentis aquæ tepidæ a muscis coinquinatæ comparatur, XVIII, 210, 2.

2° *Unde tepor nasci soleat*, XXI, 81, 2. Tepor sequitur nimium fervorem, V, 385, 2. Tepor S. Timothei et sanctorum causæ variæ, XXI, 43, 2 et seq. : *Habeo adversum te quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris; et age pœnitentiam, et prima opera fac : sin autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.*

3° *Teporis mala*, XXI, 82, 1 Quomodo pejor sit frigore, 81, 2 : *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus : utinam frigidus esses, aut calidus ! Se dquia tepidus es, et nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.* Tepida cur vomitum provocent, 83, 1, 2. Tepor in divinis animæ valde noxius est, V, 162, 2 : *Usquequo, piger, dormies? quando consurges e somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, ut dormias. Et veniet tibi quasi viator, egestas, et pauperies quasi vir armatus.* Tepidi labore suo magno parum proficiunt in sanctitate, X, 112, 2 et seq. : *Laboravit dives in congregatione substantiæ, et in requie sua replebitur bonis. Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit.* Tepidus in bonis operibus in die judicii mendicabit, VI, 48, 2 : *Propter frigus piger arare noluit : mendicabit ergo æstate, et non dabitur illi* (*Vide* PIGRITIA).

4° *Tepiditatis remedia.* Tepor mentis excutiendus est, XVIII, 210, 1 : *Sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes.* Tepiditatis remedium quale, *Job*, 171, 2. Teporis varia remedia, XXI, 86, 1, 2 : *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias, et vestimentis albis induaris, et non appareat confusio nuditatis tuæ; et collyrio inunge oculos tuos, ut videas.*

TEREBINTHUS. Terebinthus arbor describitur, IX, 647, 2.

TERESIA (S.). S. Teresiam vocat Christus sponsam suam, VIII, 199, 1. Teresia censebat omnia mundi damna inde manare quod homines veritates S. Scripturæ non penetrarent, XV, 1, 2. Voto se obstrinxit facturam se in re qualibet, quod erat optimum et sanctius, X, 108, 1; 183, 2; XIV, 567, 2; XV, 109, 2; 177, 1; XVII, 142, 2. Quid de tribulationibus a Deo didicerit, XII, 288, 2. Pati pro Deo gaudebat, XX, 18, 1. Ejus de humiliatione sui sententia, XIV, 405, 1. Erga S. Josephum mire affecta, ejus cultum omnibus commendabat, XV, 58, 2. Ex vehementi Christi desiderio moritur, amoris languore assumpta, VII, 565, 1.

TERESIA soror Aldefonsi regis Legionis. Teresia regi Saraceno Abdallæ nubere noluit, nisi christiano, XVIII, 308, 2.

TERIBAZUS. Teribazus veste insolescens Alexandro Magno ludibrio fuit, XIV, 277, 1.

TERMINUS pro limite. 1° Terminum temporis et loci cuique genti præscripsit Deus, XVII, 329, 1.

2° Terminos agrorum transferre est contra jus gentium et naturæ, VI, 170, 2. Terminorum summa religio, olim eos violare scelus erat maximum, *Job*, 496, 1.

3° Termini maris sunt eminentiora terræ, et moles arenariæ, V, 236, 1. Iidem dicuntur ostia et vectes, *ibid.*

4° In terminis urbium et provinciarum christianarum eriguntur cruces et imagines.

5° Terminus sive margo in templo quis qualisve esset, XII, 786, 2.

TERMINUS Gentilium deus. Terminus quis deus Romanis esset, X, 171, 1. Terminus erat limes agrorum, et Romæ deus hoc nomine, cujus festa dicebantur Terminalia, 356, 2. Termini dii an dici queant *signum*, XII, 317, 1.

TERNARIUS. 1° Ternarius numerus familiaris est S. Scripturæ, et primus numerus multitudinis, XIII, 537, 2. Quando vero ternatio unitas additur, ut fiat quaternarius, tunc maxima multitudo significatur, 538, 2. Rei cuique Deus ternarium inseruit, 538, 2. Ternario Gentiles in arcanis utebantur, velut sacrato, 538, 1.

2° Ternarii numeri mysteria varia, XI, 172, 1, 2; XIII, 538, 1. Ternarius symbolum est SS. Trinitatis, XVI, 643, 2. Hebræis magnam copiam denotat, II, 414, 2. Ipse est symbolum multitudinis, universitatis et perfectionis, VI, 165, 2; XI, 166, 2;

167, 1; XII, 658, 2. Ternarius numerus significat omnia, et est rei summum, XVIII, 500, 1. Est etiam symbolum summæ æquitatis, XIV, 433, 1. Ternarii numeri mysteria ex Rabbinis, VI, 164, 2.

TERRA. I. TERRA PRO TERRESTRI GLOBO SUMPTA. 1° *Terræ nomina, creatio, natura, magnitudo*, etc. Terra varia nomina habet, I, 354, 2. Terræ epitheta, I, 46, 2. Terra cur dicatur Ceres et Pandora, XX, 226, 1. Merito Pandora vocari potest, V, 35, 2.

Terra ex aqua et per aquam consistit quomodo, XX, 475, 2 et seqq. Aquæ immixta est, *ibid.* Terra et aqua unum totum efficiunt, I, 53, 1, 2. Ipsa aquis supereminet, VI, 426, 1. Per sapientiam Dei formata est, V, 92, 2 (*Vide* CREATIO). Quomodo in ea ludat Deus, V, 239, 2. Appensa est super nihilum, *Job*, 522, 1. Dei nutu hæret in mundi medio suspensa et in vacuo firmatur, V, 237, 1. In imo fundata est in seipsa, *ibid.* Quæ sint columnæ terræ, *Job*, 222, 1. Terra est centrum universi totius, VI, 426, 1, 2. Cur terra locata in medio universi, I, 45, 2 et seq.

THOMAS WOLSÆUS. Thomas Wolsæus, regis Henrici VIII adulator, misere tandem hujus gratia excidit, IX, 135, 2.

THOMAS Anglicus. Thomas Anglicus et non Angelicus *Epistolam S. Jacobi* est interpretatus, et quis fuerit, XX, 5, 2. Thomas Anglicus auctor Commentarii in *Apocalypsin*, XXI, 12, 1.

THOMAS Hascelbachius. Thomas Hascelbachius, theologus Viennensis, in solum primum caput *Isaiæ* viginti quinque libros reliquit, nec perrexit, XI, 58, 2.

THOMYRIS. Thomyris, regina Scytharum, quo stratagemate Cyrum ceciderit, IV, 431, 2. Cyro insultat, XIII, 87, 9. Cyri caput recisum culeo sanguine plano immersit, XI, 549, 2.

THORAX. 1° Thorax corporis in duas partes distinguitur, XVIII, 679, 2.

2° Thorax lineus in Rhodo insula mire subtilis ostendebatur, XII, 834, 1.

THRASIUS. Thrasius hospitum cruore docens deos placandos, primus a Busiride immolatur, IV, 382, 2; XII, 66), 2.

THRASONES. Thrasones gloriosi multa mentiuntur, 394, 2.

THRASYBULUS. Thrasybulus Periandro Corinthio quid ad regnum stabiliendum suaserit, XIII, 600, 1.

THRENI Jeremiæ. Threni Jeremiæ sunt velut carmen funebre, quibus Jerusalem interitum plangat, XII, 728, 1, 2. Threni Jeremiæ pathetici sunt, 340, 1. In iis Jeremias planctui omnes habenas laxat, et quid in iis plangat, *ibid.* Vocari possunt Threni Threnorum, *ibid.*, 2. Animæ pœnitenti et Christo patienti conveniunt, 342, 1. Sunt pœnitentium alphabetum, *ibid.* Sunt concio ad plane-

tum, *ibid.* Quo modo liber Threnorum hebraice dicatur, 343, 1. Eorum auctor Jeremias, *ibid.* Eorum argumentum non est mors Josiæ, nec Jechoniæ captivitas, sed excidium Jerusalem per Chaldæos. 345, 1, 2. Affectuum pleni sunt, unde sententiæ eorum sæpe non cohærent, 346, 1. Cur carmine alphabetario scripti sint, *ibid.* Qui ordines litterarum et versuum in singulis versibus observati sint, *ibid.* et 2. Quis eorum finis, *ibid.*, 2 et 347, 1. An sint liber quem Joakim combussit et Jeremias restauravit, 348, 2. Possunt et aliis aptari, 349, 1, 2. Cur eos legant Judæi in suis synagogis die nona mensis Ab, *ibid.*, 2. In Threnos qui commentati sunt, 349, 2; 350, 1, 2.

Threni Jeremiæ de morte Josiæ injuria temporum perierunt, IV, 195, 2.

THRIPS. Thrips est vermiculus lignis innascens, XIII, 482, 2.

THRONUS. 1° Throni olim erant versatiles, et rotas habebant, XII, 92, 2. Throni prisci Pontificum plurimi Romæ conspiciuntur, XXI, 98, 1.

2° Thronus Dei majestatem, regnum, potestatem judiciariam, immutabilitatem significat, XIII, 91, 2. Thronus significat trium personarum SS. Trinitatis hypostasin, ejusque dignitatem et excellentiam, IX, 623, 1 et seq. Thronus flammeus Dei Patris quid denotet, 92, 2. Rotæ igneæ throni Dei, *ibid.* Throni multi cur ponantur sedente Deo Patre, 91, 2. Throni viginti quatuor seniorum an essent in orbem, an in quadrum dispositi, XXI, 98, 1. Thronus Dei in cœlo, quem vidit Joannes, an fuerit instar propitiatorii et Cherubini, 93, 2. Quid hic repræsentaret, 94, 1. Quomodo nubes sit thronus Dei, IX, 622, 2. Et velut cathedra docentis, et tribunal judicantis, 623, 1.

Thronus Salomonis duobus leonibus stipatus, mystice explicatus, IV, 347, 2.

3° Throni nomen angelorum unde dicatur, XII, 92, 2. Throni quales sint angeli, et cujus chori, XXI, 99, 1, 2.

THURIBULUM. 1° Thuribula cui usui servirent in tabernaculo Moysis, I, 649, 2. Thuribulum nullum fuit in Sancto sanctorum, XIX, 433, 2.

2° Thuribula mystice corda Christi et sanctorum charitate et desiderio cœlestium fumigantia significant, II, 106, 1. Thuribulum corporis Christi est symbolum, XXI, 191, 2.

THURIFICATIO. Thurificatio ubi, et quando cœpta, II, 16, 1. Eam veteres Romani ignorarunt, *ibid.* Ejus auctor est Moyses, I, 649, 2. Thurificationes ecclesiasticæ inepte ab hæreticis sugillantur, XI, 112, 1, 2.

Thurificatio cur vocetur recordatio et benedictio, XI, 759, Thurificare est quoddam sacrificare, XIV, 274, 2.

THUS. 1° Thus unde dicatur, IX, 647, 1; XII, 62, 1; XV, 81, 1. Thus etiam Libanus vocatur, IX, 646, 2. Thus unde generetur, II, 16, 1. Id gignitur in Arabia Sabæa, II, 16, 1. Id Arabia habet laudatissimum, IX, 646, 1. Est id duplex, unum non incisum, et hoc dicitur masculum; alterum sectum, *ibid.* Quod dicatur thus incisum, quod non incisum, *ibid.* Thus bis in anno colligitur, *ibid.* Id describitur, *ibid.*, 1. Ejus virtutes, 647, 1. Thuris arbor in æstate suavissimum odorem spirat, X, 538, 1. Thus aromatum est odoratissimum et lucidissimum, XVIII, 71, 2. Thus vino immixtum sensus hebetat, IV, 442, 2.

2° Thus communi jure et ritus gentium Deo dicatum, fuit, et ei adoletur. IX, 647, 1; XII, 62, 1; XIV, 562, 1; XVI, 9, 2; XIX, 68, 1. Omnes gentes thus soli Deo dederunt, IX, 647, 1. Cur id victimæ imponeretur, X, 219, 1. Thus Christo quasi Deo Magi obtulerunt, XV, 81, 1.

Thus sacrificio minchæ apud Judæos imponebatur, II, 16, 1. Id Judæi omni sacrificio carneo imponebant, XIV, 562, 2; XIX, 68, 1. Et panibus propositionis, XIX, 432, 2. Victimæ pro peccato oblatæ non adhibebatur, II, 16, 1.

Thura sanctis et eorum imaginibus offerri possunt, XIII, 33, 2 et seq. Thure accenso honorandi defuncti, XVII, 192, 2.

3° Thus est symbolum charitatis, orationis et bonæ famæ, II, 16, 2; VIII, 2, 2; IX, 645, 1, 2; 647, 1; XV. 81, 2.

THYATIRA. Thyatiræ urbis situs, origo, etymon, significatio, XXI, 56, 2; 59, 1. Thyatira Lydiæ civitas erat, XVII, 310, 2.

THYINUM. Thyina ligna quæ, III, 605, 2; XXI, 328, 2.

THYMIAMA, 1° Thymiama e quibus aromatibus componebatur, I, 716, 1, 2; IX, 632, 2; 646, 1; X, 521, 1; XXI, 130, 1. E quatuor odoramentis componebatur, XVI, 9, 1. Thymiamatis quod in templo offerebatur, qualitates, *Psalm.* II, 429, 1. Thymiama bis in die, mane et vesper, offerebatur, X, 461, 2; XIV, 562, 1; XVI, 9, 1; XIX, 436, 2. In altari thymiamatis adolebatur, XI, 745, 2. Non tamen in ipso altari, sed in foculo seu thuribulo adolebatur, XXI, 188, 1; 191, 1, 2.

2° Thymiama quid tropologice et symbolice significet, I, 716, 2 et seq.; IX, 632, 2; 646, 1; X, 521, 1. Ei assimilatur oratio, XXI, 130, 1. Oratio thymiamatis qualitates habere debet, *Psalm.* II, 429, 1. Thymiamatis nomine vocatur oratio, XIV, 562, 2.

THYMUS. Thymus optimum mel suppeditat, VI, 231, 1.

THYRSUS. Thyrsus est ramus palmarum, vel hasta ex frondibus, præsertim ex vite vestita, quam Gentiles in sacris Bacchi quatiebant, IV, 352, 2. Thyrsis milites arma sua, parta victoria vestiebant, 544, 1.

TIARA, 1° Tiara est genus pilei, XIII, 41, 2. Tiaras candidas soli reges habebant, XII, 668, 2. Tiara byssina sapientis erat insigne, IX, 214, 2.

2° Tiara pontificis Veteris Testamenti describitur, 695, 2. Coronulas habebat, *ibid.* A tiaris alio-

rum sacerdotum differebat, *ibid.*, 2, Quid mystice designaret, XIX, 195, 2. Tropologice quid significaret, I, 696, 1.

TIBERIS. Tiberis inundationes olim Romani avertere cogitarunt, XII, 330, 1.

TIBERIUS CÆSAR I, imperator. 1° Tiberius annos natus novem pro rostris patrem defunctum laudavit, XII, 729, 1. Quare Augusto in imperio successerit, XVI, 56, 1; 89, 1, 2. Ab exilio Rhodensi ad imperium est vocatus, XVII, 255, 1. Quando imperare cœperit, XVI, 89, 1, 2. Quam lucidos haberet oculos, XVII, 329, 2.

2° Tiberius rogatus cur sua consilia cum amicis non communicaret, quid responderit, IV, 305, 1. Cur non facile provinciarum præfectores mutaret, VI, 445, 2. Osculum occurrentium invicem frustra impedire voluit, XVIII, 512, 2. Ejus de Caligula futuro imperatore judicium, IX, 363, 1.

3° Tiberius vinolentissimus erat, VI, 211, 2; XI, 394, 2. Ejus crudelitas, XVII, 255, 1. Fuit fabularum studiosus usque ad ineptias, XIX. 178, 1. Tonante cœlo lauream coronam gestabat, XII, 564, 2.

4° Tiberius Christum inter deos voluit referre, XVI, 19, 2; XVII, 2, 2; 223, 1; 311, 2. Fuit benignus in Christianos, XIX, 316. 1.

5° Quomodo monitus ut vim multitudinis caveret, XXI, 207, 1. Quando mortuus sit, et ejus epitaphium, XVII, 2, 2.

TIBERIUS II, imperator. Tiberius II imperator pietate sua ad imperium evehi meruit, I, 593, 2. Fuit in egenos effusus, XVIII, 478, 1; XX, 201, 1.

TIBIA pro cruris anteriori parte, vel pro ipso crure. Tibiæ pulchræ claudos dedecent, VI, 302, 1, 2. Tibiis ferreis cur Romanorum monarchia comparetur, XIII, 28, 1.

TIBIA instrumentum musicum. Tibiæ olim funeribus adhibitæ, XI, 303, 2. Tibiæ olim adhibitæ in luctu ob sonum lugubrem. XII, 305, 1, 2.

TIBIALIA. Tibialibus veteres Hebræi, Græci et Latini utebantur, XVII, 263, 2.

TIBICEN. Tibicines olim ad luctum adhibebantur, et quare, XII, 305, 1, 2; XV, 245, 1, 2.

TIBUR. Tibur in ascensu collis situm fuit, XI, 514, 1.

TIBURTINUM. Tiburtinum oleum est tota Italia præstantissimum, II, 517, 2; XIII, 446, 1.

TIBURTIUS (S.). S. Tiburtius fuit a S. Cæcilia factus christianus et martyr, XVIII, 318, 2. S. Tiburtius Torquatum, quia cincinnatus, negavit esse christianum, II, 126, 1. Ejus in tormentis constantia et jubilus, XI, 687, 2; XVIII, 152, 2; XXI, 54, 2. Quam parvi terram fecerit, XI, 358, 2 et seq.

TICONIUS. Ticonius Donatista an in *Apocalypsin* scripserit, XXI, 11, 1.

TIGNA. Tigna et laquearia Ecclesiæ quænam, VII, 543, 1, 2. Tigna animæ sunt virtutes cardinales, 544, 2.

TIGRIS animal. Tigris raptis catulis in speculo seipsam intuentis fatuitas, XX, 83, 2. Tigris ferociæ et diaboli symbolum, *Job*, 108, 1; 109, 1.

TIGRIS fluvius. Tigris idem est quod sagitta, ita dicitur fluvius ille a celeritate, XIII, 137, 1. Tigris et Euphrates cur vocentur flumina Æthiopia, XIV, 304, 2. Tigris in urbem inundatione capta est Ninive, 164, 2. Tigris fluvius e quo prodiit piscis Tobiam invadens, IV, 291, 1, 2.

TIGURINUS. Tigurina versio Bibliorum quantæ sit fidei, quis ejus auctor, quid in ea observandum, IX, 24, 1. Nomine Vatabli citatur, *ibid.* Tigurinam versionem Leonis Hebræi Franciscus Vatablus secutus est, XVIII, 33, 2. Ea versio non est interpretatio, sed potius commentatio, IX, 24, 1; X, 330, 1, 332, 2 et seq. Tigurina versio Leonis Hebræi et Zwinglianorum, lima et censura in multis locis indiget, XIII, 222, 2.

TILMANNUS. Tilmannus Hessusius seditionum fax erat, XX, 451, 1.

TIMÆUS. Timæus Pythagoricus in rebus naturæ erat versatissimus, XV, 708, 2.

TIMANTES. Timantes quomodo Agamemnonem in immolatione Iphigeniæ pinxerit, XI, 171, 1.

TIMERE, TIMOR. I. TIMOR DEI. I. QUO POTISSIMUM SENSU TIMOR DEI SÆPIUS IN SCRIPTURA ACCIPIATUR. — Timere Deum est eum colere, revereri, adorare, et timor Dei in Scriptura significat omnem Dei reverentiam, cognitionem cultum, pietatem, observantiam, III, 25, 1 : *Per arentem alveum transivit Israel Jordanem istum, siccante Domino Deo vestro aquas ejus in conspectu vestro, donec transiretis; sicut fecerat primo mari Rubro, quod siccavit donec transiremus : ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, ut et vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore*; IX, 71, 1; 247, 2 : *In tota anima tua time* (Græce εὐλαβοῦ, id est reverere, venerare, cole) *Dominum, et sacerdotes illius sanctifica*; 464, 2 : *Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini : et stare in reverentia gentis; in bonitate et alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel*; XIII, 415, 1; XIV, 35, 3 : *Et dixit* (Jonas) *ad eos : Hebræus ego sum, et Dominum Deum cœli ego timeo. qui fecit mare et aridam*; 275, 2; XVII, 191, 1 : *Curaverunt autem Stephanum viri timorati et fecerunt planctum magnum super eum*, XVIII, 221, 1; XIX, 229, 2; *Psalm.* I, 106, 2 : *Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi; judicia Domini vera, justificata in semetipsa.* Timor species est reverentiæ, XVII, 106, 1 : *Fiebat autem omni animæ timor, multa quoque prodigia et signa per apostolos in Jerusalem fiebant, et metus erat magnus in universis.* Idem est quod religio, *Job*, 8, 1, 2 : *Vir erat in terra Hus, nomine Job, et erat vir ille simplex, et rectus, ac timens* (θεοσεβὴς) *Deum, et recedens ab omni malo.* Timor Dei est scientia religiosa et parens religionis, IX, 74, 1 : *Timor Domini, scientiæ religiositas,*

Timor Domini vocatur sapientia, IX, 67, 2. Timor Dei, sapientia, et mandatorum custodia valde inter se connexa sunt, 84, 1 : *Fili, concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini : et quod beneplacitum est illi.* Quem inter se ordinem habeant, *ibid.* Hæc sæpe pro eodem sumantur, *ibid.*, 2.

II. Quotuplex timor Dei, et quæ sint ejus conditiones et signa, causæ. — 1° *Quotuplex sit timor Dei.* Timor Dei duplex est, servilis et filialis, V, 59, 2 : *Si quæsieris eam* (sapientiam) *quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.* Uterque per sapientiæ studium intelligitur, *ibid.* Timor servilis quis sit, VI, 406, 1. Iterum timor capi potest duobus modis : *primo*, active, quo Dominum timemus ; *secundo*, passive, quo Dominus est timentibus quasi judex et terribilis, XVIII, 451, 1 : *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. Scientes igitur, timorem Domini hominibus suademus.* Timor an sit in cœlo, erit ibi timor filialis et securus, V, 55, 1, 2 : *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur, timore malorum sublato.* Timor reverentialis in cœlo manet, *Job*, 525, 1 : *Columnæ cœli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus.*

2° *Quæ sint timoris Dei filialis conditiones*, XIX, 396, 1. Timor noster, ut sit virtus, debet esse non anxius, nec audax, sed moderatus, VI, 376, 1 : *Beatus homo qui semper est pavidus : qui vero mentis est duræ, corruet in malum.* Timor admixtam spem habere debet, III, 328, 2 : *Psalm.* I, 198, 1 : *Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus.* Timor sanctorum cum spe conjunctus est, XX, 41, 2. Timor cum spe, veræ charitatis indicium est, *Psalm.* I, 198, 1. Timor filialis amorem Dei includit, IX, 680, 1 : *Timor Dei initium dilectionis ejus ; fidei autem initium agglutinandum est ei ;* X, 340, 2 : *Facultates et virtutes exaltant cor ; et super hæc timor Domini.*

Timor in sanctis est amore mixtus, XVII, 223, 1 : *Ecclesia quidem per totam Judæam et Galilæam, et Samariam, habebat pacem et ædificabatur ambulans in timore Domini.* Eo crescente crescit amor, IX, 680, 1. Quin et causat amorem et hic illum, *ibid.* Timor filialis et castus esse debet, *Job*, XIX, 396, 1 ; 493, 1, 2 : *Cum expleverit in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt ei. Et idcirco a facie ejus turbatus sum, et considerans eum timore sollicitor ;* Psalm. I, 106, 2 : *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi.* Timor debet esse filialis et reverentialis, IX, 65, 2. Timore filiali Deum perfecti timent, *Psalm.* I, 204, 2 : *Timete Dominum, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum.* Timor, id est amor replet cor, nec solum in eo requiescit, XI, 259, 2 : *Et requiescet super eum spiritus Domini ; spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini.*

3° *Timoris Domini signa, et unde agnoscatur* ; Psalm. II, 365, 1 : *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.* Agnoscitur per opera externa virtutum, IX, 73, 2 : *Initium sapientiæ timor Domini ; et cum fidelibus in vulva concreatus est, cum electis feminis graditur, et cum justis et fidelibus agnoscitur.* Videtur fidelibus quodammodo concreatus, 72, 1, 2 : Qui timet Deum, nihil negligit, VII, 269, 2 : *Bonum est te sustentare justum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam : quia qui timet Deum, nihil negligit.* Timens Deum quomodo conscientiam suam examinet, IX, 109, 1, 2 : *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius.*

4° *Timoris Domini causæ et unde oriatur.* Timor est complementum omnium donorum Spiritus sancti, XI, 259, 1. Timor et amor sunt duo effectus Scripturæ et sapientiæ, XXI, 248, 2. Timor est fructus sapientiæ, IX, 649, 1, 2 : *Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.* Timor oritur a potentia operantis, XVI, 44, 2 : *Et factus est timor super omnes vicinos eorum ; et super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc.* Timor causatur a scientia infusa, V, 60, 1 : *Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.*

III. Timoris Domini necessitas. — Timor Domini quantopere sit necessarius, IX, 71, 1. Timor summus cur Deo debeatur, VII, 270, 1. Timor filialis Deo debetur, XX, 300, 2 : *Omnes honorate : fraternitatem diligite, Deum timete : regem honorificate.* Timor filialis et servilis a servo domino debetur, XIV, 555, 2 : *Filius honorat patrem, et servus dominum suum : si ergo pater ego sum, ubi est honor meus ? et si Dominus ego sum, ubi est timor meus ? dicit Dominus exercituum.* Timor Dei est fundamentum salutis, *Job*, 9, 2 ; 240, 1. Timor solus hominem salvare potest, X, 341, 1 : *Non est in timore Dei minoratio, et non est in eo inquirere adjutorium.* Timor Dei ubique præ oculis habendus, et eum qui habet a Deo benedicitur, VI, 375, 2 et seq, Timorem de gratia Dei perdenda semper habere debemus, XVIII, 193, 2 : *Tu autem fide stas : noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit : ne forte nec tibi parcat.* Timorem Domini abjicere quam malum, *Psalm.* I, 70, 2 : *Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt : non est timor Dei ante oculos eorum.* Timor Dei est prima dos sacerdotis, XIV, 571, 2. *Pactum meum fuit cum eo* (Levi) *vitæ et pacis : et dedi ei*

timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Timor Dei decet senes, et hi eo possunt gloriari, IX, 673, 2 : *Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei.*

IV. Timoris Dei effectus et fructus. 1° *Ejus fructus generaliter sumpti.* Ejus fructus quatuor : *primo*, a peccato, desperatione et gehenna præservat ; *secundo*, mercedem bonorum operum conservat et adauget, quin et accelerat ; *tertio*, oblectationem et fruitionem rei speratæ dat ; *quarto*, miram animæ consolationem et lætitiam parit, IX, 101, 1, 2 ; 102, 1 : *Metuentes Dominum, sustinete misericordiam ejus : et non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra.* Timor Dei sex insignes fructus habet : *primo*, animam a concupiscentiis refrænat, et ad omne bonum incitat ; *secundo*, est initium sapientiæ et pietatis ; *tertio*, ad amorem Dei deducit, et non est aliud quam amor Dei ; *quarto*, in tentationibus et adversis constantiam dat ; *quinto*, Dei favorem et omnia bona parit ; *sexto*, cordis lætitiæ mater, est, II, 438, 2 et seq. : *Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, et in tota anima tua, custodiasque mandata Domini, et cæremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi ?* Timentis Dominum novem felicitates : *prima* est sobolis benedictio ; *secunda*, honorum et opum abundantia ; *tertia*, lumen prudentiæ et consilii ; *quarta*, lætitia spiritualis ; *quinta*, prudentia in loquendo, *sexta*, bona fama qua in hominum memoria vivet ; *septima*, firma atque stabilis divina protectio, qua fretus nihil unquam malorum timebit ; *octava*, gratia bene utendi divitiis ; *nona*, quod timens Deum omnem invidiam superabit, *Psalm.* II, 264, 1, 2 ; 265, 1, 2 : *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis. Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur*, etc., etc.

2° *Timor Dei vere practice novit Deum, sapientiam et virtutem.* V, 59, 2 : *Tunc intelliges timorem Domini ; et scientiam Dei invenies ;* IX, 39, 1, 2 : *Initium sapientiæ timor Domini.* Timens Deum excipit disciplinam ejus, X, 157, 2 : *Qui timet Dominum, excipiet doctrinam ejus ; et qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem.* Dei legem diligit, 165, 1 : *Sapiens non odit mandata et justitias, et non illidetur quasi in procella navis.* Facile cognoscit quod justum est, et a lege præscriptum, X, 158, 2 : *Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent.* Timor Domini tam servilis quam filialis est principium sapientiæ, V, 30, 1 : *Timor Domini principium sapientiæ ;* 260, 2 : *Principium sapientiæ, timor Domini ; et scientia sanctorum, prudentia ;* Job, 240, 1 ; 560, 2 : *Et dixit homini* (Deus) : *Ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intelligentia.* Ipse est principium, radix et finis sapientiæ, IX, 69, 1 ; 70, 1 ; 75, 2 : *Plenitudo sapientiæ est timere Deum*, 79, 1 : *Radix sapientiæ, est timere Deum, et rami ejus longævi.* Est initium et modus parandi sapientiam, IX, 65, 1 ; 69, 1. Timor sive amor Dei via est sapientiæ, quatuordecim ejus elogia, IX, 49, 1, 2 ; 679, 2 : *Quam magnus qui invenit, sapientiam et scientiam ; sed non est super timentem Dominum ; timor Dei super omnia se superposuit.* Timens Deum solus sapientiam apprehendit, IX, 433, 1 : *Qui timet Deum, faciet bona ; et qui continens est justitiæ, apprehendet illam.* Timor Dei veram sapientiam et virtutem docet, V, 477, 2 et seq. : *Timor Domini, disciplina sapientiæ ; et gloriam præcedit humilitas.* Eo crescente crescit sapientia, IX, 75, 2 : *Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo a fructibus illius.* Est corona sapientiæ, 77, 1 : *Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem et salutis fructum.* Est initium omnis virtutis, IX, 318, 1, 2.

3° *Timor Dei optimum contra peccatum tum commissum, tum committendum remedium.* Timor Dei omne peccatum expellit, IX, 81, 1 : *In thesauris sapientiæ intellectus et scientiæ religiositas ; exsecratio autem peccatoribus sapientia, nam qui sine timore est, non poterit justificari.* Timor Dei, judicii et gehennæ peccatori excordi restituit cor, XIII, 341, 1. Timor mortis et Dei judicis causa vitæ emendationis, IX, 260, 1 : *In omnibus operibus tuis memento novissima tua, et in æternum non peccabis.* Timor Dei a peccato committendo præservat, V, 473, 1 : *Per misericordiam et finem purgantur peccata, per timorem autem Domini declinat omnis a malo.* Hominem a peccando retrahit, X, 21, 2 : *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.* Ejus animam purgat, *ibid.*, 1, 2. Timens Deum peccatum omni studio fugit, V, 422, 1 : *Sapiens timet, et declinat a malo ; stultus transibit et confidit.* Odit inhonestatem et malitiam, 209, 2 : *Timor Domini odit malum ; arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor.* Hic si quando intermittitur, homo tentationibus succumbit, sed cum illo etiam umbram peccati vitat, 432, 1 : *Timor Domini fons vitæ, ut declinent a ruina mortis.* Timor Domini frænum est peccati, *Job*, 9, 2 : *Erat vir ille* (Job) *simplex, et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo ;* 240, 1 : *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti ;* 641, 2 : *Loquar, et respirabo paululum : aperiam labia mea, et respondebo. Non accipiam personam viri, et Deum homini non æquabo. Nescio enim quamdiu subsistam, etsi post modicum tollat me Factor meus.* Timor Dei ejusque vindictæ hominem a sæculo

conservat immaculatum, XX, 94, 2. Timor Dei ut judicis ad quid valeat, VII, 206, 1 : *Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, et sermones innumeri : tu vero Deum time.* Timor gehennæ etiam donum Dei est, et peccata propellit, IX, 81, 1, 2.

4° *Timor Dei animæ passiones domat*, IX, 73, 2. Est crux vitiorum, 79, 2. Mentis fastum edomat, VI, 139, 2 : *Finis modestiæ, timor Domini, divitiæ; gloria et vita.* Præsumptiouem deprimit, V, 79, 1 : *Ne sis sapiens apud temetipsum, time Deum, et recede a malo.* Arrogantium hominis valde premit, IX, 679, 1; 81, 2, Avarum ab avaritia cohibet, X, 21, 1 : *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum. Conteretur cum delinquente delictum. Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua.* Iram refrænat, X, 50, 1 : *Memorare timorem Dei, et non irascaris proximo.* Eo aures occludendæ sunt adversus detractores, 60, 2. Timor Dei optimum remedium in tentationibus, IX, 100, 1, 2 : *Crede Deo, et recuperabit te; et dirige viam tuam, et spera in illum. Serva timorem illius, et in illo veterasce.* Timor servilis et filialis est pondus cordis, XIV, 569, 1, 2.

5° *Timor Dei est virtutum causa et custos.* Timor Dei est causa virtutum, VII, 411, 2 : *Finem loquendi pariter omnes audiamus, Deum time, et mandata ejus observa : hoc est enim omnis homo.* Timor est causa et comes consilii et prudentiæ, X, 159, 2 : *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus et superbus non perlimescet timorem : etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur.* Fidei et justitiæ comes est, IX, 71, 2 : *Initium sapientiæ timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est.* Virtutes et bona reliqua in se habet vel a Deo impetrat, X, 341, 1 : *Non est in timore Dei minoratio, et non est in eo inquirere adjutorium.* Timor paulatim amorem Dei inducit velut seta filum, XVII, 212, 2. Timor diversus a charitate quomodo pellatur, XX, 602, 2 et seq. : *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Quantum crescit timor, tantum crescit sanctitas, XVIII, 464, 1 : *Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Adducit humilitatem et paupertatem spiritus, IX, 100, 2. Timor ad profectum virtutis urget, 433, 1, 2 : *Qui timet Dominum, faciet bona, et qui continens est justitiæ, apprehendet illam.* Hominem summopere stimulat, ut in via Dei ambulet, V, 402, 2 : *Ambulans recto itinere, et timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.* Timens Deum quomodo se sanctificet, cum sit sanctus, IX, 109, 1 : *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* Timor optimum remedium ad perseverandum, XIX, 32, 2 : *Itaque, charissimi,.... cum metu et tremore vestram salutem operamini.* Timor est optimus gratiæ custos, IX, 89, 2 : *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia et timore.* Timor filialis est custos virtutis et charitatis, V, 60, 1. Cæteras virtutes custodit et conservat, IX, 79, 2 : *Radix sapientiæ est timere Dominum, et rami ejus longævi.*

6° *Timor Dei actus hominis sapienter dirigit*, IX, 78, 1, 2 : *Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem et salutis fructum. Et vidit, et dinumeravit eam : utraque autem sunt dona Dei.* Est auriga animæ, IX, 679, 1 : *Timor Dei super omnia se superposuit.* Item velut nauclerus et speculator, *ibid.* Est animæ pædagogus, et per Chironem repræsentatur, *ibid.*, 2. Timor Dei gubernaculum justi, *Job*, 240, 1.

7° Timor Dei animi fortitudinem et fiduciam parit, 431, 1, 2 : *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.* Causa est fortitudinis animi, X, 201, 1 : *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit : quoniam ipse est spes ejus.* Cor dilatat, extollit, et vires adauget, 340, 2 : *Facultates et virtutes exaltant cor, et super hæc timor Domini.* Timor Domini intrepidus est, et omnem alium timorem excludit, VI, 35, 2 : *Timor Domini ad vitam; et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.* Nil timendum Deum sequenti et timenti, cur, X, 473, 2. Timor Domini securitas maxima, *Psalm.* I, 391, 1 : *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula, protegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam : dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* Timor Dei omnibus superiorem reddit, *Job*, 239, 2. Quæ sit ejus spes, VI, 195, 1, 2 : *Non æmuletur cor tuum peccatores : sed in timore Domini esto tota die. Quia habebis spem in novissimo, et præstolatio tua nunquam auferetur.* Timens Deum, dæmonem non timet, quia a Deo protegitur, V, 97, 1 : *Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum, Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris.* Pro Deo omnia dura patienter excipiet et sustinebit, IX, 68, 1; 109, 2; 110, 1 : *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius;* X, 165, 1 : *Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis.* Timor Dei et gehennæ vincit equuleos, XV, 273, 2 : *Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.*

8° *Timentis Deum dignitas*, IX, 319, 1 : *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum : semen autem hoc exhonorabitur quod præterit mandata Domini.* Timens Deum est quasi sacer-

dos consecratus, item rex et triumphator, IX, 65, 1, 2 : *Timor Domini, gloria, et gloriatio, et lætitia, et corona exultationis.* Timor Dei ipse vera est pulchritudo et vera nobilitas, VI, 530, 2 : *Fallax gratia, et vana est pulchritudo ; mulier timens Dominum ipsa laudabitur ;* IX, 319, 1, 2. Est major honor quam sit rectoratus, 319, 2 ; 321, 1 : *In medio fratrum rector illorum in honore : et qui timent Dominum, erunt in oculis ejus. Gloria divitum, honoratorum, et pauperum, timor Dei est.* Timor Dei maximus thesaurus et donum, XI, 139, 1 : *Et erit fides in temporibus tuis : divitiæ salutis sapientia et scientia : timor Domini ipse est thesaurus ejus.* Timens Deum, si ditescat, duplici honore honoratur, IX, 385, 2 : *Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia ? et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Timentem Deum sequuntur honor et gloria, 613, 2 : *Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei : et nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini. Gloria magna est sequi Dominum : longitudo enim dierum assumetur ab eo.* Timor Dei parit gloriam, gloriationem, lætitiam tum in cœlo, tum in terra, 65, 1, 2. Timor Dei est velut regia vestis qua timentes Deum vestiuntur, X, 341, 2 : *Timor Domini sicut paradisus benedictionis, et super omnem gloriam aperuerunt illum.* Paradiso et cœlo confertur, *ibid.*

9° *Timor Dei suos asseclas beatos reddit tum in hac vita, tum in altera.* Timens Deum est in hac vita beatus, V, 432, 1 ; X, 201, 2 : *Timentis Dominum beata est anima ejus. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus ?* Psalm. II, 264, 1, 2 et seqq. Timens Deum est mortalium beatissimus, IX, 678, 2 : *Quam magnus, qui invenit sapientiam et scientiam ! sed non est super timentem Dominum ; timor Dei super omnia se superposuit.* Est angelus cœlestis, 680, 1 : *Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei, qui tenet illum, cui assimilabitur ?* Hominem mire beatificat, 678, 2 ; 680, 1. Timor Domini quomodo faciat beatum, *Psalm.* II, 264, 1, 2 et seqq. Mentem quietam facit, eam satiat et explet, V, 461, 1 : *Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.* Affert veram animi delectationem, IX, 67, 1 : *Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam, et gaudium, et longitudinem dierum.* Timor amanti Deum est omnia, 100, 1. In timore Dei bonum hominis consistit, 613, 1. Conciliat homini omne bonum, *ibid.* Timens Deum sua pietate sanitatem meretur et impetrat, IX, 77, 2 : *Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.* Timoris Dei quatuor eximii fructus : *primus,* vita, id est vigor et sanitas ; *secundus,* saturitas ; *tertius,* suavis somnus et quies ; *quartus,* liberatio ab omni malo, VI, 34, 2 et seq. : *Timor Domini ad vitam : et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.* Ab omni malo liberat, III, 327, 1. Suos clientes bonis spiritualibus et temporalibus implet, IX, 76, 2 : *Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus et receptacula a thesauris illius.* Timentem Deum sequitur Dei benedictio, 153, 2. Timenti Dominum dantur veri amici, 203, 1 : *Qui timet Deum, æque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.* Et ipse est fidus et verus amicus, *ibid.*, 2. Timor Dei asseclas suos reddit longævos, IX, 79, 2 ; 613, 2. Affert longitudinem dierum, opes et gloriam, VI, 34, 2. Timens Deum gaudebit in extremis, et in die mortis benedictionem accipiet, IX, 66, 1, 2 ; 67, 1 : *Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur.*

V. TIMORIS DEI ADIPISCENDI MEDIA. — Quomodo timor Dei sit comparandus, XIX, 33, 1. Comparabitur si cogitaverimus Deum ubique præsentem esse, *ibid.* Timorem Domini ante oculos quomodo semper habere possimus, *Psalm.* I, 401, 1 : *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus.*

VI. TIMORES IMPIORUM QUALES. Timores panici impiorum quales, VI, 361, 2 : *Fugit impius, nemine persequente ; justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Timor impiorum est nuntius iræ et vindictæ, V, 304, 1 : *Quod timet impius, veniet super eum : desiderium suum justis dabitur.* Timor impiorum post scelus patratum ingens est, 303, 2. Timor quorum sit et quorum non sit, XV, 650, 2.

II. TIMOR NATURALIS ET MUNDANUS. Quantum malum sit timor, VIII, 614, 1. Timores mire animum excruciant, X, 326, 1, 2. Timor sanguinem reducit ad cor, unde extremæ partes velut exanimes pallescunt, et metu ingravescente nigrescunt, XIII, 493, 2. Timor timidis et anxiis eripit quasi lumen, mentem, oculos, XIV, 285, 2. Timor facit stupidos, VIII, 608, 2. Timor proprie stultorum est, IX, 687, 2. Timor inanis quis, *Job,* 168, 2. Timor mundanus noxius, *ibid.* Timor supervacaneus quis in jure, 169, 1. Remedium timoris, V, 536, 1. Timendus ita non est homo, ut propterea Deus offendatur, VI, 412, 2.

TIMIDITAS, TIMIDUS. Timiditas aliquando per malitiam intelligitur, XX, 78, 2. Timidi quæ sint signa et indicia, V, 567, 2. Timidi et frigidi natura a periculis sibi cavent, 422, 1. Timidi sunt ut plurimum suspicaces, IX, 132, 1. Et cauti, X, 159, 2. Et in perpetuis angoribus, 288, 2. Non sunt de bello consulendi, X, 254, 2. Timidos a se rejicit Christus, XIII, 158, 1.

TIMON Atheniensis. Timon Atheniensis osor hominum unde dictus, XIII, 58, 2. Fuit hominum osor, IX, 411, 2 ; X, 281, 2. Timon Atheniensis mania et melancholia laborabat, XV, 289, 1. Ejus

epitaphium, XIII, 58, 2. Ejus sepulcrum a mari expulsum longius, *ibid.*

TIMON diaconus. Timon diaconus fuit vir sanctus, XVII, 165, 1.

TIMOTHEUS Atheniensis. Timotheus Atheniensis dictus capere reti urbes, XII, 729, 2.

TIMOTHEUS Antiochi dux. Timothei et suorum viginti millium cædes, IV, 545, 2. In potestatem Judæ venit, 553, 1.

TIMOTHEUS (S.) S. Pauli discipulus. S. Timotheus fuit probe a matre christiana enutritus, XIX, 174, 1. Quando Paulo adhærere cœperit, 301, 2. Fuit a S. Paulo circumcisus, XVIII, 332, 1. Et cur ipse, non Titus, 527, 1. Quam sincere Paulo servierit et affuerit, XIX, 38, 2; 177, 1. Qua ætate factus sit episcopus, 231, 2. Per quadruplicem prophetiam ordinatus est, 189, 2. Fuit primus Ephesi archiepiscopus, XVII, 5, 2; XIX, 174, 1. Eum Paulus vinctus videre desideravit, XIX, 313, 2. Abstemius fuit, sed jussus modico vino uti propter stomachum, 249, 1, 2. Ex longa abstinentia morbos contraxit, *ibid.*, 2. Cur eos Paulus non sanarit, *ibid.* Ejus in morbis zelus et mortificatio, *ibid.* S. Timotheus quam probus esset, XVII, 306, 2. Cur vocetur homo Dei, XIX, 261, 1. Erat natura acrior, 334, 1. Erat in vitiis castigandis severior, 177, 2. Fuit angelus Ephesi cui S. Joannes scribit, XIX, 174, 1; XXI, 42, 2. An intorpuerit, et cur, XXI, 43, 2. Fervorem primum reliquit, quod videret se corripiendo parum proficere, hinc a Christo corripitur et a Paulo monetur, 174, 2; 177, 2. Remissionem suam postea correxit et fervorem resumpsit, XIX, 174, 2; XXI, 43, 2. Laudatur a Christo in *Apocalypsi*, XIX, 174, 1. Videtur aliquando in vinculis fuisse, 524, 1. Fuit martyr et virgo, 174, 1. Quamdiu fuit episcopus, XIX, 174, 1; XXI, 43, 2. Ei Onesimus successit, XIX, 174, 1. Ei S. Dionysius librum de *Divinis nominibus* dedicat, 282, 2 et seq.

TIMUS. *Timus* an sit tantum productio nominis in verbis in *timus* desinentibus, XIV, 274, 2.

TINEA. 1° Tinea quomodo in vestibus nascatur, X, 370, 1; XX, 198, 1. Tineæ ex pulvere, situ et putredine enascuntur, XIII, 358, 2. Nascitur in veste et ex seipsa (juxta opinionem tunc vigentem), VI, 283, 1. Seipsam una cum ipsa consumit, *ibid.* Innascitur rei molli, *ibid.* et seq. Quare arceatur, VI, 284, 1; XX, 198, 1.

2° Tinea tristitiæ symbolum est, VI, 283, 1. Est etiam libidinis symbolum, X, 370, 1. Tineæ voluptas assimilatur ob quatuor analogias, XIII, 358, 2. Instar tineæ familias, urbes et provincias sceleratas Deus sensim consumit et depauperat, *ibid.*

TINTINNABULUM. 1° Tintinnabula erant in veste pontificis legis veteris, I, 691, 2. Tintinnabula aurea malis punicis intermixta quare e veste pontificis dependerent, X, 458, 1, 2. Prædicationem Evangelii significabant, I, 692, 1. Quod ex auro fuerint quid mystice denotet, 692, 2. Talia mystica tintinnabula recensentur, *ibid.*

2° Tintinnabula gestabant olim meretrices calceis, V, 196, 2 et seq. Modo gestant ea stulti, 197, 1. Item rei capite mulctandi, *ibid.* Tintinnabula cur mulis appendantur, XIV, 542, 1, 2.

TIRO. 1° Tironum militaris institutio in quo consistat, XIV, 463, 1. Tirones in armis omnique labore et austeritate castrensi exercendi, 20, 1.

2° Tirones initio vocationis molliter a Deo habentur, XVI, 575, 2.

TIROCINIUM. Tirocinio militiæ instructio puerilis similis est, VI, 142, 2. (*Vide* EDUCATIO, INSTITUTIO).

TISIAS. Tisiæ rhetoris sophisticum dilemma, XII, 635, 2.

TISRI. Tisri mensis Hebræorum septimus erat, respondens nostro partim septembri, partim octobri, IV, 212, 1, 548, 1, 2; XIV, 317, 1; 446, 1; XVI, 13, 2. Hujus die tertia Judæi jejunabant, XIV, 317, 1; 446, 1. Erat is solemnitatibus plenus, 317, 1.

TISSAPHERNES. Tissaphernes Persarum dux fœdus cum Græcis metu initum temere violavit, I, 326, 1.

TITAN. Titanis et filiorum ejus fabulæ, IV, 354, 1, 2. Titanes unde dicti, *ibid.* Titan est solis epithetum, cur, *ibid.* Multi *Tit*, id est *lutum*, vel a τίταινω derivant, *ibid.* Titanes erant gigantes robustissimi, *ibid.*

TITIA. Titia est terra ex qua prodiisse solem et lunam fabulantur poetæ, IV, 354, 2.

TITIO. *Titio ad ignem* proverbium quid significat, XIV, 384, 1.

TITILLATIO. Titillatio causat risum, VII, 87, 2.

TITULUS. 1° Tituli vocis quatuor significationes: *primo*, titulus est inscriptio rei, ut titulus libri, titulus crucis; *secundo*, titulus est columna aut pyramis in trophæum erecta; *tertio*, est statua, imago, vel idolum erectum; *quarto*, est lapis, lignum, vel res alia posita vel erecta in memoriam rei alicujus, IV, 289, 2.

2° *Titulus pro librorum sacrorum inscriptione.* Ex titulo prophetiæ sæpe colligere est, qualis ipsa sit futura, an tristis, an læta, an mixta, XIII, 245, 1. Titulus *Threnis* præfixus an sit Scriptura canonica, XII, 343, 1, 2 et seqq. Titulus libri *Proverbiorum* est ab ipso Salomone ei præfixus, et non ab alio additus, V, 15, 1. Titulos singulis Evangeliis Ecclesia præfixit, XV, 48, 1. Sic titulus Evangelio S. Lucæ et titulus Evangelii S. Joannis ab Ecclesia additi sunt, XVI, 1, 1; 293, 1, 2.

2° *Titulus crucis.* An titulus crucis Christi habeat nomen *notzeri* scriptum per *Zain*, potius quam per *Tsade*, XI, 255, 1; XV, 92, 1. Scriptus fuit a Romanis ministris parum peritis et parum curantibus an Christus diceretur Nazarenus per *Tsade* an per *Zain*, XV, 92, 2. Qualis esset iste titulus, 623, 2. Fuit Christi elogium, Deo sic Pilati

manum dirigente, *ibid.* Eum nemo Evangelistarum perfecte et plene exprimit, 624, 1. Titulus crucis Christi fuit e buxo, litteræ ei nudæ incisæ sunt, XIX, 224, 1. Triplici lingua scriptus est, *ibid.* Extat Romæ in basilica Crucis in Jerusalem, *ibid.*

3° Tituli hodie dicuntur ecclesiæ, templa, crux Christi, vel statuæ in ejus honorem erectæ, I, 289, 2; XI, 321, 1, 2. Titulus Ecclesiæ est titulus crucis, XIX, 53, 1.

TITUS (S.). S. Titus fuit oriundus e Corintho, et utroque parente gentili: vitæ ejus sanctimonia et conversio a Paulo: creatus est ab eo archiepiscopus Cretæ et vicinarum insularum, XIX, 318, 1. S. Titus natura erat mitis, 334, 1. Cur eum Paulus non circumciderit, XVIII, 527, 1. Eum semper penes se habuit utpote interpretem græce doctum, 428, 2; 493, 1. Statum Corinthiorum ad Paulum in Macedonia agentem retulit, 428, 2. Scribit ad eum Paulus, et quid, XIX, 318, 1. Quoto ætatis anno et quo loco mortuus: quando dies ejus natalis celebretur, *ibid.*

TITUS imperator. 1° Titus imperator aliquando fuit inter exoletos, XI, 135, 2. Ob suavitatem morum dictus est *deliciæ orbis*, I, 683, 1; XVII, 19, 2. Ejus facilitas et comitas, XV, 424, 2. Ejus erga fratrem Domitianum benignitas, XVIII, 217, 2. Fratrem Domitianum insidias sibi molientem non est ultus, sed tantum amice admonuit, I, 739, 1. Ejus clementia et beneficentia, XI, 521, 2; XVII, 9, 2: XVIII, 521, 1. Contumelias non curabat, VI, 297, 1. Ejus in conjuratos benignitas, XIII, 393, 1. Susurrones in exilium deportari jubebat, VI, 318, 2. Diem sese perdidisse dicebat non præstito beneficio, IX, 421, 1.

2° Titus quid de Jerusalem expugnatione censeret, II, 365, 1. Agnovit se Dei ope Jerusalem expugnasse, quod is Judæis iratus esset, XI, 337, 2; XV, 507, 2. Qua parte urbem Jerusalem obsederit, XIV, 529, 1. Totam urbem muro cinxit, XVI, 254, 1. In expugnatione urbis Judæis candelabrum ademit, XIV, 398, 2. Ejus mors, XVII, 9, 2. An ejus imperium per equum nigrum *Apocalypsis* significetur, XXI, 137, 2; 142, 2.

TITYUS. Tityus Latonam de stupro interpellans ab Apolline sagittis confixus est, II, 340, 2.

TOB. *Tob* id est *bonus*, IV, 552, 1, 2.

TOBAAL. Tobaal Tyrii regis arrogantia et fastus, XII, 703, 2 et seq. Dei excellentiam sibi arrogat, *ibid.* Quomodo sibi sapientiam arrogaret, 704, 2. Ejus eminentia et pulchritudo, 705, 2; 706, 1. Ejus opes, 707, 1. Quomodo et cur vocetur Cherub. *ibid.*, 2. Gemmis radiabat, 709, 1. Ejus punitio, 704, 2. Ipse est typus peccatorum, maxime superborum et apostatarum qui a Religione vel ab Ecclesia ad hæreticos aliosve transfugiunt, XII, 711, 1.

TOBIAS senior. Tobias quid significet mystice, IV, 199, 1. Hebraice bonitatem Dei significat, 266, 2. Vel *bonum meum Deus*, ibid. Tobias senior anno quinquagesimo primo Oziæ natus est, 267, 1, 2. Ejus genealogia. 268, 1, 2; 269, 1. Ejus patria, 269, 1. Quando captus, *ibid.* Quando sit in Assyriam abductus, XI, 85, 1. Ejus constantia et virtus inter idololatras, IV, 269, 2. Virtutes ejus septem ante conjugium, ac totidem post illud, 269, 2; 270, 1. Fuit quasi sol Israelis, 270, 1. Gratiam coram Salmanasar invenit, V, 491, 1. Tria ejus privilegia a Salmanasar rege accepta, IV, 270, 2. Ejus opulentia et liberalitas, 271, 1. Fuit confessor et voto martyr, *ibid.*, 2. Quinque ejus honores, 272, 1, 2. Quando fuerit excæcatus, 266, 2. An fuerit vere excæcatus et plane cæcus, 273, 1; 294, 1. Tobias cæcus quid mystice significet, 303, 1. Est patientiæ exemplum, 274, 1, 2. In adversis non murmurat, sed Deo gratias egit, *ibid.*, 2. Metus ejus de hædo furtivo justus, 276, 1. In quibus fuerit Jobo similis, *ibid.*, 2. Irrisione turbatur, non cæcitate, 277, 2 et seq. Ejus duodecim monita ad filium, 283, 1, 2. Ejus æquanimitas, 284, 1. Illius ævo credidere fideles singulis hominibus esse angelos custodes deputatos, 290, 2. De excidio Jerusalem per Nabuchodonosor faciendo, et de Ecclesia christiana per Christum prophetat, 308, 1. Item de Gentium conversione ad Christum, *ibid.* et 2. An naturaliter futura prædixerit, 310, 1. De qua Ninives perditione loquatur, incertum, *ibid.*, 2. Tobias est auctor libri *Tobiæ*, eumque bis scripsit, 269, 1. Tobiæ liber scriptus chaldaice in captivitate Assyriaca, XIX, 343, 1, 2. Quot annis vixerit Tobias, IV, 266, 2. An in Alemanniam curandus a cæcitate iverit, XIX, 343, 1, 2. Anno quadragesimo Manassis mortuus, IV, 267, 1, 2.

TOBIAS junior. Tobias junior quo anno natus, IV, 267, 1. Quomodo uxorem suam vocet sororem, 299, 2. Quantum temporis eundo in Rages et redeundo insumpserit, 302, 2. A Raphaele didicit septem esse in cœlo primarios angelos, XXI, 19, 2. Fugit ex Ninive in Mediam, IV, 311, 1. An excidium Ninives viderit, 311, 2; 312, 1; XIV, 173, 1. Quando mortuus fuerit et ubi sepultus, IV, 267, 1, 2; 311, 1, 2; XII, 12, 2; IV 173, 1.

TOBIAS servus Ammonites. Tobias servus Ammonites quis, IV, 234, 2. Erat gener Secheniæ hostis Nehemiæ, 244, 2. Fuit gazophylacio præfectus, sed præfectura expulsus, cur, 260, 2.

TOGA. Toga vestis Romanorum propria, et signum civis Romani, XVII, 390, 2.

TOLERANTIA, TOLERARE. Tolerantia injuriæ melior quam vindicta: hæc subinde præcepti, subinde consilii, XV, 171, 1, 2. In tolerantia injuriarum consistit vera perfectio, XX, 326, 1. Tolerans peccantem supplet ejus defectum, XVIII, 574, 2. Tolerantiæ novem fructus recensentur, XII, 391, 2. Tolerantia nostra mire delectatur Deus XIV, 308, I (*Vide* INJURIA, PATIENTIA).

TOMUS. Tomi vocantur a Græcis tractatus et libri, XIX 288, 1.

TOMYRIS. Tomyris, *vide* THOMYRIS.

TONITRU. 1° Tonitru unde dicatur, X, 5, 2. Tonitru unde oriatur, I, 511, 1; X, 405, 1; XXI, 102, 1. Quatuor ejus causæ, X, 405, 1. Tonitru prius est fulmine, imo ejus causa, 154, 1; 405, 1; 478, 2. Tonitru quale, *Job*, 696, 2. Tonitru semper miscetur cum fulgure, et ejus est causa, etsi post fulgur audiatur, XV, 111, 2. Tonitrua et fulgura aerem et terram totam commovent et quatiunt, XIII, 495, 1. Tonitru mentes hominum et terram concutit, X, 404, 2. Scelestos et peccatores percellit, V, 305, 1.

2° Tonitru est vox Dei, X, 405, 1; *Job*, 722, 1; 752, 2. Tonitrua cur voces Dei, *Psalm.* I, 95, 2. Sunt magnificentiæ et potentiæ Dei indicium, IX, 466, 2. Ipsa et fulgura idei majestatem et potentiam repræsentant, XXI, 101, 1. Tonitrua quomodo locuta dicantur, 215, 2 et seq. 9. Tonitruo vox virginum in cœlo comparatur, 271, 2 et seq. 99.

3° Tonitru est visum audiri Christo baptizato a Joanne, XV, III, 2. Tonitru e cœlo Christi divinitatem testatur, XVI, 511, 1.

TONSIO, TONDERE. Tonsio capitis quid designet, *Job*, 41, 1. Tonsio capillorum Judæis erat signum luctus et servitutis, XII, 70, 1. Tonsio signum fuit servitutis, XI, 208; 1. Tondentur religiosæ, XVIII, 353, 2. Solemne fuit in Ecclesia Religionem ingredientes tonderi, *ibid.* Quas mulieres concilium Gangrense tonderi vetet, *ibid.*

TONSOR. Tonsores quando primum in Italiam Romani inducti XII, 540, 2; XVIII, 357, 1.

TONSURA. Tonsuræ clericorum figura et antiquitas, II. 220, 1. Tonsura religiosorum a Nazaræis, IV, 11, 2. In monachis quam sit antiqua, *ibid.*, 2. Quid doceat ecclesiasticos, *ibid.* Tonsura sacerdotum coronam Christi refert, XV, 611, 2.

TONUS. Tonis musicæ affectus quilibet concitantur, XXI, 129, 2.

TOPAZIUS. Topazius gemma describitur : ejus color, species, nomina, unde nomen derivetur, XXI, 393, 1. Ejus dotes et vires, *ibid.* Topazius gemma in rationali pontificis Simeonem significat, et S. Jacobum Minorem apostolum ob cœlestem charitatem, I. 681, 1; XXI, 393. 2.

TOPHETH. *Topheth* quis locus juxta Jerusalem, erat lucus sive silva, in qua erat delubrum Moloch, ubi situs esset, XI, 422, 2; XII, 70, 2; XV, 162, 1, 2. Unde derivetur, XI, 422, 2; XII, 70, 2. Dictus est a *toph*, id est a tympano quod pulsabatur dum feralia sacrificia peragerentur, XI, 422, 2; XII, 70, 2. An in eo cæsæ copiæ Sennacherib, XI, 423, 1. In eo Judæi sepeliebantur, *ibid.* Hunc locum evertit Josias rex, XII, 71, 1, 2.

2° *Topheth* dicitur quoque gehenna et infernus, XI, 422, 2; XII, 71, 1, 2.

TORCULAR. Torcular quid, *Psalm.* I, 43, in *titul.* Torcularia regis quis locus in Jerusalem, XIV, 537, 2. Torcular vineæ quid denotet, XV, 470, 1. Torcularia mystice sunt gymnasia, monasteria, collegia et asceteria, persecutiones, tribulationes, XIII, 504, 2 et seq. Item corda inter spem et timorem posita, 505, 1. Torcular in Scriptura capitur pro acri pressura, XI, 732, 1. *Torcular calcare* in Scriptura significat ulcisci, et acres de reo pœnas sumere, XII, 364, 2; XIII, 522, 1. Torcular dicitur Christi passio, cur, XI, 732, 1. Torcular Ecclesiæ est altare, 153, 1.

TORMENTUM, 1° Tormentorum inventores iisdem plerumque pereunt, XII, 660, 2 (*Vide* SUPPLICIA).

2° Tormenta Christi animam beatæ Virginis velut gladius transfixerunt, XVI, 77, 1, 2 (*Vide* MARIA).

3° Tormenta a septem fratribus Machabæis tolerata summatim enumerantur, IV, 529, 2; 530, 1 (*Vide* MACHABÆI FRATRES). Tormentorum martyrii brevitas, XVIII, 444 2 (*Vide* MARTYR, MARTYRIUM). Tormentorum metu multi a fide defecere, XV, 504, 1.

4° Tormenta gehennæ quam gravia, XI, 424, 1, 2. Semper nova sunt et perpetua, *ibid*, Tormentorum varia sunt genera in inferno, loca et instrumenta, XXI, 288, 1. Tormenta sua accidentalia adaugent dæmones, non pœnam essentialem X, 319, 1 (*Vide* DÆMON, INFERNUS).

TORNIELLUS. Torniellus scribens Josue transisse Jordanem nona die mensis primi impugnatur, III, 24, 2.

TORPEDO. Torpedo pisciculus torpidi est symbolum, V, 567, 2; VII, 22, 2.

TORPOR. 1° Torpor et paralysis qui differant, XV, 242, 1.

2° Torpor animi unde oriatur, I, 365, 1, 2. Torpor spiritualis similis pisci torpedini et echeneidi, V, 567, 2. Torporis spiritualis schema, VI, 37, 1. Is discrebitur, 248, 1. Hebetat animam, 22, 1, 2. Torpor animi quomodo pellatur, XIX, 275, 1. Torpor per vigiliam excutiendus est, XX, 390 2 (*Vide* SOMNUS SPIRITUALIS, TEPOR).

TORQUATUS. Torquati quinam, VII, 517, 1.

TORQUES. Torques quid sit et quid symbolice designet, XII, 611, 1. Torques capitur quoque pro boia et collari vinculo, IX, 211, 1. Torques fuit præmium sapientium, V, 34, 2 et seq. Torques aureus est insigne sapientiæ, IX, 214, 1. Torques sex dotes sapientiæ notat, V, 174, 2. Ejus sex proprietates, *ibid.* et seq.

TORRENS 1° In torrentium origine veteres ponebant aram ad sacrificandum, XI, 667, 2.

2° Torrens Ægypti est unus ex limitibus Chananææ, XII, 855, 1; 606, 2. Torrens salicum quis sit, XI, 299, 1. Torrens spinarum quis sit, XIII, 526, 1. Torrens Cedron quis esset, et unde dictus; quid mystice denotet, XVI, 605, 2. Dictus est ab obscuritate, 606, 1. Cur hujus torrentis S. Joannes meminerit *ibid.*

2° *Torrens inundans* est proverbium, XI, 421, 2. Torrentes aquarum dicuntur doctrina apostolorum

sacramenta et obstacula, XII, 224, 1. Torrentes mellis et lactis pro rerum abundantia ponuntur, *Job*, 431, 1. Torrens voluptatis, quid, *Psalm.* I, 223, 2. Torrens voluptatis cœlestis beatos inebriat, XII, 526, 2.

TORRIS. Torris erutus de igne symbolice significat Jesum pontificem, populumque in Babylone ita tostum, ut pene consumptus sit, XIV, 384, 1, 2.

TORTA. Torta est panis orbicularis, XII, 261, 2. Torta azyma erat panis in esu agni paschalis, XVIII, 365, 2.

TORTOR. Tortores martyribus coronas in cœlo fabricant, XVIII, 92, 1. Tortores multi visa christianorum sanctitate ad Christum conversi fuere, XX, 296, 1.

TORTUOSUS. Tortuosa cochlea templi tortuosam viam in cœlum designat, XII, 809, 2.

TORTURA. Tortura per vinum est facilis et expedita, VI, 483, 2 et seq. (*Vide* EBRIETAS, VINUM).

TORUS 1° Tori dicti sunt a tortis herbis, quia accumbentium humeris supponebantur, XIII, 597, 2. Tori mensales quales essent, XV, 551, 2; XVI, 22, 2.

2° Tori nuptialis injuria maxima est, V, 182, 1, 2. Torus immaculatus in omnibus quid sit, XIX, 514, 2.

TORVUS. Torvus aspectus taurorum est, IX, 189, 2.

TOTILA. Totilæ in orthodoxos grassantis infelix et feralis interitus, XII, 773, 2.

TOTUS. Totum cupiens, sæpe totum perdit, V, 537, 2; XIV, 218, 2.

TOXICUM. Toxicum an a taxo dicatur, XI, 101, 2; 102, 1.

TRABES. Trabem auream e templo sustulit Marcus Crassus, IV, 510, 1.

TRACHENSIS. Trachenses cives linguis ab Hunerico excisis loquuntur, XXI, 200, 2.

TRACHONITIS. Trachonitis quæ sit regio, et unde dicta, XVI, 90, 2.

TRACTARE. Tractare recte verbum veritatis quid sit, XIX, 287, 1, 2 (*Vide* CONCIONATOR).

TRACTATUS. Latini suos libros tractatus vocant, XIX, 288, 1.

TRACTUS, TRAHERE. Trahit Deus amore et timore, VII, 485, 2 : *Trahe me : post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Verbum *trahere* appetitus resistentiam denotat, *ibid.*, 1. Qui Deum ad se trahit, ipse trahitur ad Deum, *ibid.* Tractus Dei quomodo sit accipiendus, XVI, 398, 1 et seq.: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum.* Obstinatio cordis hunc tractum impedit, 399, 1. Tractus et funiculi significant copiam et suavitatem amoris, qua Deus homines ad se trahit, XIII 429, 2 : *Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Trahit omnia Christus ad se blande, non violente, XVI, 513, 1 : *Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Maxime in cruce pendens, *ibid.*, 2. Trahuntur alii inchoate, alii complete, 399, 1 (*Vide* GRATIA).

TRADERE. Tradi et vendi quomodo dicatur quis ut faciat malum, XIV, 188, 2 (*Vide* INIQUITAS, PECCATUM).

TRADITIO 1° Traditio quid sit, XIX, 169, 2 : *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.* Traditionum auctoritas necessaria est, XV. 48, 1. Traditionum tria sunt genera, divinæ, ecclesiasticæ, et civiles : ultimæ sunt vel bonæ, vel malæ et pharisaicæ, 351, 2 : *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Hæ a Domino suggillantur, 350, 2. Traditio Judæorum quomodo inutilis et mortifera esset, XX, 264, 2.

2° Traditiones Ecclesiæ sunt mandata Christi, XI, 407, 2. Traditiones a Christo acceptas apostoli Ecclesiæ et posteris tradiderunt, XVII, 50, 1. *Quibus* (apostolis) *et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei.* Traditiones apostolorum propugnantur, XVIII, 352, 1 : *Laudo vos, fratres, quod per omnia mei memores estis : et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*; 358, 2 : *Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis*; 369, 2 : *Itaque, fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cum venero, disponam;* XIX, 166, 1. *Itaque, fratres, state, et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram;* 279, 2: *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et dilectione in Christo Jesu;* 282, 2 : *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* Traditione accepimus cruce frontem signandum 53, 1, 2. Traditiones sunt servandæ, XVIII, 416, 2 : *De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non cum venero, tunc collectæ fiant.* Traditiones magni faciendæ, *Job*, 207 : 1 *Interroga enim generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam.* Traditiones ecclesiasticæ non sunt abdicandæ, nec divinæ, XV, 350, 2. Traditio Patrum symbolice est gazophylacium templi, XII, 788, 1.

3° Traditiones incolarum terræ sanctæ parum fidei habent, XVI, 612, 1. Traditio de Antichristo ex Dan nascituro probabilis est, XXI, 168, 1.

TRADUCERE. Traducere quid sit, XV, 67, 2 et seq.

TRADUX. Traducem animam SS. Patres insectantur, XIX, 415 (*Vide* ANIMA).

TRAGELAPHUS. Tragelaphus ex hirca et cerva nascitur, II, 448, 1, 2.

TRAGICUS. Tragicus dies Saccorum apud Persas, VII, 185, 2.

TRAGŒDIA. Tragœdia unde dicta et ubi inventa, XVIII, 225, 1. Tragœdiæ triplex est argumentum, V, 419, 2. Tragœdia vitæ humanæ argumenta totidem habet, *ibid.* Tragœdiæ tristes exitus habent, IX, 505, 1.

TRAHA. Trahis ferratis nonnullis in locis grana ex aristis excutiuntur, XIII, 522, 2 (*Vide* TRITURARE).

TRAJANUS imperator. Trajanus a Plutarcho præceptore virtute fuit imbutus, XIII, 10, 2. Juris divini et humani sciens fuit, IX, 2, 2. A Nerva adoptatus, fit imperator, XVII, 12, 1. Quam justitiæ cultor eximius tenax esset, V, 312, 2; XI, 719, 2. Viduæ cito jus dixit, an ob hanc pietatem salvatus sit, XVI, 239, 2. Trajanus laudatus quod delatoribus operam non daret, *Psalm.* II, 173, 2. Ejus clementia, V, 498, 2; XVIII, 217, 2. Ejus comitas et facilitas, XV, 424, 2. Erga christianos primum clemens fuit, XVII, 12, 1. Sed postea acriter in eos sæviit, XIX, 488, 2. Tertiam in christianos persecutionem movit, XXI, 141, 2. Ipsa vehemens quidem fuit, sed postea desiit, 73, 2. Trajani vitia, XVII, 12, 2. Ejus pæderastia infamis, XI, 127, 1. Historia de Trajani anima ex inferno precibus S. Gregorii liberata, apocrypha est, XIII, 464, 2. Ejus columna Romæ erecta describitur, XXI, 76, 2.

TRAJANUS dux. Trajanus Valentis imperatoris contra Gothos dux ab hoste cæsus quam libere imperatorem ei cladem exprobrantem sit allocutus, I, 509, 2; XI, 707, 2.

TRAMA. Trama quid sit, et unde dicta, VI, 497, 2.

TRAMES. Trames aquæ est fossa e fluvio deducta, IX, 662, 1.

TRANQUILLITAS, TRANQUILLUS. 1° Tranquille aspicere in Deo est quiescere, IV, 506, 2: *Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis.*

2° Tranquillitas animi est summum bonum, VII, 171, 1: *Melior est pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore et afflictione animi.* Tranquillitas Adami ante peccatum quæ, 280, 1. Tranquillitas animi quibus in rebus sita sit, XX, 110, 2. Tranquillitas animi in discipulo requiritur ut doctrinam admittat, X, 355, 2: *Disciplinam in pace conservate, filii; sapientia enim abscondita et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?* Tranquillitatem animi dat christianismus, XVIII, 581, 1: *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et super Israel Dei.* Tranquillitas sextus contemplationis gradus, VII, 491, 1. Tranquillitas conscientiæ (*Vide* CONSCIENTIA).

TRANSANIMATIO. Transanimationes variæ Pythagoræ, IX, 2; XV, 364, 1, 2. Transanimatio Pythagorica a Pharisæis non credebatur, XV, 364, 1, 2.

TRANSFIGURATIO CHRISTI, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. V art. III, § VII.

TRANSFORMATIO. 1° Transformationes variæ Gentilium, IV, 427, 2.

2° Transformamur per Evangelium et gratiam Christi, XVIII, 436, 2 (*Vide* GRATIA, JUSTIFICATIO).

TRANSFUGA. Transfugarum suspecta est fides, adeoque non sunt consiliis adhibendi, IV, 328, 2.

TRANSIRE. Transire calicem passionis a se, quomodo Christus petat in horto, XV, 570. 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS). Transituri sint cœli quomodo, XX, 484, 2 (*Vide* CŒLUM).

Transire in Scriptura significat punire, XIII, 420, 1.

TRANSITORIA. Transitoria sunt mundana omnia, XVIII, 316, 1 (*Vide* MUNDUS, TEMPORALIA, TEMPORANEA).

TRANSITUS. 1° Transitus maris Rubri duce Mose celebratur. XI, 735, 1; XIV, 256, 2 et seq. Transitus maris Rubri fuit typus baptismi, XVIII, 338, 2 (*Vide* MARE RUBRUM).

2° Transitus ex hac vita fidelium et infidelium dispar est, XVI, 522, 1.

TRANSMIGRATIO. 1° Transmigratio Joachim quæ dicatur, XII, 477, 2.

2° Transmigrationem animarum docebant Pharisæi, XIX, 43, 1 (*Vide* PHARISÆI).

TRANSMONTANUS. Transmontanos Itali vocant qui trans Alpes habitant. IV, 412. 1.

TRANSPUNCTIO. Transpunctio Judæorum quænam sit, XVIII, 189, 2 et seqq.

TRANSTRA. Transtra quæ dicuntur, XII, 693, 1.

TRANSSUBSTANTIATIO. Transsubstantiatio in Eucharistiæ sacramento reperitur, VI. 178, 2. Transsubstantiatio est velut quædam creatio, XIV, 468, 2. Transsubstantiatio eucharistica astruitur et probatur, XVI, 331, 1; XVIII, 364, 1. Transubstantiationem futuram sub Messia agnoscunt Rabbini, XIII, 472, 1 (*Vide* EUCHARISTIA).

TRANSYLVANIA, TRANSYLVANI. Transylvania novos Arianos produxit, XIX, 333, 2. Transylvani cum prius Turcas cecidissent, spoliis onusti ab iisdem cæsi, IV, 431, 2.

TRECENTI. Trecenti milites Gedeonis symbolice explicantur, XI. 229, 1, 2 et seqq.

TREMOR. Tremor maxime invadit labia, genua, cor, XIV. 264, 1 (*Vide* METUS, TIMOR).

TREPIDARE. Trepidantes festini hic illucque discurrunt, XVIII, 174, 2.

TRES, TRIA. Tria sunt omnia ex mente Aristotelis, XIII, 537, 2. *Tria sunt omnia* quomodo intelligantur, XVIII, 500. 1, 2. Tria parva, sed efficacia, XIII, 537, 1, 2. Tres in Trinitate quomodo

unum sint. XX, 614, 1 (*Vide* TRINITAS). Tribus digitis palmo et pugillo Deus orbem continet, id est facillime, XI, 497, 2. Tria Deus non potest facere meliora quam facta sunt, IX, 61, 2. Tria angelorum nomina tantum agnoscit Ecclesia, XXI, 21, 1. Trium millium numerus symbolice quid denotet, 379, 1. Tres dies, varii sensu mystico, XIII, 364, 2. Tria et quatuor scelera Damasci quæ et quot sint, XIII, 537, 1, 2. Tres pastores, quos Deus succidit, quinam sint, XIV, 489, 2 et seq. Tres patres anonymi, qui sæpe apud Theodoretum citantur, quinam, VII, 473, 1. Tres partes in quas dividetur Jerusalem sub Antichristo, quomodo mystice intelligenda, XXI, 303, 1.

TRES PUERI in fornace. Tres pueri erant de stirpe regum Juda, XIII, 9, 2. Non fuere Ezechiæ filii, sed nepotes, 39, 1. Quomodo omni sapientia eruditi, 10, 1. Erant facile viginti annorum dum in aulam adsciscerentur, *ibid.*, 2. Eorum doctrina, *ibid.*, 1. Cur eorum nomina mutata sint, 11, 1, 2. Cur cibos regios recusent, et legumina petant, 12. Eorum sanitas, pinguedo, decor fuit supernaturalis, 14, 2. Fuerunt primitiæ ac typus martyrum, quos tyranni occiderunt, 38, 2. In eorum odium erecta statua aurea a Chaldæis, *ibid.*, 1, 2. Cur vocentur pueri cum nollent statuam adorare, cum tunc temporis quinquaginta et septem annorum essent, 39, 1. Cur dicant non debere se regi respondere, quod statuam non adorent, 40, 2. Eorum prudentia et resignatio, 41, 1, 2. Manserunt in igne illæsi, *ibid.* Quomodo iis astiterit in igne angelus, *ibid.* Missi sunt in ignem ligati, sed angelus eorum vincula dissolvit, 44, 1. Modis tribus igne servati sunt illæsi, *ibid.* Salamandræ et amianto comparantur, 45, 1. Illæsi fuere, quia erant virgines, *ibid.* 1 et 2. Octo in his miracula contigerunt, 46, 1. In fornace hymnum ex afflatu Spiritus sancti composuerunt, 47, 1. Etsi illæsi, vere fuere martyres. 52, 1. Eorum corpora Romæ coluntur, *ibid.*, 2. Tres juvenes in fornace Babylonica an sint viri portenti, XIV, 489, 2 et seq.

TREVIRENSIS. Trevirensis lingua an fuerit Galatis in usu, XVIII, 514, 1.

TRIANGULARIS. Triangulari figura veritas corporis in Eucharistia ostenditur XV, 556, 1.

TRIARIUS. Triarii in bello fortissimi erant milites, VI, 164, 2.

TRIAS. Trias a Pythagoreis dicitur justitia et virtus, XIII, 538, 1.

TRIBADES. Tribadum mulierum libido præpostera, XVIII, 53, 2 et seq.

TRIBONIANUS. Tribonianus jurisconsultus quomodo Justiniano imperatori sit adulatus, XII, 595, 1.

TRIBULATIO, *Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO.

TRIBULUS. Tribulus est spinæ genus : unde dictum sit, X, 408, 1; XV, 212, 1.

TRIBUNAL. 1° Tribunal triplex Hebræorum erat, XV, 161, 1. Tribunal Areopagiticum quis instituerit, XVII. 322, 1.

2° Tribunalia duo Dei, unum severitatis in Aquilone, alterum clementiæ in Austro, XII, 20, 2. Tribunal Dei ut reos innocentes vel dubios exaudit, ita tuetur judices recte judicantes, 144, 1. Ad tribunal Dei confugere satius est, quam ad tribunal hominum, XIV, 61, 1 (*Vide* DEUS, cap. III, art. III, § X).

3° Tribunal conscientiæ, quod, quæ ejus personæ, VI, 350, 2 (*Vide* CONSCIENTIA).

TRIBUNUS. Tribuni qui proprie dicantur, I, 595, 2.

TRIBUS. 1° *Tribus duodecim Israel.* Tribus Israel an essent duodecim, an tredecim, XV, 454, 2. Omnes sunt inter se consanguineæ, III, 448, 1. De duodecim tribuum dispositione circa tabernaculum, II, 198, 1. Tribus quatuor primariæ qualia vexilla vel insignia in deserto habuerint, *ibid.*, 2. Tribuum duodecim ordo cum proficiscebantur, 201, 1. Tribus per virgam et sceptrum designatur, nam quæque tribus suam habebat virgam, XII, 760, 1. Singulæ suam portionem terræ promissæ accepere, X, 449, 2. Tribus Israel singulæ populum ingentem constituerunt, XXI, 170, 2. Tribus totæ Judæorum inter Gentes dispersæ non fuere, XX, 13, 1, 2. Tribus Israel a quibus dispersæ, et a quibus congregatæ, X, 235, 1. Sunt typus omnium gentium fidelium, *ibid.* Tribuum duodecim principes duodecim apostolos significant, II, 194, 2, Ipsæ omnes fideles Ecclesiæ repræsentant, 194, 2. Tribus tres manentes trans Jordanem quid in rigida tropologia significent, 307, 1. Ex iis in fine mundi convertentur aliqui, XXI, 167, 1. An præcise ex singulis duodecim millia, et non plures et pauciores, *ibid.* et 2. Earum mysticæ interpretationes quoad earum ordinem a S. Joanne servatum in signatione, 168, 2. Eædem ad Ecclesiam referuntur, *ibid.*

2° *Tribus Juda et Benjamin.* Tribus Juda fuit omnium nobilissima, imo regia, IV, 209, 2. Quo jure sibi vindicaret multas urbes aliarum tribuum, 328, 1. Tribus Juda post captivitatem Babylonicam pro omnibus tribubus capiebatur, XIII, 243, 1. Tribus Benjamin dignitas, XIX, 42, 1, 2. Tribus duæ post reditum e captivitate Israelis nomen sibi cur vindicarint, XIV, 552, 1. Ex decem tribubus quomodo multi in Judæam commigrarint, et se Judæis junxerint, XIII. 243, 1; XIV, 481, 1.

3° *Decem tribus.* Decem tribus cur a duabus secessionem fecerint sub Roboamo, X, 498, 2; 499, 2. Licite elegerunt regem alium, III, 620, 1. An licite schisma fecere a domo David, XIII, 391, 2. Idque ex decreto Dei, *ibid.*, 2. Tribus decem tripliciter a Patribus vocantur, XI, 73, 2. Decem tribus cur vocentur Ephraim et Joseph, cur Samaria, Jezrahel, Israel, Jacob, Bethel, XIII, 220, 2. Decem tribus abductæ sunt a Salmanasar trans Damascum in Babylonem, etiam trans Babylonem in Mediam, Persiam, et alias regiones traductæ,

592, 1, 2. Ex Assyriaca captivitate non rediere, XIII, 294, 1; XX, 13, 2. In Assyria evanuere dispersæ per orbem, XIV, 501, 1. Quando tamen apud Prophetas ex ea rediisse dicuntur, intelligendum est de libertate spirituali, XIII, 294, 1 et seq. Litteraliter tamen non pauci cum Judæis in Jerusalem verum Deum coluere, illuc excisa Ninive confugientes, 294, 1. Alii etiam antea illuc confugerunt, alii etiam in Israel relicti sunt, *ibid.*

Tribus Joseph in duas a patre fuit divisa, XII, 854, 1, 2. Tribus Ephraim major erat reliquis, XIX, 479, 2 (*Vide* ISRAEL, JUDA, JUDÆI).

TRIBUTUM. 1° *Tributum quid sit, et unde dicatur; cur id regibus præstetur*, XVIII, 221, 1: *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal.* Tributum cur dicatur liquefactio, XII, 353, 1. Princeps provinciarum facta est sub tributo (hebraice *mas, liquefactione*). Tributi frenum quid, III, 466, 1: *Factum est post hæc, percussit David Philisthiim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philisthiim.*

2° Tributis subditi non sunt onerandi, VI, 358, 1: *Agni ad vestimentum tuum, et hædi ad agri pretium*; 393, 2: *Rex justus erigit terram, vir avarus destruit eam*; 475, 2: *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: et qui vehementer emungit, elicit sanguinem: et qui provocat iras, producit discordias.* Id proprie tyrannorum est, 378, 1: *Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Tributa nimia noxia populo et regi, quod exemplo Roboami probatur, III, 618, 2. Occasio sunt seditionis, 620, 2. Tributorum gravitas causa defectionis Israeli, 601, 2. Tributis nimiis populum gravantes principes, a Deo puniti, XII, 173, 2; 174, 1: *Væ qui ædificat domum suam in injustitia, et cœnacula sua non in judicio.*

Tributum quod Romani Judæis indixerint, XV, 395, 2. Justumne id an injustum fuerit, 477, 2 et seq. Tributum cur Christus solverit, cum ad illud non teneretur, XVII, 155, 1, 2. Cur id Christus solvit pro se solo et Petro, 396, 2 et seqq.

TRICLINIARCHA. Tricliniarcha erat idem qui modimperator, X, 141, 1.

TRICLINIUM. Triclinium quid significet; IV,

TRIDUUM. 1° Tridui iter quomodo Ninive complecteretur, XIV, 47, 2.

2° Triduum amissionis pueri Jesu quomodo computandum sit, XVI, 82, 2. Triduum Christi in sepulcro quomodo computandum, XIII, 364, 1; XV, 312, 1 et seq. Triduum resurrectionis Christi in Scriptura expressum est, XIII, 364, 1. Cur Christus die tertia resurrexerit, sex causæ assignantur, *ibid.* et 2.

TRIENNIUM. Triennio toto evangelizaverunt apostoli in Judæa, XVII, 259, 2.

TRIGAMIA. Trigamia non est peccatum, XVI, 360, 1.

TRIGESIMUS. Ante trigesimum annum apud Hebræos ordinarie nemini docere aut prophetare licebat, XIV, 199, 2. Nec munia doctoris aut sacerdotis obire, XV, 94, 1; XVI, 94, 2.

Trigesimus annus a quo cœpit prophetare Ezechiel quomodo et unde numerandus, XII, 475, 1, 2.

Triglyphi quid sint, XII, 814, 2.

TRINITARII. Trinitarii hæretici, magistratum, judices, judicia, quibus civilis justitiæ debita repetantur, abrogant, XVIII, 222, 1.

TRINITAS. 1° MYSTERIUM SS. TRINITATIS IN EO CONSISTIT QUOD IN TRINITATE SINT TRES PERSONÆ, UNA DEITAS. — *SS. Trinitatis mysterii veritas astruitur et probatur*, XV, 24, 2; XVI, 157, 1, 2. SS. Trinitas in veteri lege tenuiter adumbrata, in Evangelio aperte designata, XV, 4, 2; 24, 1. Revelata fuit in baptismo Christi, 113, 1: *Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cœli, et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Ea fuit in baptismo et transfiguratione Christi repræsentata, 389, 1: *Adhuc eo* (Petro) *loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipsum audite.* Ejus mysterium rudibus apostolis sensim patefaciendum erat, 294, 1: *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.* SS. Trinitatis mysterium Christus in baptismi forma clare expressit, 657, 2: *Et accedens Jesus locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* SS. Trinitatis consubstantialitas et una deitas probatur, XVIII, 198, 2: *Ex ipso et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen*, XVIII, 513, 1. *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*; XX, 611, 2: *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt.* Eam sæpe S. Paulus innuit, XIX, 337, 2: *Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum.* SS. Trinitatis mysterium miraculo comprobatur, XI, 173, 1. SS. Trinitas non habet quartum, insulse confertur impotenter dominantibus, VI, 458, 1.

2° *Etiam in Veteri lege mysterium SS. Trinitatis innuebatur.* In creatione mundi plurale *Elohim* (*Bereschith bara Elohim*, gallice *les Dieu créa*). SS. Trinitatis mysterium innuit, sicut unitas essentiæ in Deo innuitur per verbum singulare

bara creavit, I, 44, 1. Item ex ipsa creatione hominis intelligitur, 68, 2 : *Et ait* (Deus) : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum.* Item ex verbis Dei ad Adam post ejus peccatum, 110. 2 : *Et ait* (Deus): *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.* Item ex Dei verbis ante Sodomorum punitionem, 174, 2 : (Et dixit Deus) : *Venite igitur, descendamus et confundamus ibi linguam eorum.* Tres angeli Abrahamo apparentes SS. Trinitatem præsignificabant, 221, 1 : *Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in fervore diei. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum : quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, et adoravit in terram. Et dixit : Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.* In pluribus locis veteris legis SS. Trinitatis mysterium innuitur, II, 422, 2 et seq. : *Audi, Israel : Dominus Deus noster, Dominus unus est* (In hebræo : *Audi, Israel, Deus, Deus noster, Deus unus est*). Id Judæis Salomon tacite significat, VI, 421, 2 : *Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus est.* Item auctor *Ecclesiastis*, VII, 113, 1 : *Transivi ad contemplandam sapientiam, erroresque et stultitiam : Quid est, inquam, homo, ut sequi possit regem factorem suum?* Siracidi cognita fuit SS. Trinitas, IX, 488, 2 : *Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua ; precare ante faciem Domini, et minue offendicula:* X, 556, 2 : *Invocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ et in tempore superborum sine adjutorio.* Item Isaiæ prophetæ, XI, 172, 1, 2 : *Et clamabant* (Seraphim) *alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum:* 180, 1, 2, *in annot. : Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit nobis? Et dixi : Ecce ego, mitte me;* 577, 2 : *Et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus ejus.* SS. Trinitas Isaiæ apparuit, 166, 1, 2. Mysterium SS. Trinitatis non invenitur in triplici A, a, a, quod dixit Jeremias, XII, 16, 1. In verbis allegoricis Jeremiæ significatum juxta S. Ambrosium, 151, 2 : *Ideo hæc dicit Dominus..... Numquid deficiet de petra agri nix Libani ; aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, et defluentes?* A Zacharia indicatur, XIV, 377, 1 : *Hæc dicit Dominus exercituum : Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliaverunt vos,* 383, 2 : *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini : et Satan stabat a dextris ejus ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan : Increpet Dominus in te, Satan : et increpet Dominus in te.* Item in Psalmis insinuatur, *Psalm.* II, 253, 1, 2 : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis ;* 260, 1.

3° *Trinitatis figuræ et symbola.* SS. Trinitatis mysterium an in lapidibus super quos Jacob Patriarcha dormivit adumbratum, I, 285, 1. In constructione tabernaculi significabatur, I, 719, 1. Trinitatis symbolum, funiculus triplex, VII, 182, 2. Ejus symbolum est sol, XII, 607, 1. Ea luci comparatur, XX, 523, 2. Probatur a simili per lumen, 65, 2. Ejus mysterium an per nomen Jehova repræsentetur, XXI, 18, 1. Ejus symbolum est triophtalmus cum onyche nascens, XXI, 112, 1. Item pia familia S. Josephi cum beata Virgine significabatur, XV, 64, 1.

4° *Quatenus Judæis, philosophis et nobismetipsis cognitum SS. Trinitatis mysterium.* Priscis Judæis incognita fuit, VI, 428, 1. Ab aliquibus tantum cognita, X, 556, 2. Ejus professio quotidiana apud Judæos, XI, 167, 1, 2. Fuit philosophis incognita ; sola fide et lumine supernaturali cognosci nequit, XVIII, 50, 1. Plene et perfecte nos ipsi eam cognoscere non possumus, VI, 427, 1. Eam non intelligimus, XX, 517, 2. Eam intelligere et comprehendere non possumus, 523, 2.

5° *SS. Trinitatis mysterium qui negent.* Turcæ eam negant et moderni Judæi, VI, 428, 1 ; X, 572, 2. Eam negant judaïzantes hæretici, XX, 557, 1. Quomodo eam Manichæi falso definiebant, X, 375, 1.

II. SS. TRINITATIS OPERA ET OPERATIONES. — 1° *Operationes SS. Trinitatis ad intra.* SS. Trinitatis circuminsessio quæ et qualis, XI, 556, 1, 2 ; XX, 557, 1. SS. Trinitas seipsam infinite laudat et glorificat ab omni æternitate in omnem æternitatem, IX, 445, 1 ; X, 422, 1. SS. Trinitas est prima virgo in generatione et processione divinarum personarum, XVIII, 320, 1 ; XXI, 269, 1. S. Trinitas quomodo describatur, XX. 515, 2. Est ens immobile, immensum, constans, 68, 2 et seq. Tres quasi throni et adorationes SS. Trinitatis, IX, 623, 2.

2° *Operationes SS. Trinitatis ad extra.* Ejus opera ad extra sunt indivisa, et toti Trinitati communia, XVI, 658, 1 : *Et ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi ;* XVIII, 372, 2 : *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus : et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus : et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus;* Psalm. I, 195, 1 : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Ipsa tota fuit incarnationis causa, XVI, 22, 1 : *Et respondens Angelus dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;* 308, 1 : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Quænam sint singularum personarum propria, XVIII, 513, 1 : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* SS. Trinitas dat de Christo testimonium, XX, 611, 2.

SS. Trinitas quemdam rebus omnibus ternarium velut sui imaginem inseruit, X. 339, 2. Est origo omnis rerum contrapositionis, 178, 2.

SS. Trinitas velut fons est, V, 141, 2. Ipsa est fons concordiæ quia ipsa concors, IX, 669, 2. Ignis consumens est, XI, 681, 2. Tota SS. Trinitas personaliter et substantialiter venit in animam quæ justificatur et adoptatur, in eaque quasi in templo et throno suo inhabitat, XIII, 297, 1, 2; 507, 1; XIV, 154, 1; XVI, 550, 2. *Respondit Jesus, et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus;* XVII, 86, 1 : *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis.* Venit ad tres animæ potentias, XVI, 550, 2. Ipsa tota est in nobis, XVIII, 148,2 : *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. Quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Quantum inde boni nobis accedat, XIII, 297, 1, 2. Est pater Christi et christianorum, XX, 241, 2. Quot modis dicatur Pater luminum, XX, 65,2 : *Omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Ipsa virgo quasi consanguinea SS. Trinitatis, V, 230, 1.

III. QUISNAM HONOR ET QUÆNAM LAUDES SS. TRINITATI DEBEANTUR. — Ei per Christum omnis honor defertur, XVIII, 245, 1 : *Soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honos et gloria in sæcula sæculorum.* Nunquam satis laudari potest, et quæ ejus doxologia, et quod rosarium. XI, 174, 1 : *Et clamabant* (Seraphim) *alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum; plena est omnis terra gloria ejus,* XXI, 111, 2 (*Vide* DEUS, JESUS CHRISTUS, SPIRITUS SANCTUS, TRISAGIUM).

TRINSARE. *Trinsare* vox propria hirundinum, IX, 184, 1, 2.

TRIPHONIA (S.). S.Triphonia, uxor Decii imperatoris, fuit martyr, XVI, 274, 1.

TRIPLICITER. *Tripliciter* capitur subinde pro *multipliciter, plene, perfecte,* VI, 165, 2.

TRIPOLIS. Tripolis quæ sit civitas, XVII, 307, 2.

TRIPUDIUM. Tripudii et choreæ definitio, IV, 281, 1.

TRISAGIUM. Trisagium SS. Trinitatis unde in Ecclesia ortum habuerit, XI, 173, 1, 2; XXI, 111, 2. Id hausit Ecclesia ex revelatione angeli, XI,173, 1, 2. Revelatum fuit a puero rapto in aera, XV, 466, 1. Trisagio hymno cantato cessavit terræ motus Constantinopoli, XIII, 499, 1. Quid eo repræsentetur, XXI, 112. 1, 2; 113, 2.

TRISMEGISTUS. Trismegisti ætas, VIII, 531, 2.

TRISTARI. 1° In quibus sit tristandum, X, 107, 1, *Vide* TRISTIS, TRISTITIA).

2° Tristari et lætari super populo suo quomodo dicatur Deus, XI, 240, 2.

TRISTATA. 1° Tristatæ quales sint, I, 557, 1. Tristatarum quæ esset dignitas apud Medos, Babylonios et Ægyptios, XII, 670, 1 ; XIII, 78, 1

TRISTIS TRISTITIA. *I.* TRISTITIA MALA. — 1° *Quid sit tristitia et quotuplici sensu in Scriptura sumatur.* Tristitia vicina luctui est, et gaudio carens sine dubio tristis est, XIII, 244, 2. Tristis pro irato, sævo et minace sumitur subinde, VI, 320, 2; IX. 589, 2 : *Ad amicum si aperueris os triste, non timeas, est enim concordatio.* Ipsa cum ira cognationem habet, VI, 281, 2. Tristitia et ira ac sævitia se invicem comitantur, IX, 589, 2 et seq. Tristitia mala quæ sit, ejus schema, IX, 407, 1, 2 : *Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti.*

2° *Tristitiæ quæ sit causa.* Tristitia multis ex causis oritur, VI, 284, 2. Ejus causa est mala conscientia, V, 457, 1. Nusquam est nisi ubi est adversitas et jurgium hominis, 520, 1, 2; X, 105, 2 : *Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine : congrega cor tuum in sanctitate ejus, et tristitiam longe expelle a te.* Innascitur cordi infirmo et debili, VI, 283, 2. Tristitia sequitur indigentiam, IX, 415, 1.

3° *Tristitiæ effectus et damna.* Primo. *In corpore.* Tria tristitiæ damna : *primum* est quod ex ea manat, imo festinat mors; *secundum,* quod virtutem, id est vires hominis cooperit; *tertium,* quod homo mœstus, dejectus et curvus incedat, X, 281, 1 : *A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit verticem.* Tristitia facit homines mœstos, pusillanimes et tardos, IV, 249, 1. Tristitia facit faciem luridam et tristem, V, 457, 1. Tristes et mœsti sunt vultu tetrico et atro, unde ab Hebræis *obscuri* vocantur, XI, 702, 2. Tristitia corpus reddit luridum, languidum, debile, 548, 1. Est quædam ægritudo, morbos adauget, et medicinæ vim elidit, 547, 2. Hebetat oculos mentis et corporis, *ibid.* Ossium medullas exedit, 548, 2. Tristitia vires hominis dissolvit, XX, 302, 1. Attenuat spiritus vitales, arctat et gravat, IV, 249, 1 : *Nolite contristari : gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.* Tristitia senectam adducit, X, 107, 1, 2 : *Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa.* Facit hominem brevis ævi, 104, 1, 2 : *Jucunditas cordis hæc est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis; et exultatio viri est longævitas.* Occidit tristantem, 105, 2; 106, 2. Tristis moritur sensim per ærumnas, 1, 2 et seq.

Secundo. *In anima.* Tristitia Spiritum sanctum contristat, X, 108, 2. Tristitia cordis Spiritum sanctum fugat, V, 457, 1 : *Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur spiritus.* Fugat spiritum lætitiæ, et spiritum acediæ et tristitiæ, X, 104, 1, 2. Tristes et anxii habent spiritum

obtutum et obnubilatum, et quasi egredientem suo statu et loco, XI, 671, 2. Tristitia tristes cogitationes generat, X, 22, 1 : *Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.* Tristitia animum viri magnanimi sternit, V, 369, 2. *Mœror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono lætificabitur.* Animam reddit inutilem, VI, 283, 1 : *Sicut tinea vestimento, et vermis ligno ; ita tristitia viri nocet cordi.* Per tineam et vermem recte designatur, *ibid.* Seipsam depascitur, *ibid.* et 2. Per erucam late adumbratur, XIII, 484, 1. Tristitia cor contrahit et somnum inducit, XVI, 266, 2. Tristitia omnium spirituum pessimus est, XIII, 401, 2. Tristitia animorum tormentum crudele, XV, 242, 1, 2. Est gravior omni corporis cruciatu, IX, 682, 2. Item morte, X, 1, 2. Est miseria universalis, IX, 681, 1 : *Omnis plaga, tristitia cordis est.* Est hamus dæmonis, XX, 213, 1. Alia tristitiæ effectus et damna, V, 548, 2; VI, 283, 1, 2; 285, 1.

4° *In tristitia quomodo nos gerere oporteat, quæ sint ejus remedia.* A tristitia non debemus absorberi, IX, 407, 1. Non sinenda animo dominari, X, 102, 1 : *Tristitiam non des animæ tuæ, et non affligas temetipsum in consilio tuo.* Est moderanda, X, 282, 2 : *Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te, et memento novissimorum, noli oblivisci; neque enim est conversio, et huic nihil proderis, et teipsum pessimabis.* Quam tristitiam in morte amicorum Apostolus vetet, XIX, 130, 1 : *Nolumus vos ignorare, fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent.* In cladibus publicis et privatis moderanda est, XII, 679, 1, 2 : *Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga : et non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies : corona tua circumligata sit tibi, et calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum meum, et mortua est uxor mea vespere : fecique mane sicut præceperat mihi.* Quomodo quis sine ea vivat, X, 107, 1, 2. Eam superans, vir fortis est, V, 515, 1.

Tristitiæ remedium est, spes et cogitatio æternæ gloriæ, V, 457, 1. Cogitatione cœlestium pellitur, VI, 284, 2. Ejus remedium est, malum quod affligit extenuare, X, 102, 1. Item bona conscientia, *ibid.*, 2. Tristitia justum non dejicit, *Job*, 75, 1. Aliud ejus remedium est occupatio magna, X, 107, 1. Item oratio et spes in Deum, X, 107, 2; XX, 213, 1 : *Tristatur aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat.* Item prudentia, X, 240, 1, 2 : *Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistet illi.* Alia ejus remedia quatuor, X, 107, 2. Item alia duo remedia, IX, 357, 1 : *In die bonorum ne immemor sis malorum : et in die malorum ne immemor sis bonorum.* Tristia et læta invicem sibi succedunt, IX, 355, 1; 357, 2. Tristitia præterita gaudium causat, X, 554, 2.

5° *Quomodo cum tristibus sit agendum.* Tristi non sunt carmina læta occinenda, VI, 281, 1 : *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* Quomodo per carmina levari debeat, *ibid.* et 2. Tristitiæ onus consolator sublevat, XII, 354, 1 : *Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus : non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus* (Vide Mœror).

II. Tristitia bona quæ sit. — 1° *Tristitia de peccato pia et sancta est,* IX, 406, 1, 2; 408, 2. Tristitia sola de peccato utilis est, XII, 360, 2; 679, 1, 2; XX, 207, 1 : Tristitiæ secundum Deum septem effectus, XVIII, 466, 1 : *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur : sæculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solliciludinem ; sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam, in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio.* Quomodo hæc differat a tristitia sæculi, 465, 1. Unde ambæ nascantur, *ibid.* et seqq. Earum descriptio, *ibid.*, 2. Usus et fructus utriusque, *ibid.* Tristitia quare et quomodo sit melior gaudio, VII, 999, 1 : *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii ; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum est.*

2° *Tristitia sanctorum et impiorum quare differant,* 459, 2. Pauli tristitia ob Judæorum reprobationem, 156, 2 : *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientiæ meæ in Spiritu sancto : quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* Tristitia apostolorum et fidelium in hac vita, XVI, 583, 1, 2 : *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium... Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum : et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.*

3° *Tristitia Christi in horto.* Tristitia Christi in horto vera fuit, XV, 567, 1 : *Et assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari et mœstus esse.* Fuit non solum in appetitu sensitivo, sed etiam in voluntate, et quæ ejus causæ, 2 et seqq. Quæ causæ finales et morales, 568, 1. Fuit voluntaria, non naturalis aut involuntaria, *ibid.*; 570, 1, 2 : Usque ad mortem Christus tristatus est, 569, 1 : *Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic, et vigilate mecum* (*Vide* Jesus Christus).

TRITICUM. 1° Triticum in cerevisia bibitur,

XIII, 471, 2. Triticum quomodo degeneret, XI, 667, 2 (*Vide* FRUMENTUM).

2° Tritici acervus fertilitatis est symbolum, VIII, 173, 1, 2.

TRITURARE, TRITURATIO. 1° Triturandi modus apud varios varius, XIII, 418, 2; 522, 1; 540, 1, 2; XIV, 103, 1. Trituratio apud multas gentes fit rosis et equis, VI, 999, 1.

2° Tritura urbis vocatur ejus attritio et afflictio, XII, 330, 2.

TRIUMPHARE, TRIUMPHUS. 1° Triumphantes olim albis equis vehebantur, XXI, 140, 2. Cur quadriga veherentur, XIV, 426, 2. Eorum ministri oleaginis coronis coronabantur, XXI, 226, 2. Ipsi coronas suas Jovi Capitolino dicabant, 114, 2. Triumphantes Romæ gloriæ brevitatis identidem admonebantur, IX, 336, 2. Triumphus ante victoriam non canendus, III, 663, 1.

2° Quomodo Christus de dæmone triumpharit, XIX, 90, 1. Triumphus Christi ascendentis in cœlum, XI, 730, 1, 2. Triumphus Christi et Ecclesiæ, XVIII, 626, 1. Triumphus Dei passio Martyrum est, 428, 2. Triumphus S. Crucis quale festum in Hispania, et qua occasione institutum, XIV, 470, 2 (*Vide* CHRISTUS, CRUX, ECCLESIA MARTYR).

TRIUMVIRUS. Triumviri Apostolorum sunt tres, XV, 258, 1.

TROADIUS. Troadius adolescens martyrio dæmonem vicit, XIX, 315, 2.

TROAS. Troas regio Asiæ et urbs ubi sita sit, XVIII, 307, 2 (*Vide* TROJA).

TROCHLEA. Trochlea et τροχάλια supplicii genus describitur : id in martyriis erat frequens, VI, 81, 2. Τροχός et τρόχζεσθαι quid priscis esset in tortura, 81, 1.

TROEZENIÆ. Trœzeniæ virgines ante nuptias Palladi zonam dedicabant, XVIII, 677, 2.

TROGLODYTÆ. Troglodytæ sunt Æthiopes vicini Ægypto, IV, 155, 1, 2. De illis scribens Aristoteles fallitur, *ibid.*

TROILUS. Troilus episcopus visione cœlesti factus est ex avaro eleemosynarius, IX, 412, 1.

TROJA. Troja quando condita fuit, I, 541, 2. Sub Aod condita fuit, III, 130, 2.

TROPHÆUM. Trophæis magnorum ducum multi excitati duces præclari evasere, XIV, 481, 2.

TROPHIMUS (S.). Trophimus discipulus S. Pauli æger Mileti ab Apostolo relictus est, XIX, 316, 2. S. Trophimus Arelatensibus in Gallia prædicavit, XVII, 364, 1, 2.

TROPOLOGIA. Tropologia varia in Scriptura, XI, 78, 1, 2. Tropologia qua per canem intelligatur peccator, et per leonem justus, VII, 310, 2 et seq.

TRUDO (S.). S. Trudo cœlitus sacras litteras didicit, XX, 35, 1.

TRULLA. Trulla instrumentum cæmentariorum, XIII, 612, 1. Trulla in manu Dei stantis super murum litum mystice quid sit, *ibid.* Quid trullam deponere, *ibid.*, 2.

TRULLANA. Trullana synodus non est legitima, XIX, 212, 1.

TRYPHÆNA et TRYPHOSA. Tryphænæ et Tryphosæ elogium, XVII, 288, 2.

TRYPHON. Tryphon sub pallio amicitiæ hostilitatem tegens, se regem Syriæ constituit, VI, 318, 1. Hic existens tutor Antiochi filii Alexandri Velis, factus est ejus tortor, IV, 473, 1. Ejus perfidia, dolus et insidia, 477, 2; 480, 1. Cur et quo anno occiderit Jonathan cum filiis suis, 480, 2. Solus hic extitit qui se intrusit in seriem Seleucidarum Asiæ regum, 481, 1. Victus ab Antiocho fugiens, aurum et argentum dispersit, 431. 1. Ab Alexandro Sidete occiditur, 481, 1. In urbe Orthosiade, IV, 490, 2. Tryphonis imago cornuta, XIII, 103, 1.

TSADE. *Tsade* et *scin* litteræ vicinæ sunt et commutabiles, XIII, 424, 1. *Tsade*, littera hebræa semper transfertur per S, XV, 91, 2.

TSARA. *Tsara* est tribulata et misera, IV, 280, 1, 2.

TSEBI. *Tsebi* hebraice quid significet, XIII, 105, 2. Est epitheton Judææ et Jerusalem, *ibid.*

TUBA. 1° *Tubarum institutio et usus apud Judæos.* Tubas duas argenteas Deus fieri præcepit, II, 234, 1. Qualis earum forma, *ibid.*, 2. Allegorice significant duos Christi adventus, *ibid.* Item concionatores, 235, 1. Tropologice duplex genus prædicationis in Ecclesia usitatum, *ibid.*, 2. Tubæ *signorum* quare sic dictæ, IV, 432, 2. Tubarum argenteorum usus olim tempore sacrificii, X, 543, 2. Tubis Judæi utebantur ad populum convocandum, XIII, 498, 2. Juxta tubarum ululatum diversum Hebræi castra vel movebant, vel convocabantur, II, 235, 2. Tuba ducendos ad supplicium præibat, XV, 613, 1. Tubæ et armorum sonitus e cœlo auditus, IV, 518, 2.

2° *Tubarum sonitus in Sina auditus.* Quis fuerit clangor tuba in monte Sina dum lex ferretur, XIX, 505, 2.

3° *Tubæ angelorum in Apocalypsi.* Tubæ quas angeli in manibus habent, an veræ tubæ, an vero ænigmatice per prædicatores inflandæ, XXI, 187, 1, 2. Tubarum plagæ aliæ sunt a plagis phialarum, 297, 1. Tuba septima regnum beatum quod cum Christo inibunt omnes sancti in die judicii denuntiat, 230, 2. Quis proprius ejus tubæ locus in *Apocalypsi*, 230, 2 et seqq.; 233, 1, 2.

4° *Tuba in extremo judicio.* Tuba in extremo judicio sonitura cur vocetur Dei, XIX, 131, 2. Erit sensibilis clangor formatus ab angelo, ex qua materia futura sit incertum : ad quid canet, *ibid.* Erit novissima : cur vocetur vox Filii Dei, *ibid.* Quam ejus clangor futurus terribilis, *ibid.* Hanc in omni opere repræsentari jubet S. Hieronymus, 132, 1, 2. Cur vocetur novissima, 413, 2.

TUBAL. Tubal significat tam Italiam quam Hispaniam, XI, 764, 2 et seq. Tubal an sint His-

pani, XII, 698, 1. Melius sunt Iberi Aquilonares, 766, 2.

TUBALCAIN Tubalcain fabrilis artis fuit inventor, X, 291, 1. Primus militarem artem exercuit, XX, 171, 2.

TUBIANÆI. Tubianæi populi, qui et unde dicti, IV, 652, 2.

TUISCO. Tuisco non fuit filius Noë, I, 158, 2 et seq.

TUISCONES. Tuiscones, id est Germani, ortum habent ab Askenez, I, 165, 2.

TULLIANUS. Tullianum carcer Romæ fuit, XVIII, 496, 2.

TULLIUS CIMBER. Tullius Cimber ab ebrietate actus est in necem Julii Cæsaris, VI, 484, 2.

TUMMIM. *Tummim* hebraice perfectiones significat; quid mystice, IV, 210, 2.

TUMOR. Tumores qui ad suppurationem venire nequeunt ficubus curandi sunt, XI. 483, 1.

TUMULTUS. Tumultus ex ebrietate oritur, IV, 44, 1 (*Vide* EBRIETAS).

TUNICA. 1° *Tunica pontificis et sacerdotum apud Judæos.* Tunica est vestis interior, XV, 173, 1. Tunicæ duæ pontificis Judaici, XXI, 29, 2. Tunica hyacinthina pontificis vocatur poderis, X, 458, 1. Item tunica linea, *ibid.* Tunica linea erat communium sacerdotum vestis, XII, 833, 2. Tunicæ veterum vix media brachia tegebant, XII, 533, 1. Tunicam suam cur sacerdotes Judaici cingulo stringerent, XVIII, 677, 1.

Tunica hyacinthina pontificis cujus rei eum commonuerit, XXI, 395, 2 et seq. Tunica hyacinthina pontificis aerem denotabat, XIX, 195, 2.

2° *Tunica Christi.* Tunica Christi inconsutilis qualis esset; ea Treviris servatur, XV, 622, 2; XVI, 614, 2. Quid allegorice et tropologice indicet, *ibid.*

3° Tunicas duas gestare Apostolos vetat Christus : quomodo hoc intelligendum, XV, 262, 1. Tunicas duas habens, quomodo alteram non habenti dare jubeatur, XVI, 92, 2.

4° Tunica Ecclesiæ quænam, VIII, 104, 2.

5° Tunica oculorum quadruplex est, V, 184, 2.

TUNSIO. Tunsio pectoris pœnitentiæ est signum, XXI, 243, 2. Et aliarum quoque rerum est symbolum, *ibid.*

TURBA. 1° Turba vitanda et fugienda sapienti, cur, VII, 75, 1 : *Perversi difficile corriguntur, et stultorum infinitus est numerus*, IX, 520, 2 : *Ne oblecteris in turbis nec in modicis; assidua enim est commissio illorum.* Turba sæpe causa ruinæ est, XIV, 192, 1, 2. Turba quantopere honestæ vitæ noceat, XIII, 315, 2. Turba nocet Ecclesiæ et religiosis ordinibus, XI, 228, 1, 2 : *Multiplicasti Gentem, non magnificasti lætitiam.* Turba causa est dissensionis, XVII, 159, 2 : *In diebus illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum* (*Vide* MUNDUS).

Turba noxia principibus est, V, 433, 2 (*Vide* PRINCEPS, REX).

2° Turbam cur ejecerit Christus puellam vitæ restituturus, XV, 249, 1. Qua intentione Christum turbæ sequerentur, XV, 134, 2. Quomodo eæ pedestres Christum navigantem sequi potuerint, XV, 341, 1. Cur eas in vesperam usque detinuit, *ibid.*, 2. Earum ardor Christum per triduum sequentium, 358, 1.

3° Turba magna, quæ dinumerari non potest, an eadem sit cum centum quadraginta quatuor millibus signatis ex omni tribu, XXI, 169, 2. Ii sunt christiani gentiles, futuri in fine mundi sancti, *ibid.*

TURBATIO. Turbatio facit hominem in corde et opere tumultuari, X, 327, 2.

Turbatio Deiparæ ad angeli aspectum et salutationem, XVI, 18, 2 et seqq. Ea fuit non passio, sed propassio, 19, 1.

Unde et qualis fuerit turbatio Christi Lazarum resuscitaturi, XVI, 492, 1, 2; 493, 1.

TURBO. 1° Turbo ventorum quam sit vehemens, X, 406, 2.

2° Turbo divinæ iræ est symbolum, *Job*, 80, 2, 233, 2. Dei judicis celeritatem significat, XI, 763, 1. Turbo pulverem dissipans, est tribulatio hominem exagitans, qui nonnisi pulvis est, XIII, 394, 1.

TURBULENTUS. Turbulentus unus totam urbem turbare potest, XVI, 151, 1. Tales sunt e cœtu, Ecclesia, republica, domo ejiciendi, *ibid.*, 2.

TURCA. 1° *Turcæ unde orti sint, et eorum imperii origo*, I, 166, 1; VIII, 160, 1. Suos imperatores Selymas vel Solymanos vocant, XIX, 409, 1. Turcæ cur Constantinopolim in festo Pentecostes, Græcis subactis, invasere, XVII, 77, 2. Constantinopoli capta, ibi sedem regni sui fixere, IV, 317, 2. Turcæ victoria contra christianos potiti suum Mahometem Christo potentiorem dicunt, XI, 576, 2. Turcæ per dissidia christianorum crevere, V, 581, 1; XX, 270, 1. Turca desolationem et vastitatem terris infert, V, 433, 1. Quocumque pedem immittit, sterilitatem infert, XIII, 617, 1. Turcarum adventum in Italiam agmina locustarum præsignificarunt, XIII, 483, 2. A Turcis subjugati sunt multi principes christiani qui ejus opem contra christianos advocarant, X, 46, 2. Turca capta aliqua provincia quiescit, ut vicinæ gentes otio interim torpescant, et postea eas invadat, XII, 116, 2. Turcæ sunt lustratores orbis et milites Dei et sacerdotes, XII, 196, 2. Turcam juste possidere regna christianorum, est impia sententia Alberici Gentilis, III, 184, 1. Turcis quatenus resistere debeamus, contra Lutheri sententiam, XV, 189, 1. Turcarum amici et socii sunt hæretici, XIII, 397, 1. Turcis cur bellum inferri vellet a christianis S. Catharina Senensis, XIV, 192, 1, 2. Eorum imperium quamdiu durabit, XXI, 347, 2 et seq. (*Vide* MAHOMETANI, MAHOMETISMUS, SARACENISMUS).

2° *Turcarum fides et usus religiosi.* Turcæ adorant Deum quem nesciunt, XVI, 361, 1. Toti a Dei voluntate quasi a fato pendent, XX, 194. 1. Censent amentes et fatuos a Deo enthusiasmo agi, idque in honorem sui Mahometis, X, 192, 1. Fatuos venerantur, cur, IX, 275, 2. Cur lunam venerentur, XII, 285. 1; XXI, 258, 1. Turcæ quomodo etiamnum jejunent. IV, 333, 1. Ante cibum precantur et mensæ benedicunt, X, 157, 2; XIX, 228, 1. Turcæ bibituri vinum superstitiosa religio, XV, 352, 1, 2. Eorum chorea in honorem Mahometis qualis, V, 65, 1. Bacchanalia christianorum rident, XII, 357, 2. Sepulcrum Domini evertere cur nolint, nec audeant, XI, 265. 2 Turcæ, obtenta insigni de hostibus victoria, in pauperes sunt liberales, IV, 538, 1. Iis licet fœnerari christiano, II, 483, 2. Nolunt uti medicis, quare, X, 269, 2.

3° *Turcarum infidelitas in pactis, polygamia et impudicitas.* Turcæ cum christianis facile pacem ineunti et facile rumpunt, IV, 549. 1. Turcæ magnam habent uxorum turbam, 370, 2. Indigne mancipiis christianis utuntur, XII, 619, 2.

4° *Turcarum in Scriptura præsignificationes.* Turca an sit Leviathan et serpens oblongus, XI, 384, 2. Est Assur virga furoris Dei, 244, 1. Turcæ et Saraceni an sint Gog et Magog, XII, 765, 1; XIX, 164, 1. Turca an dicatur cornu parvulum apud Danielem, XIII, 90, 2. Turcæ quintum imperium non constituunt, ut volunt Rabbini, 28, 2. Turca draco est unius capitis, sed multarum caudarum, XXI, 253, 1.

TURPILOQUIUM. Turpiloquium cavendum, *Job*, 750, 1. Turpia verba fœtor, *Psalm.* I, 70, 2 (*Vide* Loquela, Verba).

TURPINUS. Turpinus archiepiscopus Rhemensis fabulosus est auctor, X, 470, 2; XIII, 73, 2.

TURPIS. *Turpe* a voce chaldæa derivari videtur, XIII, 331. 1.

TURPITUDO. Turpitudo latebras amat, XVIII, 224, 2; 438, 1.

6° *Quomodo maritus erga uxorem agere debeat.* Primo. *Uxor amanda est a viro et quomodo,* V, 146, 1 : *Cerva charissima, et gratissimus hinnulus. Ubera ejus inebrient te in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter.* Cervæ comparatur, 146, 2. Uxor pubertatis diligenda, XIV, 575, 2 et seq. ; 579, 1, 2. Uxores suas quibus nominibus Judæi amare tenebantur, XIV, 575, 2 et seqq. Uxores sociæ sunt virorum, non ancillæ, IX, 477, 2 : *Creavit* (Deus) *ex ipso* (homine) *adjutorium simile sibi.* Uxor diligenda et cum ea lætandum, V, 140, 1 : *Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui ;* 143, 1 : *Derivenlur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.* Gaudium ex uxore Deo placitum est, 144, 2 : *Sit vena tua benedicta, et lætare cum muliere adolescentiæ tuæ.* Uxore caste et non immodice utendum, IX, 687, 1 ; XIX, 128, 1. Ipsa est fecunda si maritus mœchas non sectetur, V, 145, 1. Uxorum ornatui nimis studentes sugillantur, XI, 142, 1, 2. Uxori suæ nemo se credat, IX, 245, 2 : *Mulier si est tibi secundum animam tuam, non projicias illam, et odibili non credas te.*

Secundo. *Quomodo cum mala et rixosa uxore agendum sit,* XVIII, 668, 1, 2. Uxor rixosa si ametur, forte lenietur, VI, 346, 1. Si leniri non potest, asperitas est asperitate retundenda, 347, 1 : *Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.* Uxor male morata tribus modis casti-

ganda, IX, 682, 1 : *Omnis plaga, tristitia cordis est : et omnis malitia, nequitia mulieris.* Uxor corrigibilis et tolerabilis dimittenda, 692, 1, 2 : *Si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.* Uxoris vitium aut tolerandum, aut tollendum, XVIII, 668, 1, 2 (*Vide* MULIER).

Tertio. *Quando et quatenus uxorem liceat dimittere*, XVIII, 305, 1 : *Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere : quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Uxori et viro par jus in matrimonio et in divortio, 305, 2. Uxorum repudium multis argumentis dissuadetur, XIV, 575, 2 et seqq. Uxorem non licet dimittere, nisi ob fornicationem, quid significet, XV, 420, 2 : *Ait illis* (Jesus) : *Quoniam Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras ; ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mœchatur ; et qui dimissam duxerit, mœchatur.* At insontem dimittere nefas, 421, 1, 2. Ipsa, adulterante marito, alteri nubere non potest, eo vivo, 422, 1. Uxorem adulteram resipiscentem maritus in gratiam admittere non tenetur, sed in aliis criminibus tenetur, 167, 2 : *Dictum est autem : Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis : Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari ; et qui dimissam duxerit, adulterat.* Uxorem aliam dimissa priore ob adulterium ducens, mœchatur, secus ac sentiunt Græci ac moderni hæretici, 420, 2. Uxores nonnullæ cur in primitiva Ecclesia divortium a conjugibus facerent, XX, 310, 1, 2. Cur a viris infidelibus divertere ipsæ christianæ non debeant, 311, 2 ; *Similiter et mulieres subditæ sint viris suis : ut et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conversationem vestram.*

Quis uxorem propter Christum relinquere dicatur, XV, 435, 1 : *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem..... propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.* Uxores et proles abdicandæ ut Deo ejusque legi obsequaris, IV, 227, 1, 2 : *Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, et duximus uxores alienigenas de populis terræ : et nunc, si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, et eos qui de his nati sunt, juxta voluntatem Domini, et eorum qui timent præceptum Domini Dei nostri.*

7° *Ab uxore aliena cavendum.* Uxoris alienæ concupiscentia nono Decalogi præcepto vetatur, II, 419, 2 : *Non concupisces uxorem proximi tui.* Uxor aliena est puteus angustus, VI, 202, 1 : *Fovea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena.* Cum uxore aliena non est familiariter conversandum, IX, 284, 2 ; 285, 1 : *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt, colloquium enim illius quasi ignis ardescit.* Uxores nonnullæ maritos adulterantes occiderunt, V, 182, 2 (*Vide* MERETRIX).

8° Uxores quorumdam de quibus in Scriptura specialis quæstio agitur. Uxor Loth respectans quid denotet, XVI, 236, 2. Uxor Jobi qualis, *Job*, 65, 2 ; 66, 1. Uxor Osee fuit famosa meretrix, XIII, 280, 2. Fuit figura idololatrantis Synagogæ, 280, 2 ; 282, 2. Uxor Pilati ad maritum mittit pro liberando Jesu, XV, 603, 1. Somnium ejus a quo ei immissum, *ibid.* An salvata sit, *ibid.*, 2. Dicta est Claudia Procula, *ibid.* An virum converterit, 604, 1. Uxor S. Petri quomodo dicta sit : facta est martyr, 228, 1.

9° *Uxor mystico sensu accepta.* Uxor Agni est Ecclesia in cœlo, XXI, 334, 1. Uxor mystica justi est sapientia et virtus, peccatoris stultitia, VII, 319, 1 ; XV, 414, 1, 2 (*Vide* SPONSA).

V

VACARE, VACATIO. Vacare pietati est animæ vita et pabulum, VII, 124, 2 (*Vide* PIETAS). Vacatio nulla debet esse ab opere bono, 373, 1, 2 : *Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud ; et si utrumque simul, melius erit.*

VACCA. 1° *Vacca rufa.* Vaccæ rufæ mactatio ad lustrationem peragendam, II, 292, 1, 2 et seq. Symbolice peccatorem significabat, *ibid.*, 1. In deserto combusta fuit etiam extra castra, 292, 2 et seq. Et quare extra castra, 293, 1. Ea erat immolanda Hierosolymis, *ibid.* Ea allegorice et tropologice quid significet, *ibid.* Erat hæc immunda, sed cineres mundi, et mundantes immundos, 293, 2 et seq. Ejus cineres ad omnes urbes mittebantur, 294, 1. Ritus expiandi hoc cinere, *ibid.* Allegorice hæc aqua cineralis sanguinem Christi et aquam lustralem significat, *ibid.* Cur die tertio et septimo immundus hac aqua lustrabatur, *ibid.*, 2. Judæi hodie hoc cinere non utuntur, 296, 1. Hæc aqua

immunditias legales lustrabat, 294, 1; 296, 1, 2. Quoties hæc cæremonia facta sit, an quotannis una tantum vacca fuerit immolata, 296, 2 et seq.

2° *Vaccæ Bethaven.* Vaccæ Bethaven sunt vituli quos Jeroboam in Bethel et Dan erexit, XIII, 414, 1, Fuerintne hi vituli mares, an vaccæ? Verisimile est fuisse vaccas, quia Ægyptiis vacca sacra erat, *ibid.*, 2. Contraria sententia non est improbabilis, *ibid.*

3° *Vaccæ in genere symbolica significatio.* Vacca, petulantiæ et muliebris ingenii symbolum est, vacca magnam cum Venere affinitatem habet, quin ea Veneri in Ægypto immolabatur, ejus libido, XIII, 566, 1. Vaccæ cur potius Israelem Prophetæ comparent, quam cani velasino, 348, 1.

4° *Vaccæ Basan.* Vaccæ Basan, id est pingues. XI, 129, 1, 2. Vaccæ Basan mulieres Samariæ lascivas et imperiosas significant, XIII, 566, 1, 2. Etiam viros opulentos, *ibid.* Etiam sacerdotes vitulorum, *ibid.*

VACUUS. Vacuus nemo coram Deo appareat, X, 216, 1, 2 et seq.; 217, 1 (*Vide* OBLATIO, SACRIFICIUM).

VADIANI. Vadiani hæretici, cur dicti sint Anthropomorphitæ, XVII, 398, 1.

VADIMONIUM. Vadimonium et vadari quid sint, VI, 170, 1.

VÆ. *Væ* quid proprie significet, XVI, 518, 1. *Væ* gemitum insignem denotat cum tunsione pectoris et complosione manuum, VI, 203, 2. *Væ* quibus Christus intentat, sunt rei culpæ mortalis, et gehennæ addicendi, XV, 491, 1. *Væ* iram et damnationem æternam notat, XVI, 113, 2. *Væ* exitium præsens et æternum significat, XI, 107, 2.

VAFRES *vide* PHARAO.

VAGABUNDUS, VAGUS. *Vagus* vox unde derivetur, V, 189, 1. Vagus est velut hirundo, X, 244, 2: *Quis credit ei qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem.* Vagabundus quiete et statu caret, VI, 337, 1: *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Est similis struthioni: perdit notos et amicos, et ignotis fidere non potest, *ibid.* Sæpe carceris, famæ et vitæ discrimen incurrit, VI, 337, 1; 1; X, 244, 2. Rerum omnium premitur inopia, in varia incommoda incidit, VI, 337, 1, 2. Postliminio ad sua reversus omnia turbata et confusa reperit, *ibid.*, 2.

VAGARI. Vagari oculis signum est impudicitiæ, X, 8, 1, 2: *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, et in palpebris illius agnoscitur* (Vide OCULI). Vagari in via cordis est concupiscentias sequi, XI, 672, 1: *Abiit vagus in via cordis sui. Vias ejus vidi, et sanavi eum, et reduxi eum, et reddidi consolationes ipsi, et lugentibus ejus* (Vide CONCUPISCENTIA).

VAGINA. 1° Vagina apposita dicitur umbra gladii, XI, 582, 1.

2° Vagina est Dei longanimitas: gladius, ejus vindicta et supplicium, XII, 652, 2.

VAH. *Vah* est interjectio irridentis, insultantis, exprobrantis, XV, 624, 2.

VALE. *Vale* dicitur in digressu et vespere, XX, 637, 1.

VALENS imperator. Valens imperator ab Arianis depravatus est, IX, 362, 2. Ipse Gothis ad fidem transire volentibus Arianos doctores misit, XVIII, 485, 2. Filii sui parricida fuit per hæresim, III, 629, 1. Omnes quorum nomina inciperent a litteris THEOD, cur occidi jussit, XIII, 69, 2. In causa fuit, ut sui in bellum succumberent, Deum hæresi sua ad iracundiam provocans, I, 590, 2. Quam acriter ab Isaacio eremita correptus sit, ejusque mors, II, 462, 1. A Gothis subditis quos Arianos fecerat vivus in tugurio concrematus est, III, 629, 1; XII, 176, 1; 773, 2; XIV, 322, 1; XXI, 341, 2.

VALENS anachoreta. Valens anachoreta turpiter et misere a dæmone illusus et deceptus fuit, VI, 312, 2 et seq.; XVIII, 494, 2.

VALENTINIANI. Valentiniani Christum carnem e cœlo attulisse, non e beata Virgine sumpsisse docebant. XVI, 20, 2; 68, 1; 343, 1, Valentinianorum dæmones triginta potius nominum portenta sunt, quam numina, XIV, 309, 2 (*Vide* VALENTINUS).

VALENTINIANUS I imperator Senior dictus. Valentinianus cum adhuc sub Juliano Apostata militaret, a sacrificulo gentili aqua respersus se pollutum putavit, XX, 687, 1. Factus imperator negotiis ecclesiasticis se ingerere noluit, XV, 480, 1.

VALENTINIANUS II imperator Junior dictus. Valentinianus Junior quomodo gentilismum reducere conantibus responderit, XI, 708, 2. S. Pauli basilicam Romæ adauxit, XVIII, 17, 1. A matre ad Arianismum pertractus est, X, 87, 1. Arianis favens, eo in genere ab Ambrosio suggillatus est, XV, 480, 1. Valentinianus punitus quia S. Martino non assurrexit, III, 130, 1. Dein sancti episcopi pedibus advolvitur, XI, 592, 2.

VALENTINIANUS III imperator. Valentinianus III uxorem Maximi patricis attentans, ab eo vita et regno privatus, II, 341, 1.

VALENTINUS (S.). S. Valentinus martyr pene Claudium II imperatorem convertit, XX, 416, 1, 2. S. Valentinus in morbo comitiali invocatur, XIX, 378, 2,

VALENTINUS hæresiarcha. Valentinus e superbia factus est hæreticus, XX, 453, 1. Valentinus quid maxime doceret, XII, 109, 1. Docuit Christum humanam naturam e cœlo detulisse, XVIII, 39, 2 et seq.; 411, 2; 550, 2; XIX, 377, 1. Christum per beatam Virginem quasi per canalem transisse censuit, XV, 67, 2. Quæ dogmata a quibus philosophis mutuatus, XIX, 85, 2. Ejus triginta æones, XVIII. 597, 1; 616, 2 et seq.; XIX, 178, 2. Ejus error de duplici baptismate. XVIII, 624, 2.

VALERIA. Valeria Luperca immolanda ab aquila sœci erepta est, XXI, 197, 2.

VALERIANUS (S.). S. Valerianus a S. Cæcilia ad fidem Christi et castitatem conjugalem adductus est, XVIII, 301, 2; 306, 2; 318, 2. Vidit sibi et Cæciliæ conjugi paratas ab angelo coronas, XI, 725, 2.

VALERIANUS imperator. Valerianus imperator mago credens periit, XVII, 356, 1. Octavam in christianos persecutionem suscitavit, per Saporem Persarum regem humiliatur, XXI, 142, 1. Ejus immanitas et misera sors, XIII, 541, 1, 2. Quod christianos afflixisset a Persis captus ignominia affectus fuit, XVIII, 489, 1.

VALERIUS. Valerii eloquentia in plebe rebelli permovenda, XX, 143, 2.

VALETUDINARIUM. Valetudinarium est proprium Dei domicilium, *Job*, 410, 2 (*Vide* Æger, Infirmus, Morbus).

VALETUDO. Valetudinis curam habeat æger, X, 273, 2 (*Vide* Sanctus). Valetudo quæ sit athletica, XVIII, 333, 2. Valetudo summe bona sæpe fallax est, 336, 1.

VALIDUS. Validus manu est liberalis, X, 67, 1. (*Vide* Fortis.)

VALLIS. 1° Valles quasi montium et terræ sunt fundamentum, XIV, 128, 1. Valles minus terræ motu quatiuntur quam montes, 531, 1, 2.

2° Vallis visionis cur dicta sit Jerusalem, XI, 336, 1. Vallis Jerusalem quousque pertingat, cur hæc dicatur Pila a Sophonia, XIV, 280, 2. Vallem monti Sion vicinam Salomon terra aggesta implevit, X, 534, 1. Vallis Mello et Tyropæon erat inter montes Sion et Moria, XIV, 528, 1, 2; 531, 2. Vallis cadaverum juxta Jerusalem quæ sit, unde dicta, XII, 234, 2. Quæ sit vallis cinerum, *ibid.* Vallis in qua Judæi sepeliebantur, dicta est cadaverum, cineris, calvaria et regio mortis, XII, 155, 2 et seq. Vallis filii Ennom describitur, V, 69, 1; 422, 2; 423, 1; XII, 70, 2 et seq.; XV, 162, 1, 2.

Vallis Josaphat, *vide* Josaphat.

Vallis Achor quæ sit, XI, 748, 1, XIII, 318, 1. Ejus situs, unde dicta, XIII, 318, 2.

Vallis Jezrahel quænam diceretur, XIII, 287, 2; 290, 1, 2.

Vallis viatorum ad orientem maris quæ sit in Judæa, XII, 771, 2.

Vallis absinthii dictus locus in quo S. Bernardus primum Ordinis sui monasterium fundavit, XXI, 195, 2.

3° Vallis Setim anagogice locum beatorum in cœlo significat, XIII, 527, 1, 2. Vallis Gethsemani facta est credentibus spes et janua vitæ æternæ, XIII, 320, 1.

VALLUM. Vallum est munimentum castrorum ex vallis et palis constans, XVI, 254, 1.

VANDREGISILUS. Vandregisilus nomen proprium, e tribus conflatum, idem est quod e tribus sociis unus, XIV, 142, 2.

VANITAS, VANUS. 1° *Vanitatis definitio seu etymon et natura*, VII, 12, 1. *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes : vanitas vanitatum, et omnia vanitas.* Vanus etiam mendacem et fallacem significat, X, 193, 2 : *Divinatio erroris et auguria mendacia, et somnia malefacientium vanitas est.* Vanitatis significata, VII, 21, 2. Vanitas varia significat, *Psalm.* I, 177, 2 : *Odisti observantes vanitates supervacue.* Vanitatis et veritatis opposita, XI, 357, 2 et seq. : *Attrita est civitas vanitatis.* Vanitatis speculum sol est, VII, 37, 1. Vanitatis exempla plurima, 21, 1. Vanitas est a creaturæ inclinatione aliena, XVIII, 139, 1 : *Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe.* Vanitas rerum humanarum hæres est, VII, 235, 2. *Vanitas vanitatum* quid sit, VII, 16, 2 : Vanitatis capita decem, 6, 2. Vanitates mundi duodecim, VII, 18, 2.

2° *Vanitas omnium terrenorum*, III, 617, 1, 2; XI, 606, 2 : *Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis : et sicut lanam, sic devorabit eos tinea;* XVIII, 315, 2 et seqq. : *Præterit enim figura hujus mundi*, XX, 95, 2 et seq. Vanitas urbium et omnium rerum mundanarum, XIV, 49, 2. Vanitas regnorum et omnis pompæ, et omnium honorum mundi, VII, 186, 2, 188, 1, 2. *Vidi cunctos viventes, qui ambulant sub sole cum adolescente secundo, qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum; et qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo; sed et hoc vanitas et afflictio spiritus;* XV, 612, 1; XXI, 61, 1; 331, 2. Vanitas regalis prosapiæ et nobilitatis quanta sit, VII, 189, 2. Vanitas omnis splendoris humani, XIV, 190, 1 : *Ponam te in exemplum. Et erit : omnis, qui viderit te, resiliet a te, et dicet : Vastata est Ninive, quis commovebit super te caput? unde quæram consolatorem tibi?* Vanitatis speculum Alexander Magnus, IV, 413, 1. Vanitas bonorum hujus vitæ ex gloria Salomonis, III, 610, 2. Vana gloria per locustam designatur, XIII, 486, 1. Bona opera decorticat et vastat, *ibid.*

Vanitas generationum, XVI, 100, 1, 2. Vanitas hominis maxima, VII, 152, 1, 2; 155, 2. Vanitas hominum mundanorum, XVI, 198, 1, 2. Vanæ sunt omnes cogitationes humanæ, XI, 479, 1. Vanus qui non novit Deum, VIII, 541, 1, 2 et seq. : *Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei.* Vanitas Gentium orta est ex errore intellectus, XVIII, 637, 2 : *Hoc igitur dico et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et Gentes ambulant in vanitate sensus sui.* Vanitas quoad perversarum rerum judicium oritur non a natura aut a Deo, sed ab hominis electione, VII, 71, 2.

Vanitas hortorum, VII, 95, 1, 2 : *Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, et plantavi vineas. Feci hortos, et pomaria, et consevi ea cuncti*

generis arboribus. Vanitas servorum, 98, 1 : *Possedi servos et ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque et magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerant ante me in Jerusalem.* Vanitas divitiarum et opum, 100, 2 : 212, 2 et seq.: *Ubi multæ sunt opes, multi et qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit divitias oculis suis.* Vanitas avarorum, 122, 1 : *Quid enim proderit homini de universo labore suo, et afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies ejus doloribus et ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit : et hoc nonne vanitas est?* 211, 1. Vanitas studii ditandi filios et hæredes, 119, 2 : *Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboravi, habiturus hæredem post me. Quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit; et dominabitur in laboribus meis quibus desudavi et sollicitus fui. Et est quidquam tam vanum?* Vanitas eorum qui componunt libros ut memoriam sui posteris derelinquant, 120, 1. Vanitas sapientiæ et facundiæ, 120, 2 : *Nam cum alius laboret in sapientia et doctrina et sollicitudine, homini otioso quæsita dimittit : et hoc ergo vanitas et magnum malum*, 137, 1, 2. Vanitas et afflictio magna invidorum, 168, 1 : *Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, et industrias animadverti patere invidiæ proximi : et in hoc ergo vanitas, et cura superflua est.* Vanitas quæ cernitur in victimis rebusque sacris, 190, 1. Vanitas et levitas vovendi oritur e somnio, 205, 2 : *Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, et sermones innumeri.* Vanitas adulationis emblematibus depicta, 246, 1. Vanitas impiorum, 294, 2 : *Vidi impios sepultos : qui etiam dum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum; sed et hoc vanitas est.* Vanitas hypocritæ, 295, 1, 2. Vanum pios affligi, impios prosperare, 300, 1 : *Est et alia vanitas, quæ fit super terram; sunt justi quibus mala proveniant, quasi opera egerint impiorum : et sunt impii qui ita securi sunt, quasi justorum facta habeant; sed et hoc vanissimum judico.*

VAPOR. Vapor quid sit, VII, 13, 2. Quomodo et quando fiat, XX, 190, 2. Vapor a fumo quomodo distinguatur, XIII, 509, 1, 2.

VARIEGATUS. Variegatæ vestis species et inventores, XII, 608, 2.

VARIETAS. Varietas in scribendo delectat, IV, 567, 2 (*Vide* SCRIPTA, SCRIPTOR).

VARIUS. Varius color quis dicatur, XIV, 365, 1. Varii equi Zachariæ visi denotant gentes varias Judæis vicinas, eis partim amicas, partim inimicas, *ibid.* An Romanos repræsentent, *ibid.*, 2 (*Vide* COLOR, EQUUS).

VAS, ADIS. Vas idem est quod sponsor, unde dicta vox, VI, 170, 1. Vas est qui in judicio pro reo fidejubet, X, 76, 1 (*Vide* FIDEJUSSOR).

VAS, ASIS. 1° Vas Hebræis est omne instrumentum, organum, ornamentum, VI, 63, 1; X, 388, 2, XVII, 216, 1; XIX, 128, 1. Vasa transmigrationis quænam facere jubeatur Jeremias, XII, 293, 1. Vasa transmigrationis quæ sint, XV, 587, 1. Vas vocatur urbs, XII, 330, 2. Vas uxor typice vocatur, XIX, 128, 1. Item corpus, *ibid.*, 1, 2.

2° Vasa lutea cur plumbo, rubrica, aliave materia liniantur, X, 293, 2; 294, 1. Vas per templi atrium extimum portari vetuit Christus, XV, 706, 1.

3° Vasorum millia multa in templo secundum Josephum, III, 593, 1. Vasa templi varia erant, XII, 790, 1. Vasa quæ Nabuchodonosor abstulerat e templo, quæque restituit Cyrus, fuere quinque millia quadringenta, IV, 207, 2. Vasis sacris abundat Ecclesia catholica, XIV, 545, 2. Vasa sacra semel consecrata Deo manent in æternum sacra, XIV, 545, 2. Vasa sacra solum a sacratis hominibus tractanda sunt, XIII, 75, 2.

4° Vas lineum S. Petro visum quid denotaret, XVII, 234, 1. Quæ sint vasa in honorem et contumeliam, allegorice, XVIII, 171, 1; XIX, 293, 2 et seqq.; 294, 2. Vasa quædam aurea sunt in contumeliam, et testacea in honorem, 294, 2. Vasa misericordiæ et vasa iræ, sunt eadem quæ vasa in honorem et in contumeliam, XVIII, 172, 1. Vasa iræ propria culpa aptantur in interitum, *ibid.* Vasa immunda Deus perdi jubet, *Job*, 505, 2.

VASCO. Vasco Gamæ qua ratione aperta sit India orientalis, IV, 288, 1.

VASTHI. Vasthi regina, quæ; ejus etymon, IV, 364, 1, 2. An jussioni regis Assueri obedire teneretur, *ibid.* Honeste et pudice detrectavit mariti temulenti inhonestam sui coram principibus ostentationem, 364, 2; 365, 1.

VASTATIO. Vastationes decem Judæorum, XI, 184, 1. Vastatio Judæorum duabus rebus assimilatur, 415, 1. De vastatione Tyri prophetia cur præponatur a propheta ante Ægypti vastationem, cum tamen posterius facta sit illa prophetia, XII, 713, 1 (*Vide* JUDÆI, TYRUS).

VASTITAS. Vastitas maris, X, 413, 1 (*Vide* MARE).

VATES. Vates pyrophori qui Græcis essent, XIV, 16, 1.

VATICANUS. Vaticanus unde dictus, VIII, 422, 2. Vaticanus mons Romæ cur dicatur aureus, XIII, 522, 2 Vaticanum S. Petri templum orbis miraculum, XXI, 314, 1, 2.

VATICINIUM. Vaticinium Tobiæ de Jerusalem terrestri et cœlesti, IV, 308, 1. Vaticinium Jeremiæ de arca fœderis et aliis non revelandis quando impletum, IV, 504, 1, 2.

VATINIUS. Vatinius assiduo convicio depudere didicerat, XII, 39, 1.

VAU. *Vau* Hebræis pene sola est conjunctio æquivalens omnibus, XX, 559, 2.

VE. *Ve* priscis fuit particula privativa, IX, 284, 2. *Ve* Hebræis plus significat quam *et*, XX, 43 1. *Ve* particula in compositis vel intensionem, vel minutionem designat, XIII, 500, 1.

VECTIGAL. Vectigal quid sit, unde dicatur, cur solvatur, et unde, XVIII, 221, 1. Vectigal quale Judæis vetitum esset, XVII, 154, 2 et seq. Vectigalia moderetur rex, VI, 379, 2 et seq. (*Vide* PRINCEPS, REX, TRIBUTUM). Vectigalia iniqua imponentes ædificant in sanguinibus, XIV, 92, 2. Vectigali conchis imposito, eæ Deo permittente evanuere, eo revocato rediere, XII, 174, 1.

VECTIS. 1° Vecte onera ingentia facili negotio portantur, V, 574, 1. Maxime si is habeat fulcrum, *ibid.* Vectis longus majus pondus attollit, cur, XII, 577, 2. Vectis capitur pro porta et robore, XIII, 542, 1.

2° Vectis cur vocetur diabolus, XI, 384, 2.

VELAMEN. 1° Velamen sponsarum ob modestiam, VII, 505, 2. Velamen mulieris est signum eam viro esse subjectam, quia velamen gestant qui potestatem in alio venerantur, XVIII, 355, 1. Mulieres tenui velamine se velantes carpuntur, 356, 1. Velamen decet virgines, *ibid.* Olim velabantur sponsæ et virgines Deo sacrandæ, 491, 2. Velamen virginum olim benedicebatur, 356, 2 (*Vide* VELUM).

2° Quid denotet velamen vultus Mosis, XVIII, 435, 1. Mysticum velamen cordis Judæorum est eorum ad legem veterem pertinax adhæsio, *ibid.*

VELLE. Velle idem quod Deus vult, summa perfectio est, XV, 179, 1.

VELLICARE. Vellicare arbores tripliciter accipitur, XIII, 616, 1, 2.

VELLUS. 1° Velleribus ovium primi hominum induebantur, VI, 358, 1.

2° Vellus Gedeonis occasio fabulæ Argonautarum, III, 156, 2. Item institutionis ordinis velleris aurei a Philippo Burgundo factæ, *ibid.*

VELOCITAS. 1° Velocitas sit in rerum executione, VI, 172, 1 : *Vidisti virum velocem in opere suo : coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.* Item in consiliis subitis inveniendis, 173, 1. Est efficax ad res magnas rite conficiendas, si maturo consilio dirigatur ; illius alia commoda, *ibid.*, 2. Velocitatis commendatio. XVII, 263, 1 : *Et ecce angelus Domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo ; percussoque latere Petri, excitavit eum, dicens : Surge velociter.* Velociter surgere cur Petrus in carcere jubeatur, *ibid.* Velocitas salutaris quæ, X, 130, 1 : *In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi.* Velocitas in studio virtutum necessaria est, 131, 2 ; 132, 1.

2° Velocitas in locutione fugienda, VII, 194, 2 et seq. : *Ne temere quid loquaris neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo.*

VELUM. 1° *Velum templi.* Velum templi erat duplex, XV, 633, 1. Velum habebat Sanctum, et Sanctum sanctorum porticus non habebat, III, 580, 1, 2. Velum templi in passione Christi scissum est, III, 578, 1. Quodnam istud velum, XV, 633, 1. Quæ scissionis hujus sit causa litteralis, mystica, et allegorica, *ibid.* et seqq.

Vela ante Sanctum et Sanctum sanctorum quid mystice designent, XII, 815. Velum Sancti sanctorum allegorice carnem Christi denotabat, XIX, 459, 1,

2° *Velum sacerdotum.* Velo sacerdotes prisci Gentilium caput obnubebant, XII, 781, 2.

3° *Velum muliebre.* Velum nuptarum flammeum dicebatur, I, 237, 1. Velum muliebre quid denotet, VI, 515, 2. Velum muliebre signum est subjectionis et protectionis, XII, 610, 2 et seq. Velum est virginitatis vallum, VIII, 45, 1 (*Vide* VELAMEN).

4° *Velum nauticum.* Velorum nauticorum utilitas, XII, 834, 1.

5° *Velum in genere.* Velo immisso leones capiuntur, VI, 16, 2 et seq.

VENA. 1° Vena dicitur a *veniendo*, V, 563, 2, Venæ sunt auri et lapidum, XX, 281, 2. Venæ auri indicia, VI, 58, 2, Ex eadem vena sæpe prodit primo stannum, deinde argentum, postea plumbum, XIV, 407, 1.

2° Vena Babylonis (id est thesauri ejus) quomodo dicitur siccanda, XII, 331, 1.

VENATIO. Venatio catulorum tigridis qualis, *Job*, 108, 2.

VENATOR. 1° Venator olim prædonem significavit, I, 167, 1.

2° Venatores dicuntur Chaldæi, XII, 134, 1. Item viri apostolici, *ibid.* Venatores cur dicantur tyranni, 731, 2.

VENATORIUM, Venatorium sponsi pastoris juramentum, VII, 568, 2 et seq,

VENDERE, VENDITIO. 1° In vendendo sæpe intercurrit peccatum, X, 19, 2 : *Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic inter medium venditionis et emptionis angustiabitur peccatum. Conteretur cum delinquente delictum.* Vendentes merces suas extollunt, ementes extenuant, VI, 62, 1 : *Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tunc gloriabitur.* Vendentes sæpe in vendendo contra justitiam peccant, *ibid.*, 2. Ad vendendæ rei commendationem facit bona vicinia, 341, 1, 2 (*Vide* EMPTOR).

2° Vendere sua ex amore Dei et dare pauperibus non est præceptum, sed consilium, XV, 427, 2 : *Ait illi* (adolescenti) *Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, et sequere me ;* XVI, 172, 2 : *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam* (Vide PAUPERTAS EVANGELICA seu VOLUNTARIA).

3° Vendentes e templo Christus ejecit postridie diei Palmarum, XV, 464, 2. Idque duas ob causas, *ibid.* Et quidem eos secundo ejecit, XV, 464, 2 ; XVI, 333, 2. Cur nemo ei restiterit, XV, 465, 1.

4° Vendebantur olim a creditore, debitoris uxor et filii, XIV, 414, 1, 2.

Venditionis Christi pretium, XV, 547, 2 et seqq. Quindecim florenis Brabanticis venditus fuit, XIV, 492, 2. Quæ sit mystica Christi venditio, XV, 547, 2. Venditio Josephi fuit typus venditio-

VENEFICIUM. Veneficium et adulterium cognata sunt, V, 350, 1.

VENEFICUS. Veneficæ plurimæ sunt, pauci venefici, V, 350, 1.

VENENATUS. 1° Animalia venenata venenum habent sub lingua in vesica, XX, 154, 2. Venenata animalia cum aliis coeunt, V, 180, 1. Venenata post fulminis ictum, plagam deponunt, X, 402, 1.

2° Venenata omnia ab anima effuganda, XIII, 647, 1.

VENENUM. 2° An initio mundi nulla fuerint venena a Deo creata, VIII, 293, 2. Venena non fuere homini ante peccatum noxia, saltem in actu secundo, 294, 1. Venenum lacti immissum plane lethale est, cur, V, 36, 2. Oleo inditum cito in intima corporis pervadit, 566, 2. Id in dulci vino propinatur, VI, 395, 2. Venenum aspidum dulce, sed lethale, *Job*, 429, 2. Veneno vitam finivit Cleopatra, Demetrii Soteris uxor, IV, 488, 2. Et Ptolemæus Macer, 544, 2. Venenum veneno pellitur, X, 176, 2. Venenis singulis singula antidota propria sunt, 177, 2.

2° Venenum haustum ejicere volens symbolum est ejus qui malum de proximo clam auditum aliis mox enarrat, IX, 533, 1.

VENERATIO. Veneratio in templis, *vide* TEMPLUM.

VENETI, VENETIÆ. Venetiarum respublica quomodo et qua occasione coaluerit, XIII, 637, 1; XV, 666, 2. Venetiæ dici possunt filia maris, XI, 350, 1. Venetorum annona in mari sita, 348, 1. Veneti summa religione S. Marcum colunt, XV, 665, 1. Autographum Evangelium S. Marci asservant, XVIII, 35, 2.

Venetus color est cæruleus, sive marinus, XIV, 429, 1. Mare et aquam repræsentat, *ibid.* Veneti erat factio aurigarum circensium, XXI, 138, 2. Horum quis esset color, *ibid.*

VENIA. De venia criminum impetranda nemo desperet, XVI, 122, 1, 2 (*Vide* DEI MISERICORDIA, PECCATUM).

VENIALIS. 1° *Veniali peccato nemo diu carere potest*, VI, 56, 2: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?* XX, 527, 1, 2: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus. ipsi nos seducimus;* 687, 2: *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos..... soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia, imperium et potestas ante omne sæculum, et nunc, et in omnia sæcula sæculorum.* Venialibus peccatis etiam justi obnoxii sunt, 371, 2: *Et si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?* Cum justitia justorum consistunt, VI, 234, 2: *Ne insidieris, et quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus. Septies enim cadit justus, et resurget, impii autem corruent in malum.* At ipsa eos valde humiliant, *ibid.* Sine peccato veniali deliberato possunt valde perfecti vivere, *ibid.*, 2 (*Vide* JUSTUS, SANCTUS).

2° *Venialia peccata deliberata vitanda.* Venialia peccata cavenda ei qui majora cavere vult, IX, 523, 1: *Operarius ebriosus non locupletabitur; et qui spernit modica, paulatim decidet*, V, 116, 1, Ea gratiam Dei avertunt, IX, 525, 2. Ad magna disponunt, *ibid.*, 1. Cur sint magis vitanda quam magna, *ibid.*, 2 et seq. Ea sæpe iterata illapsum gratiæ impediunt, X, 211, 2; 212, 1. Peccata venialia sæpe morte punita, III, 625, 2. Venialia peccata sicut stipulæ sunt, XVIII, 270, 1: *Si quis superædificat super fundamentum hoc* (quod est Christus), *aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit quia in igne revelabitur.*

VENIRE. *Venire* Dei quid sit, XVI, 118, 1. Venire in *carnem* et in *carne* idem est, XX, 588, 1.

VENTER. 1° Venter Hebræis est quidquid a collo ad inguina est, XIV, 264, 1. Venter est nutrix totius corporis, XVIII, 375, 1. Est vilissima pars hominis, 294, 2. Est in morte destruendus, *ibid.*, 2. Ventris mediocritas et pectoris structura altitudinem intellectus et boni consilii significat, VIII, 131, 1. Venter gulosi et luxuriosi aliud non est quam matula, latrina, cloaca, XIII, 395, 1. Ventrem gulones ut deum habent, XIX, 53, 2. Et hic iis est vitæ charybdis, 54, 1. Quin et ipsi dicuntur ventres, XVIII, 375, 1. Venter mero æstuans despumat in libidines, XIII, 597, 1, 2; XVIII, 658, 2. Venter Job a planctu combustus fuit, *Job*, 364, 1.

2° Venter quid significet symbolice, VIII, 174, 1. Venter metaphorice capitur pro mente et conscientia, V, 583, 1; VI, 162, 2. Ventris et mentis comparatio, X, 239, 1. Venter pro corde accipitur subinde, 564, 2. Sumitur pro passionibus et affectibus, VIII, 131, 2. Pro visceribus misericordiæ, 132, 1. Venter Christi sunt conjugati, *ibid.*, 2. Divitum horrea sunt ventres pauperum, X, 73, 2.

VENTILABRUM. Ventilabrum tritici est vannus, eo denotatur judicium Christi, XV, 105, 2.

VENTILARE. Ventilare quid proprie sit, IX, 181, 1, 2.

VENTOSUS. Ventosa lingua et verba quæ, *Job*, 335, 1, 2; 355, 2. *Respondens autem Eliphaz Themanites dixit: Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum?* 355, 2: *Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris?* Ventosus dicitur de jactabundo et mendace, XIV, 86, 1.

VENTRICULUS. Ventriculus in victima pacifica sacerdoti cedebat, XIV, 571, 1.

VENTUS. 1° *Ventorum generatio, natura.* Ventus quod habeat etymon, X, 406; 2. Ven-

tus spiritus vocatur, spirat ubi vult, XVI, 340, 2, Ventus quid sit, X, 406, 2; 409, 1. Quæ sit ventorum generatio, 409, 2. Ventorum generatio, circulatio, motus torsit omnium philosophorum ingenia, XII, 93, 1. Ventorum cognitio difficilis, eorum pondus quale, *Job*, 558, 1. Eorum materia est exhalatio calida et sicca, X, 409, 2. Sunt arcanum Dei, 409, 2 et seq.

2° *Ventorum variæ species*, X, 410, 1. Venti quatuor primarii sunt priscis cogniti, postea a nautis alii inventi, XXI, 161, 1. Ventus urens vel uredo est Vulturnus et Euro aquilo, XII, 152, 1, 2: XIII, 571, 1; *Job*, 543, 1.

3° *Ventorum motus, velocitas et vis.* Ventus levis ac fluidus est, et celerrime pertransit, V, 277, 2. Venti qua ratione omnia lustrent, VII, 45, 2. Ventorum quisque suis vicibus spirat, XII, 464, 1. Venti in mari tempore hiemali sæpe mutantur, XVII, 427, 1. Ventus non revertitur, *Job*, 187, 1. Quam sæpe sit validus, V, 278, 1. Ventorum quanta vis, X, 406, 2. Ventorum impetus cohiberi nequit vel retineri, VI. Ventus orientalis in Judæa vehementissimus, XIV, 211, 1. Venti et mare obediunt Deo, *Job*, 713, 1. Ventos moderatur et regit Deus, sunt in ejus arcanis, VI, 425, 2 et seq. Venti Theodosio imperatori in prælio, Deo disponente propitii fuere, V, 277, 2. Eorum motus ac gyri ab angelis concitantur, XXI, 162, 1. Ventorum compressio minus damnum facit quam laxatio, 161, 1. Ventorum carcer et constrictio, XIV, 427, 1, 2.

3° *Ventorum necessitas et commoda.* Ventorum necessitas quadruplex, XXI, 161, 2. Ventorum utilitas sextuplex, XIII, 48, 2. Ventorum commoda quæ, VII, 45, 2; XVII, 80, 1. Ventus ut res distendit et aves canoras facit, V, 278, 1. Venti Dei potentiam et magnificentiam ostendunt, XIII, 574, 1. Eorum mirabilia, *ibid.* et 2.

4° *Venti symbolice sumpti.* Venti cujusnam rei sint symbolum, VII, 45, 2. Vento Deus et angeli comparantur, cur, XIII, 574, 2; 576, 2. Ventorum cum angelis similitudo, *Psalm.* II, 198, 1. Ventus dispergens impios dicitur angelus, *Psalm.* I, 213, 2. Venti, equi currus Dei, 95, 1. Ipsis apostoli et prædicatores assimilantur, XIV, 477, 1.

Venti sunt tumultus, commotiones et perturbationes regnorum, XIII, 86, 1. Ventus calamitatem grandem significat, XII, 497, 2. Ventus Ezechielem afflans, indignationem Dei, et vindictam validam, celerem et impetuosam significat, 478, 1. Venti tentationum diabolicarum symbolum sunt, XV, 217, 2.

Ventus est velocitatis symbolum, *Job*, 187, 1. Ventus est vita nostra, 186, 2. Ventus somnii symbolum est, X, 192, 1.

5° *Ventum observans non seminat*, quid sit, VII, 369, 2. Quid per ventos hic mystice significatur, 371, 1. *Venti campus* adagium dicitur de inconstante, IX, 182, 1. *Ventum seminare* est inanem operam sumere, XIII, 394, 2. Venti nomine in Scriptura opus inane et sterile denotatur, 394, 1.

VENUS. 1° *Venus pro dea libidinis.* Veneris quod sit etymon et *Venus* vox unde dicatur, V, 66, 1, 2; 133, 1, 2: IX, 284, 2; XX, 166, 1. Venus græce est a spuma, cur, 66, 1. Venus cur Vulcano nupta dicatur, XIII, 381, 2. Fuit incesta, quia incestuosissimi Jovis fuit filia, 285, 2. Venus cur dicta Libitina et Nephte, IX, 347, 2. Ejus schema et emblema, V, 66, 2. Venus in Syria tam deus quam dea, IV, 28, 1. Ejus sacerdotes apud Babylonios, Cyprios, Phœnices erant feminæ, XIV, 182, 1. Quomodo a Babyloniis virginibus coleretur, XVIII, 677, 2. In Veneris delubris dormiebant vacantes libidini, XI, 746, 1. Venus Libitina colebatur Romæ in æde Libitinæ, V, 198, 2. Venus Armeniorum quomodo coleretur, XVIII, 677, 2. Ejus cultus etiam Corinthi viguit, 341, 2: 357, 2. Veneri deæ quæ sint deæ contrariæ, X, 97, 2. Venus erat jactus auspicatissimus in talis, 141, 2.

2° *Venus pro ipsa libidine.* Veneris usus immodicus corpus enervat, X, 97, 2. Ejus usus epilepsiæ comparatur, V, 69, 2. Multos occidit, 198, 1. Utres et sanguinem exhaurit, 136, 1; 137, 1. Sibi blanda, aliis crudelis, III, 478, 1, 2. Veneris stimuli qui, 475, 1 (*Vide* FORNICATIO, LIBIDO, MERETRIX).

VENUSTAS. Venustas artificialis non satiat visum, sed naturalis, X, 336, 2 (*Vide* PULCHRITUDO).

VER. 1° Veris varia indicia, VII, 580, 2. Cur in vere flumina intumescant, IX, 659, 2; 660, 1. Aer vernus saluberrimus est, ac jucundissimus, VIII, 309, 1.

2° Ver tempus vitæ Christi, VII, 583, 1. Ver est symbolum adventus Christi et apostolorum, XVIII, 181, 1.

VERACITAS, VERAX. Veracitatis descriptio, XVIII, 67, 2: *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* Verax qui meditato veritatem eloquitur, semper in veritate consistit, V, 364, 2: *Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.* Nihil dicit quin verum esse conspexerit, 365, 1. Mendacem et mendacium abominatur, 524, 2. Verax Deo placet, 367, 2; *Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.* Verax solet in testem assumi, 363, 1: *Qui quod novit loquitur, index justitiæ est; qui autem mentitur, testis est fraudulentus.* Verax omnium fit amicus, VI, 242, 1: *Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.* Etiam mentiens verum dicere putatur, 432, 1.

VERBALIS. Verbalia desinentia in *bilis* subinde pro participiis vel nominibus accipiuntur, IX, 138, 1; XI, 645, 2.

VERBERA, VERBERARE. Verbera quomodo ebrietatem discutiant, VI, 213, 1. Verberare servum quatenus liceat, X, 188, 1.

Verbera quæ Christo in flagellatione fuerint inflicta, XV, 607, 1.

VERBOSITAS, VERBOSUS, *vide* GARRULUS, LINGUA.

I. VERBUM pro Filio Dei, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. I.

II. VERBUM pro loquela, vocabulo, elocutione.

1° *Vocis* verbum *variæ in Scriptura sacra significationes.* Verbum dicitur quasi *verum*, non a *verberando*, VII, 9, 1; XX, 515, 1. Verbum Hebræis sæpe significat rem verbo significatam, V, 188, 1; IX, 602, 2: *Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum; est enim in illa verbum peccati*, X, 155, 1; XVII, 372, 2; *Et nunc commendo vos Deo et gratiæ ipsius.* Verbum capitur pro præcepto et promissione, XXI, 73, 2: *Quoniam servasti verbum patientiæ meæ, et ego servabo te ab hora tentationis quæ ventura est in orbem universum tentare habitantes in terra.* Et pro consilio, X, 259, 2: *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile.* Verba pro operibus aliquando intelliguntur, *Psalm.* I, 411, 1: *Verba iniquorum prævaluerunt super nos, et impietatibus nostris tu propitiaberis.* Verbum idem est quod oraculum et missio, XIII, 278, 2: *Verbum Domini quod factum est ad Osee filium Beeri. Verbum bonum* pro prospero et fausto, XII, 244, 1: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel et ad domum Juda*, XIX, 400, 2. Quæ dicantur verba composita, V, 528, 2: *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Verbum absconditum* quid significet, *Job*, 109, 1: *Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri ejus.* Verbum consummans in justitia, quid, XVIII, 172, 2: *Verbum enim consummans et abbrevians in æquitate, quia verbum breviatum faciet Dominus super terram.*

2° *Verborum mutationes et vicissitudines.* Verba singulis prope sæculis antiquantur et renascuntur, IX, 38, 1. Verba hebraica in latina et græca translatione posita corrupta sunt, XI, 83, 2.

3° *Verba sunt indicia mentis et cogitationis*, XVIII, 645, 2: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audientibus.* Verba sunt vehiculum mentis, IX, 165, 1: *In lingua enim sapientia dignoscitur, et sensu et scientia, et doctrina in verbo sensati.* Verba sunt fructus oris, V, 583, 2: *Mors et vita in vita linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus ejus.* Verbum ostendit quale sit cor, et qualiter excultum, X, 24, 1, 2: *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis.* Verba munda indicant cor esse mundum, VI, 152, 2 et seq.: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum amicum habebit regem.* Verbum oris est speculum cordis, X, 25, 1. Verba sunt prout est effectus, XV, 308, 2: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur* Verbum impræmeditatum statum cordis non indicat, X, 24, 2. Verborum factorumque cognatio, *Job*, 262, 2: *Dixisti enim: Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo.*

4° *Verba prout sunt bona vel mala, bonum vel malum causant*, V, 583, 1: *Mors et vita in manu linguæ.* Verba quomodo fiant statera dolosa vel recta, V, 313, 1: *Statera dolosa, abominatio apud Dominum: et pondus æquum, voluntas ejus.* Verba sapientis et insipientis qualia sint, VII, 346, 2 et seq.: *Verba oris sapientis gratia: et labia insipientis præcipitabunt eum.* Unde procedant, 347, 1 et seq. Verbum bilingue et simplex quod dicatur, IX. 182, 2.

5° *Verba bona quales fructus producant.* Verba justorum quanti sint pretii, V, 310, 1: *Os justi parturiet sapientiam, lingua pravorum peribit.* Sunt ea pauca et bene expensa, *ibid.* Verba sapientis candida et nitida sunt, et pura ab omni mixtione falsitatis, item pretiosa et solida, 298, 1, 2: *Argentum electum, lingua justi: cor autem impiorum pro nihilo.* Sunt velut aqua profunda fluminis vel torrentis, 563, 2: *Aqua profunda verba ex ore viri: et torrens redundans fons sapientiæ.* Non nisi bene limata ad os veniunt, 564, 1, 2. Spirant virtutes varias, *ibid.* Verba salutifera monitorum et confessariorum sunt velut venæ effundentes aquas salutares, 286, 2: *Vena vitæ os justi: et os impiorum operit iniquitatem.* Verba sapientium quomodo audiantur, VII, 328, 1: *Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine; quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt audita?* Verba sapientium sicut stimuli, 405, 2 et seq.: *Verba sapientium, sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno* Verbum opportune dictum multum afficit audientes, et proferentem mire exornat, VI, 263, 2: *Mala argentea in lectis argenteis, verbum dictum in tempore suo.* Est similis pomo aureo in theca argentea, 264, 1. Quas habeat rosas, 265, 1. Quid sit verbum opportunum, *ibid.* Verbum opportunum valde pretiosum, *Job*, 49, 1.

Verba blanda iram leniunt, V, 583, 1; VI, 397, 2: *Homines pestilentes dissipant civitatem, sapientes vero avertunt furorem.* Gratiam conciliant, VI, 476, 1. Verba blanda dolorem magis leniunt quam dona, IX, 508, 1: *Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? sed utraque cum homine justificato.* Verba aspera lenibus leniuntur, V, 370, 1: *Mœror in corde viri humiliabit illum, et sermone bono lætificabitur.* Aspera exasperant, IX, 508, 2: *Stultus acriter improperabit, et datus indisciplinati tabescere facit oculos.* Verbum dulce parit amicos, 191, 1, 2; 192, 1: *Verbum dulce multiplicabit amicos, et mitigat inimicos.*

6° *Verba inepta, otiosa et nugosa vetantur*, V, 295, 1 : *In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Verbo offendere facile ac periculosum, et quando, *Psalm.* I, 249, 1, 2 : *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me.* Verba prava bestiis comparantur, X, 60, 2 : *Sepi aures tuas spinis, et linguam nequam noli audire, et ori tuo facito ostia et seras.* Verba detractoris sunt vulnera, quomodo simplicia, sunt etiam verbera et mallei, V, 566, 2 : *Verba bilinguis quasi simplicia ; et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris* (Vide DETRACTOR). Verba præcipitationis quæ, *Psalm.* I, 346, 2 : *Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.* Verba mala laborem pariunt, *Job*, 175, 1. Verba blanda meretricis recte oleo comparantur, V, 132, 2: *Favus enim distillans, labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus.* Verbis turpibus contristatur Spiritus sanctus, XVIII, 646, 2 : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat..... Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.* Quid sit verbis contendere, XIX, 286, 2 : *Noli contendere verbis : ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* Verba levia sunt signum animi levis, XIV, 311, 1. Verba ventosa quæ dicantur, *Job*, 174, 1 : *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in ventum verba profertis ;* 355, 2 : *Numquid finem habebunt verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris ?* Verba otiosa qualia, *Job*, 174, 1. De omni verbo otioso reddenda est in die judicii ratio, XV, 308, 2 : *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Otiosa verba qualiter cavere possimus, 310, 1, 2. Verba prout erunt, ita justificabimur aut condemnabimur, 310, 2 et seq. : *Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.*

7° *In verbis regulæ sequendæ.* Verba nostra ad Dei honorem tendere debent, XV, 310, 1, 2. Verba tarditate pensanda, et ad rationis obrussam sunt examinanda, V, 555, 1 : *Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est ; et pretiosi spiritus vir eruditus.* Verba mature proferenda et in statera libranda et ponderanda antequam proferantur, IX, 573, 2; 574, 1 : *Labia imprudentium stulta narrabunt : verba autem prudentium statera ponderabuntur ;* 593, 1 : *Quis dabit ori meo custodiam, et super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me?* Job 156, 1.

Verborum moderatio decet Christianum, XX, 89, 2 : *Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.* Verborum multitudo in oratione fugienda, VII, 196, 1 (*Vide* ORATIO). Verborum reverentiæ et honestati assuescendum, IX, 602, 2; 603, 2 : *Indisciplinatæ loquetæ non assuescat os tuum ; est enim in illa verbum peccati. Homo assuetus in verbis improperii, in omnibus diebus suis non erudietur.* Verba obsignanda sunt effigie Dei, X, 63, 1 et seq. : *Aurum tuum et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos.* Verba temere prolata multis mortem duplicem afferunt, 65, 1 : *Attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis ad mortem.* Verba quælibet temere credenda non sunt, X, 239, 2 ; 240, 1. Qui verbis nudis pascitur, vento pascitur, VI, 9, 1, 2 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit.* Verbum malum auditum in audiente commoriatur, IX, 533, 1, 2 : *Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.* Verba sapientiæ ubi deprimenda, X, 35, 2 : *In medio insensatorum serva verbum tempori : in medio autem cogitantium assiduus esto* (Vide LINGUA).

III. VERBUM pro sermonis parte, *vide* HEBRÆI, cap. III. Verba multa secundæ apud Latinos conjugationis conjugantur et in tertia, XIV, 168, 2. Verba Joannes nunc sumit in actu inchoato, nunc continuato, nunc perfecto, XVI, 290, 1, 2.

IV. VERBUM DEI pro Scriptura sacra, Evangelio, doctrina revelata, prædicatione. 1° *Verbum Dei vocatur Scriptura sacra*, XXI, 16, 1 : *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi quæcumque vidit.* Verbum sæpe capitur pro Evangelio, XVII, 236, 2 : *Qui dixerunt : Cornelius centurio, vir justus æstimans Deum, et testimonium habens ab universa gente Judæorum, responsum accepit ab angelo sancto, accersere te in domum suam, et audire verba abs te.* Quid sit verbum auditus, XIX, 122, 1 : *Ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepisselis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) Verbum Dei.* Verbum Domini intelligitur mandatum, prohibitio, promissio, comminatio, *Psalm.* I, 194, 1 : *Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide.*

2° *Verbo Dei quo sensu præcipiatur nihil addendum*, II, 404, 2 et seqq. : *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo ; custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis.* An hoc præcepto vetentur traditiones, ut volunt hæretici, *ibid.* Hæc lex cæremonialis est, unde Judæos spectat, non christianos, 405, 1. Is verbo Dei addit aliquid qui ei contrarium quid inducit, *ibid.* Item qui sua dicta pro Dei verbo venditat, 405, 2. Judæi multa Dei verbo addiderunt, *ibid.* Verbis dubiis scriptoris sacri non sunt alia vicina ad libitum substituenda, X, 332, 2 et seq. Verbo Dei scripto omnia non sunt statuta, XVIII, 397, 1, 2 : *Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini*

sunt mandata Verbum Dei non est plena credendorum forma, XIX, 166, 1 : *Itaque, fratres, state, et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram* (Vide SCRIPTURA SACRA, TRADITIO).

3° *Verba Scripturæ sacræ quando sint proprie, quando figurate sint accipienda*, IX, 370, 2 et seq. (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

4° *Verbi Dei qualitates et effectus.* Primo. *Verbi Dei dotes.* Verbum Dei est quasi lucerna, XIV, 283, 1 : *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* Verbum increatum est lumen, creatum lucerna, V, 171, 1 : *Quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ increpatio disciplinæ.* Verbum Dei incorruptibile, XX, 271, 1, 2 : *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei, et permanentis in æternum.* Verba Scripturæ sacræ lapides quadri sunt, qui ubique stant, XII, 800, 2. Verbi Dei et seminis analogia, XV, 323, 1 et seq. Verbum Dei est triticum, hominis palea, deinde ignis et malleus conterens petras, XII, 186, 1, 2 : *Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere ; quid paleis ad triticum ? dicit Dominus. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, et quasi malleus conterens petram ?* Verba Jeremiæ efficacia erant ut ignis, 55, 1 : *Hæc dicit Dominus Deus exercituum :..... Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum in ligna, et vorabit eos.*

Secundo. *Verbi Dei effectus.* Verbi Dei effectus, XVII, 106, 1. Verbo veritatis quomodo geniti dicamur a Deo, XX, 70, 1, 2 : *Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.* Verbo quo et quomodo vivant fideles, XV, 121, 2 et seq : *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Verbum Dei auditum non vitam confert, ut volunt novantes, XVIII, 662, 1, 2 : *Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ.* Verbum Dei alimentum spirituale, *Job*, 203, 1. Ejus prædicatio optime insitioni surculi in arborem assimilatur, XX, 81, 1 : *Propter quod abjicientes omnem immunditiam, et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras.* Verbo Dei satiatur anima pii, V, 400, 2 : *Justus comedit, et replet animam suam ; venter autem impiorum insaturabilis.* Verbum Dei triplex animam fœcundans comparatur nubi et nivi, XI, 654, 1. *Quomodo descendit imber et nix de cælo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti : Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, et prosperabitur in his ad quæ misi illud.* Verbum Dei non minus efficax quam reliquiæ sanctorum, XVIII, 46, 1 : *Non enim erubesco Evangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Quibus verbis Isaiæ Judæi multi Christo accesserint relicto judaismo, XI, 630, 1. Verba Dei sagittæ dicuntur, *Psalm.* I, 292, 2 : *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.* Verbum Domini acre est in peccatores, molle et clemens in justos, XIV, 451, 2 : *Onus verbi Domini in terra Hadrach, et Damasci requiei ejus.* Verbum Dei dulce est rationi, sed amarum sensualitati, XXI, 219, 1 : *Dixit mihi* (angelus) : *Accipe librum, et devora illum ; et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.* Verbum Dei simile est speculo, XX, 82, 2 : *Estote autem factores verbi, et non auditores tantum. Quia si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ. Consideravit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit.* Ejus et speculi analogiæ variæ, 85, 1 et seqq. Verbum Dei scutum contra tentationes, *Job*, 144, 2. Est gladius in tentationibus, XVIII, 683, 1 : *Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei.*

5° *Verba Christi.* Verba gratiæ proferebat Christus, et quæ hæc dicantur, XVI, 104, 1 : *Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ejus,* Ea erant ignita, 279, 2 : *Et dixerunt ad invicem : Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis Scripturas ?* Sunt effectiva, XVI, 368, 1 : *Dicit ei Jesus : Vade : Filius tuus vivit ;* 374, 2 : *Dicit ei Jesus : Surge, tolle grabatum tuum et ambula.* Verborum Christi vis, *Psalm.* I, 293, 1. Quomodo haberet verba vitæ æternæ, XVI, 413, 2 : *Respondit ergo ei Simon Petrus : Domine, ad quem ibimus ? Verba vitæ æternæ habes.* Verba Christi vita sunt, XVIII, 362, 2. Septem verba Christi in cruce, XV, 631, 1, 2 ; XVI, 619, 2.

6° *Verbum Dei quanti faciendum sit*, XIV, 321, 1. Verbum Dei non obiter sed assidue et studiose audiendum, XVII, 105, 1 ; XX, 84, 2. Verba Dei attente audienda et rememoranda sunt, IX, 470, 2 : *Audi me, fili, et disce disciplinam sensus, et in verbis meis attende in cordo tuo : et dicam in æquitate disciplinam, et scrutabor enarrare sapientiam : et in verbis meis attende in corde tuo.* Verbum Dei audire et legere utile est, XX, 81, 2. Quomodo id salvet animam, *ibid.* Verbum Dei cum fructu audiens, legem meditans, suæ prædestinationis tesseram habet, XV, 8, 2. Verbum Dei est austeritate servandum, XV, 323, 1.

7° *Verbum Dei quo spiritu annuntiandum.* Job, 519, 2 et seq. Verbum Dei et ejus præcones opus habent testimonio hominum, XVIII, 526, 2 : *Ascendi autem* (Hierosolymam) *secundum revelationem : et contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Verbum Dei est liberum,

non est alligatum, XIX, 285, 2 : *In quo* (Evangelio) *laboro usque ad vincula, quasi male operans : sed verbum Dei non est alligatum* (Vide APOSTOLORUM PRÆDICATIO, CONCIONATOR, PRÆDICATIO, SERMO).

VERBA CONSECRATIONIS. Verba omnia quæ in calicis consecratione proferuntur, legitimam habent auctoritatem, XV, 558, 2. Verba consecrationis figuram non significant, XVIII, 341, 1. Sunt intelligenda, vere ut sonant, non tropice, 359, 1 et seqq. (*Vide* CONSECRATIO, EUCHARISTIA).

VERECUNDIA. 1° *Quid sit verecundia.* Verecundia non est virtus, sed naturalis passio, IX, 161, 1. Quando bona, quando mala, *ibid.* Verecundia metus est dedecoris et probri, XIX, 510, 1, 2 : *Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo cum metu et reverentia.* Verecundia mala quæ sit, IX, 555, 2 : *Est qui perdet animam suam præ confusione, et ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se.* Verecundia quæ prohibetur a Domino, *Psalm.* I, 286, 1 : *Tota die verecundia mea contra me est, et confusio faciei cooperuit me. A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis.* Verecundiæ elogium, IX, 161, 2; X, 154, 1, 2 : *Ante grandinem præibit coruscatio ; et ante verecundiam præibit gratia, et pro reverentia accedet tibi bona gratia,* XVI, 122, 2. Comparatur tonitruo et grandini, *ibid.*, 1.

2° *Quibus præsertim competat verecundia et ejus effectus.* Decet maxime pueros et virgines, IX, 161, 2. Est prima dos juvenum, X, 152, 1 : *Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi gratia bona.* Verecundia est purpura juniorum, XX, 386, 2 : *Similiter, adolescentes, subditi estote senioribus.* Hæc eos valde commendat, et gratiam iis conciliat, X, 154, 1, 2. Verecundia avocat a vitiis, V, 392, 2. Verecundia proprium virginum et mulierum monile est, X, 12, 2 : *Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata.* Est optima dos mulieris, IX, 240, 2 : *Noli discedere a muliere sensata et bona, quam sortitus es in timore Domini ; gratia enim verecundiæ illius super aurum.* Est verus mulieris ornatus, XX, 313, 2 : *Quarum* (mulierum) *non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus : sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus.*

3° *Quomodo monendi verecundi.* Verecundi aliter monendi quam impudentes, V, 533, 1, 2 : *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum.* Verecundi verecunde sunt monendi, XII, 516, 1 (*Vide* PUDOR).

VEREMUNDUS. Veremundus XI, Legionis et Asturiarum rex, qualem pœnitentiam egerit ob male habitum episcopum Ovetensem Gudesteum, II, 385, 2.

VERITAS, VERUM. 1° *Veritas quotuplici sensu in Scriptura accipiatur.* Veritas diversimode capi potest, XX, 633, 2 : *Senior Electæ dominæ et natis ejus, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes qui cognoverunt veritatem, propter veritatem quæ permanet in nobis et nobiscum erit in æternum.* Veritas, doctrina, sapientia, intelligentia, sensus, disciplina, in libris Salomonis, idem sunt, VI, 101, 2 : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et auris tua ad verba scientiæ ;* 198, 2 : *Veritatem eme, et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.* Veritas passim fidelitatem in servandis promissis significat, *Psalm.* II, 261, 1 : *Opera manuum ejus veritas et judicium. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate.* Veritas quodlibet bonum sive officium virtutis, item justitiam significat, IX, 442, 2 : *Viri mendaces non erunt illius* (sapientiæ) *memores : et viri veraces invenientur in ea, et successum habebunt usque ad inspectionem Dei,* 487, 2 : *Pœnitentibus autem dedit viam justitiæ, et confirmavit deficientes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis ;* XII, 74, 1 ; 634, 2 ; (Qui) *in præceptis meis ambulaverit, et judicia mea custodierit, ut faciat veritatem,* XIV, 133, 2. *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum et quid Dominus requirat a te : Utique facere judicium, et diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Veritas in Scriptura opus debitum significat, V, 427, 1 : *Errant qui operantur malum ; misericordia et veritas præparant bona ;* 473, 1 : *Per misericordiam et fidem* (hebraice *veritatem*) *purgantur peccata, per timorem autem Domini declinat omnis a malo.* Veritas sumitur pro pietate, XII, 242, 1 : *Ecce ego obducam eis cicatricem et sanctitatem, et curabo eos : et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis.* Veritas Hebræis pro *soliditate* capitur, V, 328, 2 : *Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis* (hebraice *veritatis*). Verum pro *perfecto* capitur, IX, 103, 1 : *Protector est* (Deus) *omnibus exquirentibus se in veritate ;* XII, 31, 1 : *Plantavi te vineam electam, omne semen verum ;* 825, 1 : *Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo ;* XX, 540, 2 : *Tenebræ transierunt ; et verum lumen jam lucet ;* XXI, 70, 2 : *Hæc dicit Sanctus et Verus.*

2° *Veritas summa et prima Deus est,* XX, 580, 2 : *Filioli mei, non diligamus verbo, neque linguâ sed opere et veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suadebimus corda nostra.* Ipse Deus veritas est, XVI, 610, 1 : *Respondit Jesus..... Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus : Quid est veritas?* Verus est epithetum Dei, XX, 624, 2 : *Dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus et*

vita æterna. Veritas prima et increata Dei est ratio formalis credendi in fide, XIV, 226, 2. Veritas rerum est Deus et Christus, X, 27, 1. Veritas Dei quanta sit, *Psalm.* I, 922, 2. Veritas prima Christus est, VI, 415, 1.

Quomodo Christus ☞ veritas, XVI, 540, 2 et seqq. : *Dicit ei Jesus : Ego sum via, veritas, et vita.* Veritatis filius quomodo sit Christus, XIV, 27, 2. Veritas quadruplex fuit in Christo, XVI, 303, 1, 2 : *Erat* (Christus) *lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Veritas et gratia simul in Christo fuere, 310, 1 : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis;* 312, 1 : *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.*

Cur Spiritus sanctus dicatur Spiritus veritatis, XVI, 548, 1 : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.*

3° *Veritatis definitio, natura, species, gradus.* Primo. *Veritatis etymon,* XVI, 303, 1, 2 : Aliæ ejus definitiones, 610, 2 et seq.

Secundo. *Veritatis descriptio et natura,* I, 595, 1 : *Provide autem de omni plebe viros potentes, in quibus sit veritas.* Veritas in indivisibili consistit, XVII, 387, 1 : *Et dicit* (Paulus) : *Ego sum vir Judæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis;* XIX. 52, 1 : *Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula.* A prima veritate Dei manat omnis veritas, IX, 51, 1 : *Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante ævum.* Veritas est sanctitas, III, 350, 1 : *Et dixit Saül ad Dominum Deum Israel : Domine Deus Israel, da indicium; quid est quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem; aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem.* Veritas et fidelitas Hebræis sunt sorores, XVIII, 678, 1 : *State succincti lumbos vestros in veritate.* Veritatis soror est charitas, XX, 161, 2 : *Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem.* Veritas et misericordia quæ sint virtutes, V, 72, 2 : *Misericordia et veritas te non deserant.* Veritas est temporis filia, cur in putei fundo latere fingatur, I, 595, 1, 2. Veritas publica est et cana, XI, 62, 2. Veritas quomodo opponatur vanitati, VII, 12, 1. Veritatis et vanitatis antitheses, XI, 357, 2 et seq. Veritas amara est, adulatio blanda, XIV, 364, 2. Veritas sita est in cognitione veri Dei, incarnationis Verbi et veræ beatitudinis, XVI, 609, 2.

Tertio. *Veritas quotuplex.* Veritas alia justitiæ, alia loquelæ, III, 15, 1 : *Qui responderunt ei* (Rahab) : *Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis Dominus Terram, faciemus in te misericordiam et veritatem.* Veritas est triplex, vitæ, doctrinæ, justitiæ; item cordis, oris et operis, V, 72, 2; XIII, 377, 1; XVI, 303, 2; 449, 2; XVIII, 381, 2 et seq. : *Charitas..... non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati;* 511, 2 : *Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate;* 634, 2 : *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus;* XX, 226, 1 : *Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.* Veritas evangelica triplex est, XVI, 548, 1. Veritas speculativa et practica quæ sit, X, 26, 2 : *Volatilia ad sibi similia conveniunt : et veritas ad eos qui operantur illam, revertetur.*

Quarto. *Veritatis gradus.* Veritatis tres sunt gradus; *primus,* est intelligere et rejicere falsas religiones; *secundus,* perspicere animo quod unus sit Deus summus; *tertius,* cognoscere ministrum ejus et nuntium, quem legavit in terram, XVI, 610, 2. Iterum ejusdem tres alii gradus ex S. Bernardo; *primus,* quo Deum et Christum et nos ipsos agnoscimus; *secundus,* quo proximorum culpas et miserias providemus, eisque compatimur; *tertius,* quo Deum contemplamur partim hic in ænigmate, partim in cœlo facie ad faciem, XX, 162, 1, 2.

4° *Veritatis dignitas et præstantia,* IX, 230, 2. Quam præstans et pulchra sit, I, 690, 1. Veritas omnem ascititium ornatum rejicit, V, 365, 1 : *Labium veritatis firmum erit in perpetuum : qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.* Veritas non fugit lucem, XIX, 282, 2 : *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* Veritatis typus est sol, propter quinque rationes, VI, 37, 2. Veritas aquila denotatur, XV, 512, 1, 2. Veritas divina est, IX, 165, 2 : *Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis confundere.* Veritas divina seipsa nititur, XII, 637, 2 : *Et dixistis : Non est æqua via Domini. Audite ergo, domus Israel : numquid via mea non est æqua, et non magis viæ vestræ pravæ sunt?* Veritas est invicta et adamantina, et instar silicis, cur, V, 364, 2 : *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* Veritas nec eloquentiam, nec potentiam timet, XVII, 404, 2. Ejus potentia, XX, 161, 2 et seqq. Veritas opprimi non potest, XVI, 303, 2. Illa, etsi ad tempus lateat, tandem caput effert, VI, 155, 1 : *Oculi Domini custodiunt scientiam; et supplantantur verba iniqui.* Oppressa magis erumpit, 462, 2 : *Dicunt ergo cæco iterum : Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit : Quia Propheta est.* Veritas est firma, stabilis, et stabiles habet pedes, V, 364, 2; X, 263, 1 : *Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sensus illius fideles sunt;* XIX,

301, 1 : *Quemadmodum Jannes et Mambres restiterunt Mosi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Veritas una et eadem semper perseverat, V, 365, 1. Veritas etiam suis osoribus in honore est, V, 10, 2.

5° *Veritatis fructus.* Veritas est basis reipublicæ, VI, 403, 1 : *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Conciliat principi subditorum amorem, 403, 2. Veritas suavissimus cibus animæ, VI, 231, 2 : *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo : sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum invenceris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.* Veritas et sapientia cibus animæ, *Psalm.* II, 466, 1. Est cingulum mentis, XX, 258, 2. Veritas ad sui studiosos revertitur, X, 26, 2 ; 27, 1 : *Volatilia ad sibi similia conveniunt : et veritas ad eos qui operantur illam, revertetur.* Veritas nos liberavit, charitas nos servos fecit, *Psalm.* II, 169, 1 : *Jubilate Deo, omnis terra : servite Domino in lætitia.*

6° *Quæ sint officia erga veritatem adimplenda.* Primo. *Veritati nec addendum quid, nec detrahendum est,* VI, 57, 2. Falso vel minimo corrumpitur, desinitque esse veritas, X, 193, 1 : *Ab immundo quis mundabitur? et a mendace quid verum dicetur?* Nimium altercando amittitur, XIX, 255, 1 : *Ex quibus* (verborum pugnis) *oriuntur contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui veritate privati sunt.* Veritati non contradicendum, IX, 165, 1, 2 : *Non contradicas verbo veritatis ullo modo.*

Secundo. *Veritas quanti facienda sit,* VI, 198, 2 : *Veritatem eme et noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam.* Cur non possit et non debeat vendi, et qui eam vendant, *ibid.*

Tertio. *Veritas omnibus nostris actionibus insit,* IV, 278, 1, 2 : *Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia, et veritas, et judicium.* Quadrupliciter veritate miles christianus cingi debet, XVIII, 678, 1 : *State succincti lumbos vestros in veritate.* Quomodo coli possit, X, 143, 2 ; 144, 1. Quid sit *facere veritatem,* XVI, 346, 2 : *Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.* Veritas interpreti sectanda, non verborum elegantia, IX, 37, 2 ; 38, 1 (*Vide* INTERPRES).

Quarto. *In veritate Domino servire quid sit,* IV, 310, 2 : *Servite Domino in veritate, et inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi.* Quomodo Deus in veritate adorandus, XVI, 361, 2 et seqq. : *Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum.* Quomodo in veritate apostoli sanctificati sint, 598, 1, 2 : *Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est.*

Quinto. *Veritas libere confitenda est et defendenda,* IX, 160, 2 : *Pro anima tua ne confundaris dicere verum ;* 163, 1, 2 : *Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium ;* Job, 177, 2 ; 532, 2. Pro ea usque ad mortem certandum, IX, 167, 2 ; 168, 2 : *Pro justitia agonizare pro anima tua. et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.* Veritatem tueri, decus est, XX, 161, 2 et seq. : *Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem.* Veritas vita dignior et potior, IX, 160, 2 ; *Job,* 309, 1 : *Quis est qui judicetur mecum? Veniat, quare tacens consumor?* 641, 1 : *Loquar, et respirabo paululum ; aperiam labia mea, et respondebo. Non accipiam personam viri, et Deum homini non æquabo. Nescio enim quamdiu subsistam, etsi post modicum tollat me Factor meus.* Pro veritate ut mendacium evitet moriens, martyr est, XX, 368, 2.

7° *Quosnam maxime deceat veritas in verbis et agendi ratione.* Ea decet reges, V, 529, 1 : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.* Hi debent eam tueri, V, 529, 1 ; VI, 403, 1. Hæc eos contra subditorum querelas custodit, VI, 84, 2 et seq. : *Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus.* Ipsis etiam placet, 152, 1 (*Vide* PRINCEPS, REX).

Veritas est una de præcipuis sacerdotum dotibus, XIV, 571, 2 : *Lex veritatis fuit in ore ejus* (Levi), *et iniquitas non est inventa in labiis ejus* (*Vide* SACERDOS).

8° *Qua via et quibus mediis ad veritatem perveniatur,* XVI, 578 ; 2 : *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur a semetipso, sed quæ audiet loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.* Veritatis notitia magis per auditum, quam per visum acquiritur, I, 280, 1. Veritas quomodo investiganda, *Job,* 177, 1 ; 532, 2. Veritatem oblatam repudiantes, pœna infidelitatis et errorum puniuntur, XIX, 159, 1 : *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.*

9° *Quæ fuerit sors veritatis in terra.* Veritatem Gentiles incarcerarunt, XVIII, 49, 2 : *Revelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.* Est omnibus exosa, VI, 384, 1, 2. Veritas tempore Antichristi non audietur, VII, 389, 2.

VERMIS. 1° Vermes ex putredine et humano cadavere progignuntur (juxta opinionem Cornelii tempore vigentem), V, 282, 1 ; IX, 311, 1. Vermis nascitur in et ex ligno, VI, 283, 1. Maxime in tenerioribus lignis, *ibid.*, 2. Vermes qui foliis vescuntur, nendo fila conficiunt, V, 420, 1. Vermes oculis carent, IX, 234, 2.

2° Vermes Jobi cognatio, *Job*, 381, 1; 593, 2. Vermis qui hederam Jonæ erosit fuit extraordinarius aliquis nostris mordacior, XIV, 59, 2. Vermes minatur Deus Balsasari, 230, 1. Vermibus consumptorum exempla, XVII, 271, 2. Vermibus omnes æque comeduntur, *Job*, 456, 2. Vermes hominem depascuntur in sepulcro, qui consumpto humore emoriuntur. XI, 767, 1.

3° Vermis conscientiæ damnatorum, III, 176, 2. An veri sint futuri in inferno vermes, ostenditur fore, IV, 355, 2; IX, 238, 2 et seqq.; 211, 2. Vermes infernales terribiles sunt, XV, 700, 2. Vermis conscientiæ in damnatis non moritur, V, 438, 1. Vermis in inferno erit perpetuus. XI, 767, 1.

4° Vermis symbolum est tristitiæ, VI, 283, 1. Vermis Jacob cur dicantur Judæi afflicti ab Assyriis et Christiani. XI, 513, 1, 2.

VERONICA (S.). S. Veronica quæ et qualis fuerit, XVII, 414, 2 et seq. Non fuit mulier hæmorrhoissa, XV, 684, 3. S. Veronica sudarium Christo exhibet ut faciem sudore et sanguine madentem abstergeret, quod ab eo recepit cum impressa ejusdem effigie, XV, 614. 2. Mortua est in Gallia, *ibid.*

VERRICULUM. Verriculum retis genus unde vocetur: idem est cum sagena, XIV, 219, 1.

VERSIO BIBLIORUM. 1° Versio Bibliorum Septuaginta interpretum in græcum sermonem quando adornata sit, XIV, 446, 2. Versione Septuaginta in Bibliis usa est Ecclesia usque ad tempora S. Hieronymi, XIII, 3, 2 (*Vide* SEPTUAGINTA).

3° Versionis Vulgatæ auctor S. Hieronymus, XVIII. 23, 1. Vulgata admodum antiqua est, X, 308, 2 (*Vide* VULGATA). Versio *Ecclsiastici* Latina immediate videtur ex hebræo traducta, IX, 256, 1, (*Vide* ECCLESIASTICUS).

3° Versio syriaca cujus sit auctoritatis, XVIII, 20, 1. Versio Arabicorum Bibliorum duplex est, XIII, 222, 2.

4° Versionum antiquarum varietas servit ad S. Scripturæ claritatem et copiam, XIII, 222, 2.

5° Versiones et explicationes plures ejusdem loci Scripturæ esse possunt, XI, 520, 1, 2. Versio duplex alicujus loci est in nonnullis ab Ecclesia probata, XIX, 499, 1. Versiones variæ loci cujusdam obscuri ex *Nehemiæ* cap. V, vers. 18, IV, 242, 2. Versiones originales orientalis linguæ clare Petrum et petram idem esse innuunt, XV, 367, 2.

VERSIPELLIS. Versipellis quis appelletur, V, 423, 1. Versipelles quando et quatenus colendi, IX, 171, 1.

VERSUS. Versus *Proverbiorum* carentes nota numeri, in hebræo non existunt, V, 7. 1, 2. Versus unus græcus in *Ecclesiastico* sæpe duobus latinis redditur, IX, 41, 2. Versus totus anagrammaticus, XII, 197, 2.

VERSUTIA, VERSUTUS. Versutus quis proprie dicatur, unde vox formetur, V, 423, 1. Subinde dem est quod cautus, prudens, V, 368, 1. Versutia etiam denotatur per malitiam, XX, 78, 2; 274, 2. Versutiæ etiam vocantur parabolæ et ænigmata, X, 300, 2.

VERTEX. Verticis nomine appellari possunt reges et regum palatia, item imperium et potentia XIII, 536, 1, 2.

VERTIGINOSUS. Vertiginosis omnia gyrari videntur, VI, 187, 1.

VESICA. Vesica in metu solvitur, XII, 554, 1; 653, 2.

VESPASIANUS. Vespasianus per fauces Libani exercitum in Judæam deduxit, XI, 466, 2. A Deo protectus, tela Judæorum evasit, IX, 299, 2. Redeunti e Judæa aquilæ pugnantes symbolum victoriæ fuere, XII, 627, 2.

Vespasianus unde omen imperii acceperit, IX, 635. 1. Quomodo ad imperium pervenerit, XV, 505, 2; XVII, 8. 2. Vespasiani imperatoris votum, VIII, 411, 2. Recens auctus imperio, Ægyptum lustrans quid Ægyptiis dixerit, XII, 716. 1. Ejus vigilantia et sedulitas, XXI. 65, 1. Calumniatores quomodo represserit, II, 121, 1. Fuit in inimicum beneficus, IX, 368, 2. Labore assiduo valetudinem tutatus est, XII, 579, 1. Suos officiales habuisse ut spongias dicitur, quoniam rapacissimum quemque promovere solebat, ut eos expilatores provinciarum condemnaret, II, 65, 1; VI, 161, 1, 2; 365, 2. Ejus mors, XVII, 9, 2. A quibusdam ut Messias habitus est, XV, 509, 1; XVII, 8, 2. An fecerit miracula. 999, 2.

VESPER, VESPERA. 1° Vespera sabbati quæ lucescit in prima sabbati, quomodo intelligatur, XV, 643, 1 et seqq. Vesperam Hebræi vocant noctem, 644, 1.

2° Vespere cur agnus paschalis ederetur, I, 578, 2. Vespera decima quarta Paschæ proprie festum non fuit, XVIII, 289, 1.

3° Vesperi quomodo futura sit lux, allegorice, symbolice et anagogice, XIV, 533, 1, 2.

VESPERTILIO. Vespertilio videtur talpa alatus, XX, 419, 2 et seq. Vespertiliones dicuntur idola, XI, 130, 1. Et lucifugi et amphibii, *ibid.* Illorum natura his adaptatur, *ibid.* et 2.

VESPERTINUS. 1° Vespertini lupi qui dicantur ab Habacuc, XIV, 208, 2. Num vespertinus eorum epithetum est, 209, 2. Vespertinum et matutinum tempus optime ordinanda, III, 357, 1.

VESTALIS. Vestalis ignis custodiam ab igne templi Judaici mutuata est delusa antiquitas, XII, 790, 2. Vestalium virginum quod esset officium, XIV, 274, 1. Vestalis ignis vitam divinam præ se ferebat, VI, 70, 2. Vestales fornicantes vivæ terræ infodiebantur, II, 135, 2; XIX, 119, 2.

VESTIBULUM. 1° Unde dicatur et formetur vox *vestibulum*, XIII, 500, 1. Vestibulum vocatur pars illa ante domum quæ pervia relinquitur, XII, 785, 2. Idem est quod propylæum,, *ibid.* In vestibulo olim, imo in porta, faciebant veteres cubicula pro janitoribus et famulis, *ibid.*

2° Vestibulum cur templo Salomonis additum,

XIII, 500, 1. Ejus altitudo, *ibid.* Quomodo id fuerit octo cubitis longum, XII, 786, 1. Vestibulum erat templo connexum, XIII, 500, 1. Frontes vestibuli quænam sint. XII, 786, 1. Ipsum describitur, 791, 1.

3° Templi vestibulum erat cœli symbolum, XII, 785, 2. Vestibulum interius mystice est æternæ vitæ latitudo. 794, 2.

VESTIGIUM. 1° Vestigium tria significat, IX, 564, 2. Vestigia genuum Christi sunt impressa petræ in qua oravit in horto, XV, 570, 1. Item juxta torrentem Cedron in imo vallis Josaphat, *ibid.* Vestigia Christi in monte Oliveti adhuc extant, XVII, 63, 1.

2° Vestigia Dei sequenda, *Job*, 489, 1. Job Dei vestigia secutus est, *ibid.* Vestigiis Dei firmiter inhærendum, *ibid.* Vestigia Dei nos beabunt, si ea sequamur, *ibid.*, 2. Ad Christi vestigia facile sequenda debet inferior pars superiori esse subdita, 490, 1.

VESTIMENTUM, VESTIS, VESTITUS. 1° *Vestis ad quid inserviat, et variæ vestium species de quibus in Scriptura agitur.* Vestis cui usui inserviat, et quare est inventa, X, 80, 1; 317, 1. Quæ vestes duplices dicantur et quid allegorice denotent, VI, 508, 1, 2 et seq. Vestis stragulata quæ dicatur, 511, 1. Vestes mutatoriæ sunt festivæ, I, 378, 2. Vestes discolores sunt acu pictæ et variegatæ opere phrygio, XII, 608, 2. Vestem peregrinam quam vocet Propheta, XIV, 276, 2.

2° *Priscorum et Judæorum quinam erant circa vestimenta usus.* Primo. Vestis priscorum cur alba, VII, 315, 2. Vestis regum olim erat candida, 316, 1. Vestem albam olim gestabant nobiles et magistratum ambientes, XVII, 61, 2. Vestis candida erat honoratorum et principum, XX, 100, 2 et seqq.

Secundo. Vestes Judæorum quales essent, XV, 585, 2. Hebræorum vestes erant longiores, ideo aliquid facturi se præcingebant, XVI, 173, 2. Vestes undique consutas an habuerint Judæi, II, 86, 1. Vestis ex lana et lino fuit Judæis vetita, et quare, II, 123, 2. Hujus prohibitionis tropologica causa, *ibid.* Veste virili uti feminam, et femineæ virum, olim Judæis inhibitum, II, 477, 2. Hujus rei tropologica causa, *ibid.*, 2. Cur id etiam christianos dedeceat, *ibid.* Vestes scindebant Judæi in blasphemia, aut simili atroci scelere, aut in gravi luctu, imo omnes Orientales in luctu, II, 56, 2; XIII, 496, 1; XV, 585, 2; XVII, 292, 1; *Job*, 41, 2. Vestes humano sanguine cruentatæ non lavantur, sed comburuntur, XI, 231, 1. Vestis rei sacræ contactu sanctificata an omne quod tangebat sanctificaret, XIV, 341, 2.

Tertio. Vestes pontificiæ quo ritu et ordine induerentur a sacerdote, X, 459, 1. Earum dignitas, 460, 1, 2. Vestes pontificiæ cur dicantur virtutis et roboris, et potestatis et opulentiæ, 457, 1 (*Vide* PONTIFEX, HEBRÆUS).

Quarto. Christus tres tantum vestes habuit, scilicet subuculam, tunicam et pallium extimum, XV, 262, 1; 623, 1. Ejus vestes in transfiguratione fuere albæ et fulgidæ, 384, 2 et seq. Quas vestes posuerit Christus pedes suorum abluturus, XVI, 523, 2. Cur veste alba Herodes Christum induerit, XV, 602, 1. Vestes gestavit Christus in resurrectione, XVII, 61, 1. In quali ascenderit, *ibid.*

Quinto. Vestis candida olim dabatur recens baptizatis, XVIII, 107 2 et seq. Cur, XXI, 69, 2. Quid per eam denotetur, XVIII, 288, 1. Cur talis detur in multis monasteriis monachis dum primum vestiuntur, XXI, 69, 2.

3° *Vestium luxus vitandus et in eis modestia et parcitas sectandæ.* Vestium luxus reprehenditur, II, 88, 2. Ex SS. Patribus taxatur, XI, 142, 1, 2. Vestes subtiliores æquo a Patribus carpuntur, VI, 514, 2. Quatenus vestes subtiles et pretiosæ peccatum includant, XVI, 220, 1 : *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide.* Vestium luxum et novitatem Deus odit et punit, XIV, 277, 1 : *In die hostiæ Domini visitabo super principes, et super filios regis, et super omnes qui induti sunt veste peregrina.* Vestes superfluæ in mulieribus suggillantur, XX, 313, 1 : *Quarum* (mulierum) *non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Ob vestitum non superbiendum, IX, 236, 1; 337, 1 : *In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris.* Vestium vanitas et inanitas, XV, 201. 1 : *Et de vestimento quid solliciti estis ? Considerate lilia agri, quomodo crescunt : non laborant, neque nent. Dico autem vobis : Quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis;* XX, 101, 1; 2 : *Si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida ; introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei : Tu, sede hic bene ; pauperi autem dicatis : Tu, sta illic, aut : Sede sub scabello pedum meorum ; nonne judicatis apud vosmetipsos, et facti estis judices cogitationum iniquarum ?* Ex veste splendida nemo æstimandus, 102, 1. Vestium asperitas commendatur, XV, 284, 1 : *Sed quid existis videre ? Hominem mollibus vestitum ? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Vestitus est index animi, IX, 542, 1 : *Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo.* Vestem unam auferenti quomodo danda sit altera, XV, 173, 1 : *Ei qui vult tecum in judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.*

4° *Vestes symbolice acceptæ, et earum mystica seu tropologica significatio.* Primo. *Vestimenta Dei qualia*, Job, 753, 1. Vestis Dei Patris cur dicatur candida, XIII, 92, 1. Vestis Dei est ultio, XI, 696, 1.

Secundo. *Vestes albæ sunt angelorum*, XVII,

61, 2. Quid vestis candida angeli in sepulcro Domini apparentis significet, XV, 602, 1.

Tertio. *Vestimenta Ecclesiæ quænam*, VIII, 171, 1. Vestis symbolum est Ecclesiæ, XVIII, 518, 1:

Quarto. *Vestes animæ quæ sint*, VI, 197, 2. Vestes nostræ spirituales quæ, II, 88, 2. Vestis exterior animæ est modestia, interior justitia, discolor variegatura omnium virtutum, XII, 608, 2, Vestium mutatio est signum renovationis animi, I, 328, 1.

Quinto. *Vestes candidæ quid notent*, VII, 316, 1, 2. Vestis candida tropologice quid sit, VII, 316, 2. Quid allegorice, 317, 2. Vestis alba quid significet mystice, *ibid.* Vestes albæ sunt aliquando symbolum balneorum et compotationum, XIII, 598, 2. Vestis candida est index lætitiæ, XX, 101, 2. Vestis nuptialis charitatem et vitæ sanctitatem denotat, XV, 475, 2.

Sexto. *Quorumdam vestium symbolica significatio.* Vestis polymita Josephi quid symbolice significet, I, 338, 2. Vestium lotio in ritu mundationis lepræ quid significet, II, 93, 1. Vestes sordidæ Jesu pontificis quid ad litteram, et symbolice et allegorice denotent, XIV, 384, 2. Vestes mutatoriæ, quas is induit, sacræ fuere, 385, 2. Vestis martyrum quomodo aspersa sanguine, XXI, 339, 2. Vestes ovinæ quas induunt lupi Ecclesiam vastantes, XV, 211, 2.

VESUVIUS. Vesuvius est oris meretricii symbolum, VI, 156, 2 (*Vide* MERETRIX).

VETATIO. Vetatio acuit rei vetitæ desiderium, V, 265, 1, 2 et seq.

VETERANUS. Veterani in religione magis sint humiles, IX, 127, 1, 2.

VETERNUS. Veternus peccati unde sequatur, quamque sit gravis, VI, 214, 1, 2. Veternus gravissimus Judæorum, XVIII, 189, 2.

VETULA. Vetulæ pacem colant, castitatem foveant, XIX, 329, 2 (*Vide* ANUS, MULIER).

VETUS. 1° Veteres olim existimabant numina adversus hostes arma tulisse, IV, 426, 1. 2.

2° Vetus homo quid sit, XVIII, 109, 2; 639, 2; 640, 1; XIX, 104, 2. Is dupliciter est cum Christo crucifixus, 109, 2. Et dupliciter corrumpitur, 639, 2. A veteri homine exeat homo, et novum induat, VII, 509, 1 (*Vide* HOMINIS REGENERATIO).

VEXARE, VEXATIO. Vexantes justos male pereunt, X, 43, 2. Vexatio utilis, *Job*, 487, 2 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO).

VEXILLARE. Vexillare charitatem quid significet, VII, 559, 1.

VEXILLIFER. Vexilliferi in bello olim vocabantur Draconarii, IV, 392, 1.

VEXILLUM. 1° Vexilla et arma ducum benedici solitæ, cur, IV, 565, 1, 2.

2° Duo vexilla militaria, Christi et Luciferi, VII, 560, 1, 2.

VIA. I. VIA PRO ITINERE IN SENSU LITTERALI.— 1° Via agri fullonis Hierosolymis quæ, XI, 187, 2. *Via maris* cur dicatur Zabulon et Nephthali, 226, 2. Proprie quæ sit, 227, 1. Via Samaritarum in Ægyptum publica et communis olim erat, XIII, 571, 2. Via Bersabee multis aris et sacellis idolorum repleta erat, 630, 2. Via Samariæ Romæ unde dicta, XV, 153, 1, 2.

2° Viarum præses est S. Raphael archangelus, IV, 288, 1. Viam ingressuri se S. Raphaeli archangelo et S. Josepho commendent, IX, 273, 1. Viam incœpturi olim Herculi sacrificabant, 346, 2. Viarum præsides qui essent priscis, VI, 77, 2.

3° Via lactea in cœlo unde formetur, XII, 575, 1.

4° Viæ quomodo dicantur *videre*, *florere*, *lugere*, *mortuæ*, XIII, 630, 2. Viæ Sion quomodo lugeant, XII, 355, 1.

5° Viæ in quas apostoli ingressi sunt, quid designent, XV, 475, 1, 2. Via aquilæ in cœlo, colubri in petra, navis in mari, Christo adaptantur, VI, 452, 2; 453, 1. Via in quam cadit projectum semen, quid sit, et quorum corda repræsentet, XV, 319, 2; 324, 1, 2.

II. VIA IN SENSU METAPHORICO PRO VITÆ INSTITUTO, AGENDI MODO, etc. 1° *Variæ vocis* via *in sensu metaphorico acceptiones.* Via vocatur vitæ institutum, actiones, mores, XI, 693, 2: *Pedes eorum ad malum currunt..... vastitas et contritio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, et non est judicium in gressibus eorum: semitæ eorum incurvatæ sunt eis; omnis qui calcat in eis, ignorat pacem*; XX, 670, 1: *Væ illis, quia in via Cain abierunt!* Item actum, modum vivendi, vitæ tenorem significat, XIII, 340, 1: *Visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei.* Viæ vocantur opera, eorumque successus et fructus, XIV, 322, 2: *Ponite corda vestra super vias vestras.* Via in Scriptura, rem, negotium, jus et causam sæpe significat' 551, 1: *Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, et viam humilium declinant.* Via resurrectionem, via beatitudinem quandoque significat, *Psalm.* I, 79, 2: *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.* Via viri in adolescentula quid sit, et quomodo intelligenda, VI, 452, 1, 2; XI, 193, 2. Quæ sit via spiritus de qua loquitur *Ecclesiastes*, VII, 376, 2: *Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, et qua ratione compinguntur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.*

2° *Quæ sint viæ Dei.* Viæ Dei sunt Dei ordinationes, consilia, decreta, etc., IV, 278, 1: *Justus es, Domine, et omnia judicia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ, misericordia, et veritas, et judicium.* Viæ Dei variæ significationes, *Psalm.* I, 141, 1: *Diriget mansuetos in judicio, docebit mites vias suas, universæ viæ Domini misericordia et veritas.* Via duplex qua Deus ad nos descendit, *Psalm.* II, 440, 2: *Et cantent in viis Domini quo*

niam magna est gloria Domini. Viæ Dei justis videntur æquæ, impiis iniquæ, X, 314, 2 et seq.: *Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra : et viæ illius illorum directæ sunt : sic peccatoribus offensiones in ira ejus.* Item illis directæ, his tortæ sunt tripliciter, X, 315, 1.

3° *Via virtutis, salutis, sapientiæ, doctrinæ, justorum, vitæ*, etc. Primo. *Via virtutis et vitii quomodo differant;* V, 417, 1 : *Est via quæ videtur homini justa : novissima autem ejus deducunt ad mortem.* Via virtutis et vitii per *Ypsilon* repræsentatur, IX, 567, 2 : *Via peccantium complanata lapidibus, et in fine illorum inferi, et tenebræ, et pœnæ.* Via ad perditionem et ad salutem est in hac vita, XV, 210, 1 : *Intrate per angustam portam : quia lata porta et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam.* Via vitæ est custodia legis, et subdere se cruci a Deo immissæ, via mortis est peccatum, et cruci Deo immissæ obluctari, XII, 167, 2 : *Hæc dicit Dominus : Ecce ego do coram vobis viam vitæ, et viam mortis.* Via triplex, terrena, media, cœlestis, V, 117, 2 : *Justorum autem semita quasi lux splendens, procedit, et crescit usque ad perfectam diem.* Viæ tres ad cœlum, et tres ad mortem ducunt, 111, 2.

Secundo. *Via ad vitam sunt virtutes,* XII, 355, 2. Via virtutis omnes sancti in cœlum iverunt, VI, 454, 2 et seq. Via doctrinæ est via justitiæ, hac itur ad virtutem, 112, 2 : *Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.* Via excellentior ad Deum est charitas, XVIII, 377, 2 : *Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro* (scilicet charitatis). Viæ sapientiæ viæ pulchræ, V, 90, 1, 2 : *Viæ* (sapientiæ) *viæ pulchræ, et omnes semitæ illius pacificæ.* Viæ bonorum quæ dicantur, IX, 346, 2 : *Sapientia, et disciplina, et scientia legis apud Deum. Dilectio et viæ bonorum apud ipsum.* Viæ justorum jucundæ, *Job*, 504, 1.

Tertio. Via vitæ est supernaturalis, V, 469, 1 : *Via vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo.* Via recta et vera est Christus, XVI, 540, 2 et seq. : *Et quo vado, scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas : Domine, nescimus quo vadis, et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita.* Viam in cœlum nobis Christus stravit, XIX, 458, 2 : *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam, et viventem per velamen, id est, carnem suam..... : accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.*

Quarto. *Via virtutis et salutis recta et arcta.* Via justorum est recta, occulta et arcta, cur dicatur semita, et hebraice *scala*, V, 502, 1 : *Semita justorum declinat mala; custos animæ suæ servat viam suam.* Via justi recta, *Job*, 504, 1. Via virtutis et salutis est alta, elevata, ardua, difficilis, V, 468, 1; X, 559, 2 et seq. Via salutis initio arcta est, postea fit lata et plana, V, 112, 1 : *Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis.* Via in cœlum obstructa et perfringenda, XIV, 88, 1 : *Ascendet enim pandens iter ante eos, transibunt portam, et ingredientur per eam.* Via sæculi cur suavis, virtutis difficilis nobis videatur, X, 561, 2 : *Consiliatus sum enim ut facerem illam : zelatus sum bonum, et non confundar. Colluctata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum* (*Vide* JUSTI, SANCTI).

4° *Via impiorum, vitiorum, sæculi qualis.* Via impiorum plena est spinis avaritiæ, gladiis detractionis, laqueis adulationis, et lapidibus contentionis, V, 465, 1 : *Iter pigrorum quasi sepes spinarum, via justorum absque offendiculo.* Via vitiorum est frigida, id est laboriosa, ardua, periculosa, plena curis et doloribus, VI, 140, 1 : *Arma et gladii in via perversi; custos autem animæ suæ longe recedit ab eis.* Via impiorum est perversa et aliena, VI, 102, 2 : *Perversa via viri aliena est : qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Est aliena a recto, *ibid.* Et a dignitate hominis, *ibid.* Et a Deo, *ibid.* Non est recta, sed peccatum, 98, 1. Recte tendit ad inferos, V, 468, 1; VI, 103, 2. Ea declinanda est, V, 113, 1 : *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.* Viæ sæculi quales, *Job*, 472, 2 : *Numquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui* (Vide IMPII) ?

5° *Viæ hominis a Deo diriguntur, et rogandus est ut veram viam nobis pandat.* Viæ hominis a Deo diriguntur, stabiliuntur et perficiuntur, VI, 75, 2 et seq. : *A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Via qua nos vocat Deus, eundum, 307, 1, 2. Viæ particulares quibus quis in cœlum pertingat, sunt ei sæpe incognitæ, XVIII, 142, 2. Viis duabus nemo pergere potest, IX, 104, 1, 2 : *Væ duplici corde, et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et peccatori terram ingredienti duabus viis.* Via trita et communi semper incedendum Religioso, V, 156, 2. Item recta, 158, 2.

VIACUS. Viacus erat nomen Mercurii, VI, 306, 1.

VIATOR. 1° *Viator in sensu litterali sumptus.* Viatores statuæ Mercurii in triviis stanti lapidem addebant, VI, 306, 1, 2. Viatorum præses et dux est S. Raphael, IV, 288, 1. Viatoribus insidiantur meretrices, V, 264, 2. Viatorum joci benigne sunt accipiendi, X, 365, 1. Viatores iter agentes lumbos præcingebant, XVI, 174, 1. Viator christianus fame pressus an idolothyta edere possit nemine conscio, XVIII, 348, 1.

2°. *Viator in sensu symbolico sumptus.* Viatori et colono Christus et christiani comparantur, XII, 121, 2; 122, 1. Viator in quo imitandus ad perfectionem tendenti, IX, 327, 1, 2.

3° *Viator per oppositionem ad comprehensorem*

acceptus. Viator fuit Christus in hac vita usque ad resurrectionem, XVII, 99, 2. Viatores soli spem beatitudinis habere possunt, VI, 238, 1. Viatoris, id est hominis mortalis perfectio in quo consistat, I, 135, 2.

VICARIUS. Antichristus non significat vicarium Christi, sed oppositum Christo, XIX, 150, 2.

VICESIMUS QUINTUS. Vicesimus quintus annus ætatis est finis tutelæ, XVIII, 549, 1.

VICINIA. Vicinia quæ placeat Deo, XII, 824, 2.

VICINITAS. Vicinitas pro quadam affinitate censetur, VI, 341, 1. Vicinitas impii cavenda, 140, 2.

VICINUS. A vicino benevolo plus opis sæpe venit quam a fratre longe dissito, VI, 340, 2 : *Melior est vicinus juxta, quam frater procul.* Cum vicino potius amicitia et benevolentia ineunda quam cum remoto, is non est offendendus, *ibid.* Vicini sunt subinde ad mensam invitandi, *ibid.* et seq. Cum iis arctior nobis familiaritas est quam cum consanguineis, 341, 1. Vicinos malos multæ gentes ferre non valentes, alio commigrarunt, *ibid.* Vicinos bonos habere satagat villicus, 341, 2.

VICISSITUDO. Vicissitudo rerum humanarum, XII, 322, 2 (*Vide*, MUNDANA, TEMPORALIA). Vicissitudo gaudii et doloris in rebus mundanis, V, 418, 1 ; 419, 1. Vicissitudo rerum humanarum et regnorum, XXI, 309, 2. Vicissitudines nullæ fiunt in Ecclesia sine Dei et angelorum providentia, XII, 579, 2.

VICTIMA. 1° *Quæ conditiones in victimis requirebantur juxta legem mosaicam, et quomodo offerebantur.* Victima unde dicta, XVIII, 201, 1. Quas habere deberet conditiones, 202; 1. Victima Gentilium priscorum erat far, non caro, XIV, 563, 2. Victima debebat esse sine macula, II, 6, 2. Victima mascula debebat esse holocaustum, non vero sacrificium pacificum, II, 8, 1. Victima ex rapina pauperum quinque crimina habet, X, 207, 2 et seq. Victimæ olim coronabantur, cur, XII, 673, 1; XVII, 291, 2. Et ex qua herba, XVII, 291, 2. Victima corde carens mortem portendere videbatur, V, 123, 2.

In omnibus victimis animalium addenda erant, simila, oleum, sal et thus quasi libamina et condimenta sacrificii, XII, 846, 2. Suum libamen habebant, ex oleo et vino, XIX, 37, 2. Victimis sacerdotes manus imponebant, et quibus de causis, II, 7, 1; XIX, 233, 2. Cur victimis pro peccato thus non imponeretur, X, 219, 1. Victimæ utpote sanctæ a solis Levitis coquebantur, etiam in atrio laicorum, XII, 848, 1. Ipsæ jugulabantur expansæ per modum crucis, et quare, II, 8, 1. Victimæ prius olim elevabantur, deinde cremabantur, id adaptatur Christo in crucem elevato, XV, 618, 1, 2. In victimis cæsis miraculo exhalabat omnis sanguis et nidor victimarum, II, 8, 2. Victimarum partes quibus cederent, XIX, 518, 2. Victimæ pacificæ pars potissima offerenti cedebat, V, 250, 2. Ex victima immolata apud Judæos etiam laici manducabant, XVII, 235, 1.

2° *Ad quid victimæ offerrentur et earum efficacia.* Victimarum sanguine fœdera sanciebantur, XVIII, 366, 1. Et is sanguis in fœdere dividebatur, *ibid.* An victimis peccata dimitterentur, XIX, 446, 2. In se non placebant Deo, nec eum placabant, XII, 69, 2; 453, 1. Cur in Scripturis vocentur panis et cibus Dei, XIII, 400, 2. Victimæ piaculares mentem a culpa expiare non possunt, XIV, 346, 2. Victima in Scriptura misericordiæ postponitur, VI, 96, (*Vide* HOSTIA, SACRIFICIUM).

3° *Victimæ symbolice acceptæ.* Victimæ opiparæ dapes significant et carnes, V, 521, 1. Victima strages etiam significat, et victima vocatur magna hostium strages, quam Deus justitiæ suæ immolat, XII, 772, 1.

4° Victimæ spirituales quæ, XIV, 546, 1. Quæ sint Paulo mysticæ victimæ, XIX, 309, 1. Victimæ pingues Deo præ macilentis placent, X, 218, 1. Tristi animo oblatæ ei displicent, XIII, 401, 1.

VICTOR. Victores frequentes ad nova certamina promptiores sunt, XIX, 498, 1. Victoribus olim dabatur annulus, XIV, 348, 1. Victores victos proculcant, XII, 364, 2. Olim victorum verenda detegebant ad ludibrium, vel ad libidinem, XI, 325, 2. Victorem decet justitia, III, 469, 1. Victor et corona martyres simul fuerunt, XXI, 46, 1.

VICTOR (S.) martyr. S. Victor martyr quomodo in tormentis Deum rogarit et manserit illæsus, XIII, 44, 2. S. Victoris elogium, XXI, 46, 1; 78, 1.

VICTOR (S.) confessor. S. Victoris confessoris elogium, XXI, 46, 1.

VICTOR Antiochenus. Victor Antiochenus peculiariter in Marcum scripsit, XV, 667, 2.

VICTOR proconsul. Victoris proconsulis Carthaginiensis in arianismo repudiando constantia, X, 34, 2; XIX, 406, 1.

VICTORIA. 1° *Victoriæ in bello a Deo provenire debent et proveniunt*, III, 348, 1, 2; 361, 1; VI, 130, 1 : *Equus paratur ad diem belli : Dominus autem salutem tribuit.* Victoria est donum Dei, IV, 432, 1 : *Et conversi hymnum canebant, et benedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus est, quoniam in cœlum misericordia ejus.* Victoria omnis de hostibus tam corporalibus quam spiritualibus ascribenda est Deo, XIV, 103, 2 : *Surge, et tritura, filia Sion : quia cornu tuum ponam ferreum, et ungulas tuas ponam æreas : et comminues populos multos.* Victoria non a numero militum, sed a favore Dei pendet, IV, 545, 1 : *Primo autem solortu utrique commiserunt; isti quidem victoriæ et prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes; illi autem ducem belli animum habebant.* Victoria a Deo postulanda, 324, 1, 2 : *Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, et humiliaverunt animas suas in jejuniis et orationibus, ipsi et mulieres eorum.* Victoriæ et

triumphi a Deo accepti referendi, XIV, 268, 1, 2 : *Deus Dominus fortitudo mea ; et ponet pedes meos quasi cervorum. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Victoria parta, christiani canant : *Te Deum laudamus*, IV, 432, 1.

Victoriæ varie a Deo et sanctis concessæ fideli-bus contra infideles, III, 142, 2 : *Venerunt reges, et pugnaverunt..... De cœlo dimicatum est contra eos : stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.* Victoria de Amorrhæis quam retulit Josue, quam miraculosa fuerit, XIV, 259, 1 : *Sol et luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Victoriæ Judæ Machabæi admirandæ et cœlestes, IV, 554, 1. Victoria christianorum navalis de Turcis ad Naupactum venit a Deo ventum propitium christianis dante, XIV, 160, 2. Deiparæ intercessioni ascribenda, V, 218, 1. Victoria Pr^egensis cœlitus parta est, VI, 79, 1.

2° *Quæ sint victoriæ conditiones.* Victoria non est nisi præcesserit pugna, IV, 422, 1. Victoriam sæpe pauci de multis obtinent, 426, 1. Victoria sæpe in bellis ab uno duce dependet, XIV, 211, 1. Ad victoriam multum valet militum fiducia et hostium diffidentia, IV, 438, 1. Victoriam subinde aufert unius vel paucorum scelus, 554, 1. Victoria utendum, III, 65, 2.

3° *Victoriarum effectus.* Victoriæ sunt causæ vicissitudinis regnorum, VI, 130, 1 (*Vide* Bellum).

4° Victoriæ et triumphi symbolum candor est, XXI, 140, 1, 2; 172, 1. Item palma, 172, 2; 174, 1, Item calculus candidus, 56, 1. Item equus, 139, 1.

5° *Victoriæ figurativæ in Veteri Testamento.* Victoria Judith de Holoferne allegorice victoriam beatæ Mariæ de diabolo significat, IV, 313, 1. Victoria et bella Machabæorum erant typus et figura victoriarum et bellorum quæ gesturi erant cum infidelibus, XIII, 137, 1, 2.

6° *Victoria spiritualis Christi et christianorum,* Victoria Christi de gentilismo, XIV, 527, 1. Victoriam Christus de hoste suo quomodo referat, XXI, 140, 1 (*Vide* Jesus Christus, cap. VIII).

Victoria nobilissima quæ sit, *Psalm.* I, 249, *in titul.* Quæ sit victoria christiani, XIX, 310, 1 : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex.* Victoria justi in hac et altera vita, *Psalm.* I, 121, 1. Victoria proborum qualis, *Job*, 634, 1. Victoria hominis patientis multiplex, VI, 74, 1, 2 (*Vide* Patiens, Patientia). Victoria major seipsum vincere quam hostem, III, 408, 1. Victoria sui difficillima, sed gloriosissima, XXI, 89, 1 : *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo ; sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus.* Victoria contra tentationes fit per gratiam Dei, VI, 130, 2. Victoria de mundo christianis promittitur, XVI, 588, 2 : *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Victoria martyris in quo sita sit, XVIII, 151, 2 : *Sicut scriptum est : Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.* Triplex ratio victoriæ christianorum, *ibid.*

VICTORIA (S.). S. Victoria carnalem fratrem, quia gentilem, agnoscere renuens, solos christianos fratres suos esse dixit, XV, 317, 1, 2. Victoriæ martyris illustris agon et triumphus, XXI, 52, 2. Quam generose in tormentis pro fide irrogatis mapens constans tentationes exteriores superarit, XI, 560, 2.

VICTORIA matrona Africana. Victoriæ matronæ Africanæ magnanimitas in tormentis, XV, 276, 2.

VICTORIANUS. Victorianus proconsul Carthaginis quam in tormentis pro christianismo impositis fuerit alacer, XI, 560, 2. Quibus verbis se in tormentis animarit, XV, 273, 2.

VICTORINUS martyr, Victorinus martyr *Isaiam* commentatus est, XI, 99, 1.

VICTORINUS rhetor. Victorinus rhetor ad fidem adultus conversus, ejus professionem edidit, XIX, 262, 1.

VICTORINUS monachus. Victorini monachi post lapsum in peccatum carnis mira pœnitentia, XVI, 205, 1.

VICTUS. Victi spargunt aurum ut effugiant, et hostem insequentem morentur, IV, 431, 2. Victi a victoribus calcari solent, XI, 613, 1, 2. Supplices manus victoribus tendunt, 270, 2 et seq. Victus victori manum dans, dat simul omnia sua, XII, 319, 1.

VICTUS *subst.* pro cibo. 1° Victus sæpe ponitur pro *vita*, X, 343, 1. De victu suo sollicitos esse Christus vetat, XVI, 146, 2 (*Vide* Cibus, Panis, Dei Providentia, Sollicitudo). Victus athleticus quis sit, XVIII, 333, 2. Victus Prophetarum fuit sobrius et vilis, XIII, 229, 1, 2 (*Vide* Propheta). Victus pauperi dandus multipliciter accipitur, IX, 143, 1 (*Vide* Eleemosyna).

2° Victus spiritualis quis sit, VI, 61, 1.

VIDERE. 1° *Videre* Hebræis pro quolibet sensu accipitur, X, 477, 2; XVIII, 140, 1; XX, 327, 1. Pro *cavere* accipitur, XIX, 41, 1. Item pro *cognoscere*, XX, 210, 2. *Videre* est certo cognoscere, XI, 66, 1. *Videndo videre* significat dilucide videre. *Videre* et *audire* sæpe idem sunt in divinis, XI, 103, 2; XVI, 350, 2. *Videre* etiam pro *frui* et *possidere* accipitur, XVI, 339, 1; 455, 1. *Videre melius est quod cupias*, etc., quid genuine significet, VII, 231, 1, 2. Quid mystice, *ibid.*, 2. Videntes per foramina, sunt oculi, 386, 2. Videre homini desiderabile, XV, 455, 2.

2° Quæ videntur, etiam credi possunt, estque illa etiam bona fides, XVI, 638, 1, 2.

3° Videntes etiam dicuntur Prophetæ, XI, 104, 1.

4° Videre Deum quomodo quis possit, XIV, 573, 2.

Nemo videre Deum naturæ suæ viribus potest, XIX, 265, 1. Quid sit videre hic per speculum, XVIII, 384, 1. Videntes Deum similes sunt Deo, nunquam videntes semper dissimiles, *Psalm.* I, 196, 2. Videre in lumine lumen quid sit, 223, 2 (*Vide* Deus).

VIDUA. 1° *Viduæ sunt Deo curæ*, V, 469, 1 : *Domum superborum demolietur Dominus, et firmos faciet terminos viduæ.* Viduæ Deum tutorem habent, XIX, 237, 1; XX, 93, 1. Earum est protector, X, 555, 1. Viduarum gemitus et clamorem exaudit Deus, 224, 2: *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt? et exclamatio ejus super deducentem eas?* Viduarum oppressio est summæ crudelitatis, *Job*, 468, 2 : *Viduas dimisisti vacuas, et lacertos pupillorum comminuisti*; 496, 2: *Asinum pupillorum abegerunt, et abstulerunt pro pignore bovem viduæ.* Cur pro viduis oret Ecclesia, XIX, 236, 1. Earum cura habenda est, *Job*, 619, 2. Viduæ Græcorum qua in re despectæ essent in ministerio quotidiano, XVII, 160, 1. Quæ viduæ ab omni præsidio et subsidio destitutæ sint, XIX, 235, 2 : *Viduas honora quæ vere viduæ sunt.*

2° *Viduarum officia.* Viduæ silentii et solitudinis sint amantes, IV, 332, 2 : *In superioribus domus suæ* (Judith) *fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Cur vocentur mutæ, VI, 486, 2 et seq. : *Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt.* Vidua quomodo dicatur silens ac ligata, XII, 352, 2. Viduæ carnem cilicio obarment, IV, 332, 2. Sint a vino temperantes, XIX, 237, 1. Pudicitiam suam quomodo servare debeant, IV, 332. 2 et seq. Vidua nocte maxime dolet et plangit. XII, 353, 2 : *Quomodo sedet sola civitas plena populo : facta est quasi vidua domina gentium..... Plorans ploravit in nocte, et lacrymæ ejus in maxillis ejus.* Viduæ sint univiræ, V, 469, 2. Viduæ univiræ honorabiles erant etiam ethnicis, XIX, 240, 2. Vidua quomodo parentibus vicem reddat, 236, 2 et seqq. : *Si qua vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus.*

Viduæ ecclesiasticæ quæ et quales esse debeant, 236, 1 et seqq. Quædam domi seorsim, quædam in collegiis vivebant, *ibid.*, 1. Septem earum dotes requirit Apostolus ; *prima* est, filios et domum pie regere; *secunda*, parentes colere; *tertia*, mortuo marito, sperare in Deum: *quarta*, instare orationi; *quinta*, fugere delicias; *sexta*, esse irreprehensibiles; *septima*, piis operibus se dedere, 237, 2. Cur uniores a templi ministerio arceat Apostolus, 242, 1 : *Adolescentiores autem viduas devita, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt.* Has nubere suadet, non jubet, 245, 1 : *Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* Cur viduæ Romanæ intra annum luctus nubere non possunt, IX, 584, 1. Cur viduæ ægre in monasteria admittantur, 246, 1. Viduæ cur sint ad dandum proniores, XV, 491, 2 : *Væ vobis, scribæ et pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes.* Sunt stimulus virginibus ad virginitatem servandam, V, 469, 2. Viduam ducere non est illicitum, cur tamen id dissuadeatur, IX, 21, 1.

3° *Viduæ quid repræsentent.* Viduæ Ecclesiam repræsentant, V, 469, 2. Viduæ Sarephtanæ prospexit Elias tempore famis, et quos hæc vidua denotet, XVI, 105, 2. Vidua Sarephtana Eliam pascens, vicit naturam, famem, mortem et Abrahamum, XI, 150, 2. Vidua lugens mortem unigeniti est Ecclesia, XVI, 119, 2. Quid denotet vidua judicem importune rogans, 239, 1. Quid allegorice et tropologice, *ibid.*, 2.

VIDUITAS. Viduitas melior et beatior matrimonio, XVIII, 322, 2 : *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat : tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium; puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam.*

VIDUUS. Viduus Deus quis esset Romanis, II, 295, 2.

VIENNENSIS. Viennensis Ecclesia Crescentem fundatorem agnoscit, XIX, 313, 2.

VIGESIMUS QUARTUS. Vigesimi quarti numeri perfectio, XXI, 100, 1.

VIGESIMUS QUINTUS. Vigesimi quinti numeri mysteria, XII, 840, 2.

VIGIL. Vigiles in *Cantico* pontifices et principes Hierosolymitanos, angelos, apostolos, præsules, pastores, etc., significant, VII, 610, 1, 2. Item prophetas, philosophos, 611, 1.

VIGILARE, VIGILANTIA. 1° *Vigilandum semper est cuique*, XV, 522, 2 : *Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia qua nescitis hora Filius hominis veniet*, etc. Vigilandum est quia dies mortis est incerta, 528, 2. *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.* Vigilare nos oportet, expectantes Dei adventum, exemplo famulorum expectantium de nocte dominum facibus accensis, XVI, 175, 1, 2 : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis* ; 178, 1 : *Beati sunt servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes*, etc. Vigilantia in servitio Dei adsit, *Job*, 197, 2. Vigilandum ad resistendum diabolo, XX, 390, 2 et seqq. ; *Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret; cui resistite fortes in fide.* Vigilandum et orandum ut in tentationem non intremus, XV, 572, 2 : *Vigilate et orate ut non intretis in tenta-*

tionem. Vigilandum etiam in oratione, XX, 354, 2; *Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus.* Vigilantia cohæret sobrietati, XIX, 337, 2 : *Igitur non dormiamus sicut et cæteri, sed vigilemus et sobrii simus;* 259, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, perfecte sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam.*

2° *Quibus præsertim vigilantia necessaria sit.* Vigilantia ad pastores spectat, XX, 379, 2 : *Pascite qui in vobis est, gregem Dei.* Vigilantia et cura gregis prima dos pastoris, XIV, 490, 1. Vigilare est proprium episcoporum, XXI, 65, 1 ; 67, 1 : *Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* Vigilandum ductori fidelium, XI, 331, 2. Vigilant superiores pro subditis, XIX, 522, 1 : *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.*

Vigilantia est principi necessaria (*Vide* PRINCEPS).

Vigilantia in belli duce requisita, IV, 239, 1, 2; 391, 2 (*Vide* BELLUM, DUX). Vigilantia apud Persas et alios in pretio habita, 379, 1, 2.

3° *Vigilantiæ emblema et symbola,* VI, 500, 1 ; XIV. 408, 2 : XXI, 65, 1.

VIGILANTIUS hæreticus. Vigilantius censuit animas sanctorum non videre Deum ante diem judicii, XIX, 491, 1. Ante reliquias sanctorum lampades accendi noluit, XV, 408, 1. Eleemosynas in primitiva Ecclesia fieri consuetas non probabat, XVIII, 469, 2. Docebat melius esse divitias retinere ad faciendas eleemosynas, quam eas simul relinquere, XV, 429, 1, 2.

VIGILANTIUS alter. Vigilantius ab Astione ad parentes ipsius missus est, ut eos de ipsius morte mœrentes solaretur, V, 291, 3.

VIGILIA. 1° *Vigilia pro labore nocturno vel nocte insomni.* Vigilia Demosthenis et Acœmetarum, VII, 302 2. Vigilia conciliatur a frigore, 179, 2. Vigilia nocturna hominem tabescere facit, X, 110. 2.

2° *Vigilia pro vigilantia.* Vigilia spiritualis suadetur, XVIII, 224, 2. Vigiliam Christus inducit, diabolus somnum, XIV, 195, 2. Ejus remoræ, XIX, 138, 1 (*Vide* VIGILANTIA).

VIGILIÆ. 1° *Vigiliæ pro divisione diei et noctis.* Vigiliæ Romanis diurnæ et nocturnæ erant quatuor, V, 120, 2; XII, 379, 1 ; XVII, 399. 2 et seq. Vigiliæ Hebræis et Græcis tres erant, V, 120, 2.

2° *Vigiliæ pro precibus nocturnis in pervigiliis sanctorum.* Vigiliæ in sanctorum pervigiliis unde ortum habuerint, XX, 390, 2 et seqq. Vigiliarum nocturnarum antiquitas, IV, 328, 2. Vigiliæ in festis martyrum olim usitatæ, VI, 503, 1. Vigiliæ in basilicis et sepulcris martyrum commendantur, XI, 746, 1. Vigiliæ fidelium nocturnæ in precibus, XVII, 267, 2. Eas coarguit Vigilantius hæreticus, *ibid.* Vigiliæ primorum christianorum, XIX, 136, 1.

VIGILIUS Papa. Vigilii Papæ libertas in carpendo Justiniano imperatore, et ei iniqua petenti quam intrepide restiterit, II, 277, 2; XI, 111, 2; XX, 287, 1.

VIGINTI. Viginti tria millia quæ sint illa Hebræorum cæsa quorum Paulus meminit, XVIII, 342, 1.

Viginti quatuor seniores in circuitu throni Dei sedentes quinam sint, XXI, 98, 1 et seqq. Hi repræsentant quales esse debeant senatores, 97, 2 ; 100, 2. Quid per eorum numerum designetur, 110, 1, 2. Quomodo prociderent ante sedentem in throno, et eum adorarent : quid per hoc denotarent, 114, 1. Deo laudem deferunt, 116, 1. In manu citharas et phialas habebant, 127, 2.

VILALPANDUS. Vilalpandi conjectura de gladio idoli ab Achan sublato, levis est et incerta, III, 45, 2.

VILIS. Viles, duri, barbari dicuntur e petra, saxo aut caverna prognati, XI, 604, 1. Vilis etiam non est lædendus aut spernendus, VI, 437, 1. Viles non sunt negligendi in operibus charitatis, XVI, 28, 1,

VILITAS. Vilitas carnis et hominis, XI, 494, 2 (*Vide* HUMILITAS, SUPERBIA). Vilitas voluptatum mundi, VII. 19, 1, *vide* MUNDUS. VOLUPTAS.

VILLA. *Villa* dicta quasi *vella*, XVI, 214, 2. Villæ emptores, quos designent, 197, 2.

VILLEGISUS. Villegisus archiepiscopus Moguntinus quam in sua dignitate modestus fuerit, I, 372. 1,

VILLICUS. Villicus aliquando capitur pro *dispensatore* et *administratore.*

VIMINALIS. Viminalis collis quis esset Romæ, XXI, 316, 2.

VINACEA. Vinacea sunt uvarum folliculi, XIII, 326, 2. Sunt symbolum rerum vanarum et futilium, 327, 1.

VINCENS, VINCERE. 1° Vincere semper in bello ut nunquam vincaris est impossibile, IV, 457, 1, 2.

2° Vincens quis dicatur in epistolis Christi ad episcopos Asiæ, XXI, 52, 2. Vincentibus cœleste præmium promittitur, XXI, 370, 2.

VINCENTIUS (S.) martyr. S. Vincentius ad tormenta anhelavit, XVI, 183, 2; XIX, 497, 1. Ejus mira coram Daciano præside fortitudo, XXI, 77. 1. Ejus in tormentis fortis animus, XII, 21, 2; XX, 399, 2. Inter tormenta altius assurgens Dacianum tyrannum ad stuporem adegit, XI, 599, 2; 687, 2. In igne illæsus mansit, XIX, 421, 1.

VINCENTIUS (S.) FERRERIUS. S. Vincentius quoto anno sit monasticam vitam professus, XIX, 303, 2. Dæmonis fraudes agnovit. cum juvenis donum perseverantiæ peteret, XVIII, 676, 1. Sola Biblia ad efformandas suas conciones legebat, I, 18, 1. Quam fervens fuerit concionator, XII, 342, 2. Una lingua loquens, a variis gentibus intelligebatur, XVII, 87, 2. Dono discretionis spirituum do-

natus fuit, XVIII, 373, 2. Mundi finem instare semper prædicabat, XXI, 355, 1, 2. Ejus victoriæ per prædicationem evangelicam, 141, 2. Etiam pueros docebat privatim, XVII, 32, 1, 2. Quare varios presbyteros secum duceret, 33, 2; 308, 2 et seqq. Vetabat suos pecuniam oblatam in via accipere, XV, 260, 1. Suos tamen procuratores habebat, 261, 2. Semper pene pedes provincias oberravit, XVII, 27, 1, 2. Suis precibus locustas fugavit, XIII, 481, 2 Duos reos ad supplicium ducendos ita permovit, ut facies eorum accensæ apparerent, XI, 178, 1. Fuit atlas orbis, XIV, 618, 2. An sit angelus Evangelium æternum habens, XXI, 278, 2.

VINCENTIUS (S.) S. Dominici discipulus. S. Vincentius beati Dominici discipulus, laude Dei infrenatus fuit, et ejus pia mors, XI, 576, 1.

VINCTUS. 1° Vinctis compati debemus, XIX, 514, 1.

2° Vincti spei sunt duplices; erantque Judæi fideles expectantes redemptionem Israel per Christum, XIV, 461, 2. Quinam tales præterea fuerint, 462, 1.

VINCULUM. 1° *Vincula litterali sensu sumpta.* Primo. Vincula S. Petri Hierosolymis, XVII, 260, 1. Ea Deus et Ecclesia honoraverunt, 261, 2 et seqq. Eorum elogium, 262, 2.

Secundo. S. Pauli prima vincula quando contigerint, XIX, 1, 2. Quas epistolas e vinculis scripserit, et qui ei tunc ministraverint, XVII, 444, 2. Per ea vincula non est impeditum, sed promotum Evangelium, XIX, 8, 2. Vincula Pauli sunt insignia gloriæ, XVIII, 610, 1. Ea purpuræ Neronis præferuntur, XIX, 285, 2. Animare debent christianos ad cruces tolerandas, 112, 2.

2° *Vincula symbolico sensu accepta.* Primo. Vinculum matrimonii quam sit arctum, XVIII, 295, 1; 665, 1 (*Vide* MATRIMONIUM).

Secundo. Vinculo triplici anima Deo colligatur, XIII, 305, 2. Vincula charitatis sunt leges tum Judæorum, tum christianorum, 430, 1.

Tertio. Vincula peccatorum quæ sint, XII, 552, 1. Vincula possessorum iniquarum opum, VI, 101, 1 (*Vide* AVARUS, PECCATOR).

Quarto. Vinculis quibus æternis ligati sint dæmones, XX, 661, 2 (*Vide* DÆMON).

VINDEMIA, VINDEMIATIO. 1° Vindemia et vinum cur jungantur messi tam apud Joelem, quam apud S. Joannem in *Apocalypsi*, XIII, 522, 1.

2° Vindemia in Scripturis sæpe excidium significat, XI, 432, 2. Vindemiatio in Scriptura passim pro *punitione* capitur, XXI, 285, 2.

VINDEMIATOR. Vindemiatores collecta vindemia solent tripudiare, et suam canticis lætitiam testari. XII, 198, 1.

VINDEX. Vindices sunt spiritus tam boni quam mali, X, 318, 2. Item elementa et variæ creaturæ, 320, 2.

VINDICARE. 1° *Vindicare* apud veteres significabat *defendere*, XIII, 359, 1; XVI. 238, 2. Capitur aliquando pro *liberare*, XXI, 150, 1, 2. Quælem vindictam petant martyres, *ibid.*, 2.

2° Quomodo Deus se de impiis vindicet, XIV, 302, 1 (*Vide* DEI JUSTITIA).

3° Vindicare signum est pusillanimis animi, X, 47, 2. Vindicare se non est actus fortitudinis, sed abjectionis, XVIII, 216, 2 et seq. (*Vide* VINDICTA).

VINDICIA. Vindicia virga quæ sit, XIX, 248, 2.

VINDICTA, ULTIO. I. VINDICTA DIVINA.—1° *Ulcisci Deo proprium*, XVIII, 215, 2: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.* Non est a Deo postulanda, sed ipsi committenda, X, 45, 1: *Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit*, XIX, 194, 2.

2° *Qualis sit Dei vindicta.* Ultio Dei est res pretiosa, XXI, 294, 2. Vindicta Dei celer in peccatores descendit, XIV, 413, 1. Vindicta Dei vigilat ad peccata, XII, 18, 1, 2: *Et factum est verbum Domini secundo ad me dicens: Quid tu vides? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud.* Semper peccatoribus imminet, XIV, 413, 1. Est inevitabilis, 414, 1. Vindicta Numinis celer in perfidos exemplo Ptolemæi Philometoris. IV, 471, 1, 2. Et impiissimæ stirpis Antiochi Epiphanis, 481, 1. Et in incestos, 488, 1, 2. Item in Tryphonem homicidam, 491, 1. Et Jasonem pseudopontificem, 516, 1. Ultio Dei facinorosos persequi solet, XVII, 436, 1: *Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus* (Pauli), *ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.* Vindicta Dei efficax, et omnia penetrat, X, 509, 1. Vindicta Dei horrenda est, XVIII, 215, 2. Ultio Dei et principum peccata sistit, 501, 2. Vindicta divina contra Absalonem, III, 509, 1, 2. Vindicta Dei in Judæos rebellantes, XIX, 381, 1 2. Vindicta Christi legislatoris timenda, 508, 2: *Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis avertimus.*

3° *Vindicta Dei qualiter in Scripturis vocetur et figuretur.* Vindicta Dei quomodo vocetur solemnitas Domini, XIII, 402, 1. Vindicta Dei dicitur aliquando ebrietas, XIV, 502, 1. Vindicta divina tenebris denotatur, VI, 71, 2. Vindicta Dei in reprobos per procellas et flumina apte exprimitur, XV, 216, 1 (*Vide* DEI JUSTITIA).

II. VINDICTA HUMANA. 1° *Quid sit vindicta et an sit licita.* Vindictæ genus est reddere malum pro malo. VI, 73, 2 et seq.: *Ne dicas: Reddam malum; expecta Dominum, et liberabit te.* Vindictæ appetitus homini innatus est, estque ei gaudium, IX, 675, 2 et seq. Vindicta est solamen acceptæ injuriæ, XII, 543, 2: *Et complebo furorem meum*

et requiescere faciam indignationem meam in eis, et consolabor. Eam Gentiles laudabant, X, 48, 2. Ultionem injuriarum suadent ethnici et Mahometes, XI, 639, 1. Vindicta Gentilium erat dea, XVII, 436, 1, 2.

Ultio qua restrictione Judæis permissa fuerit, II, 121, 2 : *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum.* Moyses privatam vindictam non sancit, sed publicam, quæ a judice fit, 246, 1 ; *Ne dicas : Quomodo fecit mihi, sic faciam ei, reddam unicuique secundum opus suum.* Fieri ea debet animo dilectionis, non ultionis, *ibid.*

Vindictam vetat lex christiana, IX, 676, 1. Vindicta non est legis novæ, sed antiquæ, XVI, 141, 2: *Cum vidissent autem discipuli ejus, Jacobus et Joannes* (Samaritanorum inhumanitatem erga Jesum), *dixerunt : Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos ? Et conversus increpavit illos, dicens : Nescitis cujus spiritus estis.* Vindicta grave malum est, IX, 683, 1. Contra vindictam documenta, XVIII, 215, 1. Quantopere sit fugienda, II, 121, 2.

2° *Vindicta est homine indigna.* Vindicta est opus animi feminei, VI, 13, 1. Se ulcisci est imbelle, XVIII, 216, 2 et seq. : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Non ulcisci facit hominem Deo similem, VI, 14, 2 : *Doctrina viri per patientiam noscitur ; et gloria ejus est iniqua prætergredi.* Vindicta sancta est injuriam condonare, *ibid.*, 1 ; 262, 2 et seq. Vindicta reges dedecet, III, 416, 2.

3° *Vindictæ mali effectus.* Vindicta in suum auctorem retorta, IV, 379, 2. Vindictam cupientis peccata Deus vindicabit, X, 45, 2 : *Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit* (Vide Injuria, Ira).

4° *Qualis vindicta licita sit, et qualiter exercenda.* De vindicta privata inimici gaudere illicitum est, non de publica, VI, 235, 1, 2 : *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam.* Ultio injuriæ privata vetatur, publica licet, IX, 300, 1 : *Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ.* Vindicta sumenda non de propria, sed de Dei injuria, III, 624, 1, 2. Vindicta de peccatis sedatur Dei furor, X, 220, 1 : *In tempore consummationis effundent virtutem : et furorem ejus qui fecit illos placabunt.* Vindicta scelerum quam Deo grata sit, XII, 713, 1 ; XIV, 431, 1. Vindicta expiatur terra et sanguis innocens effusus, XIII, 529, 1, 2 : *Ægyptus in desolationem erit, et Idumæa in desertum perditionis : pro eo quod inique egerint in filios Juda, et effuderint sanguinem innocentem in terra sua..... Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram : et Dominus commorabitur in Sion.* Vindicta justa est ut qui aliena rapuit perdat sua, XIII, 584, 2.

Vindicta per clementiam temperanda, XIV, 21, 1. Non ex ira, sed amore justitiæ capienda, III 658, 1.

VINEA. 1° Vinea jucundissima est, XIII, 411, 1. Potissimum erat prædium antiquis, præsertim patriarchis, *ibid.* Eam solebant in atrio domus plantare ad umbram et amœnitatem : est quid medium inter hortum et agrum ; est quæstuosa et deliciosa, maxime fructifera est, *ibid.* Vinea Engaddi fertilissima est, 317, 2. Vinea semper excoli vult, XI, 154, 1. Hinc vocatur tinea, *ibid.* Vineam ablaqueari quid sit, *ibid.* Vineam non serendam diverso semine quo modo Deus præcipiat, II, 478, 1. Vineis multum nocent vulpes, VII, 591, 1. Vineæ Naboth situs, XIII, 288, 1.

2° Vineæ comparatur Ecclesia tam Gentium quam Judæorum, VIII, 234, 2. Vinea Domini olim erat Synagoga, jam est Ecclesia, XIII, 411, 1. Vinea est Ecclesia, et vineæ proprietates ei adaptantur, XI, 152, 2. Vinea in *Cantico* quid significet, et cur ejus crebra fiat mentio, VII, 459, 1. Vineæ florentes sunt angeli, 586, 1. Item patriarchæ et prophetæ, *ibid.* Vinea animæ a nobis plantanda, putanda et colenda est, VII, 94, 1 ; XV, 470, 2. Vinea mentis justo excolenda est, 592, 1.

3° Vineæ in castris quid essent, XII, 688, 2.

VINOSUS. Vinosi non sunt ad potandum provocandi, X, 140, 1 (*Vide* Ebrius).

VINUM. 1° *Vinum unde dicatur, quando inventum, ejus proprietates naturales et variæ species.* Vini etymon, X, 138, 1, 2. Vinum dicitur a vi, VI, 43, 1. Unde dicatur Lyæum, X, 138. 2. Vinum Hebræis omnem potum denotat, XVIII, 361, 2. Id Hebræis dicitur mixtio, VI, 205, 2 et seq. Vini non erat usus ante diluvium, I, 73, 2, XV, 343, 2. Ejus usus cœpit a Noe, X, 136, 2. Ipsum mox ut a Noe inventum ob omnibus avide arreptum est, XIII, 342, 1, 2. Ejus nomen in omnes prope linguas transiit, *ibid.* Vinum spirituosum est, et spiritus suos per bullas ejaculatur, VI, 206, 2. Vinum est quasi calor et anima coaguli lactis, XI, 650, 1, 2. Vini oculus qui dicatur, VI, 206, 1, 2. Vinum fugiens quod dicatur, XIII, 349, 1. Vinum optimum est quod in suis fæcibus residet, XI, 363, 2. Et quidem in dolii medio, VI, 276, 1 ; XI, 368, 1. Vinum vetus optimum est, XV, 335, 1, 2. Vinum vetus novo præstat, IX, 286, 2 ; 287, 1. Vina in centum annos servantur, XVI, 556, 2. Vinum amarum dulci præstat, VI, 266, 2 et seq. Vinum omne etiam album flavescit, VI, 206, 1, 2. Vina Palæstinæ rubent, *ibid.* Vinum album lac dictum, VIII, 92, 1. Vinum atrum fert Judæa, XI, 388, 1. Vinum aromaticum quod dicatur, XIII, 472, 2. Vinum nardinum, myrrhatum, foliatum quid, 473, 1. Vinum croceum olim Romæ in theatris spargebatur, *ibid.* Vinum cur condiatur, *ibid.* Vinum Engadditanum, VII, 530, 1. Vinum Libani erat præstantissimum, XIII, 472, 2. Vinum Libani vario sensu accipitur, *ibid.* Vinum

Cretense etiam præstantissimum, XIV, 290, 1.

Aquam in vinum Christus in nuptiis convertit, XVI, 331, 1. Et quidem in rubrum et optimum, *ibid.* et 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS).

2° *Vini usus legitimus.* Primo. *Vinum ad quid creatum. Est creatura Dei*, X, 137, 2 : *Exultatio animæ et cordis, vinum moderate potatum. Sanitas est animæ et corpori sobrius potus.* Creatum est ut homines afflictos exhilaret, non ut illo se inebrient, *ibid.* Ejus commoda, *ibid.* Vinum est conviviorum decus, 133, 1. Vinum potus nobilissimus, XVI, 333, 2. Vini et cantus sympathia, X, 151, 1 : *Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini.* Vinum est lac senum, VIII, 92, 1. Est lac senum, est lignum vitæ, imo vita hominis dici potest, XIII, 411, 2. Vini usus est in vulneribus, XVI, 152, 1.

Secundo. *Vini legitime et moderate sumpti boni effectus.* Vinum sobrie sumptum sanitatem homini affert, et commodam vitam, et acuit ingenium, et vitam conservat, X, 135, 1 et seq. : *Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate ; si bibas illud moderate, eris sobrius.* Est datum a Deo ad tristitiæ remedium, VI, 485, 1 ; 486, 1 : *Date siceram mœrentibus, et vinum his qui amaro sunt animo : bibant et obliviscantur egestatis suæ, et doloris sui non recordentur amplius.* Mœrentem exhilarat, et curas solvit, 114, 1. Vini vires et effectus, 136, 2 et seq. : *Vinum in jucunditatem creatum est, et non ab ebrietate, ab initio.* Addit cornua et animum pauperi et timido, XIII, 605, 1, 2. Animas accendit in prælia, et hominem interritum reddit, XIV, 179, 1. Vino generose oppleti intrepide in hostes irruunt, 481, 2 : *Et erunt quasi fortes Ephraim, et lætabitur cor eorum quasi a vino.* Vinum forte cur damnatis ad mortem propinaretur, XIII, 553, 1 ; XV, 616, 2 ; 629, 2.

Vinum datur elephantibus ad potandum, cur, IV, 442, 2. Epotum a tauris aliisque animalibus facit eos furiosos et feroces, *ibid.*

Tertio. *Quomodo vinum sumi debeat, ut homini eo utenti bene sit.* Vinum bibendum suo tempore, X, 138, 1 et seq. Item quantum sufficit, *ibid.* Id si forte aqua diluendum, *ibid.* Quando id bibendum, et quando aqua, ad sanitatem, *ibid.* Vinum meracum semper bibere molestum est et male sanum, V, 567, 3. Miscendum est aqua, *ibid.* Vinum aqua miscebant veteres, cur, V, 250, 1 ; XXI, 326, 1 Illius mixturæ commoda, XXI, 279, 1. Divites ei per æstatem nivem admiscent, VI, 268, 2. Vinum dulce cum lacte mixtum gratum est et utile, VIII, 92, 1. Vinum post lac est optimum, lac post vinum est venenum, 92, 1.

Quarto. *Vini usus in sacrificiis et in divinis.* Vinum in sacrificio in Dei honorem vel in terram effundebatur, vel a sacerdotibus bibebatur, XIII, 400, 2. Vini effusio erat sacrificii consummatio, X, 542, 2. Vinum quotidie in jugi sacrificio agni libabatur, XIV, 562, 2 et seq. Vinum dabatur olim recens baptizatis, XVIII, 268, 1.

3° *Quinam olim vino abstinuerint, et quibus prohibitum*, VI, 210, 1. Id non bibebant Nazaræi, XIII, 553, 2. Illud mulieribus romanis olim prohibebatur, VII, 467, 1. Vinum erat prohibitum sacrificaturis, et quare, II, 57, 1. Eidem deditum esse clericum quam sit absurdum, *ibid.*, 2. De abstinentia a vino morale, *ibid.* De vini abstinentia documenta ex Gentilibus, *ibid.* Vinum usque ad decimum octavum annum Plato interdixit, XIX, 330, 2. Vino abstinuit S. Paulus, XVII, 346, 2 ; XVIII, 7, 2. Id ipse modicum permittit, XIX, 250, 1. Vino et carnibus communiter apostoli abstinuere, XVII, 28, 2. A vino abstinent sancti et pii, V, 158, 1.

4° *Vini immoderate potati incommoda et damna.* Primo. *Vini perniciosæ vires*, XIV, 228, 1 : *Et quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus et non decorabitur.* Vis ejus major quam veneni, X, 139, 1. Ingreditur blande, VI, 207, 2 et seq. : *Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus : ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regulus venena diffundet.* Serpente damnosius et pestilentius, VI, 208, 1. Est velut basiliscus, 208, 2. Suo intuitu nos rapit, *ibid.* Ejus mixtura statim inebriat, 207, 1. Igni comparatur, X, 134, 1, 2 : *Ignis probat ferrum durum : sic vinum corda superborum arguet, in ebrietate potatum.* Ei comparantur cupiditates, XIV, 228, 1.

Secundo. *Vini multum potati in corpus mali effectus.* Vinum sitim exacuit et accendit, VI, 213, 2 : *Et dices* (quando nimium vinum potaveris) : *Verberaverunt me, sed non dolui ; traxerunt me, et ego non sensi : quando evigilabo, et rursus vina reperiam ?* Vinum dulce lædit hepar et splenem, 276, 1. Vini potus multas fluxiones ciet, X, 128, 2. Vinum nimium sumptum caput et cerebrum crassis, crudis et biliosis vaporibus gravat, 138, 1 : *Vinum multum potatum irritationem, et iram, et ruinas multas facit. Amaritudo animæ, vinum multum potatum.* Qui vini potu mortem incurrerint, VI, 212, 1.

Tertio. *Vini nimium sumpti in animam pernitiosi effectus.* 1° *Vini mala collective sumpta*, VI, 43, 2 : *Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas : quicumque his delectatur, non erit sapiens*, 205, 1 ; 206, 2 ; 208, 1 ; 209, 1, 211, 1 ; 212, 1 ; 213, 1 ; 484, 1, 2 et seq. ; X, 138, 2 et seq.

2° *Vinum mentem homini eripit*, VI, 43, 2. Rationis et sapientiæ lumen extinguit, 45, 1. Vinum est mel ori, fel capiti, 45, 2. Quomodo mentem homini eripiat, et in omnia vitia præcipitat, XIII, 342, 1 : *Vinum et ebrietas auferunt cor.* Vinum fulmine concretum potantes exanimat et dementat, X, 402, 1. Cur vinum dicatur prodigium, VI, 43, 2. Est quid tumultuosum, item indomitum, *ibid.*

3° *Vinum passiones appetitus concupiscibilis et*

trascibilis excitat, VI, 45, 1; 483, 2. Iracundiam affert, X, 128, 2. Superbiam mentis probat, 134, 2: *Diligentes in vino noli provocare : multos enim exterminavit vinum.*

4° *Vinum parit libidinem et concupiscentiam*, VI, 43, 2 : *Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas : quicumque his delectatur, non erit sapiens ;* 209, 2 : *Oculi tui* (cum vino captus fueris) *videbunt extraneas, et cor tuum loquetur perversa.* Est libidinis incendium, X, 139, 1 : *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.* Vinum adauget luxuriam, XX, 259, 1. Vini potio nimia cur ad venerem ineptos reddat, XIII, 101, 1.

5° *Vinum secreta pandit*, VI, 483, 2 : *Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas* ; 175, 1. Hinc reis torquendis dabatur, *ibid.*

6° *Vinum apostatare facit multos*, IX, 526, 2 : *Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos* (*Vide* EBRIETAS, EBRIUS).

5° *Vinum symbolice acceptum.* Sapientia vinum convivis suis miscet et propinat, V, 250, 1 : *Immolavit* (Sapientia) *victimas suas, miscuit vinum et proposuit mensam suam.* Quid hoc significet, *ibid.* Quid vinum sapientiæ, X, 558, 2. Vinum est symbolum gratiæ, devotionis, fervoris, XVI, 332, 2. Vinum charitatis et amoris symbolum, VII, 557, 2 : *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Vinum etiam austeritatem legis Mosaicæ significat, 476, 1. Vinum spirituale quod dicatur, X, 558, 2. Vinum germinans virgines quid sit, XIV, 471, 2 : *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines ?*

Vinum iræ vocatur calix vindictæ in Scripturis, XXI, 324, 1 : *De vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes.*

Vinum delicias corporeas significat, VII, 475, 1, 2.

VIOLANTA. Violanta Aragoniæ regina punita aorasia, ne S. Vincentium Ferrerium in cella videret, quem in cella videre ex curiositate petierat, XI, 685, 1.

VIOLARE. 1° *Violare* pro *transgredi.* Violans legem unam, quomodo fiat omnium reus, XX, 111, et seqq., 114, 2 (*Vide* LEX, TRANSGRESSIO).

2° *Violare* pro *vim mulieri inferre.* Violatur nulla invita et obluctans, XIII, 182, 2.

3° *Violare* pro *profanare.* Violatio sepulcrorum apud omnes gentes fuit gravis injuria et infamia, IV, 232, 2.

VIOLENTER. Non violenter, sed leniter et suaviter Spiritus sanctus operatur, XIV, 400, 1 (*Vide* SPIRITUS SANCTUS).

VIPERA. 1° Viperæ etymon, et unde dicatur, X, 691, 1 ; XV, 99, 1, 2 ; XVII, 436, 1. Vipera an sit matricida, XV, 99, 1, 2. Quomodo pariat, XI, 691, 1. Fœtus ejus secundinas rumpit, *ibid.*, 2. Viperæ amant vinum, et sunt effusæ in libidinem *ibid.* Vipera quam cum mare suo sit concors, X, 338, 2. Viperæ pestis, XVII, 436, 1. Viperæ morsus quam sit noxius, XV, 99, 1. Vipera viperæ veneno medetur, X, 176, 2. Multis medentur dempto veneno, XV, 100, 1. Viperæ pastu balsami venenum amittunt, IX, 645, 1. Vipera posito veneno cum murena congreditur, V, 180, 1, 2. Viperæ scorpios vorant, XV, 99, 2. Viperæ erant parricidarum pœna, X, 321, 2.

Vipera manum Pauli non læsit, XVIII, 14, 1.

2° Vipera symbolum est uxoris viro dominantis, IX, 280, 1. Item adulterorum, 611, 1.

VIR, *vide* HOMO.

VIRAGO. Virago quæ dicatur, X, 2, 2. Est animo virili : tales non minus quam viri imitandæ, 426, 1. Virago generosa describitur, VI, 489, 1, 2.

VIRATA. Viratæ mulieres quæ dicantur, V, 56, 1.

VIRGA. 1° *Virga litterali sensu accepta.* Virga Moysis quæ mirabilia operata sit, I, 468, 1. Virga Moysis in colubrum conversa quid significarit ad litteram, 463, 1. Quid symbolice, *ibid.* Quid allegorice, *ibid.*, 2. Quid anagogice, *ibid.* Quid tropologice, *ibid.* Virgam Aaron in arca fuisse quomodo S. Paulus dicat, XIX, 434, 1, 2. Virgæ variegatæ ad quarum aspectum oves Jacob conceperunt, quid tropologice significent, I, 305, 1. Virgam qualem Christus suis vetet, XV, 263, 1, 2. Virgam viatoriam permittit, *ibid.* 2. Virga S. Benedicti dæmoni formidabilis, IV, 298. 2.

Virgis olim pœnitentes cædebantur, XV, 131, 1. Virgæ centurionales quibus centuriones cædebant delinquentes milites, e sarmentis vitium fiebant, XIII, 410, 2.

2° *Virga symbolico sensu sumpta.* Virga tria significat : *primo*, insigne honoris et potestatis, quale est sceptrum regum, fasces consulum, etc. ; *secundo*, virgam seu baculum quo alios ferias et percutias sicut præceptores virgis flagellant discipulos ; *tertio*, fulcimen, virgam et baculum cui incumbas, XV, 263, 1, 2.

Primo. Virga sceptrum significat, XIX, 360, 2. Pro sceptro regio usurpatur, *Psalm.* I, 485, 1. Virga insigne regni et regis est, XII, 92, 2 ; 644, 1, 2. Virga aurea Assueri beatam Virginem repræsentat, IV, 377, 1. Virga potestatem apostolorum notat, 263, 2.

Secundo. Virga pro correctione et vindicta. Virga indigent pueri ut stoliditatem et imprudentiam exuant, VI, 158, 1, 2. Virga disciplinæ debetur piis, virga iræ impiis, 159, 1. Virga frænum puerorum est, 192, 1. Est symbolum disciplinæ, *ibid.* Cur eis quadret, *ibid.* Ejus verber non est lethale, *ibid.*, 2. Virga parentum est causa electionis ad gloriam, 193, 1.

Quæ vocetur virga iræ impium consumens, VI, 147, 1, 2. Virga et baculus Dei quomodo dicantur tyranni, XI, 244, 1. Et impii quibus pios Deus pu-

nit, *ibid.* Virga impietatis quæ floruisse ab Ezechiele dicatur, XII, 552, 2. Virga vigilans quam vidit Jeremias fuit amygdalina, et cur, 17, 2. Quid designaret, XIII, 608, 1, Providam Dei vigilantiam significat, XII, 18, 1; 502, 2. Celerem quoque Dei ultionem, 18, 1. Fuit similis cometæ virgatæ, *ibid.*, 2. Virga ferrea quid significet, XI, 60, 2 et seqq.; *Psalm.* I, 17, 1.

Virga oris est acris objurgatio, ea necessaria uncionatoribus zelosis, XI, 260, 1.

Tertio. Virga significat etiam portionem hæreditariam, XII, 92, 2.

Quarto. Virga Jesse est beata Virgo Maria, XI, 255, 1. Vel radix. *ibid.*, 2.

Quinto. Virgæ duæ Zachariæ prophetæ, quarum uni nomen Decor, alteri Funiculus, quid significent, XIV, 487, 2 et seqq.

Sexto. Virga symbolum est recti judicii, IX, 272, 2. Virga amicitiæ tessera est, XV, 263, 2.

VIRGILIUS. Virgilii versus quam elaborati sint, XII, 223, 2. Is quomodo Ennium legerit, 225, 1. Virgilius de Christo a Sibylla dicta, Asinii Pollionis filio adaptat, XV, 53, 1.

VIRGINITAS. 1° *Virginitatis excellentia et dignitas.* Virginitas est bona, XVIII, 312, 2 : *Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.* Virginitas in se est virtus, 317, 1 : *Mulier innupta et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu.* Ea in parvulis non est virtus, sed conditio ætatis, XXI, 271, 1. Ejus dignitas præstat conjugio, quantum animus carni, cœlum terræ, Deus homini præstat et antecellit, 269, 1, 2 : *Et vidi, et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.* Longe excellentior est conjugio, *Psalm.* II, 365, 2 et seq. Conjugio præstat dupliciter, scilicet tam in tempore quam in æternitate, XVIII, 313, 2; 317, 1, 2. Id probatur quatuor rationibus, 317, 1, 2. Virginitas inter tres in Ecclesia status præcellit, *ibid.*, 2. Ejus elogia, XI, 658, 1, 2; 559, 1, 2 : *Et non dicat eunuchus : Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis : Qui custodierint sabbata mea, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et a filiabus,* XVIII, 317, 2. Octo ejus excellentiæ: *primo,* est imitatio vitæ angelicæ; *secundo,* est holocaustum; *tertio,* virginitate connubium cum Christo initur; *quarto,* virgines plus cæteris a Christo amantur; *quinto,* virgines sunt pars nobilissima Ecclesiæ; *sexto,* nuptiæ replent terram, continentia cœlum; *septimo,* virgines in cœlis eximium habent præmium et coronam; *octavo,* virginitas hominem similem Deo facit, 318, 1, 2 et seq. Virginitas excelsa est et admiranda, XI, 657, 1. Omnem virtutis communis altitudinem superat, XXI, 269, 1. Dici potest donum optimum et perfectum, XX, 64, 1. Per eam anima perfectissime Deo desponsatur, XVIII, 491, 1 : *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Virginitatis decem nobilissima encomia : *primo,* quod virgines cum Agno stent supra montem Sion; *secundo,* quod virgines habeant nomen Agni et nomen Patris ejus cœlestis scriptum in frontibus suis; *tertio,* quod sint citharœdi Dei, sed sonori et tonitrui; *quarto,* quod soli cantent canticum novum quo gratias agant ob tam rarum virginitatis donum; *quarto,* quod empti sint de terra et ex hominibus, id est pretio sanguinis Christi adepti sint hanc perfectam corporis et animæ puritatem; *sexto,* quod cum mulieribus non sint coinquinati, virgines enim sunt; *septimo,* quod sequantur Agnum, id est Christum, quocumque ierit; *octavo,* quod sint primitiæ Deo et Agno; *nono,* quod in ore eorum non sit inventum mendacium; *decimo,* quod sint sine macula ante thronum Dei, XXI, 268, 1, 2 et seqq., usque ad 277, 1. *Et vidi, et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitrui magni; et vocem, quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia, et seniores; et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno. Et in ore eorum non est inventum mendacium : sine macula enim sunt ante thronum Dei.* Virginitatis commendatio, I, 659, 2 et seq.. Virginitas est nota veræ Ecclesiæ, quæ non invenitur apud hæreticos, XVIII, 54, 2; 318, 2, 458, 1; XIX, 119, 2 : *Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium; ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.* Eam matrimonio æquant hæretici, XI, 658, 1, 2. Virginitas olim dedecori, nunc decori, III, 187, 2 : *Cui* (Josue) *illa* (filia ejus) *respondit : Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es; concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis. Dixitque ad patrem : Hoc solum mihi præsta quod deprecor : Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.*

2° *Virginitatis emblemata et figuræ.* Virginitas recte comparatur rubo et quare, I, 453, 1. Per smaragdum significatur. 681, 2. Per rhamnum figuratur, III, 655, 1. Virginitas est pomum pulcher-

rimum, VIII, 89, 1. Virginitas est flos et fructus, 354, 1, 2. Ipsa murenulis aureis figurata, VII, 319, 2. Rosa denotatur, IX, 637, 2; XVII, 268, 1. Cingulo designatur, XII, 112, 2; XVIII, 677, 2. Est margarita incomparabilis, XX, 314, 2. Ejus emblema ex S. Clemente, XXI, 275, 1.

3° *Virginitatis commoda et fructus.* Virginitas st mire fœcunda, XI, 197, 1 : *Ecce virgo concipiet, et pariet filium.* Semper viret, et suo virore splendescit, XXI, 97, 2. Virginitatis immortalitas, XVI, 652, 1 : *Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem, qui et recubuit in cœna super pectus ejus, et dixit : Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu : Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus : Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Virginitatis præmium, sapientia et prophetia, XVII, 379, 1 : *Huic autem* (Philippo Evangelistæ) *erant quatuor filiæ virgines prophetantes.*

4° *Virginitatis exempla.* Virgo fuit Jeremias, XII, 2, 1. Virginitas Danielis et sociorum, XIII, 183, 2. Virgines fuere tres pueri in fornacem Babylonicam conjecti, 52, 2. Virginitatem illibatam S. Paulus servavit, XVII, 216, 2. Pulchra virginitatis exempla, VIII, 354, 2. Virginitas exacte servata et præ morte obita, IV, 523, 2. Ebba abbatissa se cum omnibus suis monialibus naso et labro superiori truncavit, ut castitatem tueretur, VI, 528, 2.

5° *Virginitas non est præceptum, sed consilium,* XVIII, 396, 1; 312, 1 : *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis,* XXI, 269, 2. Ejus votum non est laqueus, XVIII, 319, 2 : *Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.*

6° *Virginitatis parandæ et servandæ praxis.* Virginitas tam est ardua quam excelsa, XXI, 269, 2. Quibus virtutibus pariatur et alatur, XXI, 272, 1. Virginitatis quæ optima custodia sit, VI, 452, 2 (*Vide* infra VIRGO, ubi eædem materiæ fusius explicantur).

7° *Virginitatis indicia quæ,* II, 479, 1 : *Si duxerit vir uxorem, et postea odio habuerit eam, quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, et dixerit : Uxorem hanc accepi, et ingressus ad eam non inveni virginem; tollent eam pater et mater ejus, et ferent secum signa virginitatis ejus ad seniores urbis qui in porta sunt; et dicet pater.... : Ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ.* An virginitatis in corpore aliquid extet signum, VI, 452. 2 : *Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro : viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram : viam navis in medio mari, et viam viri in adolescentia* (juxta hebræum, *viam viri in adolescentula*).

VIRGINIUS. Virginius laudatur a Gentilibus eo quod filiam occiderit ne violaretur, III, 492, 1.

VIRGO (Beata Maria) *Vide* MARIA.

VIRGO. 1° *Quæ sit virgo, et unde ejus nomen derivetur.* Virgo est quæ est corruptionis capax, hinc infantes proprie non sunt virgines, XVI, 80, 1. *Virgo* nomen a virtute derivatur, XVIII, 216, 2. Eam non facit abstinentia a conjugio, sed amor integritatis, XIX, 235, 2. An virgo debeat manere innupta, XVIII, 311, 1, 2.

Virgines mystice designantur per equos albos Zachariæ visos, XIV, 366, 1; 427, 1.

2° *Virginum honor, dignitas, prærogativæ.* Primo. *Virginum status similis angelico,* XIV, 585, 2; XV, 481, 2 et seq. : *In resurrectione enim, neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo,* XVIII, 318, 1. Superiores sunt angelis, XXI, 269, 2. Virgo angelo fortior, XVIII, 347, 1.

Secundo. *Virgines quam Deo proximæ,* XX, 499, 2. Virgo Dei fit sponsa, XI, 658, 1. Virgines sunt primitiæ Deo, cur, XXI, 263, 2 et seq., 277, 1. Virginum chori sunt exercitus et milites Dei, I, 755, 2. Præ aliis sanctis Deum sequuntur, IX, 613, 2. Virgo quædam gentilis, eleemosynis addicta, in baptismo sponsorem pro se habuit angelum, IX, 140, 1.

Tertio. *Virgines spirituale connubium cum Christo ineunt,* XVIII, 318, 1. Earum proles, *ibid.* et 2. Plus cæteris a Christo amantur, *ibid.*, 2. Sunt principes in aula Christi, XXI, 271, 2. Virgo est holocaustum et sacerdos Christi, II, 11, 1.

Quarto. *Virgines sunt nobilissima pars Ecclesiæ,* XVIII, 318, 2. Ubi multæ virgines, ibi conjugatæ sunt fœcundiores, XI, 661, 1. Virgines utriusque sexus votam Deo castitatem servantes nonnisi in orthodoxa fide reperies, IV, 414, 1. In templis primo loco erant virgines, VIII, 347, 1. Donum electum virginum quid, 345, 2 : *Dabitur enim illi fidei donum electum, et sors in templo Dei acceptissima.* Stant in culmine virtutis, XXI, 269, 1.

Quinto. *Virginum virilis animus.* Virgines christianæ fortibus ethnicis præferendæ sunt, V, 523, 1. Suam pudicitiam servare solent sese deturpando, IV, 337, 2. Virgo quædam ad aram confugiens, cum ad nuptias cogeretur, quam intrepide resisteret, XIX, 141, 1. Virgo quædam sibi oculos eruit et ad amasium misit quo illius improbitatem secluderet, XV, 167, 1. Virginum malentium mori quam violari exempla, XIII, 171, 2. Multæ initio Ecclesiæ, eo quod connubia respuerent, sunt martyrio affectæ, XX, 311, 1; 633, 1.

Sexto. *In periculis a Deo proteguntur.* Virgines a Deo proteguntur, XI, 658, 1. Virgines quas clientes suos beata Virgo protegit, IV, 356, 1, 2. Sanctarum virginum paedrus est Deus et Angeli, hinc cum virgines christianæ initio Ecclesiæ ad

lupanar damnatæ essent, plerumque illæsæ inde exiere, Deo eas tutante, X, 551, 1; XVIII, 320, 2; XXI, 325, 2. Virgines multæ in igne sub tyrannis illæsæ fuere, XI, 532, 2 : *Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te; cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te.* Virgines christianæ olim leones et lenones superarunt, XIII, 82, 1. Eas cur in direptione Romana a barbaris violari permiserit Deus, XXI, 81, 1.

Septimo. *Virginum honores et gloria in hac et in altera vita*, XI, 658, 2; 659, 1. Earum multiplex est decor, IX, 281, 1, 2. Sunt quasi quidam soles mithrati, IV, 337, 2. Sunt rosæ mysticæ, IX, 640, 1. Virgo semper virens et vivido roseoque colore florescens, juventæ nunquam senescentis, et vitæ immortalis est symbolum, XII, 601, 1; XIII, 411, 2; XIV, 472, 1. Virginum funera floribus ornari solent, XII, 300, 1, 2. Virginum triumphi, VIII, 357, 1 : *O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius : quoniam et apud Deum nota est et apud homines. Cum præsens est, imitantur illam, et desiderant eam cum se eduxerit, et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens.* Triplex earum corona, 358, 2. Virginum aureolæ quæ et quales, XIII, 171, 2. Earum quod canticum novum sit, XXI, 273, 2 : *Et cantabant quasi canticum novum ante sedem.... et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.* Virginum elogia, VIII, 44, 2; 346, 1. 2; 353, 2 et seq.

3° *Virginum officia.* Primo. *Virgo corpore et spiritu sancta sit*, XVIII, 317, 1 : *Mulier innupta et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu.* Virgines dignitatem suam et nuptias suas religiose servare debent, 491, 2. Non debent se Christo dicare nisi velint perseverare, 304, 2. Virgo sit simulacrum Dei, Deum semper intueatur, XI, 659, 2. Virgo sabbatum qua ratione custodiat, XI, 657, 2.

Secundo. *Contra pericula quæ illis imminent se caute custodire debent.* Virgines in adolescentia maximas tentationes patiuntur æque ac insidias castitatis. V, 67, 1, 2; 266, 1. Virgo quæ virginitatem amisit, illam nullo modo recuperare potest, XIII, 578, 2 : *Israel virgo projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.* Virgo vitium passa, ubi exoleverit, fere evadit meretrix, X, 368, 2.

Tertio. *Virgines multimoda modestia polleant.* Virgo qualem se intus et foris præbere debeat, X, 309, 2 : *Florete flores, quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis.* Virgines pro speculo beatam Virginem habere debent, I, 755, 2. Virgines ut angeli in publicum prodeant, 572, 2. Debent ornamenta sua ponere in mente, non in veste, 755, 2. Virgines olim erant cinctæ, XVIII, 677, 2. Et dabatur eis velum et annulus cum Deo sacrarentur, 491, 1, 2. Id velum dicebatur flammeum, *ibid.* Olim pulla veste induebantur, *ibid.* Virgo sit tecto capite in publico, 356, 1 : *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter angelos.* Virgines Solymitanæ et Arabicæ ita faciem velabant ut unum solum oculum liberarent, VIII, 64, 1 : *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.* Oculos suos custodiant, V, 125, 1 : *Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos*, IX, 281, 2; 282, 1.

Quarto. *Virgines virorum conspectum et alloquium fugiant*, VI, 452, 1, 2; XX, 61, 2; XXI, 270, 1. Virgo nunquam sine arbitro cum viro loquatur, XIX, 213, 2.

Quinto. *Virgo hebraice dicitur alma, et ideo debet esse abscondita, domi latens*, XI, 196, 2. Virgines sunt a parentibus custodiendæ, V, 452, 2; X, 368, 2 : *Filia patris abscondita est vigilia, et solliciludo ejus aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur, et cum viro commorata odibilis fiat.* Virgines sæpius dum balnea adirent, a dæmone correptæ sunt, XIII, 182, 1. Virginis cujusdam admirabilis clausura, XI, 684, 2: *Et vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem.* Virgines conclusæ ad Oniam sanctum concurrentes, quales, IV, 510, 2 : *Sed et virgines quæ conclusæ erant procurrebant ad Oniam; aliæ autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant.*

Sexto. *Virgines non superbæ, sed humiles sint*, IX, 124, 2 : *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* Virgo superba est proxima lapsui, XVIII, 54, 2.

Septimo. *Virgines sint prudentes et laboriosæ*, V, 157, 2. Manuali operi incumbant, 497, 2 : *Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Apes imitentur, IX, 333, 2. Eos Plato voluit exerceri in palæstra et circo, VI, 502, 2 : *Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum.* Virgines quinque fatuæ et quinque prudentes quos denotant, XV, 525, 2 (*Vide* CÆLIBATUS, VIRGINITAS).

4° *Varia de virginibus apud veteres.* Virgines Lacænæ sine dote elocabantur, IX, 246, 1. Virgines Cypriæ stupro ejusque pretio Venerem colebant, XII, 462, 1. Sacerdotum veterum filiæ virgines fornicantes puniebantur exustione ob simplicem fornicationem, II, 135, 2. Aliæ tamen virgines morte non puniebantur, *ibid.* Apud Romanos etiam vestales virgines fornicantes vivæ defodiebantur, *ibid.*

5° *Virginum quanta futura copia sub Antichristo*, XXI, 270, 2 et seq. An præcise futuræ centum quadraginta quatuor millia, *ibid.* et seqq. Erunt hi tam viri quam feminæ, 271, 1. E virgine Antichristus non est nasciturus, XIX, 157, 1.

6° *Virginum nomine Hebræi vocant urbes et regna, ob speciem, opes et gloriam*, XIII, 578, 2.

VIRGULA. Virgula fumi quid, VIII, 6, 1 ; 7. 1. Virgula fumi ascendens ex aromatibus myrrhæ et thuris, symbolum est beatæ Virginis, IV, 645, 1, 2.

VIRGULTUM. Virgulto Christus, at cedris superbi comparantur, XI, 624, 1, 2.

VIRIATUS. Viriati Lusitani a Romanis obsessi præfidentia, XIII. 68, 1.

VIRIDIS, VIRIDITAS. Viridis color mire oculos recreat, 361, 2. Viridis color visui maxime contemperatus est, X, 337, 1. Viridia sata cur summe oculos oblectent, 336, 2; 337, 1. Viriditas agrorum animum non illa queat, 337, 1. Ejus variæ sunt in herbis species, *ibid.*, 2. Unde illa oriatur, *ibid.*

VIRILIS. Virili ætati congruit conjugium, cur, IV, 270, 1.

VIROR. Viror a *vigor* derivatur, X, 337, 2. Viror spiritualis et mysticus quis sit, 338, 1 et seq.

VIRTUALE. Virtuale propositum emendationis ad veram contritionem quomodo sufficiat, XII, 636, 2 (*Vide* CONTRITIO, POENITENTIA).

VIRTUS. I. VIRTUTIS DEFINITIO ET NATURA. 1° *Virtutis etymon, et unde dicta; est dicta a vi et a viro quasi virilitas.* I, 434, 2; VI, 95, 1; 218, 2; 616. 1; IX, 7, 2; 249, 1, 438, 2 et seq.; XX, 416, 1. Debet esse mascula, XX, 416. 1. Virtutis variæ definitiones juxta philosophos et theologos, IX, 7, 1, 2 et seq.; 248, 2; 430, 2. Virtus omnis per charitatem definienda est, XVIII, 223, 2 : *Plenitudo ergo legis est dilectio;* 380, 2 : *Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Etsi habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia et omnem scientiam; etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Omne ejus officium Scriptura exprimit per justitiam et misericordiam, VI, 96, 2 : *Facere misericordiam et judicium magis placet Deo quam victimæ.* Virtus a Salomone scientiæ et doctrinæ nomine vocatur, V, 554, 1. Sapientiæ nomine sæpe vocatur, X, 335, 1 : *Vinum, et musica lætificant cor, et super utraque dilectio sapientiæ.*

II. VIRTUTIS NATURA ET GRADUS. — 1° *Virtutis natura.* Virtus est rectitudo et æquitas, V, 22, 1, 2. Virtus est veritas, 259, 1. Virtutes sunt veritatis lumina, V, 259, 1, XVIII, 678, 3. Omnes in prudentia connexæ sunt, XIX, 212, 1, 2. Virtus est perfectio rationis, V, 186, 1. Virtus vera in quo sita sit, nihil aliud est quam ordo amoris, VII, 560, 2 : *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Vitium vero deordinatio amoris, *ibid.*, 2 et seq. Virtus consistit in medio sicut centrum in circulo, V, 128, 1; XII. 753, 2, XIV, 243, 2; XIX, 180, 2, XX, 79, 2. Virtus in moderatione consistit, VII, 171, 1 Virtutis perfectio in quo consistat, *Job*, 70, 2. Virtutum opera intendunt habitum timoris et virtutis, IX, 84, 2. Earum omnes actus sunt cultus magni Dei, X, 214, 2. Virtus est quædam puritas et incorruptibilitas, XVIII, 685, 2 : *Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in corruptione;* XIX, 180, 1 : *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.* Virtutis alicujus perfectio in promptitudine voluntatis consistit, V, 334, 2; XVIII, 471, 1 : *Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.* Nisi sit voluntaria, non est virtus, XV 352, 1. E cordis intimo procedat oportet, V, 75, 1 : *Misericordia et veritas te non deserant, circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui.* Homo in eam ingreditur, et in hominem ipsa, VI, 191, 2 : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum et auris tua ad verba scientiæ.* Ejus capacitas et amplitudo, *ibid.* Virtutis et vitii antitheses, X, 27, 2. Virtus et voluptas sunt velut duo zelotypæ in nobis habitantes, VI, 187, 1. Virtus alia in via, alia in patria, *Psalm.* II, 58, 2 et seq. : *Etenim benedictionem dabit legislator : ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.*

2° *Virtutis gradus.* Virtutis sunt tres gradus et intensiones respectu eam habentium : *primus* est vulgaris, qualis est virtus communis fidelium; *secundus*, excelsior transeuntium et in divinam similitudinem transeuntium; *tertius* est divinam similitudinem jam assequentium, XIV, 590, 1, 2. Virtus quæque tres habet gradus : *primus* propositum, *secundus* fortitudo, *tertius* alacritas, XV, 490, 2. Virtutum perfectio vocari potest donum perfectum, XX, 64, 2. Virtutis cujuslibet dimensiones, XVIII, 619, 1.

II. VIRTUTIS HABITUS. — Virtutis schema et habitus, V, 263, 1. Elucet in facie et oculis viri prudentis, 550, 2 : *In facie prudentis lucet sapientia : oculi stultorum in finibus terræ.* Ejus decor et majestas, 552, 1. Est summe pulchra, 64, 1; 90, 1 : *Viæ ejus pulchræ, et omnes semitæ illius pacificæ.* Ejus pulchritudo tam animam quam corpus condecorat, VI, 528, 1 : *Fallax gratia et vana est pulchritudo : mulier timens Dominum ipsa laudabitur.* Homines et præsertim mulieres speciosas reddit, X, 14, 1 : *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super ætatem stabilem.* Comitem habet pudorem, V, 392, 2. Virtus externa est indumentum christiani, XVIII, 226, 1 : *Induimini Dominum nostrum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.* Virtus lucem et oculos ambit, V, 267, 1. Justorum virtus lux est, at impiorum nonnisi lucerna, 383, 1 : *Lux justorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur.* Virtutes etiam suum odorem habent, I, 280, 2. Sunt velut thy-

miama, X, 521, 1. Virtutis habituatæ signum est gaudium in ejus exercitio, XX, 23, 2. Virtus est fuci expers, VI, 230, 2. Virtus jactabundos fugit, VI, 230, 2. Ejus scoria est superbia. 352, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis.* Virtutes non sunt passim jactandæ, V, 289, 1 : *Sapientes abscondunt scientiam; os autem stulti confusioni proximum est.* Virtus publicata cito exterminatur, XV, 196, 1 : *Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito : et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Atque ideo maxime celanda est. 221, 1 : *Et ait illi* (leproso mundato) *Jesus : Vide nemini dixeris.*

III. Virtutis schema et symbola. — Virtutis symbola, VIII, 333, 2 et seqq. Arbori vitæ assimilatur, V, 91, 1. Est ad instar cervæ, 147, 2. Mystice est terra deserta, VI, 116, 2. Ejus exempla velut mel sunt, VI, 232, 1. Virtutes sunt quasi fontes, 119, 1. Per dextram denotantur, V, 127, 2. Equo designantur, VI, 131, 1. Virtutis schema et exemplum est sol, VII, 37, 2. Virtutis et lucis analogiæ. 113, 2; 647, 2. Virtutes sunt quasi aves, X, 26, 2. Virtutes variæ floribus accommodantur, XIII, 647, 2. Virtutes per ossa repræsentantur, X, 56, 2 et seq. Virtutes sanctorum velut alæ sunt, XII, 526, 1, 2. Eæ fructus sunt, 853, 2. Virtutes habituales dici possunt arbores e quibus nascuntur dotes habituales et actuales beatitudinis, 851, 1, 2. Virtute præditus per arborem Nabuchodonosoris repræsentatur, XIII, 56, 1, 2. Virtutes et bona sunt velut uvæ in animæ vinea crescentes, 647, 1.

IV. Virtutes singulariter sumptæ et earum inter se relatio. — Virtutes omnes et vitia non sunt paria, XVII, 320, 1. Virtus nulla per se consistit, sed ope aliorum indiget, 106, 1 : *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Omnes virtutes inter se connexæ esse debent, XXI, 337, 1. Una alteri adhæret XX, 415, 2 : *Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Una alteram adescat, XIX, 34, 1. Una perfecta cæteras adducit, XX, 113, 2 et seq. Quæ virtus sit optima VI, 231, 1. Quæ virtutes animum purificent, XVI, 330, 1. Virtus illa qua quis peccatorum commissorum pœnitet, non est una, sed duæ sunt, IX, 180, 2. Virtutum theologalium æqualitas inter se, XXI, 379, 2. Virtutum cardinalium quadrum quale sit, XII, 803, 1. Virtutes quatuor cardinales complectitur S. Lucas in quatuor beatitudinibus, XVI, 113, 1. Virtutes quatuor cardinales per vias aquilæ, serpentis, navis, et viri in adolescentia denotantur, VI, 454, 2. Item per quatuor bene incedentia, 468, 2. Item per quatuor Cherubim currus Dei, *ibid.* Eæ in quatuor animalibus Ezechielis denotantur, XII, 508, 1. An per quatuor animalia S. Joannis designentur, XXI, 107, 1. Virtutes cardinales in cœlo manebunt, VIII, 296, 1. Earum mystica significatio, *Psalm.* II, 161, 2. Virtutes quatuor apostolicæ per quadricolores Zachariæ equos significantur, XIV, 428, 2. Virtutes episcopales et vitia contraria, XIX, 323, 2. Cur eas heroicas et raras in episcopo Apostolus non requirat, 215, 1. Virtutes quasnam in Eucharistia homo exerceat, XIV, 468, 2; XV, 560, 2. Virtutes novem perfecti christiani, XX, 320, 2. Virtutes decem orationi sunt necessariæ, XV, 357, 1 (*Vide* unamquamque virtutem de qua hic agitur, et insuper Eucharistia, Oratio, Pœnitentia).

V. Virtutis excellentia, dignitas et pretium. — Virtus omnibus naturæ bonis præponderat, X, 97, 1 : *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro et argento; et corpus validum quam census immensus.* Auro est potior V, 207, 1 : *Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari.* Ipsa est velut adamas, 86, 2 : *Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus.* Virtutes maxima sunt bona, IX, 7, 2; 8, 1. Sunt veræ et spirituales divitiæ, V, 381, 2; XVI, 171, 1. Virtutis mercatura est præstantissima, V, 85, 2. Illius comparatio cum unguentis pretiosis, VII, 238, 1. Virtus pluris æstimanda quam divitiæ, IV, 287, 2 : *Noli timere, fili mi : pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato et fecerimus bene.* Virtus in Dei statera sola pondus habet, XIII, 73, 1.

VI. Virtutis effectus et fructus. — 1° *Virtutis robur et potentia, quod ex Josephi historia demonstratur*, I, 343, 2. Ejus potentia et constantia, X, 431, 1 : *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua prædili, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum.* Ea uti male non possumus, *ibid.*, 2. Virtus invicta omnia vincit, XV, 216, 1 : *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat supra petram.* Omnia exsuperat, XX, 416, 1. Virtutes regunt vitia, V, 532, 1. Virtutis studio voluptas refræ-nanda, XII, 32, 2; 33, 1. Virtutes septem quibus tanquam funibus ligetur dæmon, IV, 299, 1.

2° *Virtus mire hominem nobilitat et ei gloriam conciliat*, V, 111, 1 : *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.* Reddit hominem honorabilem, *Job.* 569, 1 : *Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea para-*

sant cathedram mihi. Videbant me juvenes, et abscondebantur: et senes assurgentes stabant. Ipsa vera est nobilitas, VI, 439, 2. Virtus propria nobilitat, non avorum et majorum, V, 324, 2. Ipsa hominem ornat, non vestis, VI, 516, 1 : *Fortitudo et decor indumentum ejus : et ridebit in die novissimo.* Virtutes sunt animæ vestes, et quidem nobilissimæ, *Job*, 572, 1 : *Justitia indutus sum ; et vestivi me sicut vestimento, et diademate judicio meo.* Indumentum virtutis actio est, 571, 2. Justitia et judicium erant Jobi vestimentum, *ibid.* Virtus pueris auctoritatem senilem conciliat, 636, 2 : *Sperabam enim quod ætas prolixior loqueretur, et annorum multitudo doceret sapientiam, sed ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longævi sapientes, nec senes intelligunt judicium.* Virtus facit sapientes, IX, 441, 2 : *Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi.* Virtus nos facit angelos, imo deos, et Dei filios, XIV, 585, 2. Deo nos reddit similes, X, 431, 2. Virtus extulit priscos Judæos, alias Gentilibus invisos, IV, 367, 1.

Virtutis propria dos laus est, VI, 326, 1. Non eget laudibus humanis, 326, 2 et seq. Laudari meretur, X, 427, 1 : *Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua, multam gloriam fecit Dominus a sæculo.* Virtus omnis est gloria digna, XVIII, 281, 1. Sui admirationem parit, *Job*, 26, 2 : *Dixitque Dominus ad eum* (Satan) : *Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus ac timens Deum, et recedens a malo ?* Omnes etiam hostes in admirationem sui rapit, V, 490, 2 : *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem ;* XX, 296, 1 : *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum.*

3° *Virtus est summum bonum hujus vitæ*, quod octo rationibus probatur, X, 431, 1, 2. Ea beantur cives et homines, IX, 7, 2 ; 8, 1. Ubi virtus, ibi unitas, XVI, 156, 2. Virtus seipsa contenta est, XIX, 255. 2 : *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* Virtus est fundamentum pacis et concordiæ, *Job*, 14, 1. Aufert timorem, V, 97, 1 : *Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris.* Justos prosperat et stabilit, V, 347, 2 : *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur.* Virtutes sunt homini instar validi munimenti, V, 291, 1 : *Substantia divitis urbs fortitudinis ejus.*

4° *Virtus est sanitas, vita, gaudium animæ.* Est salubris animæ, VI, 230, 2 : *Comede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo : sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit.* Est sanitas animæ, X, 97, 1 : *Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est enim omni auro et argento.* Item pulchritudo ejus, 14, 1. Virtus est animæ sobrietas et sapientia, XIII, 485, 1. Virtus animam dilatat, *Job*, 718, 1. Eam erigit et confidentiam tribuit, 481, 1 : *Tunc super Omnipotentem deliciis affluES, et elevabis ad Deum faciem tuam.* Est vita animæ tam causalis quam formalis, V, 112, 2 : *Tene disciplinam, ne dimittas eam : custodi illam, quia ipsa est vita tua.* Hominem non delassat, sed et vires auget, 112, 1 : *Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.* Roborat justos et impios consternat, 309, 1 : *Fortitudo simplicis via Domini, et pavor his qui operantur malum.* Pios delectat, impios contristat, 393, 1 : *Desiderium, si compleatur, delectat animam ; detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Causa est veræ lætitiæ, 382, 1 : *Lux justorum lætificat : lucerna autem impiorum extinguetur;* IX, 136, 2 : *Cor nequam gravabitur in doloribus;* Job, 216, 1 : *Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, et labia tua jubilo;* 718, 2. Sola parit gaudium, VI, 111, 2 ; 294, 2 : *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* Omnia adversa dulcorat, 230, 1. Omnia amara reddit dulcia, V, 63, 2.

5° *Virtus etiam hujus vitæ bona præbet.* Corpus sanat et roborat, V, 119, 9 : *Fili mi.... ne recedant* (sermones mei) *ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt invenientibus ea, et universæ carni sanitas.* Facit somnum jucundum, 95, 1 : *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis : custodi legem atque consilium. Et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via, et pes tuus non impinget. Si dormieris, non timebis : quiesces, et suavis erit somnus tuus.* Egestatem et ignominiam dissolvit, 392, 2 : *Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam ; qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.* Familias adauget et roborat, VI, 216, 2 : *Sapientia ædificabitur domus, et prudentia roborabitur.* Vitam prolongat, quomodo, V, 89, 1 : *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria.*

6° *Virtus in æternum manet*, X, 331, 1 : *Omne munus, et iniquitas delebitur, et fides in sæculum stabit.* Virtus perennat, XI, 658, 2, 659, 1, 2 : *Qui custodierint sabbata mea, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus ; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Nomen et famam æternam parit, X, 439, 2 : *Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generatione et generationem ;* 524, 1 : *In omni ore quasi mel indulcabitur,*

ejus memoria, et ut musica in convivio vini. Virtutes sunt viæ ad cœlestem gloriam, XVI, 541, 1 : *Dicit ei* (Thomæ) *Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita.* Virtus gloriam hic et in futuro meretur, V, 103, 1 : *Gloriam sapientes possidebunt; stultorum exaltatio, ignominia.* In die novissima suos protegit, IX, 214, 1 : *Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam. In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ.*

VII. VIRTUTIS COMPARANDÆ ET AD PRAXIM DEDUCENDÆ NECESSITAS. — 1° *Virtus est omni studio, labore et pretio comparanda,* VI, 198, 2. Instanter a nobis est consectanda, V, 454, 1, 2 : *Abominatio est Domino via impii : qui sequitur justitiam, diligitur ab eo.* Ei incumbendum in hac vita, post mortem non licebit, IX, 416, 2 : *Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum demonstratum est tibi, testamentum enim hujus mundi morte morietur.* Ei studendum a pueris, V, 105, 2. Ei ante tempus studere quid sit, X, 569, 1, 2 et seq. : *Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.* Virtutes intendendæ sub vitæ finem, XV, 521, 2 : *Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Virtutes in senibus solidæ sunt, X, 337, 2. Ejus exercitio incumbere negligentes fiunt in bonis spiritualibus pauperes, VI, 23, 1 : *Pigredo immittit soporem et anima dissoluta esuriet.* Virtuti qui detrahit, obligat se iræ divinæ, et condemnationi, V, 388, 2 : *Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat; qui autem timet præceptum, versabitur.* Ipsa se contemnentem contemnit, *ibid.*

2° *Virtus non in nuda speculatione et cognitione, sed in exercitio et praxi consistit,* V, 109, 1 : *Principium sapientiæ, posside sapientiam; et in omni possessione tua, acquire prudentiam;* 490, 1 : *Initium viæ bonæ, facere justitiam; accepta est autem apud Deum magis quam immolare victimas.* De ea non sufficit loqui, sed insuper operandum est, 428, 2 et seq. : *In omni opere erit abundantia; ubi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* Est sita non in verbo, sed in opere, VII, 79, 1 ; XX, 579, 2 et seq. : *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate.* Virtus parva ex amore Dei exercita, potior est ea quæ est sine exercitio, V, 462, 2.

VIII. QUOMODO VIRTUS COMPARANDA SIT. — 1° *Virtus omnis est a Deo petenda; nam sine ejus gratia nulla vera virtus dicitur.* Virtutis auctor est Deus, VI, 95, 2 : *Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda Dominus.* Virtutes omnes in Deo sunt, excepta humilitate, IX, 337, 1. Virtutes an a donis Spiritus sancti distinguantur, XI, 257, 1. Sunt rivuli a fonte Spiritu sancto derivati, XVI, 427, 2 : *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Omnes sunt fructus Spiritus sancti, XVIII, 568, 2 : *Fructus autem Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Virtutum causa est timor Dei, VII, 411, 2 : *Finem loquendi pariter omnes audiamus; Deum time, et mandata ejus observa : hoc est enim omnis homo.* Virtutis prosapia, ejus mater, pater, semen, etc., XX, 62, 2.

Virtus an in cujusque manibus et arbitrio sit, ut stoici putabant, XVII, 320, 1. Quatenus sit in nostra potestate, XVIII, 24, 2. Est secundum naturam, 62, 1 : *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusdem modi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.* Virtutes veræ apud solos christianos sunt; apud ethnicos fictæ, IX, 7, 2 ; 8, 2 ; 9, 2 ; 10, 2. Virtus infidelium vana et falsa, XVIII, 235, 2 : *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.* Virtutes sunt velut creaturæ justorum, IX, 157, 1 : *Si crediderit ei, hæreditabit illam, et erunt in confirmatione creaturæ illius.* Fugiunt improbos et ad probos deflectunt, X, 26, 2 : *Volatilia ad sibi similia conveniunt; et veritas ad eos qui operantur illam, revertetur.*

Virtus omnis a Deo est petenda, IV, 336, 2. Virtutes variæ a beata Virgine petendæ, XXI, 238, 2 et seq. : *Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.*

2° *Virtus labore et industria paranda est,* VI, 231, 1. Virtutes a labore gignuntur, IX, 232, 2. Labore paratur, XX, 371, 2. Ejus habitus exercitio acquiri debet, ut exemplo Noe constat, I, 145, 1. Melius exercitio, quam speculando discitur, XIX, 396, 2 : *Et quidem cum esset* (Jesus Christus) *Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam.* Ad virtutem parandam socordia noxia est, X, 342, 2 : *Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas : melius est enim mori, quam indigere.* Ad ejus consecutionem quatuor sunt requisita : *primo,* generosa animi resolutio ; *secundo,* ardor et zelus ; *tertio,* colluctatio et mortificatio cupiditatum ; *quarto,* animi robur, constantia et perseverantia, 562, 2 : *Consiliatus sum enim ut facerem illam, zelatus sum bonum, et non confundar. Colluctata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum.* Animos viriles poscit, non effeminatos, 205, 2 : *O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum.* Ad eam opus est magno robore, IX, 210, 1 : *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen ejus est, et non est multis manifesta.* Ejus vis in vigore spiritus consistit, VI, 217, 2 ; X, 430, 2 : *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua*

prædili. Virtus sensim addiscitur, V, 260, 1 : *Da sapienti occasionem et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Paulatim comparanda est, V, 385, 2 : *Substantia festinata minuetur : quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Virtutis studium inchoandum est a vita activa, inde ad contemplationem pergendum, XVI, 159, 2. Virtus quo plus gustatur, plus appetitur, IX, 655, 1, 2 : *Qui edunt me, adhuc esurient : et qui bibunt me, adhuc sitient.* Initium virtutis est ejus desiderium, VIII, 408, 2 : *Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia.* Ad virtutum studia natura repugnans violenter est adigenda, VI, 191, 2 : *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, et auris tua ad verba scientiæ.* Earum conatus est necessarius ad perfectionem tendenti, XIX, 48, 1 : *Ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum; ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Tanto iis conatu est studendum, quanto quis vitia sectatus est, XVIII, 113, 2 : *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ : sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.*

3° *Virtus quomodo et quatenus simul difficilis et facilis dicatur.* Virtutis iter laboriosum, III, 577, 1. Ejus via est semita, ob quatuor analogias, V, 62, 2. Ejus via est ardua, *Job*, 551, 2. Implexa est laboribus, *ibid.* Difficultatibus obsidetur, XIII, 470, 1. Virtutum iter simul spatiosum et arctum est, item arduum et præceps, V, 63, 1. Fingitur a poetis in arduis rupibus habitare, IX, 210, 1. Labor ejus difficilis, fructus suavis, VI, 62, 1 et seq. : *Malum est, malum est, dicit omnis emptor : et cum recesserit, tunc gloriabitur.*

Virtus cur sit stulto ardua, VI, 221, 2 : *Excelsa est stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.* Est tamen in se facilis, 222, 1. Virtutis semita est levis tribus de causis, V, 70, 1. Cur ejus via ardua videatur, X, 562, 1, 2. Virtutis via initio est arcta, sed sensim dilatatur, XV, 210, 1. Virtus exercitio facilis redditur, V, 489, 2 : *Initium viæ bonæ, facere justitiam.* Virtutes exercitio facilioes evadunt, 63, 1 : *Servans semitas justitiæ, et viam sanctorum custodiens. Tunc intelliges justitiam, et judicium, et æquitatem, et omnem semitam bonam.* Virtutes in omnibus se sinunt flecti, gyrari et regyrari, *ibid.* Virtus consuetudine fit jucunda et facilis, IX, 213, 1, 2 : *In omni animo accede ad illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam. In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem;* 613, 2 : *Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei; et nihil dulcius quam respicere in mandatis Domini.* Justo semper fit facilior et jucundior, X, 33, 1. Quando et quare sit facilis, 560, 2 et seq. Virtutes heroicæ olim videbantur impossibiles, nunc eæ per Christum faciles evasere, XI, 586, 2 : *Non esurient, neque sitient, et non perculiet eos æstus et sol, quia miserator eorum reget eos. Et ponam omnes montes meos in viam, et semitæ meæ exaltabuntur.* Difficultates quæ in virtute occurrunt superare docet nos Christus agonizans in horto, XV, 569, 1.

4° *Virtus in adversis crescit et perficitur*, I, 434, 2; XVIII, 505, 1 : *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me : et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur,* Job, 161, 2. Virtus compressa fit fortior, XIII, 218, 1. Cribrata evadit purior, V, 293, 1. In adversis resplendet, IV, 421, 2; 422, 1 : *Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, et reputatum est ei ad justitiam ? Joseph in tempore angustiæ suæ custodivit mandatum, et factus est dominus Ægypti.* Virtus sine patientia non est perfecta, XVIII, 380, 2. Sine adversitate marcet, IV, 305, 2 : *Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.* Per tentationes exploratur et corroboratur, XX, 20, 2. Item per eas acuitur, *ibid.* Virtutes causatur tribulatio, 17, 1 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO).

5° *Virtutis sectator directore, duce et monitore opus habet*, V, 234. 2 : *Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem, ubi multa consilia.* Ejus studiosi ament correptionem, 346, 2 : *Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino : qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.* Virtutes opportune laudatæ crescunt, 475, 2 : *Lux oculorum lætificat animam; fama bona impinguat ossa.* Virtuti modum præscribere prudentiæ officium est, XX, 352, 2 et seq. Virtutis studium inchoandum a vita activa, inde pergendum ad contemplationem, XVI, 159, 2.

6° *Virtutes inferuntur per vitiorum contrariorum expulsionem*, XX, 608, 2.

7° *Quis ordo sequendus in virtutibus consectandis.* Virtutem aliquam quilibet accepit a Deo in qua alios præcellat, XIX, 20, 2 : *Nil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* Virtutes sunt cuique ætati propriæ, VII, 366, 1. Ea virtus sequenda est ad quam quisque natura est aptior, VI, 217, 2. Virtutes inter se rectum ordinem et mensuram tenere debent, V, 125, 2 et seq. *Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur.* Apta proportione inter se componendæ sunt. X, 521, 1 : *Memoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii.* Semper meliores virtutes sunt eligendæ, V, 156, 1. Virtutes nobis celsiores non sunt consectandæ, VI, 186, 2 : *Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes ha-*

bere; quia faciens sibi pennas quasi aquilæ, et volabunt in cœlum. Earum actus et doctrina in pace exponenda, in tentatione et persecutione abscondenda, V, 156, 1. In pace colligendæ sunt, in persecutione iis utendum, 158, 1. Virtus eadem diversimode a singulis practicatur, VI, 350, 1. Virtutum actus diversi sunt pro disparitate præparationis tum gratiæ, tum voluntatis, V, 243, 1.

IX. In virtute proficiendi obligatio et praxis. — 1° *Omnes in virtute progredi tenentur*, II, 373, 2 : *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in oculis, et lanceæ in lateribus, et adversabuntur vobis in terra habitationis vestræ, et quidquid illis cogitaveram facere, vobis faciam*; 508, 2. In virtute oportet nos proficere, et non deficere, XVI, 88, 1 : *Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines;* 521, 2; 542, 1; 654, 1. Vera virtus finem nescit, II, 373, 2. Virtus usque in finem perseverat, III, 357, 2. Semper perfecta et constans manet, VI, 219, 2 : *Vir sapiens, fortis est; et vir doctus, robustus et validus;* IX, 587, 2. Virtutes captæ non sunt deserendæ, VI, 337, 2 : *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* Virtus virtuti est addenda, V, 275, 2 et seq. : *Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium divitias parat.* Profectus in virtute a quibus signis intelligatur, XIV, 311, 1. Virtutum progressus tentationibus comparatur, XVIII, 344, 1 : *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

2° *Praxis in virtute proficiendi.* Primo. *Praxis in virtute Dei proficiendi est per gratiam et per nostram cooperationem*, II, 374, 2. Tria ad proficiendum in virtute media, XIII, 233, 2 et seq.

Secundo. *Magnam habendo voluntatem, eamque ad immensum extendendo*, I, 117, 2. Praxis crescendi in omni virtute per ejus desideria, V, 334, 2 : *Desiderium omne justorum bonum est.*

Tertio. *Nobis proponendo exempla Christi et sanctorum*, II, 374, 2.

Quarto. *Per examen conscientiæ serium et crebrum*, II, 374, 2.

X. Virtutum quædam exempla. — Virtutes septem Tobiæ senioris ante conjugium, IV, 269, 2. Totidemque post illud, 270, 1. Virtutes antistrophæ Job et Tobiæ, 276, 2. Virtutum omnium prærogativam habuit Christus, V, 224, 2. Virtutes heroicæ Pauli in prædicatione Evangelii, XVIII, 7, 1.

XI. Vocis *Virtus*, aliæ acceptiones. 1° — *Virtus* pro *fortitudine.* Virtus in quo differat a fortitudine, IX, 249, 1. Deus dominator virtutis dupliciter, VII, 535, 2 et seq. Virtutem accipere quomodo Deus dicatur, XXI, 116, 1. Virtus Dei et potentia in eo qua rerum omnium est causa, maxime in creatione elucet, XVIII, 50, 2. Virtutis suæ verbo Deus omnia fert, XIX, 353, 2. Virtutes Domini quæ dicantur, XIII, 48, 2. Virtutes Christi quæ vocentur, XX, 289, 2. Virtutes septem providentiæ Dei sunt cur illæ vocentur spiritus, XXI, 22, 2 (*Vide* Dei Omnipotentia). Virtus Altissimi beatam Virginem obumbrans quæ sit, XVI, 23, 1. Virtus quanta data Apostolis per Spiritum sanctum, XVI, 56, 1 (*Vide* Spiritus sanctus). Quid sit ex tota virtute Deum diligere, IX, 249, 1 (*Vide* Fortitudo).

2° *Virtus pro exercitu.* Per virtutem in libro *Machabæorum* intelligitur validus exercitus, IV, 444, 1.

3° *Virtutes cœlorum.* Virtutes cœlorum quæ dicantur, IX, 471, 1. Quæ virtutes cœlorum movendæ sunt, XV, 513, 2 et seq. Virtutes cœlorum movebuntur quintupliciter, XXI, 156, 2 (*Vide* Judicium extremum, Stellæ).

VIS. 1° Vires portant pondus, V, 574, 1. Vires sunt juvenum, IX, 672, 2. Viribus paria aggredienda sunt, 189, 2. Vim vi repellere licet, XV, 171, 1.

2° Vis consuetudinis quanta sit, VII, 73, 2. Vis obedientiæ quæ, 288, 2. Vis amicitiæ et charitatis, 181, 1 (*Vide* Amicitia, Charitas, Consuetudo, Obedientia).

3° Vim facimus regno Dei, quo sensu, XV, 286, 2. Vis nulla cuiquam inferre damnationem potest, XVI, 478, 2 et seq.

4° Viribus suis nemini fidendum, *Psalm*, II, 97, 1.

VISCERA. 1° Viscerum rugitus similis est tibiæ funereæ, XII, 305, 1, 2. Viscera Jobi effusa, *Job*, 361, 1. An viscerum dolor fuerit Paulo stimulus carnis, XVIII, 503. 1, 2.

2° Viscera sunt sedes et symbolum miserationum et misericordiæ, XI, 735, 2; XVIII, 200, 1; XIX, 7, 2; 19, 1; 343, 2; XX, 578, 1, 2. Viscera significant intimam Dei misericordiam, XVI, 48, 2. Viscera misericordiæ Dei quæ sint, XIII, 322, 1; 434, 2. Quæ sint viscera charitatis, XVIII, 648, 2. Viscera sanctorum quomodo requiescere et refocillari dicantur, XIX, 343, 2.

VISIO. 1° Visio corporalis seu visus. Visus omnium sensuum nobilissimus, XVII, 99, 1. Visus, forma reliquorum sensuum cur dicatur, XIII, 245, 1. Pro quolibet sensu in Scriptura ponitur, et cur, IX, 682, 2; 99, 1; XVI, 637, 1; XXI, 28, 1. Visio an fiat emissione vel receptione specierum ab objecto, VI, 58, 2; IX, 282, 2. Visus sæpe rem visam aut visibilem significat, X, 386, 1. Visio oculorum melior quæ sit, et quot modis sumatur, VII, 230, 2. Visio in speculo superficialis est et levis, XX, 84, 2. Visus hominis potest a Deo confortari, ut videat etiam remotissima objecta, XV 125, 1, 2. Visum hominis quatenus Deus extendere possit, XVIII, 443, 2. Sanctorum aliquorum visum mire confortavit, 501, 1. Visus pro intellectu sumitur aliquando, XII, 586, 2.

II. Visio prophetica et spiritualis. — 1° Visionum tria sunt genera, XI, 50; 2. Visio prophetä-

rum erat intelligentia mentalis, qua intelligebant ea quæ Deus ipsis revelabat, XIV, 158, 1, 2. Ad visionem propheticam requiritur res futura quæ prævidetur, lumen propheticum mentem prophetæ elevans, et visio et cognitio rei futuræ, XIII, 246, 2. Visio prophetica quam esset certa, XX, 453, 1, 2. *Visio* vel *verbum Domini* cum præponitur prophetiis, ipsæ lætæ sunt ordinario, XIII, 245, 2.

2° Visio Dei sedentis in solio Isaiæ, an fuerit spiritualis, an tantum corporalis, XI, 166, 1. Visio prima Isaiæ quæ fuerit, 179, 1. Visionis totius, quam Ezechiel capite primo recenset, idea et synopsis, XII, 495, 1, 2. Visio maris quid sit in rotis, 489, 1. Visio quomodo non dicatur regredi, 553, 2. Visiones Danielis singulæ qua ætate contigerint, XIII, 1, 2. Visio Danielis et Joannis in *Apocalypsi* qua viderunt Christum, in multis fuit similis, 137, 1, 2. Visio qua Joannes videt thronum Dei et seniores, fuit tantum intellectualis, XXI, 93, 1. Visiones septem *Apocalypseos* quæ sint, 10, 1. Res eadem sæpe in Scripturis per diversas visiones figuratur, 11, 2. Ad visiones Ezechielis et Danielis alludit S. Joannes, *ibid.*, 2. In visionibus ænigmaticis eadem res per diversa ænigmata repræsentatur, 405, 2. Varias visiones habuit S. Paulus, XVIII, 503, 1. Visiones in somnis sæpe accidebant, *Job*, 111, 1. Visio, quæ fit vigilanti, in se perfectior est somnio quod fit dormienti, quando vero somnium visione perfectius sit, XIII, 508, 1. Visio Eliphazi qualis, 112, 2. Visio S. Gregorii Nazianzeni de sapientia et castitate, XVIII, 320, 2. Visio S. Mechtildis, XII, 390, 1. Visio Fursei de igne futuro intelligenda, XVIII, 270, 2. Visio S Carpi, *Job*, 164, 1. Visio rerum supernaturalium animum et oculos intuentium concutit, XV, 653, 2 et seq. Quomodo visio mundana dici possit tertium cœlum, XVIII, 500, 1.

III. Visio Dei beatifica. — Visio beatifica promittitur omnibus qui a peccato sunt puri, XIX, 503, 1 : *Pacem sequimini, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Visio beatifica cur dicatur stella matutina, XVIII, 409, 1 : *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate : sic et resurrectio mortuorum ;* XXI, 62, 1 : *Qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea..... dabo illi stellam matutinam.* Ea vocatur dies et lucifer, XX, 435, 1 : *Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefactis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris.* Ejus duratio explicatur, 246, 1, 2 : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cœlis in vobis.* Visio Dei beatifica quam reficiat et satiet, *ibid.* In ea sita est beatitudo, et quidem summa, XV, 148, 2 : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* 564, 2 : *Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus; scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus ;* 688, 1 : *Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in adventu Domini nostri Jesu Christi, soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia,* etc. Ex visione beatifica sequitur amor Dei plenus in beatos, 565, 1. Et dotes animæ et corporis gloriosi, *ibid.* Ejus privatio ingens damnatis cruciatus, XV, 537, 2 : *Tunc dicet et his qui a sinistris erunt : Discedite a me, maledicti, in ignem æternum qui paratus est diabolo et angelis ejus.* Visio deitatis et humanitatis Christi erit objectum beatitudinis essentialis et accidentalis, XVII, 120, 2. Visio Dei beatifica ligno vitæ adumbratur, ea virtutum merito comparatur, V, 91, 1, 2 : *Lignum vitæ est* (sapientia) *his qui apprehenderint eam ; et qui tenuerit eam, beatus;* XXI, 407, 2 : *In medio plateæ ejus* (cœlestis Jerusalem), *et ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium.* Est fluvius aquæ vitæ, 405, 1 : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni.* Et velut fons vitæ, 183, 2 : *Agnus qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.*

VISITARE, VISITATIO. 1° Visitare quid proprie, *Job*, 409, 2. Visitare infirmos opus misericordiæ est, IX, 255, 2. Quam id sit utile, 256, 2. Visitatio ægrorum maxime charitatis est, *Job*, 409, 2. (*Vide* Ægrotus). Visitatio pupillorum et viduarum quomodo ad religionis virtutem referatur, XX, 93, 1. Multa includit, 92, 1.

2° Visitatio Dei qualis, *Job*, 176, 1, 2 ; 198, 1 ; 253, 1, 2. Visitatio tam Dei opem quam castigationem significat, X, 195, 2. *Visitare* sæpe prophetæ usurpant pro *punire*, XI, 37, 2 ; XII, 61, 2 ; XIV, 478, 1. Visitationis dies idem qui judicii, IX, 107, 2 ; 109, 2.

VISUS, *Vide* Visio.

VITA. I. Variæ vocis *Vita* in Scriptura acceptiones et divisiones. — 1° Vitæ nomine omne bonum designatur, XV, 540, 2 : *Et ibunt hi in supplicium æternum ; justi autem in vitam æternam.* Vita sæpe idem est quod felicitas et beatitudo, XXI, 406, 1 : *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni.* Vita accipitur subinde pro lætitia et felicitate, IX, 97, 1 : *Sustine sustentationes Dei, conjungere Deo ut crescat in novissimo vita tua.* Vita capitur pro gloria, fortitudine,

sanitate, XIII, 366, 1 : *Vivificabit nos post duos dies, et vivemus in conspectu ejus.* Vita vivere, Hebræis est jucunde, feliciter et ad voluptatem vivere, XII, 631, 1 : *Et vir si fuerit justus, et fecerit judicium et justitiam.... hic justus est, vita vivet, ait Dominus Deus. Vita* sine addito in Scriptura passim vitam æternam significat, *Psalm.* II, 320, 2 : *Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam, quia lex tua meditatio est.*

2° Vita triplex est : divina, angelica, humana, XX, 518, 1. Humana partim spiritualis, partim corporea, *ibid.* Divina partim causalis, partim formalis ; et quomodo singulæ rursus dividantur, et quid sint, *ibid.* Iterum vita triplex, naturæ et culpæ, gratiæ et gloriæ statuitur, XIII, 364, 2. Vita quid in plantis, in brutis, in hominibus, *Job*, 253, 2. Pro omnibus quæ ad Dei vitam et Angelorum spectant (*vide* Deus, Angeli).

II. Vita naturalis et temporalis. — 1° *Vitæ omnis auctor est Deus*, XX, 66, 1. Vita est quasi lumen derivatum a luce vitali quæ est in Deo, VI, 83, 2 : *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris.* Vita omnium creaturarum est in Deo quasi in fonte, 500, 2 : Vitam quomodo Deus omnibus det, XVII, 328, 1 : *Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia.*

2° *Vita filii ex vita parentis traducitur*, VI, 70, 1. Ejus tamen jus non habet pater, 27, 2. *Erudi filium tuum, ne desperes; ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.*

3° *In quo vita consistat.* Vita multiplex a corde initium habet, V, 123, 2 : *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Vita nostra ex corde procedit, XVIII, 47, 1. Vita est principium operationum vitalium, *Job*, 254, 2. Vita humana spiritus dicitur, *Psalm.* II, 190, 2 : *Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet ; et non cognoscet amplius locum suum.* Vita hominis in calore consistit, V, 548, 2. In actione sita est, VI, 505, 2. In motu consistit, VI, 373, 1, 2 : *Vitæ decem res sunt necessariæ*, X, 316, 1 : *Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, et ferrum, sol, lac et panis similagineus, et mel, et botrus uvæ, et oleum, et vestimentum.*

4° *Vita omnium bonorum summum est*, V, 88, 2 : VI, 132, 2. Vita fundamentum est omnium bonorum, *Psalm.* I, 198, 1. Ipsa per se jucunda est, eamque promovere omnes satagunt, X, 347, 1,

5° *Vitæ hujus ærumnæ et miseriæ.* Quam ea reddita sit misera per Adæ peccatum, X, 325, 2 : *Occupatio magna creata est omnibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ, in matrem omnium.* Vita hæc multa adversa includit, VI, 13, 1. Quot laboribus plena sit, XI, 18, 2 et seq. : Vitæ ærumnæ, VIII, 299, 2 : *Exiguum et cum tædio est tempus vitæ nostræ;* XIX, 14, 2 et seq. Miseriis referta est, *Job*, 316, 2 : *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis;* 421, 1. Vita longa in ærumnis potius est potius est mors quam vita, IV, 278, 2; 418, 2. Vita amara quoad naturam deterior quam mors est, sed non quoad statum gratiæ, X, 99, 2; 103, 2. Vita quo sensu sit rota, VII, 401, 1; *Job*, 186, 1. Vita hominum est rota laborum et dolorum, VII, 43, 3. Vitæ inconstantia, amaritudo, IX, 504, 1 : *Numerus dierum hominum ut multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt : et sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die ævi.* Vita mortalium tenebris obfuscata, XIV, 533, 2. Vita nostra est militia et stadium, II, 237, 1 ; XVIII, 225, 1 ; XIX, 310, 1 : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi*, Job, 179, 1, 2 et seq. : *Militia est vita hominis super terram; et sicut dies mercenarii dies ejus.* Vita est vanitas, XIX, 267, 1. Ejus initium, progressus, finis quam sit vilis, X, 348, 2. Vita humana est continua tragœdia, desinitque in luctum, maxime in morte, V, 419, 1 : *Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat.* Vita nostra lætis et tristibus permiscetur, XV, 84, 1. Vita humana est velut comœdia, VIII, 423, 2; XX, 192, 2. Est ludus, VIII, 583, 2. Est nundinatio, 584, 2. Similis est nundinis, XX, 147, 2. Vitæ hujus pompa fragilis est, XXI, 291, 1. Vita mendicorum est vita sine vita, X, 343, 1 (*Vide* Pauper).

Vita hæc tempus est peccatorum, IX, 515, 2 et seq. : *Homo sapiens in omnibus metuet, et in diebus delictorum attendet ab inertia.* Vita hæc laqueis plena, *Job*, 179, 1; 180, 1, 2. Periculo salutis exposita est, 164, 2. Tentationum laqueis est circumdata, 469, 1. Vitæ præsentis pericula soli spirituales viri norunt, *Psalm.* I, 276, 1 : *Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt.*

6° *Vitæ brevitas, fragilitas et incertitudo.* Primo. *Vitæ brevitas*, IX, 424, 2 : *Omnis caro sicut fœnum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi*, 504, 1, 2; XI, 478, 2 : *Generatio mea ablata est, et convoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. Præcisa est velut a texente vita mea; dum adhuc ordirer succidit me*, XII, 437, 1, 2 : *Tu sedes in sempiternum, et nos peribimus in ævum?* XVIII, 313, 1 ; 316. 2 : *Præterit enim figura hujus mundi;* XIX, 256, 2; XX, 190, 2 et seqq. : *Quæ est enim vestra vita ? vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur ;* 479, 1 : *Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus ;* 550, 1 ; *Job*, 258, 2 : *Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi ?* Psalm. I, 250, 1, 2 : *Locutus sum*

in lingua mea, notum fac mihi, Domine, finem meum; et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens. Vita est vapor, VII, 14, 1; XX, 190, 2; *Job*, 196, 1. Vita hominum fluxa instar aquæ, III, 493, 4, 2 : *Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram.* Est continuus fluxus ad mortem, VII, 313, 1; X, 355, 2; XVI, 101, 2; XVII, 292, 1. Diffluit citius torrente, XVIII, 316, 2. Vita navium cursu celerior, VIII, 383, 2 : *Transierunt omnia illa tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrens, et tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam : cujus, cum prælerierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus;* Job, 238, 2 : *Dies mei velociores fuerunt cursore : fugerunt, et et non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naves poma portantes, sicut aquila volans ad escam.* Vita nentis fuso comparata, 185, 2; 186, 1 : *Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur, et consumpti sunt absque ulla spe.* Nihili est, 195, 2 : *Desperavi, nequaquam ultra jam vivam : parce mihi : nihil enim sunt dies mei.* Pendet a respiratione, 186, 2 : *Memento quia ventus est vita mea; et non revertetur oculus meus ut videat bona.* Vento comparatur, et quare, *ibid.* et seq. Somnium et fluxus est, 195, 2. Telæ similis, 185, 2. Vita umbra et umbra fugacior, 207, 2 : *Hesterni quippe sumus, et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.* Volatui aquilæ comparatur, 239, 2. Avi velociter volanti assimilatur, VIII, 384, 2 : *Aut tanquam avis quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantum sonitus alarum verberans levem ventum, et scindens per vim itineris aerem : commotis alis transvolavit, et post hoc nullum signum invenitur itineris illius.* Item sagittæ emissæ, *ibid.* : *Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius.* Flori brevi morituræ comparatur, XX, 47, 1 : *Sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit;* Job, 317, 1 : *Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.* Vita est velut dies momentanea, XVI, 459, 1, 2 : *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est. Venit vox quando nemo potest operari;* XVIII, 224, 2; XIX, 6, 2. Momentum tantum est, XX, 481, 1 et seq. Brevitatis vitæ decem emblemata VII, 386, 1 : *Quoniam spes impii tanquam lanugo est, quæ a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis quæ a procella dispergitur : et tanquam fumus, qui a vento diffusus est, et tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis.* Ea decrescit, dum ætas crescit, XIX, 257, 1. Vitæ periodus duplex, una a natura, altera a Deo constituta, XI, 471, 1.

Vitæ brevitas in principibus, III, 130, 2 et seq. Vita impiorum brevis est, V, 342, 2. Eam solet Deus ob peccata abbreviare, XVII, 656, 2. Vita hominis ob peccatum contractior facta, *Psalm.* II, 111, 2.

Secundo. *Vitæ incertitudo summa, Job*, 186, 1; 187, 1. Vitæ terminus cuique a Deo definitus est, sed nobis est incognitus, IX, 477, 1 : *Numerum dierum et tempus dedit illi.* Ad eam non est reditus, nec ob eam ad judices infernales appellatio, X, 349, 2.

Tertio. *Vita sanctis longa, impiis brevis est,* XI, 477, 2. Vitæ bonæ præmium est longævitas, V, 527, 2. Sapientia vitam longam christianis et justis promittit, item gloriam et opes spirituales, 87, 2 et seq. : *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiæ et gloria.* Vita longa promittitur filiis parentes honorantibus, XVIII, 669, 1, 2 : *Honora patrem tuum, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et sis longævus super terram.*

7° *Vitæ symbola.* Vita præsens æstate denotatur, vita futura hieme, V, 279, 2. E contra vita præsens æstati comparatur, futura in cœlo æstati, VI, 48, 1. Vita nostra lucerna repræsentatur, 70, 2; 83, 1. Vita per lumen, lucernam, et lucem repræsentatur, XI, 701, 1. Vita et lumen sæpe in Scriptura conjunguntur, XVIII, 406, 1. Vitæ symbolum Auster, cur, XII. 20, 1. Vita est velut pomum ob varias analogias, XIII, 621, 1, 2.

III. VITA MORALIS ET SPIRITUALIS AGENDA, ET QUOMODO VITA UTENDUM. — 1° *Vitæ præsentis tempore utendum est et quomodo,* IX, 160, 1 : *Fili, conserva tempus, et devita a mala.* Vita quomodo nobis sit utendum, IX, 160, 1. Vita magnifacienda, cur, VII, 310, 1, 2. Vita hæc optabilis piis ob duas causas : *primo*, ut laudent Deum; *secundo*, ut lugeant peccata sua, XI, 482, 2. In ea operandum est, quia post eam non licebit, IX, 416, 1; 417, 1 : *Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum demonstratum est tibi : testamentum enim hujus mundi morte morietur.* Vita nostra debet esse continuum negotium, XVI, 251, 2 : *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Vocatis autem servis suis, dedit illis decem mnas, et ait ad illos : Negotiamini dum venio.* Ipsa mercatus est, et tempus merendi, IX, 423, 2 : *Da et accipe, et justifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum;* XV, 527, 2 : *Dum autem irent emere* (fatuæ virgines), *venit sponsus : et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua;* XXI, 217, 2. Mercatus est in qua omnes opes, puta virtutes comparare possumus, XVIII, 578, 1 : *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum;* 658, 1 : *Vi-*

dete itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Vita hæc est laboris et meriti, futura mercedis, X, 568, 1 : *Assumite disciplinam in multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea.* Vita debet esse assidua perfectio virtutum, I, 574, 2. Vita mortalis cur dicatur vita, *Psalm.* II, 308, 1, 2 : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

Vita brevis nos monet ut illam bene impendamus, I, 332, 2. Vitæ brevitas suadet ut æternis inhiemus, XIII, 622, 1, 2. Eam quisque habet velut stadium in quo usque ad mortem decurrat, 436, 2. Vita bona non est differenda in crastinum, XIX, 382, 1, 2 : *Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur.* Vitæ emendatio non est in senium procrastinanda, IX, 512, 2 : *Non impediaris orare semper et ne verearis usque ad mortem justificari : quoniam merces Dei manet in æternum,* Job, 782, 2. Vita nostra debet esse continua mediatio mortis, I, 278, 1 : *Senuit autem Isaac, et caligaverunt oculi ejus, et videre non poterat..... Vides, inquit* (ad Isaac), *quod senuerim, et ignorem diem mortis meæ.* Vita sapientis est meditatio mortis, VII, 376, 1 : *Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.* Vitæ prudentis axiomata, VII, 6, 1. Vita proba, ex probitate manans, est bona, uti quidem videtur, non ex ipsa, sed ex Deo, VI, 95, 2 : *Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus.*

2° *Vita christiani et fidelis qualis esse debeat,* XVI, 48, 1 : *Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi, in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Ea tota sit laus continua Christi et oratio, 238, 1 : *Dicebat autem* (Jesus) *et parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare et non deficere.* Vita christianorum debet esse cœlestis, XIII, 299, 2. Vita cœlestis et sancta agenda est, XVIII, 654, 2; XIX, 54, 2 : *Nostra autem conversatio in cœlis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.* Vitæ sanctæ et austeræ assuescendum a pueris, quod probatur exemplis variis, XII, 393, 1, 2 (*Vide* INFANTIA, PUER, etc.). Vita respondeat verbis, VI, 302, 2. Vita tota christiani sit beneficentia, XX, 374, 1 : *Hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.* Vita christiani est continua persecutio et crux, XV, 89, 2. Vita fidelis tota martyrium esse debet, XIII, 443, 1, 2 (*Vide* CHRISTIANUS, FIDELIS).

3° *Vita spiritualis et supernaturalis quæ sit et quæ ad eam requirantur,* XVII, 99, 2 : *Notas mihi fecisti vias vitæ; et replebis me jucunditate cum facie tua,* Job, 253, 2; 254, 1 : *Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.* Vita spiritualis ex analogia vitæ naturalis cognoscitur, 253, 2. Vitæ spiritualis et naturalis similitudo in quo consistat, 254, 1, 2. Ad eam tria requiruntur: spiritualis sol, puta verbum Dei; spiritualis panis, puta Eucharistia; et spiritualis halitus, puta oratio, XVII, 105, 2 et seq. Vita spiritualis constat voluntate, prudentia, justitia, continentia, XII, 753, 1. Vita spiritualis et supernaturalis credentibus promittitur, XVIII, 47, 2 et seq. Vita spiritualis decem virtutibus inchoatur, conservatur, promovetur, perficitur, X, 317, 2; 318, 1. Vita spiritualis a lacrymis et pœnitentia inchoanda, XV, 107, 2. Vitæ spiritualis causa formalis est justitia, XVIII, 132, 2 : *Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem.* Deus est vita animæ, XIX, 237, 1. Vita sapientis mystica est Christus, VII, 229, 2 : *Quid habet amplius sapiens a stulto : et quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita?* Quam vitam ovibus suis, id est fidelibus, ipse det, XVI, 472, 1 : *Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.* Christus est nobis triplex vita, XIX, 11, 1 : *Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum;* 103, 1 : *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Christus est vita viventium, XVI, 490, 1. *Dicit ei Jesus : Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.* Vita originalis quæ in Deo Patre est, per Filium et Eucharistiam nobis communicatur, 409, 1 : *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui manducat me, et ipse vivet propter me.* Vitæ spiritualis perfectio in quo consistat, XVII, 81, 2. Vitæ spiritualis perfectioris qualis status, VII, 461, 2.

4° *Vita activa et contemplativa.* Vita activa et contemplativa sunt duæ partes adæquatæ virtutis, V, 20, 1. Et ab eodem Deo procreatæ, sunt sorores, 186, 2 : *Dic sapientiæ : Soror mea es, et prudentiam voca amicam tuam.* Vita activa et contemplativa simul est mulier fortis uxor Christi, VI, 491, 1. Lana et lino indicantur, 497, 2 : *Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Vita activa et contemplativa per duas uxores Jacob significatur, I, 294, 1. Vitæ activæ contemplativa præstat, VI, 116, 2 et seq. Vita contemplativa in quo activæ præstet, I, 294, 2. Vita activa est tropologice mulier litigiosa, V, 105, 1 : *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.* Vita activa est contemplativæ præmittenda, V, 116, 2 et seq.; XVI, 137, 1, 2 : *Et rogabat illum vir, a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens : Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Jesus.* Vita activa ad contemplativam ducit, V, 109, 2. Vitæ activæ typus est Petrus, con-

templativæ S. Joannes, XVI, 652, 1, 2. Vita ex actione et contemplatione mixta tertius est status animæ Deum amantis, VII, 461, 2. Vita mixta perfectissima est, eam egit Christus et apostoli, XVI, 158, 1.

5° *Vitæ diversæ varii status.* Primo. Vitæ statum singularem quærens, modum vivendi secundum desiderium suum undique investigat, V, 558, 1. De vitæ statu deliberanti secessus necessarius est, XIII, 311, 2 (*Vide* STATUS).

Secundo. Vita privata honoribus præstat, VI, 259, 2 : *Ne gloriosus appareas coram rege, et in loco magnorum ne steteris.* Quomodo vita viri bonam uxorem sortiti sit duplex, X, 2, 1 : *Mulieris bonæ beatus vir : numerus enim annorum illius duplex.*

Tertio. Vita per societatem cum iracundo illaqueatur, VI, 169, 1. Vita litigiosa vita canina est, 18, 2. Vita cum impiis peccato non caret, XIX, 483, 2 (*Vide* CONSORTIUM, IMPIUS, IRACUNDUS, SOCIETAS).

Quarto. Vitæ cœnobiticæ et socialis commoda, VI, 348, 1 : *Ferrum ferro exacuitur, et homo exacuit faciem amici sui.* Vita communis in cœtu sectanda est, X, 144, 2. Vitæ communis varia commoda, XVII, 107, 1 et seqq. : *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, et habebant omnia communia.* Vita in communi primorum christianorum, 137, 2 : *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia* (*Vide* PRIMI CHRISTIANI). Vita religiosa parit religiosos, XIV, 448, 2 (*Vide* RELIGIOSUS STATUS).

Quinto. Vitæ solitariæ bona et elogia, XIII, 313, 1, 2 et seq. : *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem : et loquar ad cor ejus.*

Sexto. Vita sacerdotis polita et sculpta esse debet, XI, 645, 1 : *Et ponam jaspidem propugnacula tua et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Vitæ probitas ante omnia in pastore requiritur, XII, 746, 2. Vita docentis majus pondus habet gravitate dictionis, XIX, 232, 1 : *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* Vita sacerdotis debet esse angelica, XIV, 388, 1, 2. Ejus idea et speculum, 575, 1 (*Vide* CONCIONATOR, EPISCOPUS, PASTOR, SACERDOS, SUPERIOR). Vitam cœlestem agere debent Prophetæ et viri apostolici, XXI, 93, 1 : *Post hæc vidi; et ecce ostium apertum in cœlo; et vox prima, quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens : Ascende huc, et ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* Vitæ apostolicæ tria sunt munera, XVI, 176, 1. Vitæ apostolicæ descriptio, XVIII, 283, 1, 2 (*Vide* APOSTOLICI VIRI).

6° *Vita Christi et sanctorum.* Primo. *Vita Christi.* Vita Christi quadruplex, V, 500, 1. Vitam humanam et divinam in se complexus est Christus XIV, 247, 2. Vita Christi descriptio prophetica, *Psalm.* II, 338, 1, 2. Vita Christi succincta per annos digesta, XV, 16, 1. Vitæ Christi tempus dictus est dies, XVI, 458, 2. Vita Christi qualis *Psalm.* I, 25, 1. Vita tota Christi mensa designatur, VI, 176, 1. Vita Christi merum fuit prodigium XVI, 76, 2. Tota vita Christi fuit beneficentia, XV, 694, 2. Vita Christi est morum speculum, XVIII, 437, 1. Illa est velut sanctitatis exemplar, XX, 566, 2. Vita Christi est velut liber vitæ, XXI, 359, 2. Ea omnibus est sequenda, XVI, 436, 2; XX, 261, 1; 536, 2 et seq. (*Vide* JESUS CHRISTUS).

Secundo. *Vita apostolorum*, vide APOSTOLI.

Tertio. *Vita sanctorum.* Vita sanctorum qualis, III, 639, 1. Vita sanctorum quam alta et separata sit, XIV, 466, 1. Vita sanctorum cum Evangelio quadrat, XVII, 99, 1. Est quasi lex viva, XX, 208, 1. Vita sanctorum est velut lucerna, in die judicii hæc peccatoris nequitiam arguet, XIV, 283, 2. Vita sanctorum est progredi, non regredi, XII, 580, 2. Vita sanctorum mundo est insania, cur, VIII, 380, 2. Vitas sanctorum legere est efficax ad omnem virtutem, X, 290, 2; 291, 1; XX, 83, 2; 669, 2. Vitas sanctorum sibi propinat ad perfectionem aspirans, XIV, 128, 1 (*Vide* JUSTI, SANCTI).

7° *Vitæ bonæ commoda.* Vita et conversatio justorum Deum, angelos et homines lætificat, V, 383, 1 : *Lux justorum lætificat : lucerna autem impiorum extinguetur.* Bonæ vitæ præmium, XIX, 333, 1 : *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.* Bona conscientia est vita bona, 180, 1 : *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.* Vitæ integritate Deus laudatur, XXI, 333, 1. Vita misera vel læta a corde mœrenti vel tranquillo pendet, X, 281, 1 : *A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit cervicem.* Vita bona et mala causa est lætitiæ vel tristitiæ, *ibid.* Vita bona est tristitiæ remedium. 102, 2 et seq. Vita piorum jucunda in Deo, XI, 149, 2. Quomodo vita justorum in Deo abscondita sit in Deo, XIX, 102, 2 : *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Vitæ sanctitate prophetæ donum prophetiæ accipere meruere, XIV, 318, 1. Vita bona magis prodest ad peccatores convertendos quam verba, XIII, 227, 2. Vitæ puritas quietem parit, *Job*, 87, 2. Vitam bonam bona sequitur mors et vicissim, XXI, 281, 2 : *Et audivi vocem de cœlo dicentem mihi; Scribe : Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

8° *Vitæ malæ damna.* Vita in peccato pejor es

morte damnatorum, XIX, 583, 1 : *Modicum plora super mortuum, quoniam requievit. Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui.* Vita in deliciis est mors, XIX, 237, 1 : *Nam quæ* (vidua) *in deliciis est, vivens mortua est.* Vita ebrii potius mors est quam vita, X, 136, 2 : *Quæ est vita ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.* (Vide EBRIUS). Vita carnalis per ollam denotatur, XII, 675, 2. Vita mala desinit in hæresim quatuor ob causas, XIX, 191, 2 et seq. Hanc castigat Deus per subtractionem sui luminis veritatis et fidei, 192, 1. Vita mala est causa hæreseos, 301, 1 : *Quemadmodum Jannes et Mambres restiterunt Mosi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Vita impia destruit reliqua pietatis externæ opera, X, 209, 2; 210, 1, 2 : *Unus ædificans, et unus destruens, quid prodest illis nisi labor?*

10° *An et quando vitæ corporis discrimini exponenda sit.* Vita corporis exponenda discrimini, et perdenda, ut vita animæ habeatur, XV, 277, 1 : *Qui invenit animam suam, perdet illam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Qui ita perdet eam, illam inveniet in cœlo, *ibid.*, 2 et seqq. Vita temporalis perdenda ut æterna inveniatur, XVI, 509, 1 : *Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Vita ponenda pro salute proximi, XX, 577, 1 : *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Quandoque etiam pro vita corporali, *ibid.* Vitam pro amico ponere maximæ dilectionis est signum, XVI, 565, 1; 566, 1 : *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Eam bonus pastor dat pro ovibus suis, 473, 2 : *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.*

IV. VITA ÆTERNA. — 1° *Quomodo vocetur in Scriptura.* Cur dicatur vita æterna, XVIII, 115, 2 : *Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro*, XX, 49, 1, 2. Quomodo dicatur gratia vita æterna, XVIII, 80, 1; 115, 2. Cur dicatur vita cœlestis corona vitæ, XX, 49, 1, 2 : *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ;* XXI, 50, 1 : *Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ.* Vita æterna an dici possit ipsa fides, XVII, 285, 1 : *Et crediderunt quotquot præordinati fuerant ad vitam æternam.*

2° *Vita æterna quibus conditionibus apprehendatur.* Vita æterna est merces bonorum operum, *Job*, 656, 2. Vita æterna promissa est et datur certantibus, XIX, 262, 1 : *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus.* Quibus eam promiserit Deus, 320, 1, 2 : *Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia.* Datur Dei amicis, XVIII, 132, 1. Vita æterna corona justitiæ et merces bonorum operum, *Psalm.* II, 280, 1. Vili pretio vita æterna comparatur, I, 662, 2. Vitam præsentem et æternam affert timor Dei, VI, 35, 1 : *Timor Domini ad vitam; et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima.* Mandatum Dei Patris vita æterna, et quo sensu, XVI, 519, 1, 2 : *Et scio quia mandatum ejus vita æterna est.* Et cognoscere Deum, 592, 2 : *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.* Christus a vita temporali ad æternam nos traducit, XIV, 247, 2. Vitæ infernalis et beatæ arbiter est, *ibid.* Vitæ cœlestis spes sanctos ad ardua subeunda animavit, VI, 195, 2 : *Habebis spem in novissimum, et præstolatio tua nunquam auferetur.* Ipsa est omnium dolorum levamen, et stimulus ad aspera agenda, XVII, 41, 1, 2.

3° *Vitæ æternæ pulchra descriptio*, I, 662, 1; XX, 684, 2. Vitæ cœlestis exultatio, IX, 101, 2 : *Qui timetis Dominum, sperate in illum; et in oblectationem veniet vobis misericordia.* Vitæ futuræ bona quæ sint, XI, 739, 2; 740, 1 : *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti exspectantibus te.* Vitæ hujus et cœlestis discrimen, 479, 1, 2. Vitæ hujus et futuræ pulcher apologus, XXI, 86, 2. Vita carnalis non erit in cœlo, XVIII, 412, 2 : *Hoc autem dico, fratres : quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Vita æterna cibum et potum habet, IX, 422, 2. Vita æterna variis rebus corporeis in Evangelio repræsentatur, XV, 26, 1. Vitæ æternæ latitudo per vestibulum atrii mystice denotatur, XII, 794, 2. Vita cœlestis est laudare Deum assidue, XI, 605, 1 : *Gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis.* Vita gloriosa justorum velut lux est, et lux dicitur, V, 382, 2; XIX, 277, 1 : *Qui* (Christus) *destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium.* Vita in cœlo parvi facit annos gaudii sui, XX, 480, 1. In ea post resurrectionem amplius non moriemur, XVIII, 110, 2 : *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur* (*Vide* BEATI, CŒLUM seu CŒLESTIS GLORIA).

VITALIS. Vitalium partium hominis functiones, XVIII, 263, 1.

VITALIS (S.). S. Vitalis martyrio coronatus, quod Ursicinum in morte nutantem confortasset, XV, 279, 3. In Christo confitendo fuit constans, et propter tormenta Christum negare noluit, I, 999, 1; XXI, 50, 2.

VITALIUS (S.). S. Vitalius labore manuum fornicationem meretricum redimebat, V, 343, 2.

S. Vitalium alapa quidam percutiens, et sinistre judicans, a dæmone correptus est, nec liberari ab eo potuit, nisi in cella Vitalii, XV, 205, 2.

VITELLIUS. Vitellio Cæsari regni auspicium ab aquila allatum, XII, 625, 1. Ejus crudelitas et immanitas sanguinaria, XII, 685, 2; XIII, 541, 1. Astrologos morte mulctabat, XVII, 356, 2. Ejus mors, XIII, 541, 1. Vitellius imperator unco tractus in Tiberim a populo, XIII, 620, 2.

VITIOSUS. Vitiosi sunt suspiciosi, VI, 188, 2. Eorum inter se æmulatio, 447, 2 (*Vide* Impii).

VITIS. 1° Vites et palmites seruntur et plantantur, XII, 30, 2. Vites pastinantur et repastinantur, XV, 708, 1. Vitis magno labore et cultura assidua indiget, VI, 348, 1; XVI, 557, 2. Exigit solum tenue et gracile, VI, 501, 1. Vites in veris initio putandæ sunt, VII, 580, 1. Vitis et ficus cur jungantur simul, VII, 584, 1. Vites et uva adsciscunt sibi saporem fruticum juxta radices suas crescentium, 531, 2. Vitis florens suaviter redolet, IX, 648, 1. Ejus elogium, *ibid.* Ejus feracitas, XII, 601, 1. Quibus rebus lædatur et emoriatur, XII, 601, 1, 2. Vitis insana quæ dicatur, XI. 153, 2. Vitis centurionalis quæ dicatur, XIII, 410, 2.

2° Vitis et Christi analogiæ variæ, idque ostenditur per omnes illius proprietates, XVI, 556, 1 et seq. Cur Christus dicatur vitis vera, 557, 2; 561, 2. Vitis omnium fidelium est Christus, ejusque passio, Evangelium, sacramenta gratiæ, consolationes, XIV, 394, 2.

Vites suavitatem cœlestis patriæ innuunt, VII, 586, 1. Vitis zelosos indicat, ficus vero mansuetos, 585, 2. Vitis est regis avari typus, *Job*, 467, 2.

VITIUM. 1° *Quid sit vitium, ejus natura et fœditas.* Vitium est declinatio a medio, V, 128, 2: *Vias quæ a dextris sunt novit Dominus; perversæ vero sunt quæ a sinistris sunt.* Vitium est mendacium practicum, 259, 1. Vocatur mendax et mendacium, X, 26. 2; XIX, 64, 1. Est obliquum et tortuosum, XIX, 37, 1. *Sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravæ et perversæ.* Virtutis et vitii antitheses, X, 27, 2 et seq. Vitia palliant se virtute V, 540, 1; XI, 162, 2: *Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum?*

Vitii fœditas, IX, 6, 2. Vitium est contra naturam, XVIII, 62, 1, 2. Vitia monstrosa sunt, XI, 453, 2. Sunt monstra, *Job*, 708, 1. Vitium quodlibet est animæ ebrietas et insania, quam causat vinum malitiæ expressum ex uva cupiditatis, ei a dæmone propinatum, XIII, 484, 2. Vitium est obscurum, triste et temulentos facit, *Job*, 216, 1. Vitiis se totos et sua dedentes, filios suos Moloch immolant, XI, 71, 2. Vitium pix est ob quinque analogias, IX, 383, 2: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: et qui communicaverit superbo, induet superbiam.* Vitia superiorum et principum ad subditos manant, XIII, 634, 1, 2. Vitium per se leve, inconstans, pavidum est, 587, 2: *Sicut pali in excelsis, et cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt: sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.* Vitia etiam inter sese pugnant, VI, 447, 2. Quæ vitia ex hæresi nascantur, XVIII, 55, 1: *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia; plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.* Vitia quatuor maxime Ecclesiam e fideles impetentia, accipi possunt per quatuor cornua Zachariæ visa, XIV, 370, 2, Vitia per dextras denotantur, V, 127, 1, 2.

3° *Vitium quam facile addiscatur et difficulter exuatur.* Vitium facilius addiscitur quam virtus, V, 394, 1: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.* In vitia iter pronum et præceps, XI, 413, 1, 2. Vitium virtute potentius, XIV, 345, 1, 2. Vitiorum imperium quam sit illustre, V, 515, 2. Vitio uno abeunte, alterum nos oppugnat, ut residuum quod prius reliquit, posterius depascatur, XIII, 484, 2: *Residuum erucæ comedit locusta, et residuum locustæ comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo.* Vitia juventutis senectute solidantur, *Job*, 423, 2: *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ suæ, et cum eo in pulvere dormient.* Vitia senectutis incurabilia, 569, 1.

4° *Vitiorum damna.* Primo. *Vitia et habitus mali sunt hostes hominis*, Psalm. I, 39, 1. Vitia hominem enervant, III, 612, 1, 2. Vitiis indulgere, servile est, XX, 87, 2. Vitia sunt dæmonis retia, *Job*, 387, 2: *Arctabuntur gressus virtutis ejus, et præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.* Vitia in sectatoribus suis famem causantur, V, 274, 1. Quæ vitia fugienda laudem sectanti, VI 114, 1.

Secundo. *Vitium unum aliud attrahit*, V, 378, 2. Vitia invicem concatenata sunt, XIII, 358, 2. Sunt invicem subordinata, XIX, 192, 1.

Tertio. *Vitium gignit impudentiam*, V, 392, 2. Vitium est velut mulier procax et loquax, VI, 116, 2 (*Vide* Peccatum).

5° *Vitia quatenus et quomodo oppugnanda et expugnanda sint.* Primo. Vitia cognoscenda ut emendantur, *Job*, 310, 2: *Quantas habeo iniquitates et peccata: scelera mea et delicta ostende mihi.* Vitia omnia quomodo justus expugnet, XIV, 364, 2. Vitia assidua constantia exsuperantur, X, 292, 1, 2. Cum vitiis est assidue luctandum, 561, 1: *Consiliatus sum enim ut facerem illam: zelatus sum bonum, et non confundar. Colluctata est animæ*

mea in ista, et in faciendo eam confirmatus sum. Expelluntur ab ethica naturali, IX, 8, 2.

Secundo. Illis obsistendum dum oriri incipiunt, IX, 510, 2 : *Ante languorem adhibe medicinam, et ante judicium interroga teipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem.* Multi vitii remedium ab æmulo conscio inveniunt, X, 47, 1. Vitia omnia in puero continua eruditione et castigatione tolluntur, VI, 27, 1.

Tertio. Vitium quisque suum norit et persequatur, XX, 59, 1. Non simul omnia extirpanda sunt, sed quod infensissimum est, IX, 342, 1 : *Fili, ne in multis sint actus tui : et, si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Habet homo aliquod vitium capitale, atque hoc ei eradicandum, XIX, 50, 1, Vitium radicale et principale assidue nobis impugnandum, XV, 178, 2.

Quarto. Vitia communia sunt leniter tollenda, X, 524, 2. Vitia sensim et constanter eradicanda, XIX, 106, 2. Vitia septem capitalia fidelis per septem virtutes contrarias, septem dona Spiritus sancti, septem petitiones orationis Dominicæ, septemque primas beatitudines expugnare debet, XIV, 19, 2. Vitia sunt Deo immolanda, et per quæ animalia singula denotantur, XVIII, 201, 1. Vitia qui sanat, noctem in diem convertit, XIII, 682, 2.

Sexto. Vitia in nobis supprimi possunt, non tamen moriuntur, III, 116, 1 : De vitiis superatis superbientes sub hoste prostrato succumbunt, IV, 444, 1.

6° *Erga vitia proximi quomodo agendum.* Vitia proximi sunt dissimulanda, quod qui facit sapiens est, V, 321, 1 : *Qui despicit amicum suum, indigens corde est, vir autem prudens tacebit.* Vitiis sæpe iisdem implicamur quæ in aliis inclementius damnemus, 356, 2. Vitium quod in proximo reprehenditur, prius in se quis corrigat ut reprehendat, 577, 2 : *Justus prior est accusator sui : venit amicus ejus et investigabit eum.* Vitia qui in se vincit, facile ea in aliis vincit, XXI, 60, 2 : *Qui vicerit et custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, et reget eas in virga ferrea.* Vitia proximi et nostra æqualiter sunt ponderanda, VI, 57, 2 et seq. : *Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Quomodo ea in aliis arguenda sint, XIX, 306, 2 : *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Vitiis aliquibus obnoxii ea in aliis rigide carpere non debent, V, 577, 2. Vitia publica non principibus a concionatore imputanda, sed populo, XIV, 320, 1. Vitia principum foventes, populo displicent, ea reprehendentes vere placent huic, V, 443, 2.

VITIZA. Vitiza rex Hispaniæ mala consiliariorum consilia sequens deceptus est, XII, 284, 2.

VITREA. Vitrea dicitur aqua, XXI, 102, 2.

VITRUM. Vitri quæ sit materia et origo, XXI, 103, 1. Vitrum cur auro præferatur, *Job*, 553, 1. Vitra fracta glutientes præ petulantia quantopere sibi noceant, XII, 671, 2.

2° Vitro virginitas assimilatur, XXI, 381, 1.

VITTA. 1° Vitta aurea quæ sit, VII, 398, 1.

2° Quid symbolice et anagogice significet, VII, 398, 2 et seq. Vitta coccinea linguæ custodia et diligentia indicatur, XI, 415, 2.

VITULA. 1° Vitula, capra, aries ab Abrahamo in fœdere immolata quid litteraliter, mystice et moraliter significent, I, 203, 1, 2. De vitulæ mactatione pro homicidio occulto, II, 474, 1 et seq. Quid allegorice hæc vitula significarit, *ibid.*, 2. Vitula conternans quæ, XI, 298, 2.

2° Vitula cur dicatur Ægyptus, XII, 293, 1.

VITULAMEN. Vitulamen unde dictum, VIII 359, 1.

VITULUS. 1° Vitulus de armento quis dicatur, XII, 293, 1; XIV, 612, 1. Vituli quam et quare petulci sint, XIV, 611, 2. Vitulus marinus coagulum habet quod epilepticis medetur, IX, 413, 1.

2° Vituli aurei lætitiam quomodo clauserint Hebræi, XVIII, 341, 2.

3° Vituli aurei quos efformavit Jeroboam, fuerunt Apis Ægypti, XIII, 393, 2. Eos cur in Israelem invexerit, *ibid.* Cur in Dan et Bethel a Jeroboamo collocati, X, 500, 1. Erecti erant in Dan et Bersabe, quasi in duobus regni limitibus, ceu tutelares Israelis dii, XIII, 630, 2. Duo erecti erant, non unus, 414, 1. Cur vocentur hi modo vituli, modo vitulæ vel vaccæ, *ibid.* (*Vide* VACCA). Unum ex vitulis aureis mugiisse in nativitate Elisei affirmant S. Epiphanius et Isidorus, III, 659, 2.

4° Vitulus in curru cherubico Ezechielis mystice exponitur, V, 405, 2. Vituli facies in rotis quid litteraliter et symbolice significet, XII, 509, 2. Vitulus in animalibus Joannis significat Dei patientiam, justitiam, religionem et cultum, XXI, 108, 2. Item Christi sacerdotium, 108, 1. Vitulus et bos sacerdotii et beneficentiæ est symbolum, XII, 484, 1. Vitulus S. Lucæ symbolum est, XV, 12, 2. Vitulus saginatus mystice Christum denotat, XVI, 211, 2. Per vitulos labiorum quid intelligatur, XIII, 468, 2.

VITUPERARE. Nihil temere vituperandum, IX, 338, 2; 339, 1.

VITUS. (S.). S. Vitus puer martyr tormenta carnificum parum est moratus, IX, 68, 1. Ejus in tormentis animositas et constantia, XIII, 43, 2.

VIVERE. 1° Vivimus in Dei idea et providentia, XVII, 332, 2.

2° Diu vivere omnes contendimus, X, 347, 1. Omne vivens morti damnatum est, IX. 417, 2.

3° Bene vivendi modus triplex, VI, 262. 2 et seq. Vivere nos oportet quasi hodie morituros, XV, 520, 1. Vivere in fide est pergere in fide inchoata, XVIII, 58, 1, Quid sit vivere justitiæ vel peccato, 106, 1; 111, 2. Quid vivere in lege, 176, 1, 2. Vivere debemus Christo, qui suam pro nobis vitam dedit, et ob quem vivimus, XIV, 266, 1, Vivendum nobis in Christo est, XVII, 103, 1 (*Vide* JUSTITIA, VITA, etc.).

VIVIFICARE. Vivificare sæpe in Scripturis significat *in vita conservare*, II, 316, 2. Quomodo Deus mortuos vivificet, XXIII, 86, 1. Vivificatus spiritu quomodo Christus dicatur, XX, 334, 2.

VIVUS. *Vivus* est Dei epithetum, XXI, 163, 2. Vivus an aliquis ad infernum descendat, 341, 2. Vivus quomodo Antichristus in infernum mittendus, XIX, 156, 2. Quosnam vivos Christus judicaturus sit, 133, 2. Vivi quomodo dicantur judicandi, XVII, 242, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS, JUDEX, JUDICIUM).

VOCABULUM. Vocabula in Evangelio latino-græca, XV, 164, 2.

Vocabula turpia fugienda, *Job*, 31, 1 (*Vide* LOCUTIO, LOQUI, SERMO, VOX).

VOCALIS grammatice et substantive sumptus. Vocales olim et puncta in textu hebræo non erant, XIV, 206, 1.

VOCALIS adjectivus. Vocalia debent esse omnia quæ sunt Pontificis, I, 692, 1, 2.

VOCARE, VOCATUS, VOCATIO. 1° *Variæ vocis* vocare *in Scriptura acceptiones.* Vocare pro *vere esse* in Scriptura res aliqua ponitur, XV, 68, 2; XVIII, 172, 2; XIX, 455, 2. Vocare proprium est vocis, hinc appropriatur Verbo, id est Filio Dei, V, 48, 1. Vocare Dei est efficax, XVIII, 86, 2. Quid sit vocari semen alicujus super aliquem, 159, 2.

Vocatus est nomen Israelis, V, 58, 2. *Vocatus* dicitur servus, XI, 577, 1. *Vocatus* est nomen dignitatis, XVIII, 38, 2. *Vocati* proprium nomen Christianorum, XX, 653, 2 et seq.

2° *Vocatio Dei qualis.* Primo. *Vocatio Dei est mere gratuita et velut ex sorte*, XVII, 67, 1. Vocatio non pendet ab hominis dispositione, nec ex præviis prædestinatorum meritis, sed ex Deo vocante, XIII, 457, 2; XVIII, 145, 1 : *Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Vocatio prima excludit opera existentia et futura, XVIII, 162, 1 : *Cum enim nondum nati fuissent* (ex Rebecca Jacob et Esau), *aut aliquid boni egissent, aut mali* (*ut secundum electionem propositum Dei maneret*), *non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : Quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Vocatio prima ad fidem est a solo Deo, non a nostris meritis, 145, 1; 249, 1. Vocatio est opus gratiæ Dei, 24, 1; 257, 2. *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles : sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret : ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.* Vocatio est ex meritis Christi, 614, 2. Liberum arbitrium includit, 162, 1 : Vocati secundum propositum qui sint, 144, 1 : *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Et ii tam sub Veteri Testamento quam sub Novo, XIX, 442, 1. Cur vocati ultimo, in gloria futuri æquales, etiam majores primo vocatis, XV, 441, 1; 444, 1, 2 et seqq. Pro necessitate vocationis ad munus pastorale, *vide* CONCIONATOR, EPISCOPUS, SACERDOS.

Secundo. *Vocatio Dei multiplex quoad finem et modum, etc.* Vocatio alia efficax, alia inefficax est, XVIII, 195, 2. Alia ad gratiam, alia ad gloriam, 24, 1, XX, 420, 2. Rursus alia absoluta, alia conditionata, XX, 420, 2. Vocat suos Deus diversis modis, V, 48, 1 : *Quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret.* Diversimode vocat nos Deus, mundus, et diabolus, *ibid.* Vocationum Dei typus et ordo, I, 474, 1, 2. Vocatio Dei ad bonum est velut stella apparens, XV, 76, 2. Vocationi congruam gratiam dat Deus, IX, 440, 1 : *Et adimplebit illum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Circa vocationem Dei tria notanda, XVIII, 250 2. Vocatio Christi quam sit potens, XVI, 321, 2 : *In crastinum voluit* (Jesus) *exire in Galilæam, et invenit Philippum. Et dicit ei Jesus : Sequere me.* Vocationis Christi efficacia, XV, 243, 1 : *Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, et ait illi : Sequere me, et surgens secutus est eum.* Vocationis apostolorum ordo, XV, 131, 2 et seq. Vocatio S. Pauli duplex fuit, XVIII, 15, 2 et seq. Valde potens fuit, 2, 1.

Tertio. *Vocatio Gentium ad fidem qualis.* Vocatio Gentium profundissimum secretum est, XI, 360, 1, 2 : *Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum; in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terræ laudes audivimus, gloriam justi. Et dixi : Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Vocatio Gentium a Prophetis prædicta est, XIV, 437, 1. Vocationis Gentium mysterium primus plene cognovit Paulus, XVIII, 4, 1. Quomodo id prophetis ignotum fuerit, 611, 1 : *Secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum,..... quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in Spiritu. Gentes esse cohæredes et concorporales, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium.* Vocatio Gentium æque ac Judæorum fuit sacramentum voluntatis divinæ, 590, 2 : *Quæ* (gratia) *superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in in terra sunt in ipso.* Vocatio Gentium ad fidem cœpit in tribus Magis, XV, 80, 2 (*Vide* PRÆDESTINATIO).

3° *Vocationi Dei quomodo respondendum.* Primo. Vocatio Dei est cum admiratione recolenda, XVIII, 249, 1. Ejus beneficium cum humilitate recensendum, *ibid.*

Secundo. Vocatio Dei expectanda et sequenda, IV, 439, 1 : *Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel ;* XIV, 30, 2. Vocationi divinæ diligenter respondendum, *Job*, 327, 1 : *Vocabis me, et ego respondebo tibi : operi manuum tuarum porriges dexteram.* Vocationi Dei homo respondere debet, XVII, 214, 1. *Et tremens ac stupens dixit* (Saulus) : *Domine, quid me vis facere ? Et Dominus ad eum : Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Vocationi ad statum perfectum non est resistendum, XIX, 388, 1. Vocatio Dei ad perfectionem non est spernenda, V, 49, 1. Eam qui negligit, Dei sapientiam, bonitatem, majestatem spernit, 49, 2 : *Vocavi, et renuistis ; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.* Eam respuere grave est scelus, XV, 265, 2 : *Et quicumque non receperit vos, neque receperit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.* Vocationis Dei neglectæ ultio, V, 49, 2. Vocantem Deum spernere periculosum est, XI, 395, 2 : *Quia manda, remanda, manda, remanda, exspecta, reexspecta, exspecta, reexspecta, modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labii, et lingua altera loquetur ad populum istum.*

Tertio. Vocati a Christo omnia illico relinquant, XV, 133, 1 : *Et procedens inde* (Jesus), *vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum reficientis retia sua, et vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre, secuti sunt eum.* Vocati a Christo ad sui sequelam ne sint de facultatum divisione solliciti, XVI, 142, 2 : *Et ait alter* (ad Jesum) : *Sequar te, Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his quæ domi sunt. Ait ad illum Jesus : Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respicens retro, aptus est regno Dei.* Vocati ad religionem ne se implicent suorum testamentis, XV, 233, 1 : *Alius autem de discipulis ejus ait illi : Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi : Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suas.* Vocati a Deo ad religionem parentes suos et sæculares non consulant, et Deo statim obediant, X, 253, 2.

Quarto. Invocatiene sua cuique constanter perseverandum, VI, 837, 2 : *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum ;* IX, 490, 1 : *Cognosce justitias et judicia Dei, et sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei.* Vocatione sua quisque sit contentus, II, 276, 2 ; IX, 690, 1.

Quinto. Vocationis divinæ effectus est et alios vocari curare, XVI, 320, 1, 2 : *Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei : Invenimus Messiam* (*quod est interpretatum Christus*). *Et adduxit eum ad Jesum* (*Vide* Dei Providentia supernaturalis).

VOLSÆUS, *vide* Wolsæus.

VOLSO. M. Volso missus a Romanis Galatas vicit, IV, 450, 1.

VOLUBILITAS 1° Volubilitas verborum in concionatore reprehenditur, XX, 72, 2.

2° Volubilitas regnorum, et rerum omnium humanarum, XII, 509, 2.

VOLUCRIS. Volucres symbolum sunt hominum timidorum et ambitiosorum, nec non superborum, IX, 442, 1 ; XIII, 321, 1 (*Vide* Avis).

VOLUMEN. Volumen proprie quid sit, XII, 517, 1 ; XIX, 412, 2 ; 413, 1. Cur videat Zacharias volumen volans, et in eo quæ scripta sunt, XIV, 413, 1. Cur vocetur compendium, *ibid.* et 2. Cur volet, variæ dantur causæ, *ibid.* Cur longum viginti cubitis, latum decem, 414, 1, 2.

VOLUNTARIE. Voluntarie a Deo geniti quomodo simus, XX, 69, 2.

VOLUNTAS. I. Voluntas Dei. — 1° *Voluntas Dei quotuplex.* Voluntas Dei duplex est, beneplaciti et signi, XV, 187, 2. Hanc signi in oratione Dominica fieri postulamus, *ibid.* Voluntas signi duplex est, præcipiens et consulens, 188, 1. Voluntas Dei alia antecedens, alia consequens, XIX, 196, 2 : *Omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* Iterum voluntas Dei duplex, beneplacens et irascens, *Job*, 665, 2. Voluntas Dei est triplex, bona, beneplacens et perfecta ; et quænam singulæ, XVIII, 203, 2 : *Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta.* Quomodo ab Apostolo describatur, *ibid.* Ipsa æterna est, XIV, 596, 2 : *Ego enim Dominus et non mutor.*

2° *Voluntas Dei est efficax et potens*, IX, 467, 1, 2 : *Ecce cœlum, et cœli cœlorum abyssus, et universa terra, et quæ in eis sunt, in conspectu illius commovebuntur. Montes simul, et colles, et fundamenta terræ : cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.* Voluntas Dei omnia nostra consilia dissipat instar fumi, VI, 31, 2 : *Multæ cogitationes in corde viri : voluntas autem Domini permanebit.* Hanc nemo evertere vel impedire potest, 32, 1. Ei nemo obstrepere debet, XVIII, 170, 1 : *Dicis itaque mihi : Quid adhuc queritur ? Voluntati enim ejus quis resistit ? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo ?* Voluntates omnium Deus in sua manu habet, 52, 2. Voluntates omnes malæ serviunt Deo, XII, 193, 1 : *Ecce ego mittam et assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum : et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus.* Ex pura Dei voluntate

Judæi a fide sunt rejecti, Gentiles electi ad eam, XVIII, 155, 1, 2.

3° *Voluntas Dei est norma justitiæ, mensura et regula omnis sanctitatis*, VIII, 493, 1 : *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?* XIV, 214, 1. Illa significat quid Deus nos velit facere, XIX, 127, 2 : *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Voluntas Dei in ejus verbo cernitur, XX, 85, 1. Voluntatis Dei interpretes sunt concionatores, XVIII, 570, 1, 2.

II. VOLUNTAS CHRISTI (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III.

III. VOLUNTAS HUMANA. — 1° *Voluntas quid in Scriptura significet.* Voluntas corde denotatur, XVIII, 178, 1 : *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Accipitur interdum pro appetitu, 601, 1 : *In quibus* (peccatis) *et nos omnes aliquando conversati sumus, in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum.* Voluntas carnis quæ dicatur, XVI, 306, 1 : *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* In voluntate etiam residet concupiscentia, XX, 55, 2 et seq. Voluntas ultima testatoris vocatur testamentum, XVIII, 366, 1.

2° *Quid sit voluntas et quænam in homine operetur.* Voluntatis quam magnum sit dominium, I, 117, 1 : *Nonne si bene egeris, recipies ; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius.* Est tanquam rex in homine, V, 123, 2. Ipsa quasi regina, omnibus sensibus, potentiis, et membris imperat, IX, 681, 2. Voluntas est causa vitæ moralis, id est virtutis, V, 123, 2 : *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit* (Vide COR). Voluntas fons est affectuum rationalium, XII, 102, 2. Voluntas est principium vitæ piæ vel impiæ, 753, 1. Est officina virtutis et vitii, *ibid.* Qualis est voluntas, talis est homo, *ibid.* Voluntas hominis nihil nisi bonum desiderare potest, VI, 106, 1. Voluntas moveri nequit nisi ratio aliqua boni eam moveat; ejus pondus est objectum animatum, XII, 267, 1. Voluntas nostra natura sua omnium rerum speciem quasi induit, quibus se per amorem applicat, XIII, 405, 1 : *Et facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Voluntas bona vel mala operum aliquarum ad quæ magis inclinat, bonitate vel malitia se prodit, XV, 212, 2 et seqq. : *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.*

3° *Quanti faciat Deus hominis voluntatem.* Deus sæpe voluntate loco operis est contentus, quod Abraham exemplo probatur, I, 248, 1 : *Dixitque ei Deus : Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam : nunc cognovi quod times Deum, et non pepercisti unigenito Filio tuo propter me.* Voluntas vacandi virtutibus a solo Deo æque grata est atque opus ipsum, V, 334, 1, 2 : *Desiderium justorum omne bonum est : præstolatio impiorum furor ;* VI, 228, 1 : *Si dixeris : Vires non suppetunt : qui inspector est cordis ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.* Voluntas a Deo solo perspicitur et ponderatur, V, 483, 1 : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus.* Voluntas bona quam opulenta, et substituitur pro operibus quæ præstare non potest, XVII, 227, 2.

4° *Voluntatem hominis flectit et regit Deus, et quomodo*, V, 491, 1. A Deo immediate ex parte ipsius potentiæ necessitari potest, nihilominus ex suæ libertati relinquitur, VI, 93, 1 : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud.*

5° *Voluntatis humanæ defectus.* Voluntas hominis inconstans, *Job*, 404, 1. Voluntas nostra semper inquieta est, XII, 753, 2. A voluntate mala ortum habet peccatum, XX, 51, 2. Voluntas sola peccati sui causa est, IX, 446, 2 ; 448, 2. Voluntas interna peccandi est peccatum, etsi in actum externum non prodeat, 555, 1 : *Est qui vetatur peccare præ inopia, et in requie sua stimulabitur* Voluntas malum appetens est mala et vituperabilis, XV, 165, 1 : *Audistis quia dictum est antiquis : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Ab ea fit actus malus peccatum, *ibid.* Voluntas interior mala præcepto *Non concupisces* prohibetur, XVIII, 119, 2 : *Peccatum non cognovi, nisi per legem : nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret : Non concupisces.* Etiam voluntas mentiendi mala est, IX, 230, 2 : *Noli velle mentiri omne mendacium : assiduitas enim illius non est bona.*

6° *Voluntas propria quæ damna inferat.* Voluntas propria est Deus inobedientis, III, 359, 2 : *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Voluntas propria est causa omnis peccati, IX, 682, 1. Est velut uxor nequam, 682, 2 : *Omnis plaga, tristitia cordis est : et omnis malitia, nequitia mulieris.* Quam ea sit molesta spiritui, X, 6, 2 : *Sicut boum jugum quod movetur, ita et mulier nequam ; qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.* Hæc est velut sanguisuga, VI, 446, 2. Voluntatibus nostris malis quomodo utatur diabolus, II, 112, 2

7° *Quæ sint voluntatis officia.* Primo. *In quibus actus voluntatis requiratur.* Voluntatis actus est ad fidem necessarius, XVIII, 178, 1 : *Corde enim creditur ad justitiam : ore autem confessio fit ad salutem.* Voluntatis pia inclinatio magis quam intellectus propensio ad fidem requiritur, XVII, 166, 1 : *Et verbum Domini crescebat, et multipli-*

Et ecce leprosus veniens, adorabat eum dicens : Domine, si vis, potes me mundare. — Ubi curatus fuerit hic leprosus, XV, 219, 1. Lepra quam gravis sit morbus et contagiosus, 219, 2. De lepra ejusque speciebus, et quid significet, II, 81, 1. Leprosi execrabiles, *Job.*, 61, 1. Pœna propter culpam instituta, 100, 1. Miseria hic nunquam deest, 333, 2; 421, 1. Deus medicus est, dum tribulat, 143, 1. Mœrentium consolator, 137, 2; 138, 1; 280, 1. Ad utilitatem exaudit, 232, 2; 482, 2.

Leprosus credidit Christum esse Deum, XV, 220, 1. Voluntatem suam divinæ conformare summa est perfectio, 189, 2 et seq. Voluntatis

nostræ ad divinam conformationis insigne exemplum, XVIII, 204, 1.

Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens : Volo, mundare. — Christus tangendo leprosum sanat, cur, XV, 220, 1. Voluntas Dei duplex est, beneplaciti et signi, 187, 2. Voluntas item Christi fuit duplex, naturalis et rationalis, 571, 1, 2. Quomodo Deus velit omnes homines salvos fieri, XIX, 196, 1, 2. Deus humiles exaltat, *Job*, 137, 1. Auxilium Dei promptum, 482, 1.

Et ait illi : Vide nemini dixeris ; sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. — Quid nos doceat Christus prohibendo leprosum a curationis promulgatione, XV, 221, 1. Dona Dei quæ pertinent ad excellentiam personæ occultanda sunt, IV, 5, 1. De sacrificio a leprosis in mundatione lege Moysis offerri præcepto ejusque significatione, II, 92, 1. Benedictio sacerdotalis quam sit efficax, XV, 221, 1, 2. Leprosi ad sacerdotem venientes ostendunt vim et efficaciam sacramenti Pœnitentiæ, *ibid.*, 2. Lepra est hæresis et peccatum contagiosum, *ibid.* Cur Christus in forma leprosi apparuerit, *ibid.*

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, et dicens : Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. — Quis fuerit hic centurio, XV, 222, 1. An fuerit Hispanus, XX, 640, 1. Ejus legatio et postulatio ad Christam, XV, 222, 2. Enodatur difficultas occurrens in petitione centurionis et seniorum ab ipso missorum, *ibid.* Centurio hic orat pro servo : sic pro aliis orare utilius est quam pro se, XX, 221, 2. Miseriarum humanarum ut mortis et morborum, etc., tres sunt fines VII, 151, 1, 2. Paralysis spiritualis, XV, 241, 2. Acediæ et paralysis variæ analogiæ, *ibid.*, 2 et seq.

Occasione hujus centurionis tantam curam gerentis pro servo, agi poterit de officio dominorum erga servos, XV, 227, 1, *vide* Domini, Heri, Servi.

Et ait illi Jesus : Ego veniam, et curabo eum. — Cur Christus hic centurioni plus offert quam petierat, XV, 223, 1. Ad exemplum Salvatoris confestim cum centurione abeuntis debet omnis beneficentia esse celer, VII, 41, 2. Ægros visitare pium est, IX, 255, 2. Sanitatem animæ et corporis dat sapientia et timor Domini, 77, 2. Fragilitas humana miseratione digna, *Job*, 319, 1. Medici gloria est salus ægri, 200, 1. Consolatio afflictionem sequitur, 648, 2 ; 672, 1.

Et respondens centurio ait : Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. — Christum esse Deum centurionem credidisse ex his verbis constat, XV, 223, 1. Dicere Dei est efficax, V, 320, 1, 2. Quid possit vox Christi, III, 39, 1. Notitia sui necessaria, *Job*, 150, 1 ; 165, 2 ; 193, 1 ; 328, 2 ; 382, 1. Humilitas Deo chara, 595, 2. Fiducia in Deum sanctorum propria. 134, 2 ; 142, 1 ; 166, 2 ; 172, 2 ; 305, 1 ; 359, 2. Confessio humilis Deum placat, 650, 1.

Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic : Vade, et vadit ; et alii : Veni et venit ; et servo meo : Fac hoc, et facit. — Virtutes heroicæ centurionis, XV, 223, 2. Sæpe per honores fiunt deteriores quam erant ante eosdem, VII, 343, 2. Princeps unus subest alteri, et potens a potentiore subigitur, 207, 1. Cui rei deserviat servorum copia, 97, 2. Ejus vanitas, 98, 1. Superiores suorum virtutem variis exercitiis excitare debent, 343, 2. In bellis qualis disciplina militaris sit servanda, docetur exemplis, IV, 470, 1 et seqq. Reges ne se sinant ab alio regi, X, 181, 1.

Providentiæ divinæ suavitas et fortitudo, VIII 462, 1. Deus se causis secundis attemperat, 463, 1. Idque suaviter, sic etiam res supernaturales dispensat, *ibid.*

Audiens autem Jesus miratus est. — An in Christo proprie fuerit admiratio, XV, 224, 1. Triplex scientia Christi, *ibid.*

Et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. — Pauci Judæi sunt ad Christi fidem conversi, et qui conversi fuere, etiam mox ab ea ad judaismum defecere, VII, 584, 1, 2 ; 604, 2. Puritatem fidei et operum ab Ecclesia sua poscit Deus, 590, 1. Primi fructus fidei sunt velut grossi, 585, 2. Qui sint viri fideles, et tales invenire difficile est, VI, 50, 1, 2 et seqq. Laus Dei solida, *Job*, 26, 2 ; 27, 1. Favor humanus verus, 441, 2. Virtus honorabilem reddit, 569, 1 ; 572, 1. Splendor verus ex virtute, 13, 2. Adversæ res justis subserviunt, 184, 2 ; 769, 1.

Centurionis hujus fides docet orationem fidentem vim Deo facere, XX, 617, 1. Fiducia in oratione necessaria, 39, 2 ; 40, 2 et seqq. (*Vide* Oratio).

Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum. — Ex quatuor orbis partibus plurimi fidem Christi amplectentur, VI, 61, 2. In cœlo beati convivantur, XV, 224, 2.

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. — Exteriores tenebræ quæ, XV, 226, 1, 2. Hæ tenebræ quia inferni typus sunt, hinc de eo agi poterit (*Vide* Damnati, Infernus).

DOMINICA IV POST EPIPHANIAM

(*Matth.*, VIII, 1-13).

Ascendente eo (Jesu) in navicular, secuti sunt eum discipuli ejus. — Navicula hæc significat Ecclesiam, quæ multis persecutionum fluctu-

bus concutitur, hinc de Ecclesia agi poterit, *vide* ECCLESIA.

ET ECCE MOTUS MAGNUS FACTUS EST IN MARI, ITA UT NAVICULA OPERIRETUR FLUCTIBUS. — Hunc motum et tempestatem excitavit Christus, et quare, XV, 234, 1 et seqq. Cur discipulos ab eo jactari permiserit, XV, 344, 2. Quia nonnullorum interpretum opinio est, hanc maris tempestatem occasione Judæ proditoris excitatam fuisse, videre est quam sit malorum Deoque exosorum societas noxia, XIV, 32, 2; 143, 1.

Mare describitur, VII, 46, 2. Cur ipsum non redundet affluentibus tot aquis, 47, 2 et seq. Qua ratione flumina ad suas origines redeant, 49, 1, 2. Mare quanta pericula includat, XII, 375, 2 et seq.; XVII, 431, 2. Mare tempestuosum quale, *Job*, 781, 2. Ventorum pondus quale, 558, 1. Ventorum vis et indoles, VIII, 437, 1 (*Vide* VENTUS). Navigantium quanta sint pericula, VIII, 383, 2; 557, 1; 559, 2. Ventorum vis in mari, X, 406, 2. Ventus quis sit, et ejus generatio, 409, 1, 2.

Ecclesia in mediis afflictionibus et pressuris est velut navis in mediis fluctibus, XV, 234, 1. Persecutiones varias passa est Ecclesia, ut navis hæc tempestates, XXI, 141, 2; 264, 2. Ea adversis crescit et propagatur, XV, 347, 2. Deus cur suos affligi et castigari sinat, XXI, 87, 2. Ærumnis cinguntur electi, *Job*, 359, 2. Tentationes nos circumdant, 361, 1. Quies non est hujus vitæ, 86, 2. Vita est rota motuum, laborum et dolorum, VII, 43, 2.

Mare mysticum triplex est, V, 27, 1. Per motum hunc symbolice intelligi possunt bella tum externa, tum interna; virtutum et vitiorum quanta inter se sit pugna, XIV, 555, 1. Passiones animæ quatuor sunt velut impetuosi turbines, 161, 1, 2. Earum compescendarum ratio, *ibid.*, 2. Sunt iidem velut quatuor equi indomiti hominem in diversa raptantes, 189, 1. Mundus quam sit turbulentus, ideo cymba nostra quamprimum ex eo subducenda, 375, 2. Cupiditas est charybdis insatiabilis, 228, 2. Item mentis ebrietas, 228, 1. Qui creaturas sectatur est in perpetuo motu et metu, 597, 1. Passiones in homine velut belluæ sæviunt, XI, 536, 1. Passiones animi motus sunt, sed illas vir pius non consulat, X, 251, 1. Sunt animæ carnifices, 327, 1 et seq. Animi motus sunt ad Dei voluntatem ordinandi, V, 230, 2. Concupiscentia totam terram et hominem turbat, VI, 156, 2 et seqq. Cupiditates sunt nobis compescendæ, 292, 2 et seqq. Tentatus faciat quod nauta in tempestate, XV, 234, 1, 2.

Navis etiam vitæ et voluptatis symbolum est, VIII, 383, 2 et seq. Hominis et navis analogiæ, 384, 1.

IPSE VERO DORMIEBAT. — Christus dormit, cur, XV, 234, 2. Quia Redemptor fortasse defatigatus erat, dormiebat, quia labor diurnus conciliat de nocte somnum, VII, 313, 1, 2. Quis somnus Christi, VIII, 98, 1. Item Ecclesiæ, 97, 1. Somnus et evigilatio quid in Deo, *Job*, 205, 2. Christus etsi dormiens, eorum tamen quæ gerebantur conscius per suam providentiam erat: providentiæ Dei virtutes septem quæ, XXI, 22, 2. Cur permissio Dei vocetur actio et deceptio, XII, 598, 1. Christus hic ita se gerit quasi de tempestate inscius; ad eumdem modum ludit diversimode in orbe terrarum cum hominibus, V, 240, 1, 2 et seq.

Christus dormiebat quasi de tempestate nihil sciret, sic justus in tribulationibus et adversis manet immobilis et constans; imo gratias agit et laudat, IV, 274, 1, 2; V, 284 2. Nihil ei accidit mali, nisi disponente Domino, IV, 274, 1, 2; V, 519, 2. Porro adversa virum fortem non movent, IV, 305, 2 et seq. Sed ostendunt in colluctatione virtutem, 421, 2 et seq. Justi in adversis constantia, V, 309, 2. Justus tribulationes a Deo immissas forti animo tolerat, 367, 1, 2.

Somnus hic erat animi tranquilli signum, quia conscientia serena magna quiete perfruitur, VII, 213, 1. Dives vero ægre dormit, tum ob opes, tum ob deliciarum et ciborum copiam, 213, 2 et seq. Somni utilitas et suavitas, 214, 1, 2. Est naturæ evamentum, *Job*, 435, 2. Ut Christus tempestatum nihil moratus dormiebat, sic celsitudo animi tranquillos et beatos facit, XI, 687, 1. Regnum fortunæ despicit, etiam in doloribus, *ibid.* et 2.

ET ACCESSERUNT AD EUM DISCIPULI EJUS ET SUSCITAVERUNT EUM, DICENTES: DOMINE, SALVA NOS, PERIMUS. — Dominus etsi dormiret, de suis tamen sollicitus erat, quia justorum opera et protectio Deo curæ sunt, et in manu ejus, VII, 304, 2 et seqq. Licet Christus hic dormiat, est tamen dormientium excitator, XVIII, 655, 1. Deus cur hominibus etiam justis et sanctis tribulationes et afflictiones immittat, IV, 274, 1, 2; 365, 1. Deus hominibus tribulationes immittit ut ad se redeant, III, 127, 2. Tribulatio hominem sapere decet, V, 292, 1, 2 et seqq. Castigationes Dei sunt ut vulnera amici, VI, 333, 2 et seq. In rebus arduis semper ad Deum capiendum est refugium, XVIII, 87, 1. In rebus etiam desperatissimis est Deo fidendum, XIX, 479, 1. Anima tentationibus oppressa et in periculis constituta opem Dei implorat, utque sibi cito succurrat, precatur, VII, 600, 1, 2. Tum se Deus ab anima seducit cum peccat; ad eam redit dum pœnitet, 468, 2. Deus in necessitate invocandus, *Job*, 133, 2; 675, 1 Totus oculus, 301, 2; 471, 2; 521, 2. Suos servat, 119, 1; 184, 2; 240, 1; 255, 1; 482, 1. Deus refugium nostrum, 142, 1; 280, 1; 491, 2. Diversimode Deus suos et res quaslibet conservat, VIII, 525, 2.

ET DIXIT EIS: QUID TIMIDI ESTIS, MODICÆ FIDEI? — Tentationis remedium spes, XV, 235, 1. Virtus omnem timorem aufert, V, 97, 1. At conscientia mala est in continuo pavore, 395, 1. Cogitationes hominum timidæ, *Job*, 138, 1. Fragilitas

humana merito timet, 163, 2. Diffidentia in rebus perplexis cavenda, VI, 225, 2. Impius semper pavet, justus est impavidus nixus Deo, 360, 2 et seq. Sæpius pavor homini pavido est velut laqueus, 413, 1. Deum timens nihil timere debet, X, 473, 2. Justi in omnibus casibus et periculis Deo fidunt, VIII, 340, 1. Peccati formido unde proveniat, VIII, 610, 1. Conscientia mala scelestos timidos facit, castigat et pulsat, IV, 441, 2; 455, 1. In metu vita est misera, beata vero quæ metum et voluptatem vicit, XXI, 159, 1. Diffidentiæ de Deo tres effectus, XII, 139, 2. De Deo in adversis nunquam desperandum, XIV, 298, 1. In tribulatione magis Deo confidere oportet, XX, 449, 2. Spes et fides de Dei ope omnia superat, XIV, 226, 2. Fiduciam habeat is qui aliquid a Deo petit, XX, 39, 2; 40, 1. Fiducia in arduis elucet, *Job*, 305, 1; 359, 2. Solo Deo nitendum, 481, 1. Custodia Dei firma, 199, 1; 373, 2. Quomodo afflictam animam Deus consoletur, VII, 600, 2 et seq.

TUNC SURGENS, IMPERAVIT VENTIS ET MARI, ET FACTA EST TRANQUILLITAS MAGNA. — His verbis significatur tum magna vis maris fluctibus agitati, tum magnum dominium et imperium Dei cum magna potestate et auctoritate mari imperantis, XV, 235, 2. Venti et mare illico subsidunt, quia dicere Dei est efficax, V, 320, 1. Similia Deus facit in gratiam sanctorum, III, 23, 1, 2. Sancti homines maria et flumina furentia compescuerunt, VIII, 636, 2. Quomodo Deus mare et ventos increpet, XIV, 162, 1. Quomodo Deus mox adsit se invocantibus, et sperantibus in eo, XI, 202, 1; XIV, 146, 1. Deus ad portas mortis deducit ac reducit, VIII, 594, 1, 2 et seqq. Tranquillitas post tempestatem, post nubila phœbus, IV, 281, 1. Creaturæ omnes tum cœlestes, tum terrestres in conspectu Dei silent, 235, 2 et seq. Potentiam omnem adversam statim Deus infringit, et subridendo velut despicit, XIII, 583, 1, 2.

Quomodo Christus invocatus persecutionibus Ecclesiæ et animæ tentationibus imperet, XV, 235, 2. Tentationum maria pacat Deus, X, 412, 1. Rector prudens nauclerum imitetur, V, 27, 1. Tranquillitas animi summum est hujus vitæ bonum, 367, 1, 2. Quies et tranquillitas quanta in cultu et famulatu Dei lateat, XIV, 436, 2. Justi suos affectus regunt, VI, 94, 1. In eorum corde regnat Deus quiete, *ibid.*, 2. Deus omnes inimicos justis amicat, V, 490, 2.

PORRO HOMINES MIRATI SUNT, DICENTES : QUALIS EST HIC, QUIA VENTI ET MARE OBEDIUNT EI? — Venti et reliquæ res creatæ sunt Dei exercitus, et ad ejus nutum militant, XIII, 576, 1. Solus Deus imperat ventis, V, 277, 2. Eorum gyratio et motus ejus potentiam innuunt, 426, 1. Venti et mare Deo obediunt, *Job*, 712, 2; 713, 1. Per angelos Deus ventorum uti et fulminum vim moderatur, ut hos, non illos, impios, non pios affligant, XXI, 162, 2. Creaturæ quælibet exactissime Deo obtemperant, et quidem contra naturam propriam, VIII, 641, 2. Creatura omnis homini servit, ut ipse Creatori serviat, X, 383, 1, 2.

Obedienti Deo obediunt etiam omnes animæ potentiæ, V, 491, 2. Iracundiæ motus compescens velut rex est, VI, 272, 2 et seq. Obediens nullum malum sentit, VII, 288, 2 (*Vide* OBEDIENTIA).

DOMINICA V POST EPIPHANIAM

(*Matth.*, XII, 24-30).

SIMILE EST REGNUM CŒLORUM HOMINI QUI SEMINAVIT BONUM SEMEN IN AGRO SUO. — Agricultura est a Deo instituta, et honesta est ars, IX 232, 2. Vir justus est agricola Dei, XI, 402, 1, 2.

CUM AUTEM DORMIRENT HOMINES, VENIT INIMICUS EJUS, ET SUPERSEMINAVIT ZIZANIA IN MEDIO TRITICI, ET ABIIT. — Somnus prælatorum, XV, 327, 1 Superiores quando dormire possint, quando non III, 446, 1, 2. Ad spiritualem vigilantiam cohortatio, XVIII, 224, 1. Vigilantiæ exempla, *ibid.* Somnus animæ excutiendus, *ibid.*

Diabolus nunquam dormit, *Job*, 593, 2. Ubique insidiatur, 181, 1; 191, 1; 375, 1. Est impostor, 758, 2; 760, 1; 766, 1. Amat otiosos, 764, 1; 777, 2. Ubique tentat, 23, 2; 24, 2; 25, 1; 35, 2. Nocendi promptus, 34, 2; 114, 2; 781, 1. Omnia in malum trahit, 57, 2 : 777, 1. Nil sine permissu Dei potest, 31, 1; 2; 33, 2; 38, 2. Ejus proprium est intricare corpus et animam variis scrupulis, concupiscentiis et peccatis, ut fiat ejus et gehennæ præda, 293, 2.

CUM AUTEM CREVISSET HERBA ET FRUCTUM FECISSET, TUNC APPARUERUNT ET ZIZANIA. — Zizania quid sit, XV, 327, 1. Vitia virtuti affinia, *Job*, 71, 2. Parva non parvi facienda, 206, 2. Sunt dæmonis semina, 387, 2; 388, 1. Defectus quotidiani non infelliguntur, 219, 2.

ACCEDENTES AUTEM SERVI PATRIS FAMILIAS, DIXERUNT EI : DOMINE, NONNE BONUM SEMEN SEMINASTI IN AGRO TUO? UNDE ERGO HABET ZIZANIA? ET AIT ILLIS : INIMICUS HOMO HOC FECIT. — Mystice zizaniæ sunt hæretici et peccatores, XV, 327, 2. Mali catholici sunt in Ecclesia, at nulli hæretici, VIII, 75, 1. Pravi doctores, consultores et socii, sunt velut zizania, animam piam dispoliantes et vulnerantes, 114, 1. In Ecclesia sunt boni et mali, electi et reprobi, XIX, 294, 2. In omni congregatione, quantumvis bona, suus est Judas, XVII, 67, 2. Improborum consortia vitanda, IX, 484, 1. Vitium se communicantibus affricat, IX, 383, 1, 2. Inter impios recte posse vivere laudabile est, VII, 551, 1.

SERVI AUTEM DIXERUNT EI : VIS, IMUS, ET COLLIGIMUS EA? ET AIT : NON, NE FORTE COLLIGENTES ZIZANIA, ERADICETIS SIMUL CUM EIS ET TRITICUM. SINITE UTRAQUE CRESCERE USQUE AD MESSEM. — Potest Deus omnes impios perdere, sed id non sinunt regulæ æternæ providentiæ, III,

657, 1 ; 658, 1, 2. Deus neminem ad peccatum impellit, etsi peccare sinat. VII, 258, 2. Quo sensu tamen impium pervertat, 259, 1. At peccator vere seipsum pervertit et perdurat, *ibid.* Quomodo eum Deus deserat, *ibid.* Judex permittit nonnunquam in republica mala, nec punit, ad certum tempus, perinde ac agricola in agro suo zizania, 208, 1. Cur Deus impios sinat vivere et florere, 295, 2 ; 296, 1. Iniquum est Dei patientia abuti ad peccandum, 296, 2. Spes impunitatis est peccandi illecebra, *ibid.* Pii vero hac ejus longanimitate ad magis eum amandum invitantur, 297, 1, 2. Pii atque impii in hac vita affliguntur, 296, 2. Scelera Deus tandem vindicat, licet dissimulare videatur, I, 393, 1. Impii aliquamdiu tolerantur a Deo, at tandem ei pœnas dabunt, V, 102, 1.

Principes et prælati qui his verbis Christi nituntur ut hæreticos suis in ditionibus tolerent et foveant, suggillantur, et merito a Deo castigantur, VIII, 112, 2. Clericis malis boni sunt surrogandi, XI, 344, 1.

Vitia communia leniter tollenda sunt, X, 324, 2. Fragilitas humana commiseratione digna, *Job*, 319, 1. Sancti quoque nævis non carent, 83, 2. Festinatio in calamitate periculosa, 103, 1. Opportunitas ubique servanda, 114, 2. Mala juste permittit Deus, 246, 1.

ET IN TEMPORE MESSIS DICAM MESSORIBUS : COLLIGITE PRIMUM ZIZANIA, ET ALLIGATE EA IN FASCICULOS AD COMBURENDUM, TRITICUM AUTEM CONGREGATE IN HORREUM MEUM. — Impii tandem a Deo deprimentur et confundentur, V, 103, 1, 2. Elementorum conglobatio, et globus elementaris, quomodo sit fasciculus in manibus Dei, XIII, 638, 2. Justi et sancti tritico comparantur, VIII, 173, 2 et seq. Idque ob fœcunditatem, 172, 2. Messem impii comedent alieni, *Job*, 128, 1. Justitia Dei statera æquitatis, 155, 1 ; 610, 2. Retributio cuique est post hanc vitam, 456, 1. Judicium Dei irrefragabile, 617, 2 ; 661, 2. Reprobatio culpam sequitur, 287, 2. Impiorum portio maledicta, 504, 2. Pœnarum inferni gravitas, XIX, 145, 1. (*Vide* INFERNUS).

DOMINICA VI POST EPIPHANIAM

(*Matth.*, XIII, 31-35).

SIMILE EST REGNUM CŒLORUM GRANO SINAPIS, QUOD ACCIPIENS HOMO SEMINAVIT IN AGRO SUO. — Regnum cœlorum felicissimum est, VIII, 387, 2. At regnum terrenum misera servitus, 388, 1. Regnum divinum quomodo per Christum Deus in terra stabiliat, IV, 351, 2.

QUOD MINIMUM QUIDEM EST OMNIBUS SEMINIBUS, CUM AUTEM CREVERIT, MAJUS EST OMNIBUS OLERIBUS, ET FIT ARBOR, ITA UT VOLUCRES CŒLI VENIANT, ET HABITENT IN RAMIS EJUS. — Sinapi quos mystice denotet, XV, 328, 1 et seqq. Grani sinapis et Evangelii analogiæ, *ibid.*, 2 et seqq. Martyr est velut granum sinapis, 329, 2. Quia per granum sinapis a quibusdam intelligitur fides, poterit hic de *Fide* agi (*Vide* FIDES) ; quia vero per granum hoc alii intelligunt Evangelium, ejusque prædicationem, hic agi poterit de *Evangelio* (*Vide* CONCIONATOR, CONCIO, EVANGELIUM, PRÆDICATIO, SERMO, VERBUM). De Evangelii vi et efficacia, XVIII, 45, 2 et seqq. Evangelium est compendium legis, 173, 1. Est quasi gemma, 239, 2. Salutem animæ et corporis operatur, 46, 1. Est speculum gloriæ Dei, 436, 2. Quare Deus voluerit prædicari suum Evangelium primo per homines sæculo rudes, 256, 2 et seqq. Quomodo in præparatione Evangelii calceati esse debeamus, 679, 2. Doctrina Dei qualis, *Job*, 647, 2 ; 680, 1. Verbum Dei quo spiritu prædicandum, 519, 2; 523, 1, et 2. Est cibus animæ, 203, 1. Virtus animum erigit, 481, 1. Sancti portant orbem, 231, 1.

Parva vitia tandem fiunt maxima, IX. 365, 1. Parvus defectus initio, ad vitia grandia et enormia viam sternit, VII, 354, 1, 2 et seq.

SIMILE EST REGNUM CŒLORUM FERMENTO QUOD ACCEPTUM MULIER ABSCONDIT IN FARINÆ SATIS TRIBUS, DONEC FERMENTATUM EST TOTUM. — Fermenti et Evangelii analogiæ, XV, 330, 1 et seqq. Sicut fermentum totam pastam sapidam reddit, quamvis ipsum insipidum sit, sic voluntas omnium rerum speciem et faciem quasi induit, quibus se per amorem jungit, XIII, 405, 1.

Fermenti qualitates stulto competunt, V, 283, 1. Vitium statim malignitatem suam affricat, non ita virtus, etsi magna, XIV, 345, 1, 2.

HÆC OMNIA LOCUTUS EST JESUS IN PARABOLIS AD TURBAS, ET SINE PARABOLIS NON LOQUEBATUR EIS. — Parabolarum dignitas et utilitas, V, 15, 1, 2 et seqq. Quinque earum species, 16, 2. Parabola tres partes habet, XI, 402, 1. Omnia Christi Domini dicta sunt parabolæ et sententiæ, V, 18, 2. Sacra Scriptura apologis et parabolis utitur, nam sic olim ethica tradebatur, 25, 1, 2. Et proinde toties eis usus est Christus, 26, 1.

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ

(*Matth.*, XX, 1-16).

SIMILE EST REGNUM CŒLORUM PATRIFAMILIAS. — Patrisfamilias officium quale, *Job*, 150, 1. Famuli ad quid habendi, 11, 2 ; 12, 1, 2 ; 619, 1. Quænam familia sit felicissima, II, 177, 2. Quæ familia sit optima, VI, 216, 1, 2. Parabolæ operariorum scopus, XV, 439, 1 et seq.

QUI EXIIT PRIMO MANE. — Mane vacandum orationi, et opera bona per diem exercenda, sunt destinanda, V, 339, 2. Mane surgendum ad Deum laudandum, IX, 152, 2. Oratio matutina quam sit utilis, mane cor ad Deum offerendum, X, 303, 2 et seq. Mane surgendum ad Deum, *Job*, 265, 1, 2. Primo mane agitanda sunt matura consilia, et cur, VII, 350, 2. Gratia primo mane ipsam quærenti-

bus se sponte offert, VIII, 406, 1. Qui vero eam sic quæsierit, securus esse potest de illa invenienda, 406, 2. Mane et sub aurora oranti Dei gratia excipienda est, 603, 2 et seq. Diei initium Deo dicandum, 604, 1. Laborandum in juventute et æstate, V, 279, 1. Virtuti incumbendum etiam a prima ætate, VII, 373, 2.

CONDUCERE OPERARIOS IN VINEAM SUAM. — Officiales quales a regibus sunt seligendi, VI, 172, 2. Homini quinque de causis laborandum est, IX, 232, 1, 2. Labor omnis quam sit utilis et salubris, XII, 578, 1, 2. Mercenarii dies nostri, *Job*, 183, 2; 322, 2. Homo natus ad laborem, 130, 2; 132, 2. Vitæ incertitudo summa, 186, 1; 187, 1; 316, 1; 332, 1. Vita brevis, ars longa, 207, 1; 320, 2. Tempus cuique præstitutum, 546, 2. Præsens tempus bene collocandum, 184, 1. Opera bona et mala hominem ubi vis sequuntur, 283, 1.

Gratia primo nos prævenit et præoccupat, VIII, 404, 2. A qua qui præventus est, sibi majorem infundi rogat, 405, 1. Veri sancti quibus sapientiam suam communicent quærunt, 407, 2 et seq.

In studio virtutis strenuitate opus est, X, 131, 2 et seq. In via virtutis operandum, et fervor in ea necessarius, XI, 506, 1, 2. Si is initio operis non adfuerit, postea assumendus est, *ibid.*, 2. Quomodo in virtute semper proficiendum, II, 373, 1 et seqq. Ad hoc faciendum pia praxis, 374, 2.

Opera præter fidem bona esse necessaria ad justificationem probatur, XVIII, 60, 2 et seqq.; 76, 1 et seqq.; XX, 122, 1; 123, 1; 124, 1; 128, 2; 423, 2. Opera bona non minuunt, sed illustrant gratiam Christi, *ibid.*, 2. Operum bonorum studium commendatur, XVIII, 603, 2; XIX, 338, 2. Opera bona sunt lux et quibus de causis, XVIII, 653, 2. Virtutum et bonorum operum tres sunt gradus, XIV, 590, 1, 2. Operibus bonis Christum coronamus, 433, 2. Opera optime docent et exempla, VIII, 435, 1. Tempus vitæ est tempus operandi, XVIII, 576, 2. Quomodo circa operum necessitatem et depressionem conciliandi sint S. Paulus et S. Jacobus, XX, 133, 2. Rejicitur Calvini error omnia opera justorum esse peccata asserentis, I, 134, 2. Omnia opera infidelium et impiorum non sunt peccata, XIV, 345, 1. Bona opera quinam amittant, 324, 1. Operariorum labor sæpe in irritum cadit quidquid demum agunt, quia Dei cultum negligunt, *ibid.* Omne quod operamur, in conspectu Dei agimus, XIII, 94, 1 (*Vide* OPERA).

CONVENTIONE AUTEM FACTA CUM OPERARIIS EX DENARIO DIURNO, MISIT EOS IN VINEAM SUAM. — Labor cursu solis diurni moderandus est, VII, 25, 2.

Ecclesiæ adaptatur vineæ natura et proprietas, XII, 601, 1, 2. Ecclesia vinea est, uti et anima, ob varias analogias, XIII, 411, 1, 2. Anima nobis colenda ut vinea et ager, V, 357, 2; VII, 94, 1; XV, 442, 1. Cultor animæ est cultor vineæ, VI, 247, 2. Anima sancta est vinea, hujusque proprietates illi adaptantur, XI, 411, 1, 2. Est quoque hortus et paradisus Dei, 647, 2. Botri vineæ sunt reprobi, cur, seges vero electi, XXI, 285, 2.

ET EGRESSUS CIRCA HORAM TERTIAM, VIDIT ALIOS STANTES IN FORO OTIOSOS, ET DIXIT ILLIS: ITE ET VOS IN VINEAM MEAM, ET QUOD JUSTUM FUERIT, DABO VOBIS. — Justos suo tempore quemque ad orbis salutem Deus admittit, VII, 305, 1. Deus non imperiose mandat, sed amice invitat ad labores, 579, 2. Ad laborem invitat, quia hic unica via est ad gloriam, VIII, 509, 2. Meritum bonorum operum hic aperte significatur, XV, 443, 1. Justi mercedem gloriæ de condigno merentur, VIII, 334, 1. Operi bono debetur merces, 386, 2 et seq. Deus de bono opere remunerando sollicitus est, 387, 1. Operum merita astruuntur, IX, 432, 2. Non eadem merces beatis in cœlo datur, XV, 441, 1, 2.

CIRCA UNDECIMAM VERO EXIIT, ET INVENIT ALIOS STANTES, ET DICIT ILLIS: QUID HIC STATIS TOTA DIE OTIOSI? — Otium fugiendum, *vide* DESIDIA, OTIUM, PIGRITIA. Magna habenda est ratio temporis, VII, 289, 2; IX, 159, 1, 2 et seq. Ejus pretium, *ibid.* et seq. (*Vide* TEMPUS). Operandum bonum dum hic vivimus, quia post mortem non erit operandi facultas, 319, 1, 2. Tarditas tarditate gratiæ punitur, sic hi otiosi nonnisi circa vesperam sunt conducti, VIII, 109, 2; 110, 1, 2. Non otiandum est, cum sapientia ipsa laboriosa sit, 429, 1. Acedi a Christo quomodo sugillentur, XIV, 495, 2. Cur servos inutiles nos coram Deo dicere possimus, XVI, 230, 2 et seqq. Christianorum non est stare, sed ambulare in via virtutis, XIX, 127, 1. De stadio et studio virtutis, I, 669, 1. De via ad virtutem, *ibid.* Virtutum habitus exercitio parandus, II, 144, 1. Labor est lux mentis, *Job*, 694, 2. Lætitiam parit, 526, 2. Laborum finis gloriosus, 131, 1, 2. Ponderator Deus, 237, 1. Præmium est cœlum, 274, 1. Patientia Dei non est abutendum, 499, 1. Præmiorum spe animus est erigendus, 182, 2.

DICUNT EI: QUIA NEMO NOS CONDUXIT. DICIT ILLIS: ITE ET VOS IN VINEAM MEAM. — Quam futilis hæc pigrorum excusatio, XV, 443, 1. Aliunde tamen mitti debent a Deo qui res magnas aggrediuntur, XI, 180, 2.

CUM SERO AUTEM FACTUM ESSET, DICIT DOMINUS VINEÆ PROCURATORI SUO: VOCA OPERARIOS, ET REDDE ILLIS MERCEDEM, INCIPIENS A NOVISSIMIS USQUE AD PRIMOS. — Merces ut supra dictum est meritum supponit, XV, 152, 1, 2; 443, 2. Quomodo Deus sit operum nostrorum merces, I, 201, 1. Labor et operatio omne bonum parant, VI, 23, 1. Operari intuitu mercedis æternæ bonum est et meritorium, XVIII, 330, 1, 484, 2. De merito operum nostrorum, eorumque condignitate ad gloriam, XVIII, 58, 2; 445, 1; XIX, 311, 1. An Deus ex justitia nobis mercedem operum nostrorum debeat, XIX, 311, 2 et seqq. (*Vide* OPERA MERCES, MERITUM).

Merces operariis non est deneganda, sed eis statim danda, IV, 286, 1; XX, 201, 2.

CUM VENISSENT ERGO QUI CIRCA UNDECIMAM HORAM VENERANT, ACCEPERUNT SINGULOS DENARIOS. VENIENTES AUTEM ET PRIMI, ARBITRATI SUNT QUOD PLUS ESSENT ACCEPTURI : ACCEPERUNT AUTEM ET IPSI SINGULOS DENARIOS. ET ACCIPIENTES MURMURABANT ADVERSUS PATREMFAMILIAS, — Quid per istud murmur significetur, XV, 444, 2. Murmura Deo displicent, eaque semper acriter castigavit, VIII, 297, 2. Murmurandum minime est contra Deum, quod nos pauperes fecerit, alios divites, VII, 231, 1, 2. Murmur contra superiores Deus acerrime vindicat, XX, 673, 1. Imperfectorum semitæ involutæ, *Job*, 171, 1.

DICENTES : HI NOVISSIMI UNA HORA FECERUNT, ET PARES ILLOS NOBIS FECISTI, QUI PORTAVIMUS PONDUS DIEI ET ÆSTUS. — Quia fortasse hi novissimi continuo operati erant; continuitas namque et assiduitas vincit naturalem celeritatem, ut testudo tardigrada sed assidue gradiens, celerem aquilæ volatum, VII, 322, 2. Vita nostra gravis et laboriosa est, VIII, 297, 2. Laboriosa cur sint pretiosa, VII, 168, 1. Labor et pœna nocentum tuentur innocentes, VI, 41, 2. Nimius fervor et redundantia initio non probatur, 401, 2 et seq. Æstus laboris symbolum, *Job*,, 721, 2. Accincti iidem qui strenui, 707, 1.

Invidia pusillorum est, *Job*, 124, 1. Vitium diabolicum, 56, 2; 91, 1. Excæcat, 140, 1. Susurrones quales, 81, 2; 141, 1; 145, 2; 176, 1. Disputare cum Deo temerarium, 287, 1, 297, 2.

AT ILLE RESPONDENS UNI EORUM, DIXIT : AMICE, NON FACIO TIBI INJURIAM : NONNE EX DENARIO CONVENISTI MECUM ? — Deus omnibus de necessariis providet, quia ejus providentia res omnes æqualiter gubernat, VIII, 399, 2. Varii errores circa æqualem Dei gubernationem, 400, 1, 2.

TOLLE QUOD TUUM EST, ET VADE : VOLO AUTEM ET HUIC NOVISSIMO DARE SICUT ET TIBI. AUT NON LICET MIHI QUOD VOLO FACERE ? AN OCULUS TUUS NEQUAM EST, QUIA EGO BONUS SUM ?— Voluntas Dei duplex est, beneplaciti et signi, XV, 187, 2. Quomodo eam fieri petere possimus, etiam in permissione malorum, 188, 1 et seqq. Quam justum sit hoc patris familias responsum, 445, 1. An his verbis tollatur omne meritum, ut totum præmium Dei gratiæ assignetur, *ibid.* Dei voluntas a nullo potest impediri, VI, 31, 2. Dei voluntati nemo resistere potest, VIII, 532, 2. Deus expers iniquitatis, *Job*, 654, 2. Mundum regit, 657, 1. Judex incorruptus est, 158, 1; 660, 2; 664, 1. Extrema hominis excutit, 716, 1. Cuique pro meritis reddit, 655, 1. Dominium habet perfectissimum, 268, 2. Non habet judicem supra se, 229, 2; 232, 1. Non tenetur forma juris terreni, 662, 2.

AN OCULUS TUUS NEQUAM, QUIA BONUS SUM ? — Ut malevoli hi et invidi operarii conqueruntur de facto patris familias, ita impii de Dei providentia conqueruntur, XIV, 581, 2. Deus dat sua dona gratis sine ullo prævio merito, XVII, 123, 2.

Oculi sunt indices affectuum animi, VII, 107, 1. Oculus nequam symbolum est invidiæ : invidia autem diaboli mors in mundum intravit, VII, 325, 2. De invidiæ natura, proprietatibus, damnis, remediis, *vide* INVIDIA.

Per oculos etiam recta intentio significatur, *vide* INTENTIO, OCULI.

Solus Deus bonus est per essentiam, XV, 426, 2 et seqq. Bonitas Deo propria est, VIII, 454, 2, 466, 1. Ejus bonitas et benignitas erga homines, 273, 1; 274, 1 (*Vide* DEI BONITAS).

SIC ERUNT NOVISSIMI PRIMI, ET PRIMI NOVISSIMI : MULTI ENIM SUNT VOCATI, PAUCI VERO ELECTI. — Qui sint hi novissimi futuri in cœlo primi, et primi futuri in cœlo novissimi, XV, 445, 1. De prædestinatione et salvandorum numero *vide*, DEI PROVIDENTIA SUPERNATURALIS, ELECTIO, SALVANDI.

DOMINICA SEXAGESIMÆ

(*Luc.*, VIII, 4, 15).

CUM AUTEM TURBA PLURIMA CONVENIRENT, ET DE CIVITATIBUS PROPERARENT AD EUM, DIXIT PER SIMILITUDINEM : EXIIT QUI SEMINAT, SEMINARE SEMEN SUUM. — Visitatio et egressus Dei qualis, *Job*, 197, 1, 2. Evangelica prædicatio semini comparatur, XV, 319, 1; 323, 1 et seqq. Doctor in quo seminantem debeat imitari, V, 452, 2. Concionatores debent esse satores æternitatis, II, 235, 1. Talium concionatorum exempla, *ibid.* Seminans mala, metet et mala, V, 147, 1. De concionatoribus egregia documenta et exempla, II, 156, 2. Doctrina quomodo seminanda, *Job*, 523, 1; 581, 2. Doctoris munus quale, 543, 1; 692, 2; 697, 1. Docendi modus Dei optimus, 647, 2; 680, 1. Opera bona æternæ vitæ semina sunt, XIII, 421, 2 (*Vide* CONCIONATOR).

ET DUM SEMINAT, ALIUD CECIDIT SECUS VIAM, ET CONCULCATUM EST, ET VOLUCRES CŒLI COMEDERUNT ILLUD.— Qui per viam denotentur, XV, 319, 2 et seqq.

ET ALIUD CECIDIT SUPRA PETRAM, ET NATUM ARUIT, QUIA NON HABEBAT HUMOREM. — Quos petra repræsentet, XV, 324, 2 et seqq. Peccatum est lapidosus panis, VI, 66, 1. Duri et incorrigibiles frustra docentur, V, 258, 1, 2. Tentationes et diabolus bonam Dei sementem arefaciunt, VII, 37, 2. Peccatores obduratos coarguunt creaturæ inanimatæ, XI, 194, 2. Terra dura cordis nostri vomere pœnitentiæ scindenda, III, 131, 2.

ET ALIUD CECIDIT INTER SPINAS, ET SIMUL EXORTÆ SPINÆ SUFFOCAVERUNT ILLUD. — Quid spinæ significent, eis opes comparantur, XV, 325, 1. Divitiæ sunt velut spinæ, VII, 219, 1. Adulationes sunt item spinæ, 246, 2. Concupiscentiæ via spinosa est, VIII, 382, 1. Quin et

ipsa, spina est, 311, 1. Anima pigri scatet sentibus, et caret bonorum operum fructibus, VI, 248, 1.

INTERROGABANT AUTEM EUM DISCIPULI EJUS, QUÆ ESSET HÆC PARABOLA. QUIBUS IPSE DIXIT: VOBIS DATUM EST NOSSE MYSTERIUM REGNI DEI, CÆTERIS AUTEM IN PARABOLIS, UT VIDENTES NON VIDEANT, ET AUDIENTES NON INTELLIGANT. — Scriptura non est facilis, an ab omnibus legenda, XIX, 304, 2. Arcana Dei consilia sunt velut liber involutus, XII, 518, 1. Mysteria Dei incompre hensibilia non sunt scrutanda, VI, 183, 2. Ejus judicia ab homine penetrari nequeunt, 254, 1.

Videns et audiens, et videre et audire nolens, est omnis peccator in malo obstinatus, qui proinde Æthiopi colorem non exuenti comparatur, XIV, 92, 2. Osbtinatio in peccatis per talentum plumbi denotatur, 421, 1. Peccandi consuetudo est velut massa plumbea, *ibid.* Consuetudinis quanta sit vis, XII, 117, 1, 2. Consuetudo peccandi difficultatem resurgendi, non tamen impossibilitatem inducit, *idid.* (*Vide* CONSUETUDO, COR DURUM, OBDURATIO, OBSTINATIO).

EST AUTEM HÆC PARABOLA: SEMEN EST VERBUM DEI (*Vide* CONCIO, CONCIONATOR, VERBUM DEI). — Verbum Dei est triticum, ignis, malleus conterens petras, XII, 186, 1. Prædicatores difficulter suos pariunt, XVII, 35, 2. Prædicatio verbi Dei insitioni arborum confertur, XX, 81, 1. Desideria pia sunt semen gratiæ, *Job*, 485, 2; 549, 1, 2. Anima casta est terra desiderabilis, 593, 1; 607, 2, Cogitationes sunt operum radices, 214, 1, 394, 1, Pietas terram sterilem fœcundam reddit, 148, 1. Spiritualis fœcunditas maxima, 443, 1.

QUI AUTEM SECUS VIAM, HI SUNT QUI AUDIUNT; DEINDE VENIT DIABOLUS, ET TOLLIT VERBUM DE CORDE EORUM, NE CREDENTES SALVI FIANT. — Hujus rei figura est Madian devastans segetes Israelis, III, 148, 1. Diabolus seminator immunditiæ, *Job*, 759, 1, 2; 760, 1. Otiosos amat et occupat, 764, 2. Astutus tentator, 34, 2; 35, 2; 782, 1. Terram perambulat, 24, 2; 25, 1, 2. Electis insidiatur, 23, 1; 781, 1. Avi comparatur, 132, 1. Nil potest sine permissu Dei, 31, 1, 2; 33, 2; 38, 2. Propositum serium se emendandi multis deest, et ideo damnantur, XX, 117, 1 et seqq.

NAM QUI SUPRA PETRAM, QUI CUM AUDIERINT, CUM GAUDIO SUSCIPIUNT VERBUM, ET HI RADICES NON HABENT, QUI AD TEMPUS CREDUNT, ET IN TEMPORE TENTATIONIS RECEDUNT. — Peccator omnis edit fructum mendacii, id est inanem et evanidum, XIII, 423, 1. Quæ supra vires et ingenium tentantur, non sunt durabilia, 395, 1. Impii ut cancri retrogrediuntur, V, 73, 1. Perseverantia in virtute necessaria est (*Vide* PERSEVERANTIA). Tentatio patientiam et virtutem probat, IV, 305, 2. Apostatantium qualitates variæ, V, 162, 2 et seqq. Apostatæ quomodo non essent ex nobis, XX, 551, 2.

QUOD AUTEM IN SPINAS CECIDIT, HI SUNT QUI AUDIERUNT, ET A SOLLICITUDINIBUS, ET DIVITIIS, ET VOLUPTATIBUS VITÆ EUNTES SUFFOCANTUR, ET NON REFERUNT FRUCTUM. — Vita hominum est quasi pistrinum ob assiduas occupationes, VII, 67, 2 et seq. Cur homini illa occupatio data, 68, 1, 2. Rerum temporalium nimia cura Deum ab anima excludit, 688, 1; 609, 1.

Divitiæ sunt sæpe causa necis et mortis suis possessoribus, VII, 215, 1; 216, 1. Divitum afflictio, curæ, sollicitudines, 215, 2; 217, 1; 218, 2 et seq. (*Vide* AVARITIA, CUPIDITAS, DIVITIÆ).

Voluptatis et concupiscentiæ damna, illicia et remedia, *vide* CONCUPISCENTIA, LIBIDO, VOLUPTAS. Crimina sunt sentes, *Job*, 588, 1. Anima pia est lilium inter spinas voluptatum, quia in Dei providentia conquiescens ab ea alitur, decoratur, illustratur, VII, 550, 2. Res mundanæ sunt fascinatio nugacitatis, VIII, 312, 2. Corpus grave mentem obnubilat, 493, 2 et seq. Consuetudinis malæ, et præsertim fornicariæ, quanta sit vis et arctæ compedes, XIII, 419, 2.

QUOD AUTEM IN TERRAM BONAM, HI SUNT QUI IN CORDE BONO ET OPTIMO AUDIENTES VERBUM RETINENT, ET FRUCTUM AFFERUNT IN PATIENTIA. — Quid sit cor bonum et optimum, XVI, 133, 1. Audiendi aviditas est via sapientiæ, semperque discendum est, V, 25, 2 et seqq. Auditor verbi sit factor, XX, 82, 1. Patientia hic significat laborum, afflictionum et dolorum in arando, seminando, occando sarriendo, etc., sustinentiam; *vide* PATIENTIA.

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ

(*Luc.*, XVIII, 31-43).

ASSUMPSIT AUTEM JESUS DUODECIM, ET AIT ILLIS: ECCE ASCENDIMUS JEROSOLYMAM, ET CONSUMMABUNTUR OMNIA QUÆ SCRIPTA SUNT PER PROPHETAS DE FILIO HOMINIS. — His verbis suos Dominus instantis passionis suæ præmonet: passionis enim recogitatæ mirabiles sunt effectus, VII, 527, 1, 2. Ipsa est fasciculus myrrhæ, 528, 1. Cur dicatur fasciculus, non fascis, *ibid.* Ejus memoria passiones mortificat, *ibid.*, 2. Hæc passio animæ amanti assiduo est consideranda, VIII, 56, 1, 2. Eam qui ruminat, invitatur quodammodo a Christo in hortum passionis, 91, 1. In ea beata Virgo myrrham dolorum et amaritudinum messuit, *ibid.*, 2. Meditatio passionis Dominicæ est velut funiculus purpureus, 187, 1. Incipit Dominus suos de instante passione sua commonefacere, ut hinc discant christiani non esse sibi his diebus voluptates consectandas, sed passionis Dominicæ memoriam assumendam. Hinc fiebat ut prisci christiani coronas rosaceas gestare nollent, sed spineas deligerent, VIII, 311, 2.

Jesus occulta revelat, *Joh*, 294, 1; 328, 1, 2; 650, 1. Prævidet omnia, 246, 2; 263, 2; 463, 1; 471, 2; 521, 1. Consilia Dei nobis occulta, 495, 1; 498, 2; 785, 1, 2. Judicia Dei sunt reverenda, 531, 1. Adversa in prosperis meditanda, 97, 2. Vestigia Dei sequenda, 489, 1.

TRADETUR ENIM GENTIBUS, ET ILLUDETUR, ET CONSPUETUR; ET POSTQUAM FLAGELLAVERINT, OCCIDENT EUM, ET TERTIA DIE RESURGET. — Job patiens in quo fuerit typus Christi patientis, XX, 209, 1. Christus tamen eo fuit patientior, 210, 2. Illudi se passus est Christus, ut sua tolerantia et passione Deum honoraret, ut patientiæ et virtutum omnium daret exemplum, ut martyres ad opprobria et mortem tolerandam animaret, XV, 588, 2 et seq. Domini Jesu flagellatio per omnes circumstantias expenditur, 606, 1, 2. Venditio et traditio Christi triginta argenteis a Prophetis prædicta fuit, XIII, 550, 2. Christus est occisus ab origine mundi, quomodo, XXI, 256, 2. Sanguis Christi effusus mansit divinitati unitum, XX, 265, 1. Servilem Christus in cruce formam assumpsit, 302, 2 et seq. Christus crucifixus exemplar nostrum est, nobis sæpe intuendum, XIX, 497, 1. Christus crucem et passionem elegit, 496, 2. Quare extra portam passus sit, 520, 1. Crucis Christi vis et efficacia in quatuor potissimum elucet, XVIII, 255, 2. Crucis encomia, ex S. Chrysostomo, 256, 2. Christus crucifixus est nobis liber scriptus, 537, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VI, art, II. QUÆSTIONES DOGMATICÆ ET MORALES AD PASSIONEM CHRISTI PERTINENTES, *Vide* etiam CRUX).

ET IPSI NIHIL HORUM INTELLEXERUNT, ET ERAT VERBUM ABSCONDITUM AB EIS, ET NON INTELLIGEBANT QUÆ DICEBANTUR. — Amici in adversis cognoscuntur, IX, 374, 2. Apostoli timidi abhorrebant ab Hierosolyma, eo quod timebant ne ipsi cum Christo paterentur et occiderentur, XV, 704, 1, 2.

FACTUM EST AUTEM, CUM APPROPINQUARET JERICHO, CÆCUS QUIDAM SEDEBAT SECUS VIAM, MENDICANS.— Cæcitatem corporalem quam parvi quidam æstimarint, I, 277, 1, 2. Cæcorum cæcitatem amantium et expetentium, Deumque laudantium exempla, IV, 274, 2 et seq. Sancti multi cæcitatem dilexerunt, XII, 403, 1.

Cæcitas spiritualis quæ sit, ad excæcationem duo requiruntur, pravus affectus, et luminis carentia, XI, 182, 2. Homo directe se excæcat, Deus indirecte, 183, 1. Animæ cæcitas et surditas quæ sit, XI, 528, 1; XII, 558, 1. Cæcitas peccatorum, et undenam ea ortum habeat, VIII, 323, 1. Peccatum cæcitatem adducit, IX, 347, 1, 2. Peccata sunt opera tenebrarum, XVIII, 654, 2. Sunt tenebris amica, 224, 2. De impiorum cæcitate, I, 229, 1. Quanta peccantium et impiorum sit caligo, V, 118, 2. Peccatores cæci, *Job*, 139, 2; 387, 1; 558, 2. Tenebræ peccati quantæ, 79, 2; 83, 2; 502, 2. Peccatum inducit confusionem, 608, 1. Cæcitas spiritualis grave damnum est, XV, 454, 2.

Samson excæcatus typus excæcationis Judæorum, item de mentis excæcatione, III, 213, 1. Cæcitatem mentis sustinent Judæi sub spe stultissima nascituri Christi, quorum typus est Tobias excæcatus, 303, 2.

De cæcitate Gentilium, XVIII, 627, 2. Diabolus infideles excæcat, 439, 1. Philosophi Gentilium quam cæci fuerint in diversis rebus beatitudinem constituendo, 133, 1.

ET CUM AUDISSET TURBAM PRÆTEREUNTEM, INTERROGABAT QUID HOC ESSET. DIXERUNT AUTEM EI QUOD JESUS NAZARENUS TRANSIRET. — ET CLAMAVIT, DICENS, JESU FILI DAVID MISERERE MEI. His verbis cæcus Christum esse Messiam quem ex David nasciturum prædixerunt Prophetæ, profitetur, XV, 454, 2. Cur Christus dicatur Nazarenus, XI, 255, 1, 2.

ET QUI PRÆIBANT INCREPABANT EUM UT TACERET. — Quid per turbam increpantem intelligendum sit, XV, 454, 2. Est tempus tacendi. est et tempus loquendi, quod cæcus hic bene observavit, VII, 136, 2. Silentium præcedens recte docet loqui, 136, 2 et seq. Impedire opera pietatis, et tendentes ad salutem remorari, quantum sit scelus, XIII, 373, 2.

IPSE VERO MULTO MAGIS CLAMABAT : FILI DAVID, MISERERE MEI. — Cur magis clamabat, XV, 454, 2. Volenti servire Deo vincendus est pudor humanus, 455, 2. Sancti viri quam ardenter ad Jesum clamant et anhelent, XIV, 337, 1. Sanctorum os in benedictionibus Dei est ceu altare thymiamatis, XX, 241, 2.

STANS AUTEM JESUS JUSSIT ILLUM ADDUCI AD SE. ET CUM APPROPINQUASSET, INTERROGAVIT EUM, DICENS : QUID TIBI VIS FACIAM? — Cur steterit Jesus, causa tum litteralis, tum symbolica, tum tropologica, tum anagogica, XV, 455, 1. Cur Christus hanc quæstionem facit, cum ipse perfecte norit quid vellet cæcus, 455, 2.

AT ILLE DIXIT : DOMINE, UT VIDEAM. — LUX, quam cæcus minime videt, quam præclara sit qualitas, VII, 374, 1. Nihil ita naturaliter est homini desiderabile, ita ut videre, XV, 455, 2. Tota vita est sanare oculum cordis, unde videtur Deus, *ibid.* Gratia Dei similis est pupillæ oculi, IX, 486, 1.

ET JESUS DIXIT ILLI : RESPICE, FIDES TUA TE SALVUM FECIT. — Christi et sanctorum aspectus quam salutaris sit, XVII, 115, 1.

ET CONFESTIM VIDIT, ET SEQUEBATUR ILLUM MAGNIFICANS DEUM.— Lingua data homini ad Deum laudandum, XX, 154, 2. Iste cæcus sicut ante dationem fuit perseverans, ita et post donationem non fuit ingratus, XV, 456, 1. 2. Quomodo Christum sequi debeamus, *ibid.*, 2.

ET OMNIS PLEBS, UT VIDIT, DEDIT LAUDEM DEO.—

Gratiarum actio quam sit utilis, sancta, necessaria et Deo grata, XXI, 175, 2. Est victima Novi Testamenti ob varias causas, 176, 1 et seqq. Etiam in adversis gratiæ agendæ uti agebant Martyres, 177, 2. Deum semper laudare est vitam inchoare angelicam, 178, 2. Laus Dei quadruplex est, 333, 1. Deus semper laudandus, 111, 1. Quomodo id fieri possit, 112, 1. Septem actus amoris et laudis Dei, 134, 2 et seqq. (*Vide* GRATIARUM ACTIO, LAUS).

Quia hodie et diebus sequentibus, multi, proh dolor! Bacchum et Bacchanalia colunt, se christianos esse obliti, agi poterit de ebrietate, de gula, et præmoneri debebit auditor ne cor gravet crapula, caveatque omne dissolutionis genus, *Vide* CONVIVIA, CRAPULA, EBRIETAS, EPULÆ, GULA, PECCATUM, VOLUPTAS.

FERIA IV CINERUM.

(*Matth.*, VI, 16-21).

Cum hodie incipit tempus quadragesimale, pœnitentiæ subeundæ destinatum, agi poterit de pœnitentia, *vide* POENITENTIA.

CUM JEJUNATIS. — Quadragesimalis jejunii nostri causæ et antiquitas, XV, 118, 1 et seq. Cur Ecclesia carnes in eo prohibeat, 352, 2. Primorum christianorum stricta jejunia, XV, 118, 2. Apostoli stricte quoque jejunarunt post mortem Christi, 245, 2 et seqq. Quoad jejunii commoda fructus et conditiones, *vide* JEJUNIUM.

NOLITE FIERI SICUT HYPOCRITÆ TRISTES; EXTERMINANT ENIM FACIES SUAS, UT APPAREANT HOMINIBUS JEJUNANTES. — Nimiæ austeritates non sunt assumendæ, VI, 183, 2. Corpus nimiis rigoribus et laboribus non est exhauriendum aut opprimendum, VII, 265, 2. Omnem vultus mœstitiam Christiani discutiant, faciemque ostendant amœnam et lætam, quæ hilaritatis et hilaris jejunii sit indicium, aut potius dissimulatio, XV, 195, 2.

TU AUTEM CUM JEJUNAS, UNGE CAPUT TUUM, ET FACIEM TUAM LAVA, NE VIDEARIS HOMINIBUS JEJUNANS, SED PATRI TUO QUI EST IN ABSCONDITO, ET PATER TUUS QUI VIDET IN ABSCONDITO, REDDET TIBI. — Ungebantur Palæstini, cur, XV, 195, 2. Non veram unctionem hic præcipit Christus, sed tantum hilaritatem et dissimulationem jejunii, 196, 1. Per unctionem capitis accipienda est lætitia mentis, quæ in omni bono opere adhibenda est, *ibid.* Cur in secreto orandum et jejunandum sit, 184, 1. Merces supponit meritum prævium, 152, 1, 2. Etiam calix aquæ frigidæ in nomine Christi datus, suam mercedem meretur, 279, 1.

NOLITE THESAURIZARE VOBIS THESAUROS IN TERRA, UBI ÆRUGO ET TINEA DEMOLITUR, ET UBI FURES EFFODIUNT ET FURANTUR. — A terrenis cupiditatibus cor evacuandum ut gratia impleatur, IV, 19, 1, 2. Opes avolant ut aquilæ, et sunt aquilis similes, idque per plurimas aquilarum proprietates declaratur, VI, 184, 1, 2 et seqq. De divitiarum instabilitate, etc. *Vide* DIVITIÆ.

THESAURIZATE AUTEM VOBIS THESAUROS IN CŒLO. — Quæ divitiæ nobis sint consectandæ, IV, 284, 2; 287, 2; VI, 218, 1, 2. Quæ sint opes spirituales, V, 216, 2. Sapientia pretiosissimus est thesaurus, V, 58, 2 et seq. Cur thesauro regnum cœlorum simile esse dicatur, XV, 333, 1, 2 (*Vide* DIVITIÆ, cap. IV, art. 3, § 5).

UBI ENIM EST THESAURUS TUUS, IBI EST ET COR TUUM. — Hoc non solum de pecunia, sed de cunctis passionibus sentiendum est, XV, 196, 2. Qui terram amat, terra est; qui Deum, Deus, VIII, 581, 2 et seq. Cor Deus sibi imprimis deposcit, id est voluntatem, VI, 199, 2 et seqq. Virtus ex corde procedat oportet, V, 75, 1, 2. Quomodo sciendum ubi est thesaurus noster, XV, 196, 2. Cor usurarii mortui in suo thesauro invenitur, *ibid.* Avari de nocte ob nimios angores non dormiunt, quia sunt auri mancipia et servi, VII, 123, 1.

Cinis hodie assumitur in signum luctus et pœnitentiæ, III, 42, 2. Cinere caput aspergere, symbolum pœnitentis, IV, 251, 1. Est signum mortis, 336, 2.

Cinerem cuique fideli imponendo, dicitur: *Memento, homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris*, quia omnes nos pulvis sumus, et post mortem in terram et pulverem convertimur, VIII, 155, 2; 402, 2 et seq. Terra in æternum stans arguit hominis vanitatem, quia terrenus est, 27, 2 et seq. Mundana omnia merum sunt somnium, 69, 1, 2. Creaturæ omnes et homo nihil sunt, Deus omne, X, 416, 2 et seqq. Homines sunt velut folia, V, 425, 1, 2. Homo similis luto, Deus figulo, XII, 150, 1, 2. Homo est tantum stilla situlæ respectu Dei, XI, 498, 2. Est locusta ob duodecim analogias, 501, 1, 2. Vita humana vapor est variis de causis. XV, 190, 2. Ejus brevitas, *ibid* et seqq. Levi causa amittitur, 193, 1. Temporis nostri brevitas, 480, 2. Vita hominis instar herbæ marcescit, 479, 1. Instar rotæ cito pertransit et volvitur, 146, 2. Item instar fluvii rapidi, 481, 1 (*Vide* HOMO, VITA).

FERIA V POST CINERES.

(*Matth.*, VIII, 5, 13).

Vide notata Domin., III *post Epiphaniam*; 4, *enim idem Evangelium.*

FERIA VI POST CINERES.

(*Matth.*, V, 38-48; VI, 1-4).

AUDISTIS QUIA DICTUM EST: DILIGES PROXIMUM TUUM, ET ODIO HABEBIS INIMICUM TUUM. — An dictum sit a lege, vel a Scribis legem interpretantibus, hostes odio habendos esse, XV, 175, 2. De publica vindicta, utpote actu justitiæ, licet gaudere, VI, 235, 1, 2.

Inimico non est credendum, nisi vere factus sit amicus, IX, 375, 1, 2. Animæ inimico et concupiscentiæ non est credendum, 377, 1, 2.

EGO AUTEM DICO VOBIS. — Doctrina Christi veterum philosophiam castigat, IX, 9, 2 et seqq. Christi dogmata axiomatibus et doctrinæ philosophiæ adversantur, XX, 290, 2. Multa legis præcepta Christus reformavit et correxit, XV, 6, 2. Testamenti utriusque differentia, XII, 232, 1, 2. Lex Christi nova sancta est, et quomodo, XX, 467, 1. Christus fuit portentum uti vita ita et doctrina, XI, 220, 1, 2. Christi et mundanorum antitheses quoad res agendas, VIII, 319, 2. Pharisæorum doctrina et Christi toto cœlo discrepabat, *ibid.*

DILIGITE INIMICOS VESTROS, BENEFACITE HIS QUI ODERUNT VOS, ET ORATE PRO PERSEQUENTIBUS ET CALUMNIANTIBUS VOS. — Quæ hic erga inimicos præcipiat Christus, XV, 175, 2. Novem gradus amoris inimicorum, 176, 1. Diligendi inimici exemplo Samuelis prophetæ, III, 329, 2. Diligere inimicos lex Christi jubet, IX, 614, 1; XV, 175, 2 et seq. Ulciscendas injurias dogma Gentilium est, non Christi, XI, 639, 1. Diligere inimicos est novum charitatis mandatum, et cur dicatur novum, XX, 537, 2 et seqq. Inimici beneficiis sunt demulcendi, V, 288, 1, 2. Bonum pro malo iis reddere, sancta vindicta est, *ibid.* Inimicos beneficiis vincere, divinum est, XI, 192, 1. Beneficentia est virtus divina, XX, 645, 2. Erga ingratos maxime ostendenda est charitas, XVII, 186, 2. Benefacere oportet inimicis, XX, 373, 2. Sancti benefaciendo moriuntur, 374, 2. Inimicorum dilectione perficitur charitas, 595, 2. Oratio pro inimicis efficacissima est, qualis fuit S. Stephani, XVII, 186, 2 et seqq. Erga inimicos quantopere S. Paulus afficeretur, 37, 1 et seqq. Pro inimico vitam ponere, exemplo Christi, maximæ charitatis est indicium, XVI, 565, 1 et seqq. (*Vide* INIMICUS).

UT SITIS FILII PATRIS VESTRI, QUI IN CŒLIS EST, QUI SOLEM SUUM ORIRI FACIT SUPER BONOS ET MALOS, ET PLUIT SUPER JUSTOS ET INJUSTOS. — Christianus in quo Christo coæquetur, X, 236, 1. Deus est charitas formalis in se, causalis in nobis, XX, 597, 1. Cur ipse sit charitas, *ibid.*, 2. Charitatis divinæ vis, *ibid.* Deus injuria affectus semper in afficientem est benevolus, 593, 1. Misericordia Dei magna est sextupliciter, XX, 242, 1. (*Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA).

SI ENIM DILIGITIS EOS QUI VOS DILIGUNT, QUAM MERCEDEM HABEBITIS? NONNE ET PUBLICANI HOC FACIUNT? Gentiles aliqui inimicos dilexere, XV, 176, 2.

ESTOTE ERGO VOS PERFECTI, SICUT ET PATER VESTER CŒLESTIS PERFECTUS EST. — Quam perfectionem a suis requirat Christus, XV, 176, 2. Perfectio quænam præcepti, quænam consilii, 177, 1, 2. Perfectio sita in amore inimicorum, 177, 2. Sanctitas perfecta in tribus consistit, XI, 627, 2; XX, 326, 1; 566, 1. De perfectionis natura, quæ sit via ad perfectionem ejus fructus et commoda, *vide* PERFECTIO, SANCTITAS. Deus est noster Pater, XV, 185, 1, 2. Deus est sanctus in summo gradu, XVI, 39, 1, 2. Sanctitas quippe Deo propria est, a quo omnis in alios derivatur, 440, 1. Hanc Dei uti et Christi sanctitatem imitari oportet fideles, 48, 1. Christiani Christum moribus suis imitentur, XX, 413, 1. Perfectio Dei mutanda, XV, 178, 2. Modus perveniendi cito ad perfectionem, 178, 2; 179, 1, 2. Omnis hujus vitæ perfectio inchoata est duntaxat, et imperfecta, 179, 2.

ATTENDITE NE JUSTITIAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBUS, UT VIDEAMINI AB EIS: ALIOQUIN MERCEDEM NON HABEBITIS APUD PATREM VESTRUM, QUI IN CŒLIS EST. — Justitia hic quid, XV, 181, 1. Vana gloria vim virtutis erodit, *ibid.* et 2. Vanæ gloriæ damna, *ibid.*, 2. Opera bona quomodo sint abscondenda, et simul alii ea videre debeant, 156, 1. Eleemosyna non est danda ob vanam hominum laudem, 181, 1. Sic omne opus bonum mala intentione factum perdit fructum et mercedem suam, *ibid.*, 2.

CUM ERGO FACIS ELEEMOSYNAM, NOLI TUBA CANERE ANTE TE, SICUT HYPOCRITÆ FACIUNT IN SYNAGOGIS ET IN VICIS, UT HONORIFICENTUR AB HOMINIBUS. AMEN DICO VOBIS, RECEPERUNT MERCEDEM SUAM. — Pro omnibus quæ ad eleemosynæ præceptum, conditiones, fructus, *vide* ELEEMOSYNA. Hypocrita quasi histrio, XV, 182, 1. Est bicors et bilinguis, *ibid.* Quam mala sit hypocrisis, *ibid.*, et 2. Quam stulti mercatores hypocritæ, qui cum eleemosyna emere possint cœlestes et æternas opes, iis neglectis, malunt mercari inanem hominum laudem, 182, 2.

TE AUTEM FACIENTE ELEEMOSYNAM, NESCIAT SINISTRA TUA QUID FACIAT DEXTERA TUA. UT SIT ELEEMOSYNA TUA IN ABSCONDITO, ET PATER TUUS QUI VIDET IN ABSCONDITO REDDET TIBI. — Eleemosynam, non tantum proximum, sed et nos ipsos, quoad fieri potest, celemus, XV, 182, 2. Secretum opus Deus publicat, *ibid.* Exempla S. Martini, *ibid.* S. Gregorii et S. Catharinæ Senensis, 183, 1. Præsentia Dei omnituentis est stimulus ad virtutem, V, 187, 1, 2. Deus omnia intuetur et audit, VI, 60, 1. Et proinde est rex mentium, 93, 1. Et penetrat cordium intima, 94, 2 et seqq. Quam scientiam oculi Dei observent, 154, 1, 2. Deus est totus oculus, X, 202, 1. Est ubique præsens, IX, 607, 1. Oculus Dei intuetur omnia, IX, 291, 1; 607, 1. Est sole lucidior, 607, 1. Præsentia Dei ubique habenda, XX, 328, 1; 492, 1, 2. Hæc præsentia Deique intuitus, est regula actionum humanarum, 581, 1. Ipse major est judex corde et conscientia, 581, 2. Opera ita facienda sunt, ut sint Deo digna, 642, 2 (*Vide* DEI OMNIPRÆSENTIA, PRÆSENTIA).

SABBATO POST CINERES.

(*Marc.*, VI, 47-56).

CUM SERO ESSET, ERAT NAVIS IN MEDIO MARI; ET IPSE SOLUS IN TERRA. ET VIDENS EOS LABORANTES IN REMIGANDO (ERAT ENIM CONTRARIUS VENTUS).— Cur discipulos in mari tempestate jactari tot horis Dominus permiserit, XV, 344, 2. Tempestas cuique est non tantum adversitas, sed nimia prosperitas, XX, 344, 1. Christus eminus e cœlo Ecclesiam suam videt laborantem, eique succurrit, et de omnibus prospicit, VII, 475, 2 et seq. Item hominem tentatione laborantem videt et juvat, 576, 1. Per adversa hominem Deus tentat, et sic eorum virtutem facit inclarescere, VIII, 333, 2. Perque eadem illum expugnat, 334, 2. Christus vidit, et tacuit, tacendo tamen illis succurrere paratissimus fuit, quia silentia sunt Dei opera, VIII, 627, 1.

ET CIRCA QUARTAM VIGILIAM NOCTIS VENIT AD EOS AMBULANS SUPRA MARE, ET VOLEBAT PRÆTERIRE EOS. — Christus assumpsit dotes corporis gloriosi ad tempus, XV, 345, 1. Quomodo ad discipulos venerit, 344, 2. Cur volebat eos præterire, 345, 1.

AT ILLI UT VIDERUNT EUM AMBULANTEM SUPRA MARE, PUTAVERUNT PHANTASMA ESSE, ET EXCLAMAVERUNT. — Cur hoc permiserit Christus, XV, 345, 1.

ET STATIM LOCUTUS EST CUM EIS ET DIXIT EIS; CONFIDITE, EGO SUM, NOLITE TIMERE.— Hoc loco discendum est discrimen boni et mali spiritus, XV, 345, 1. Anima a Deo corroborata et impulsa omnia potest, VIII, 107, 1.

QUOCUMQUE INTROIBAT (Jesus)..... IN PLATEIS PONEBANT INFIRMOS, ET DEPRECABANTUR EUM, UT VEL FIMBRIAM VESTIMENTI EJUS TANGERENT, ET QUOTQUOT TANGEBANT EUM, SALVI FIEBANT. — Deus, et maxime Spiritus sanctus, beneficus est, et nulli non gestit benefacere, VIII, 445, 2. *Vide notata Dominica* XXIII *post Pentecosten.*

Christus summus est medicus; medico porro omni triplex debetur honor, X, 268, 1.

DOMINICA I IN QUADRAGESIMA.

(*Matth.*, IV, 1-11).

TUNC JESUS DUCTUS EST IN DESERTUM A SPIRITU UT TENTARETUR A DIABOLO. — Quo tempore Christus in desertum actus, XV, 115, 2 et seq. In quem desertum, 116, 1. A quo spiritu ductus, *ibid.*, 2. An Spiritus sanctus directe intenderit tentationem diaboli Christo intentandam, cur Christus tentatus fuerit sex dantur rationes, 116, 2 et seq. Lucifer Christum et Adamum tentavit, 117, 1, 2.

Solitudinis bona et encomia, I, 450, 2; IV, 332, 1, 2; V, 521, 1, 2. Silentii quietis et solitudinis fructus, V, 555, 2 et seqq.; XI, 415, 2; 434, 1, XII, 302, 1, 2. Silentii vis et exempla, IV, 305, 1. Viri sancti desertum semper ambierunt, XI, 492, 1; XII, 82, 1. Cur Joannes puer in desertum concesserit, XVI, 51, 2 et seqq. Bestiæ etiam suum silentium servant, XI, 416, 2. Latere præstat quam agere in turba, VI, 105, 1, 2. Eremitæ multi angelos curatores habuerunt, 190, 2. Contemplationi vacare cupientibus solitudo est captanda, VII, 175, 2 et seq. Turba hominum e negotia declinanda quietem sectantibus, IX, 519, 1 et seqq. Solitaria vita quanta bona afferat, quam multiplicibus eam colentes a Deo donis compleantur, XIII, 313, 1. Secessus et quies sapientiam pariunt, XIV, 592, 1. In secessu et secreto loqui animæ solet Deus, 223, 1. Solitudo est nidus animæ, *Job*, 577, 1. A peccato servat, 736, 1. Ad silentium servandum media, XI, 417, 1. Mentis abstractio a rebus terrenis est velut solitudo, XXI, 244, 2. Collectio sui intra solitudinem de vitæ statu deliberanti exercenda est, XIII, 314, 2 (*Vide* DESERTUM, SILENTIUM, SOLITUDO).

Spiritus omnes examinandi, qui hominem rapiunt, XX, 586, 2.

Diabolus mirabilem Christi in jejunando patientiam videbat, hinc eam miratus, eum tentare aggressus est, singularis quippe illius in adversis fuit patientia, VIII, 321, 1. Ut Satan hic cum Redemptore duellum suscepit, sic vitia pugnant cum virtutibus, 570, 2 et seq. Animæ sanctæ continuo cum dæmone, mundo, carne confligendum est, VII, 560, 1. Christus non fuit tentatus sicuti nos, interiori suggestione, sed externa tantum propositione, XIX, 391, 1. Dæmon hic Dominum triplici concupiscentia tentavit, XX, 546, 2. Justi sensim a Deo per varias tentationes exercentur, 129, 1. Omnia quæ spectant ad causas tentationis proprie dictæ, ad tentationum varios modos, ad tentationum fines, commoda, fructus, nec non ad modum quos erga tentationes nos gerere debeamus, *vide* TENTATIO.

ET CUM JEJUNASSET QUADRAGINTA DIEBUS ET QUADRAGINTA NOCTIBUS, POSTEA ESURIIT. — Sex causæ jejunii Christi, XV, 117, 2 et seq. Quadraginta continuis diebus sine omni prorsus cibo Christus in deserto egit, VIII, 603, 2. Christi jejunium fuit supernaturale, 118, 2 et seq. Cur Christus esuriit, 119, 2 et seq. Si de jejunio tractare velis, *vide* JEJUNIUM, QUADRAGESIMA.

ET ACCEDENS TENTATOR, DIXIT EI . SI FILIUS DEI ES, DIC UT LAPIDES ISTI PANES FIANT. — Origo tentationis diaboli, XV, 120, 2. Modus quo diabolus Christum tentavit, 121, 1. Triplex Christi et et Adæ tentatio, *ibid.* Aliter Deus dicitur tentare, aliter diabolus, I, 243, 1. Hæc lucta Christi cum diabolo, imago est luctæ, qua cum virtute et sapientia identidem nobis luctandum est, X, 561, 1. Error est omnem tentationem oriri a diabolo, XV, 120, 1. Diabolus quasi anceps cuique

suam escam objicit, *ibid.* et 2. Dæmon cur sit perdix dolosa, XII, 142, 2. Quibus insidiis animam illaqueet, 594, 2. Ejus astutia in tentando, VII, 592, 1. Cur vulpes parva dicatur, *ibid.* Diabolus quomodo stet a dextris impiorum, XIV, 381, 2 et seq. Diabolus est aquilo omnia virtutum germina adurens, Christus autem auster, ea crescere faciens, XIII, 502, 1, 2. Diabolus sua importunitate musca est, VIII, 333, 1, 2. Sed optime per animi constantiam repellitur, 337, 1. Uti et omnes ejus tentationes ad varia peccata, *ibid.*, 2. Ejus imbecillitas si ei resistamus, I, 503, 2. De diabolo, de tentationibus quibus ad peccatum impellit, et de variis modis ei resistendi, *vide* art. DÆMON, DIABOLUS.

Hac prima tentatione voluit scire an Christus verus Filius Dei esset, simulque Christum allicere ad vanam suæ potentiæ ostentationem, et ad diffidentiam opis Dei Patris, XV, 121. 1. Peccatum est panis lapidosus, VI, 66, 1. Mendacii panis lapidescit, *Job*, 427, 2.

QUI RESPONDENS, DIXIT : SCRIPTUM EST : NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO QUOD PROCEDIT DE ORE DEI. — Quid hic accipiendum per verbum Dei, XV, 121, 2 et seq. Sancti quos Deus aluit sine cibo, *ibid.*, 2. Justi non pereunt fame, *Job*, 144, 2. Cum quanta patientia et mansuetudine Christus diaboli tentationem pertulerit, XV, 122, 1. Christus patientia sua diabolum vicit ut et omnis patiens, V, 517, 1.

TUNC ASSUMPSIT EUM DIABOLUS IN SANCTAM CIVITATEM, ET STATUIT EUM SUPER PINNACULUM TEMPLI. — Quomodo hæc assumptio facta sit, XV, 122, 1, 2. Christum diabolus assumpsit non phantastice, *ibid.*, 1. Non etiam pedibus ducendo, *ibid.*, 2. Sed per aera rapiendo, *ibid.* Christus dissimulans an Filius Dei esset et assumi a diabolo permittens, ejus opinionem frustratus est, *ibid.* Pinnaculum templi quid, XIII, 500, 1 ; XV, 122, 2 ; 123, 1, 2. Si Christum diabolus assumpsit, quanto majus erit ejus in animam peccatricem imperium, XI, 613, 2.

ET DIXIT EI : SI FILIUS DEI ES, MITTE TE DEORSUM, SCRIPTUM EST ENIM : QUIA ANGELIS SUIS MANDAVIT DE TE, ET IN MANIBUS TOLLENT TE, NE FORTE OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TUUM. AIT ILLI JESUS : RURSUM SCRIPTUM EST : NON TENTABIS DOMINUM DEUM TUUM. — Christus angelo custode caruit, XV, 124, 1. Quomodo iterum Christus artes et technas diaboli eluserit, 123, 2. Diabolus deorsum trahit, *ibid.* Praxis fallendi diabolum, *ibid.* Peccati periculum cavendum, X, 133, 2 et seqq. De tentatione Dei, *vide* TENTATIO. An in necessitate liceat, majoris præcipitii vitandi causa, in minus se conjicere, si alia via evadendi non suppetat, XV, 124, 2. Diabolus uti hic Christo tentationem præcipitii sic similes horrendas christianis et sanctis ingessit, *ibid.* Remedium contra varias tentationes, 125, 1. Dæmon in nolentem nihil potest, *ibid.* Ut Dominus Satanam suo telo jugulat, sic malum plerumque in auctorem recidit, X, 40, 1 ; 42, 1, 2.

ITERUM ASSUMPSIT EUM DIABOLUS IN MONTEM EXCELSUM VALDE, ET OSTENDIT EI OMNIA REGNA MUNDI, ET GLORIAM EORUM. — Omnia regna mundi quomodo Christo ostensa, Dei et diaboli varii modi, XV, 125, 1, 2 et seq. Fraus dæmonis pingentis in phantasia, 126, 1.

Omnia regna atque adeo orbis totus coram Deo quasi gutta roris ante lucem, VIII, 522, 2. Eorumdem parvitas et tenuitas, *ibid.* Omnis mundi gloria brevis est, IX, 308, 2 et seqq. Rerum humanarum et regnorum circulus, *ibid.* Quasi rotæ a Deo rotantur, XII, 509, 2. Quam ea inania sint et parvo tempore durent, XII, 642, 2 ; XIII, 30, 1 ; 104, 2. Mundus vanitas vanitatum est, XI, 357, 2. Terræ parvitas respectu cœli, 499, 1. Quia dæmon hæc tantum Christo ostendit, hinc doceri poterit quam pauca et vilia animæ peccanti det, 616, 1. Honores, opes, dignitates mera sunt vanitas, ita ut homini dumtaxat ceu in speculo ostendantur, XIII, 327, 1 (*Vide* MUNDANA, MUNDUS, REGNA, TEMPORALIA). Omnis pompa regnorum et hujus vitæ est vitrea, XXI, 291, 1.

ET DIXIT EI : HÆC OMNIA TIBI DABO, SI CADENS ADORAVERIS ME. — Diabolus se esse Filium Dei simulavit, XV, 126, 2. Diaboli fastus, *ibid.* Divinitatem namque ambit diabolus, et ab olim ambivit, 126, 1 et seqq. Diabolus in omnibus rebus et ritibus Dei est simia, XIII, 347, 1. Lucifer voluit esse Deus, quomodo, XXI, 242, 2. Ut Satan hic adorari vult, sic et omnis hæresiarcha superbus est, XVII, 195, 2.

Speciosa quidem hoc in mundo dæmon spondet, sed in hora mortis iis insultabit, IX, 381, 1, 2. Ut diabolus hic mentitur, sic omnis mendax ei similis est, 556, 2. Talis promissio si homini fieret, illico auscultaret, quia creaturæ sunt ei in laqueum et muscipulam, VIII, 562, 1, 2. Sancti sunt domini totius mundi, V, 404, 2 et seqq.

TUNC DICIT EI JESUS : VADE, SATANA, SCRIPTUM EST ENIM : DOMINUM DEUM TUUM ADORABIS, ET ILLI SOLI SERVIES. — Hinc discant christiani fortiter repellere suggestiones diaboli, illumque increpare, et fugiet ab eis, XV, 127, 2. Docet hic Christus hoc respondendum diabolo, in tentatione avaritiæ, et quavis alia quæ ad hoc tendit ut creaturam præponamus Creatori, *ibid.* et seq. Lætitia spiritualis optimum contra tentationes remedium, 128, 1.

Satanas est summus apostata, V, 163, 1. Sic omnes christiani et martyres tentati a carne, dæmone et mundo, ejusque ministris, constanter obnitentes victoriam referunt, XVI, 588, 2. Diabolus timido est leo, generoso formica, XX, 181, 2 et seq. ; 392, 2. Ejus igitur tentationibus fortiter et generose reluctandum, VIII, 570, 1 (*Vide* DÆMON, TENTATIO).

TUNC RELIQUIT EUM DIABOLUS, ET ECCE ANGELI

ACCESSERUNT, ET MINISTRABANT EI. — Quomodo Christus ex monte in quem eum diabolus transtulerat, in suum locum redierit, XV, 128, 1, 2. Christus homo toti mundo et angelis præest, V, 212, 2. Etiam alias post ad Christum angeli descenderunt et ascenderunt, XVI, 324, 2 et seqq. Et quorsum, 325, 2.

Ut Christo post conflictum peractum adfuere angeli, sic et hominibus rite certantibus dantur consolationes, XXI, 54, 1. Post tentationem sequitur consolatio, III, 200, 1; IV, 281, 1. Suos in afflictionibus et tentationibus præliantes Deus intuetur, XIV, 307, 2. Qui fortiter vincit diabolum ejusque suggestiones, consortio, consolatione et ministerio angelorum præmiatur, XV, 128, 2. Vincentibus tentationem quam stellam matutinam promittat Deus, XXI, 61, 1. Quam item coronam vincentibus passiones, 45, 2. Et hæc victoria quam sit gloriosa, 89, 1; 90, 1. Omnia quæ ad Angelorum ministerium pertinent videre est in articulo ANGELI.

FERIA II.

(*Matth.*, XXV, 31 ad fin.).

CUM AUTEM VENERIT FILIUS HOMINIS IN MAJESTATE SUA, ET OMNES ANGELI CUM EO, TUNC SEDEBIT SUPER SEDEM MAJESTATIS SUÆ. — In quo majestas Christi judicis sita sit, XV, 533, 2 (*Vide* JESUS CHRISTUS JUDEX, JUDICIUM EXTREMUM). Angeli in corporibus splendidis judicio extremo interfuturi sunt, XV, 533, 2. Dæmones e contrà in tetris corporibus, 534, 1.

ET CONGREGABUNTUR ANTE EUM OMNES GENTES, ET SEPARABIT EAS AB INVICEM, SICUT PASTOR SEGREGAT OVES AB HÆDIS. ET STATUET OVES QUIDEM A DEXTRIS SUIS, HÆDOS AUTEM A SINISTRIS. — Parvuli etiam in judicio aderunt, XV, 534, 1. Cur electi ovibus, reprobi hædis comparentur, *ibid.*, 2. Dextera et læve quid in Scripturis denotent, VII, 566 2 et seqq.; XV, 534, 2. Cor stulti est in sinistra ejus, cor sapientis in dextera, VII, 334, 2 et seq; 335, 2 et seq.

TUNC DICET REX HIS QUI A DEXTRIS EJUS ERUNT : VENITE, BENEDICTI PATRIS MEI, POSSIDETE PARATUM VOBIS REGNUM A CONSTITUTIONE MUNDI. — Cur Christus prius judicat præmiatque electos, quam puniat reprobos, XV, 535, 1. Hæc sententia pro electis expenditur; item damnationis quæ in reprobos fertur, 535, 1 et seqq. Quomodo in die judicii quis benedici potest, et non erubescere, XX, 558, 1. Hac voce Christus animas justorum ad gloriam invitat, VII, 578, 2.

ESURIVI ENIM, ET DEDISTIS MIHI MANDUCARE; SITIVI, ET DEDISTIS MIHI BIBERE. — Cur misericordes præ aliis cœlo adjudicentur, XV, 535, 2. Sex opera misericordiæ corporalia tunc eliciuntur, 536, 1, 2. Pauperes pascere Deo gratissimum est, XII, 632, 2. Christus spiritualiter bonis operibus pascitur et reficitur, VIII, 17, 1, 2. Misericordiam Deus vult inesse omnibus actionibus nostris, IV, 278, 1, 2. Quam sit homini necessaria, 305, 1, 2. In operibus misericordiæ tam corporalibus quam spiritualibus vires et opes suas exhausit Tobias senior aliique, 278, 1, 2 (*Vide* MISERICORDIA).

HOSPES ERAM ET COLLEGISTIS ME. — Hospitalitas commendatur, V, 362, 1, 2. Stimuli varii ad hospitalitatem, XX, 643, 2. Ea est Christiano exercenda, 359, 1. Ejusdem merita, *ibid.*, 2 (*Vide* HOSPES, HOSPITALITAS).

NUDUS, ET COOPERUISTIS ME. — Vestire nudos Deo valde placet, XII, 633, 2.

INFIRMUS, ET VISITASTIS ME. — Infirmorum visitatio suadetur, et exemplis confirmatur, XI, 483, 2. Visitatio pauperum et pupillorum est advocata visitantium apud Deum, XX, 92, 2 (*Vide* ÆGER, INFIRMUS).

IN CARCERE ERAM, ET VENISTIS AD ME. — Captivos liberare quam sit Deo gratum, XII, 265, 1.

TUNC RESPONDEBUNT EI JUSTI, DICENTES : DOMINE, QUANDO TE VIDIMUS ESURIENTEM ET PAVIMUS TE, ETC.... ET RESPONDENS REX DICET ILLIS : AMEN DICO VOBIS, QUAMDIU FECISTIS UNI EX HIS FRATRIBUS MEIS MINIMIS, MIHI FECISTIS. — Non potuit Christus magis justitiæ ac misericordiæ nostræ operam provocare, quam quod præstari id dixit sibi, quidquid egenti præstatur et pauperi, XV, 537, 1. In pauperes quæ conferuntur non pereunt danti, 284, 2 et seq. Christus in membris suis patitur et honoratur, XVII, 211, 2. Eleemosynas pauperis factas ipse quoque ratas habet, 225, 2. Quod pauperi datur Christo datur, IX, 369, 1, 2. (*Vide* ELEEMOSYNÆ FRUCTUS).

TUNC DICET ET HIS QUI A SINISTRIS ERUNT. DISCEDITE A ME, MALEDICTI, IN IGNEM ÆTERNUM, QUI PARATUS EST DIABOLO ET ANGELIS EJUS. ESURIVI ENIM, etc. — Ignis gehennæ qualis, XV, 537, 2. Modus quo ignis dæmones cruciat, 528, 1. Quod ignis ille sit æternus et nunquam finiendus, ideo damnati præ rabie desperant, XVI, 226, 1, 2. Æterna damnatorum a Deo, cœlo et angelis sequestratio gravissimum ipsis erit supplicium, XVI, 226, 2. Hujus ignis æternitas describitur, XI, 362, 2; 441, 1, 2. Æternitatis conditiones et descriptio, 458, 1. Peccata damnatorum scripta sunt stylo ferreo in ungue adamantino, XII, 363, 1. Æternitas bona vel mala est semper præ oculis habenda, VII, 395, 1, 2. Illius consideratio stimulus est ad bene faciendum, 369, 2 (*Vide* ÆTERNITAS, INFERNUS).

ET IBUNT HI IN SUPPLICIUM ÆTERNUM, JUSTI AUTEM IN VITAM ÆTERNAM. — Lactantii sententia de igne gehennæ, XV, 539, 2 (*Vide identidem* ÆTERNITAS).

FERIA III.

(*Matth.*, XXI, 10-17).

ET INTRAVIT JESUS IN TEMPLUM DEI, ET EJICIEBAT OMNES VENDENTES ET EMENTES IN TEMPLO.

— Ejectio vendentium e templo, XV, 464, 1. Christus non intrabat in sanctum, nec in atrium sacerdotum, eo quod non esset sacerdos Leviticus, *ibid.* Christus vendentes e templo ejecit, ob duas causas, 464, 2. Bis e templo Christus vendentes ejecit, *ibid.* Christi Judæos ejicientis typus fuit Jonathas cædens Philistæos, III, 345, 2. Templum dicitur domus Dei, cur, XV, 465, 1. Hinc discendum quanta reverentia debeatur templo, scilicet quæ domui Dei debetur, *ibid.* (*Vide* TEMPLUM et *notata Dominica* IX *post Pentecosten*).

NUNQUAM LEGISTIS, QUIA EX ORE INFANTIUM ET LACTENTIUM PERFECISTI LAUDEM. — Acclament Christo pueri, XV, 466, 1. Infantes sæpe innocentiæ judices fuere, XIII, 185, 2. Pueri quomodo in primitiva Ecclesia docuerint alios, XI, 262, 1, 2. Etiam nunc docent suos in India, *ibid.* Pueri multi tyrannos confuderunt, *ibid.*, 2 et seq. Humiles ut pueri sunt vere sapientes, IX, 441, 2.

FERIA IV.

(*Matth.*, XII, 38 ad fin.).

TUNC RESPONDERUNT EI QUIDAM DE SCRIBIS ET PHARISÆIS, DICENTES : MAGISTER, VOLUMUS A TE SIGNUM VIDERE. — Qua intentione hi accedunt ad Christum illum tentaturi, XV, 311, 1.

QUI RESPONDENS, AIT ILLIS : GENERATIO MALA ET ADULTERA SIGNUM QUÆRIT. — Infidelitas et idololatria dicuntur adulterium in Scriptura, XV, 311, 1, 2.

ET SIGNUM NON DABITUR EI, NISI SIGNUM JONÆ PROPHETÆ. SICUT ENIM, etc. — Signum Jonæ est resurrectio, cur, XV, 311, 2. Christus in sepulcro fuit tribus diebus et tribus noctibus, quo sensu, 312, 1, 2.

VIRI NINIVITÆ SURGENT IN JUDICIO CUM GENERATIONE ISTA. — Quo tempore Jonas Ninivitis prædicaverit, XV, 313, 1. Christi et Jonæ antitheses, *ibid.* et 2.

REGINA AUSTRI SURGET IN JUDICIO CUM GENERATIONE ISTA, ET CONDEMNABIT EAM. — Regina Austri quænam, et unde venerit, XV, 313, 2. De Regina Austri, III, 606, 1, 2 ; 607 . 1.

QUIA VENIT AUDIRE SAPIENTIAM SALOMONIS, ET ECCE PLUS QUAM SALOMON HIC. — Quam severe regina ista suo facto in die judicii duritiem et incredulitatem Judæorum condemnabit, XX, 314, 1, 2. Quoad sapientiam Salomonis, *vide* SALOMON. Salomon fuit typus Christi, et in quo, VII, 4, 2. Salomonis sapientia et scripta, 404, 2; 405, 2. Salomon ardentissimus fuit sapientiæ amator, eamque a Deo postulavit ad regendum populum, et templum construendum, VIII, 486, 1; 488, 2. Vera nobilitas est doctrina, XIII, 10, 2.

CUM AUTEM IMMUNDUS SPIRITUS EXIERIT DE HOMINE, etc., *vide notata Dominica* III *in Quadragesima.*

ADHUC EO LOQUENTE AD TURBAS, ECCE MATER EJUS ET FRATRES STABANT FORIS, QUÆRENTES LOQUI EI. — Fratres Christi qui, XV, 315, 2 et seq. Quo fine quærebant ei loqui, an ex ambitione et fastu ut viderentur esse consanguinei tanti doctoris, 316, 1.

AT IPSE RESPONDENS DICENTI SIBI, AIT : QUÆ EST MATER MEA, ET QUI SUNT FRATRES MEI ? ET EXTENDENS MANUM IN DISCIPULOS SUOS DIXIT : ECCE MATER MEA, ET FRATRES MEI. QUICUMQUE ENIM FECERIT VOLUNTATEM PATRIS MEI QUI IN CŒLIS EST, IPSE MEUS FRATER, ET SOROR ET MATER EST. — Frater Christi est fidelis, mater Christi est prædicator, XV, 316, 2. Viri apostolici sunt proprie fratres Christi quia in idem cum ipso opus conspirant, VIII, 207, 2. Virtus nostra est soror, quo sensu, item soror castitatis, V, 186, 1, 2. In obediente manet Deus diversimode, XX, 584, 1.

FERIA V.

(*Matth.*, XV, 22-28).

ET ECCE MULIER CHANANÆA A FINIBUS ILLIS EGRESSA CLAMAVIT, DICENS EI : MISERERE MEI, DOMINE, FILI DAVID ; FILIA MEA MALE A DÆMONIO VEXATUR. — Parentum amor erga filios major quam filiorum erga parentes, cur, XV, 355, 2.

QUI NON RESPONDIT EI VERBUM. — Cur Christus hanc mulierem suppliciter deprecantem aversari videtur, XV, 355, 2.

IPSE AUTEM RESPONDENS AIT : NON SUM MISSUS NISI AD OVES QUÆ PERIERUNT DOMUS ISRAEL. — Sapientiæ radices misit Deus in Israel, IX, 628, 1. Quo sensu ad solos Israelitas missus Christus, XV, 356, 1.

AT ILLA VENIT ET ADORAVIT EUM, DICENS : DOMINE, ADJUVA ME. — Deus cur sæpe in initio preces non exaudit, XV, 356, 1. Sancti a Deo dirigi orant et impetrant, V, 78, 1, 2.

QUI RESPONDENS, AIT ILLI : NON EST BONUM SUMERE PANEM FILIORUM ET MITTERE CANIBUS, — Peccator pœnitere valens est canis, qui melior est justo remisso et torpido, VII, 310, 2 et seq. Canis mores ei adaptantur, 311, 2. Cur canis vivus sit melior leone mortuo, *ibid.* Pari modo Christus sæpe animas sanctas dum aliquid desiderant, pungit, humiliat et mortificat, XV, 356, 2.

AT ILLA DIXIT : ETIAM, DOMINE ; NAM ET CATELLI EDUNT DE MICIS QUÆ CADUNT DE MENSA DOMINORUM SUORUM, — Chananæa se cani comparat, XV, 356, 2. Chananæa hic ideam perfectæ orationis dat, et ex ejus oratione decem virtutes orationi necessarias colligere possumus, 357, 1. Votum S. Laurentii Justiniani morituri Chananæam imitantis, *ibid.*

TUNC RESPONDENS JESUS, AIT ILLI : O MULIER, MAGNA EST FIDES TUA : FIAT TIBI SICUT VIS. — Oratio nos facit Israeles, id est dominantes Deo, XV, 357, 2. Quæ sit allegorice et tropologice hæc filia a dæmone vexata, *ibid.*

FERIA VI.

(*Joann.*, V, 1-15).

POST HÆC ERAT DIES FESTUS JUDÆORUM, ET ASCENDIT JESUS JEROSOLYMAM. — Quisnam hic diei festus, XVI, 371, 1, 2.

EST AUTEM HIEROSOLYMIS PROBATICA PISCINA, etc.—Probatica quænam vox, XVI, 371, 2. Piscina quid, 372, 1. Probaticæ piscinæ origo fabulosa, *ibid.* Piscinæ describuntur, earum quis fuerit usus, VII, 96, 2. Piscinæ hujus probaticæ descriptio 97, 1. Siloe fons, a quo piscina hæc dependet, describitur, quantæque sit Saracenis venerationis, XIV, 515, 2 et seq. Hæc piscina pluribus describitur : ejus forma et origo, XVI, 372, 1 et seqq. Piscina est meditationis symbolum, VIII, 178, 1, 2.

IN HIS JACEBAT MULTITUDO MAGNA LANGUENTIUM, etc. — Morbi, miseriæ, ærumnæ, casus, infortunia hominibus ab Adami peccato accidunt ; atque hoc jugum illis impositum jam inde ab initio per Adamum, X, 324, 2 et seqq. Quanta mala id jugum complectatur, 325, 2. Peccati originalis decem pœnæ, 226, 1. Tropologice qui sint omnes isti ægroti, XVI, 372, 2. Pro sanatione hujus paralytici videre est JESUS CHRISTUS, cap. IV, art. II, § 1, et PISCINA.

SABBATO.

(*Matth.*, XVII, 1-9).

Cum in isto evangelio de transfiguratione agatur, *vide Dominicam* II *in Quadragesima.*

DOMINICA II IN QUADRAGESIMA.

(*Matth.*, XVII, 1-9).

Totam transfigurationis Christi seriem supra exposuimus art. JESUS CHRISTUS, cap. V, art, III, § 7 ; hic tantum quæ ex aliis libris tum Veteris tum Novi Testamenti ad pleniorem hujus mysterii explanationem inservire possunt subjicimus. Vide insuper, XV, 380-390 ; XX, 428-432.

POST DIES SEX ASSUMIT JESUS PETRUM ET JACOBUM, ET JOANNEM FRATREM EJUS. — Sancti sunt Deo familiares et secretarii, V, 100, 1, 2. Ut Dominus paucos transfigurationis suæ testes adhibuit, ita consiliarii pauci, et cum delectu seligendi sunt, IX, 192, 1, 2 et seqq.

ET DUCIT ILLOS IN MONTEM EXCELSUM SEORSUM. — Montes videtur Dominus adamasse ad præcipua fidei mysteria peragenda, VII, 574, 1. Cur facta sit transfiguratio in monte, et in quo monte, XV, 381, 1, 2 ; XX, 323, 1.

ET TRANSFIGURATUS EST ANTE EOS. — Quomodo et cur hæc transfiguratio peracta sit, XV, 382, 2 ; 383, 2 et seq ; XX, 429, 1 ; 431, 2.

Christus cum sanctis hominibus deliciatur, V, 240, 1, 2 et seqq. Christus humanitate suam deitatem celabat, eam tamen subinde emicare faciebat, VII, 575, 1. An beata Virgo subinde divinam Christi essentiam viderit, VIII, 32, 2.

ET RESPLENDUIT FACIES EJUS SICUT SOL. — Quomodo Christi facies ut sol resplendeat, XXI, 35, 2. Quinimo ipse Christus et Deus sol sunt ob varias analogias, 36, 1. Deus est oculus et sol mundi, XIV, 418, 1. Christus est sol justitiæ, X 31, 1. Solis elogium, 387, 2 et seqq. Sol est typus Christi, *ibid.* Christus splendore suo omnium oculos offuscat, XIV, 589, 2. Capilli candidi Christi quid denotent, XXI, 31, 2.

In oratione Christus transfiguratus fuit ; quomodo oratio faciat homines lucidos, I, 747, 2. Oratio est animæ transfiguratio, XV, 384, 1, 2. Christus lux in tenebris, *Job*, 4, 1 ; 213, 2. Lux est quasi forma rerum, 716, 2. Splendor verus a virtute, 13, 2. Sanctitatis et lucis consensio, 15, 2 ; 83, 2. Aspectus Dei animam venustat, 679, 1. Puritas accessum ad Deum habet, 17, 1. Puritas cordis Deum videt, 340, 1.

VESTIMENTA AUTEM EJUS FACTA SUNT ALBA SICUT NIX. — Fulgor vestimenti Christi in transfiguratione, XV, 384, 2 et seq. Candor est color perfectissimus, 385, 1. Nivis commoda miranda et causæ, IX, 401, 1, 2 ; 407, 1, 2. Virtutes sunt animæ vestes, *Job*, 572, 1.

ET ECCE APPARUERUNT EIS MOYSES ET ELIAS CUM EO LOQUENTES. — Cur Moyses et Elias apparuerint, variæ causæ, XV, 385, 2. Omnia quæ ad Moysen seu ad Eliam spectant, *vide* art. ELIAS, MOYSES. S. Lucas addit : *Et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem.* Quisnam hic excessus, XV, 386, 2. Transfigurationis suæ gloriam et splendorem moderatur Dominus sermone de excessu suo et morte, ita quippe fieri amat, ut adversitas prosperitatem moderetur, et hæc illam quia mundus contrariis constat, VII, 261, 2.

RESPONDENS AUTEM PETRUS, DIXIT AD JESUM : DOMINE, BONUM EST NOS HIC ESSE. — Petrus præ summo animi gaudio nescit quid petat, XV, 387, 2. Quies non est hujus vitæ, *Job*, 86, 2. Deus amicos suos exstaticos et quasi amentes facit, V, 241, 1, 2. Contemplatio Dei est quasi finis rerum, 487, 2. In Dei cellariis manere gestit anima, VII, 490, 1 ; 491, 1. Exstasis quomodo contingat, VIII, 143, 2. Septem gradus ad divinæ contemplationis cellaria perveniendi, VII, 491, 1 (*Vide* CONTEMPLATIO).

SI VIS, FACIAMUS HIC TRIA TABERNACULA : TIBI UNUM, MOYSI UNUM, ET ELIÆ UNUM. — Cur Petrus petat fieri tria hæc tabernacula, cum beati non egeant tabernaculis, XV, 387, 1, 2.

ADHUC EO LOQUENTE, ECCE NUBES LUCIDA OBUMBRAVIT EOS. — Nubes obumbrans quos et cur, XV, 388, 1, 2. Nubis officium quale hic, *ibid.*, 2. Nubis origo : est ea symbolum principum et gubernatorum, VIII, 306, 2. Cur in nube apparere soleat Deus, XII, 574, 1. Nubes est thronus Dei, IX, 621, 2 ; *Job*, 523, 2 ; 691, 2. Nubes et fumus

sunt gloriæ Dei symbolum, XI, 175, 2. Nubes est quasi vestimentum Dei, quod in nube se absconderet et loqueretur, responsa dans ex propitiatorio, IV, 290, 1 (*Vide* NUBES). Nubes est velum Dei, XV, 388, 2. Nubes fuit lucida, cur, 359, 1.

ET ECCE VOX DE NUBE DICENS : HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS, IN QUO MIHI BENE COMPLACUI, IPSUM AUDITE. — In transfiguratione SS. Trinitas repræsentatur, XV, 389, 1. Hæc verba : *Ipsum audite*, exponuntur, XX, 431, 1. In Christo Deus sibi mire complacet, 430, 2.

ET AUDIENTES DISCIPULI, CECIDERUNT IN FACIEM SUAM, ET TIMUERUNT VALDE. — Apostolorum timoris causæ, XV, 389, 2 et seq. Seraphinis auditis, timet et tacet Isaias, XI, 176, 1. Dei locutio qualis, *Job*, 24, 2; 263, 2. Vox Dei in quiete innotescit, 646, 1; 651, 2.

ET DESCENDENTIBUS ILLIS DE MONTE, PRÆCEPIT EIS JESUS DICENS : NEMINI DIXERITIS VISIONEM, DONEC FILIUS HOMINIS A MORTUIS RESURGAT. — Cur Christus silentium de sua transfiguratione indicat, XV, 390, 2.

Quia transfiguratio Christi erat quasi præambulum gloriæ cœlestis, poterit hic agi de gloria regni cœlestis, *vide* BEATITUDO, BEATUS, CŒLUM.

FERIA II.

(*Joan.*, VIII, 21-29).

EGO VADO, ET QUÆRETIS ME, ET IN PECCATO VESTRO MORIEMINI. — Mensura peccatorum cuilibet statuta est, qua impleta castigatur, XV, 495, 1, 2. Pœnæ eorum qui in Christo non manent, sed ab eo se peccando sequestrant, XVI, 561, 2 et seqq. Quo sensu perversus sit incorrigibilis, VII, 259, 2. An reprobus et reprobati salvari queant, 260, 1.

ET DICEBAT EIS : VOS DE DEORSUM ESTIS, EGO DE SUPERNIS SUM. VOS DE MUNDO HOC ESTIS, EGO NON SUM DE HOC MUNDO. — Dat causam Christus cur quo ipse vadit, Pharisæi venire non possint, XVI, 441, 1, 2. *Vos de deorsum estis* quid moraliter, physice, metaphysice significent, 441, 2 et seq. Animæ origo cœlestis, XVII, 336, 2 et seqq.

DICEBANT ERGO EI : TU QUIS ES? DIXIT EIS JESUS : PRINCIPIUM, QUI ET LOQUOR VOBIS. — Christus principium, quo sensu, XVI, 442, 2. Deus principium et finis actionum nostrarum, 413, 1, 2.

MULTA HABEO DE VOBIS LOQUI ET JUDICARE; SED QUI ME MISIT, VERAX EST : ET EGO QUÆ AUDIVI AB EO, HÆC LOQUOR IN MUNDO. — Quotuplici sensu Deus Pater verax sit, XVI, 443, 2; 444, 1 (*Vide* DEI VERITAS). Veritas triplex, oris, mentis, operis, XX, 226, 1. Veritas est mentis cingulum, 258, 2. Anima sancta quomodo vera enuntiet, X, 57, 1.

FERIA III.

(*Matth.*, XXIII, 1-12).

TUNC JESUS LOCUTUS EST AD TURBAS ET AD DISCIPULOS SUOS, DICENS : SUPER CATHEDRAM MOYSI SEDERUNT SCRIBÆ ET PHARISÆI. — Cathedra est auctoritas docendi et jubendi, XV, 448, 1. Pharisæorum nequitia et idololatria, XI, 747, 1.

OMNIA ERGO QUÆCUMQUE DIXERUNT VOBIS, SERVATE ET FACITE. Obediendum malis Prælatis justa præcipientibus, XV, 488, 1, 2. Traditiones in Ecclesia commendantur, 407, 1.

SECUNDUM OPERA VERO EORUM NOLITE FACERE, DICUNT ENIM, ET NON FACIUNT. — Quando hoc præceptum Christianis servandum, XV, 488, 2.

ALLIGANT ENIM ONERA GRAVIA ET IMPORTABILIA, ET IMPONUNT SUPER HUMEROS HOMINUM. — Judæi variis legis oneribus onerati erant ut camelus, XI, 330, 2; 331, 1. Hæc onera erant rigidæ legis interpretationes, ac insuper plurima alia, quæ præter legem præcipiebant ipsi populo, XV, 488, 2.

OMNIA VERO OPERA SUA FACIUNT UT VIDEANTUR AB HOMINIBUS. — Erat hæc Pharisæorum superbia gloriam hominum ambientium, XV, 489, 1.

DILATANT ENIM PHYLACTERIA ET MAGNIFICANT FIMBRIAS. — Phylacteria quid et unde, XV, 489, 1. Quomodo Judæi ad litteram servatores se legis ostenderent, V, 185, 1.

AMANT AUTEM PRIMOS RECUBITUS IN CŒNIS, ET PRIMAS CATHEDRAS IN SYNAGOGIS. — Modestia in accubitus loco diligendo commendatur, XVI, 195, 2. — Contentionem de principe loco cavere oportet, VI, 260, 1.

ET SALUTATIONES IN FORO, ET VOCARI AB HOMINIBUS RABBI. — Salutationes matutinæ ad ædes divitum olim erant in usu, VI, 343, 2. Pharisæi nomen appetebant, et officium negligebant, XV, 489, 2.

VOS AUTEM NOLITE VOCARI RABBI; UNUS EST ENIM MAGISTER VESTER, OMNES AUTEM VOS FRATRES ESTIS. — Sapientiæ nomen non est aucupandum, nec nimis sapiendum, VI, 274, 2. Adulatione et laudibus auditis plerique capiuntur, 395, 1. Gradum doctoratus non vetat Christus, sed superbum nominis ambitum, XV, 489, 2 et seq.

ET PATREM NOLITE VOCARE VOBIS SUPER TERRAM; UNUS EST ENIM PATER VESTER, QUI EST IN CŒLIS. — Deus solus vere et plene est pater omnium, XV, 490, 1. Paternitas omnis a Deo descendit, XVIII, 615, 1, 2.

NEC VOCEMINI MAGISTRI, QUIA MAGISTER UNUS EST CHRISTUS. — Non homo intellectum homini præstat docendo, sed a Deo præstitum per admonitionem exercet, XV, 490, 1.

QUI MAJOR EST VESTRUM ERIT MINISTER VESTER. — Modestiæ in rectore præstantia, XX, 315, 1; 323, 1; 382, 2. Ejus dotes, 323, 2 et seq. Quatuor ejus species, 323, 2. Media ad eam, 324, 1.

QUI AUTEM SE EXALTAVERIT, HUMILIABITUR, ET

QUI SE HUMILIAVERIT, EXALTABITUR. — Exempla sunt Mardochæus vilis et abjectus exaltatus, et Aman superbus humiliatus, IV, 379-382. Humilitas exaltat, superbia infamat, VI, 410, 1. Exemplum arrogantis humiliati, XV, 491, 1 (*Vide* HUMILITAS, SUPERBIA).

FERIA IV.

(*Matth.*, XX, 20-28).

TUNC ACCESSIT AD EUM MATER FILIORUM ZEBEDÆI CUM FILIIS SUIS, ADORANS ET PETENS ALIQUID AB EO. — Ejus petitio expenditur, XV, 447, 2.

AIT ILLI : DIC UT SEDEANT HI DUO FILII MEI, UNUS AD DEXTERAM TUAM, ET UNUS AD SINISTRAM, IN REGNO TUO. — Quæ hujus ambitiosæ petitionis occasio fuerit, XV, 448, 1. Excusanda mater filiorum Zebedæi, *ibid.* Ambitiosorum mores describuntur, IX, 597, 1. Ambitio regni nihil non molitur, IV, 370, 2. Honores non sunt ambiendi, IX, 222, 1. Prælaturæ non sunt ambiendæ, XX, 134, 1. Honores hujus mundi appetentes pueris papiliones insequentibus comparantur, IV, 370, 2. Ambitio est ambientium crux, 377, 2 et seq. (*Vide* AMBITIO). Virtus propria nobilitat, non avorum virtus, secus ac prætendebat hæc mater, nixa cognatione cum Christo, V, 354, 2. Ineptum ad officia sacra vel profana promovens vel commendans, peccat in justitiam, VI, 40, 2. Contentio de primo loco vitanda est, 260, 1.

RESPONDENS AUTEM JESUS DIXIT : NESCITIS QUID PETATIS. — Quia non simul, sed gradatim ad honores est ascendendum, VI, 260, 1. Honores insipientibus non sunt dandi, 303, 1, 2 et seqq. In quo hi Mercurio similes sint, 365, 1. Beneficia non cognatis, sed dignis danda, XV, 448, 2. Agrippinæ matris Neronis ambitio, *ibid.* Hujus responsi, *nescitis quid petatis*, septem explicationes, 448, 2 ; 449, 1. Male petens cur petita non impetret, XX, 173, 2. Caduca et peritura non sunt petenda a Deo, 174, 1.

POTESTIS BIBERE CALICEM QUEM EGO BIBITURUS SUM ? — Passio est calix, cur, 449, 1, 2. Cur S. Joannes Evangelista cum calice pingatur, *ibid.*, 2.

DICUNT EI : POSSUMUS. — An Joannes et Jacobus calicis significationem intellexerint, 450, 1.

AIT ILLIS : CALICEM QUIDEM MEUM BIBETIS, SEDERE AUTEM AD DEXTERAM MEAM, VEL SINISTRAM, NON EST MEUM DARE VOBIS, SED QUIBUS PARATUM EST A PATRE MEO. — Est hoc oraculum de Jacobi et Joannis passione, XV, 450, 1, Quo sensu Christus dicat ad se non pertinere cœli gloriam dare, 450, 2.

ET AUDIENTES DECEM, INDIGNATI SUNT DE DUOBUS FRATRIBUS. — Unde duorum fratrum petitionem audierint cæteri apostoli, XV, 451, 2. Invidiæ damna et remedia, 451, 2 ; 452, 1. Bella oriuntur e nimia cupiditate, XX, 171, 1. Reges eos qui plus cæteris sapere videri volunt, oderunt, IX, 223, 2.

JESUS AUTEM VOCAVIT EOS AD SE, ET AIT : SCITIS QUIA PRINCIPES GENTIUM DOMINANTUR EORUM, ET QUI MAJORES SUNT, POTESTATEM EXERCENT IN EOS. — Quanta sit dominantium et nobilitatis vanitas, XV, 54, 2. Regum imperiosorum exempla, VII, 288, 1. Stulti aliquando sapientibus præsunt, sed indigne, 339, 1. Idque Dei permissu, ut sic impios castiget, *ibid.* Reges pueri et leves damnosi sunt reipublicæ, VII, 350, 1, 2. Servi facti reges regunt impotenter et superbiunt, 340, 1. Sors tales reges facit, 339, 2. Principes sint potius erga suos affabiles et modesti, XVII, 399, 2 ; XX, 383, 1 (*Vide* RECTOR, REX, PRINCEPS, TYRANNUS).

NON ITA ERIT INTER VOS ; SED QUICUMQUE VOLUERIT INTER VOS MAJOR FIERI, SIT VESTER MINISTER, ET QUI VOLUERIT INTER VOS PRIMUS ESSE, ERIT VESTER SERVUS. — Quid his verbis doceat Christus, XV, 452, 1, 2. Ex hac Christi sanctione, summus Pontifex hunc titulum præfert : *Servus servorum Christi*, *ibid.*, 2. Hinc S. Franciscus prælatos ordinis sui appellari ministros voluit, *ibid.*

SICUT FILIUS HOMINIS NON VENIT MINISTRARI, SED MINISTRARE ET DARE ANIMAM SUAM REDEMPTIONEM PRO MULTIS. — Humilitas est propria virtus Christi, XV, 453, 1. Ad exemplum Christi S. Francisci Xaverii humilitas, *idid.* An Christus pro omnibus mortuus sit, *ibid.* et 2. Sanctorum hoc humilitatis et charitatis Christi exemplum imitantium exempla, 453, 2 (*Vide* HUMILITAS).

FERIA V.

(*Luc.*, XVI, 19-31).

HOMO QUIDAM ERAT DIVES. — Divitis epulonis et Lazari vera historia, XVI, 220, 1. Dives epulo fuit Judæus, *ibid.* Hic etsi improbus, divitiis abundabat, cum vice versa justi sæpe inopia affligantur, VII, 126, 2. Dei consilio hic est dives, ille pauper, VI, 135, 1, 2. Divitiæ superbiam et audaciam pariunt, V, 290, 1. Uti divitiæ hunc ab inferno non liberarunt, ita nec ullum, VII, 123, 2. Divitum prosperitati non est invidendum, VI, 195, 1, 2 (*Vide* DIVES, DIVITIÆ). Dives apud Deum quis sit, XX, 315, 2.

INDUEBATUR PURPURA ET BYSSO. — Purpura divitis in vestitu luxum, byssus mollitiem notat, XVI, 220, 1. In vestitu non est gloriandum, IX, 336, 1, 2.

ET EPULABATUR QUOTIDIE SPLENDIDE. — Pene semper epulas lautas sequitur voluptas, XVI, 220, 2. Mors in olla gulæ, IV, 24, 1. Quam gula sit exitialis, VI, 197, 1. Pœna ventri deditorum, III, 291, 2. Sumptuosarum epularum damna, XX, 202, 2 et seqq. (*Vide* CONVIVIA, EPULÆ, GULA).

ET ERAT QUIDAM MENDICUS, NOMINE LAZARUS, QUI JACEBAT AD JANUAM EJUS, ULCERIBUS PLENUS. — Illius misera sors et morbi describuntur, XVI,

220, 2 et seqq. Mendicorum vita mors est potius quam vita, X, 343, 2 (*Vide* MENDICUS, PAUPER).

CUPIENS SATURARI DE MICIS QUÆ CADEBANT DE MENSA DIVITIS, ET NEMO ILLI DABAT. — Cruces Lazari novem, XVI, 221, 2 et seq. A paupere qui faciem suam avertit, ab eo etiam faciem suam avertet Deus, IV, 284, 2. Durus in pauperes peccat graviter, V, 425, 1. Hic excitat Dei et hominum iram, VI, 109, 1. Divites debent amare pauperes, imo eos præoccupare, 133, 1, 2 et seqq. Pauperes vexans Christum vexat, 167, 2 (*Vide* DIVES, PAUPER).

FACTUM EST AUTEM UT MORERETUR MENDICUS, ET PORTARETUR AB ANGELIS IN SINUM ABRAHÆ. — Ministerium angelorum animas in cœlum ducere, XVI, 222, 1. Sinus Abrahæ, quid, et cur sic dictus, *ibid.* et 2. Limbus ubinam esset, olim nesciebatur, VII, 157, 1. Limbus Patrum, et sinus Abrahæ vocatur pax, VIII, 331, 1. Mors et vita quid sit, X, 345, 2. Ipsa suavis est indigentibus, ægris, senibus, anxiis, desperantibus, 346, 2 et seq. Cur vita justorum brevis et misera, impiorum longa et felix, VII, 262, 2 et seq. Mors sanctorum est vitæ janua, VIII, 330, 1. Justorum mors, etiam præoccupatorum, eos ponit in quiete et refrigerio, ipsi eam meditando prævertunt, 362, 2. Ante diem ad cœtum sanctorum rapiuntur, 366, 2. Sancti in cœlo stant quasi victores, 378, 2 (*Vide* MORS, § 7).

MORTUUS EST AUTEM ET DIVES, ET SEPULTUS EST IN INFERNO. — Quam sors illius, quam in hac vita habuit, sit mutata, XVI, 222, 2 et seq. Quis hic infernus, 223, 1. Quodnam peccatum divitis epulonis, *ibid.* Impiorum dies ut umbra transeunt, VII, 299, 1. In morte dives universa relinquere debet, 217, 1, 2. Eorum funesta mors post lætam vitam, VIII, 375, 2. Multipliciter tunc illos Deus disrumpit, 376, 1. Peccator dæmones secutus, tandem ad eorum sedes deducetur, VI, 112, 1, 2. Mortuus statim est judicatus, et inferno addictus, VII, 156, 2. Avari sæpe carent sepultura, 224, 2. In tenebris sepeliuntur, 225, 2 et seq. Impii etiam superbe in gehenna sepulti sunt, 294, 2.

ELEVANS AUTEM OCULOS SUOS, CUM ESSET IN TORMENTIS, VIDIT ABRAHAM A LONGE, ET LAZARUM IN SINU EJUS. — Impii et peccatores in die mortis rerum quas amarunt vanitatem et fugacitatem agnoscent, VIII, 1. An a damnatis justi in requie conspiciantur, XV, 223, 2.

ET IPSE CLAMANS DIXIT: PATER ABRAHAM, MISERERE MEI, ET MITTE LAZARUM UT INTINGAT EXTREMUM DIGITI SUI IN AQUAM, UT REFRIGERET LINGUAM MEAM, QUIA CRUCIOR IN HAC FLAMMA. — Frustra Lazarum vocat, quia in inferno nullum solatium, VIII, 301, 1. Impii post mortem nullum habentes advocatum desperabunt, 351, 1. Quomodo divitis anima linguam habuisse dicatur, XVI, 224, 2 et seq. Divites in gehenna pauperie torquebuntur, ut ne guttam quidem aquæ habeant, VII, 215, 2. Ut epulo in lingua tortus fuit, sic in eadem detractores et maledici torquebuntur, VIII, 289, 1. Ut epulo gula et lingua peccavit, ita in eadem se cruciari clamavit: nam per quæ quis peccavit, per hæc et punitur, 517, 2 (*Vide* INFERNUS).

ET DIXIT ILLI ABRAHAM: FILI, RECORDARE QUIA RECEPISTI BONA IN VITA TUA, ET LAZARUS SIMILITER MALA; NUNC AUTEM HIC CONSOLATUR, TU VERO CRUCIARIS. — Pauperum et divitum sortes differunt, IX, 400, 2. Pios affligi, impios prosperari, vanitas est, VII, 300, 1. Duas autem ob causas illi affliguntur, et hi prosperantur, *ibid.*, 2. Sed horum prosperitas maxime noxia est, 301, 1, 2. Impii labores operum suorum in inferno comedunt, V, 53, 1. Talionis lege Deus durum in pauperes punit, VI, 108, 2 et seq. Voluptas in fine vitæ sectatorem suum deserit, 72, 2 et seq. In altera vita felicium et infelicium sortes mutabuntur, IX, 356, 2; XVI, 1, 2. Ideo S. Catharina Senensis e duobus coronis ei a Christo oblatis una aurea et gemmata, altera spinea, spineam coronam elegit, XVI, 225, 2. Nemo ante mortem beatus dicendus est, IX, 356, 2; 359, 2. In die bonorum habenda memoria malorum, 354, 2 et seqq.

ET IN HIS OMNIBUS INTER NOS ET VOS CHAOS MAGNUM FIRMATUM EST, etc. — Chaos quid, XVI, 226, 1. Quid per chaos hic intelligendum, 226, 2. Quo sensu mortui nil sciant, VII, 312, 1, 2. Anima a corpore separata scit res omnes naturales, damnata scit tantum sua tormenta, VII, 312, 2 et seq.

ET AIT: ROGO ERGO TE, PATER, UT MITTAS EUM IN DOMUM PATRIS MEI; HABEO ENIM QUINQUE FRATRES, UT TESTETUR ILLIS, NE IPSI VENIANT IN HUNC LOCUM TORMENTORUM. — Quomodo potest hic dives damnatus salutem fratrum optare, XVI, 227, 2. An hic vere de fratrum suorum salute fuerit sollicitus, *ibid.*

ET AIT ILLI ABRAHAM: HABENT MOYSEN ET PROPHETAS, AUDIANT ILLOS, etc. — Ex Dei instituto homo per hominem docendus, III, 282, 2; XVI, 227, 2. Quid ex hac parabola, vel potius historia discere possumus, 228, 2.

FERIA VI.

(*Matth.*, XXI, 33-46).

HOMO ERAT PATERFAMILIAS, ET PLANTAVIT VINEAM, etc. — Parabola vineæ per partes explicatur, XV, 470, 1, 2 et seq. Homo plantans vineam est Deus fundans Ecclesiam, 470, 1. Vinea est Ecclesia tam gentium quam Judæorum, VIII, 234, 2 et seq.

MALOS MALE PERDET. — Deus nulla peccata non punit, IX, 176, 1, 2 et seqq.

ET VINEAM SUAM LOCABIT ALIIS AGRICOLIS QUI REDDANT EI FRUCTUM TEMPORIBUS SUIS. — Impii terram inique occupant, V, 71, 1. Judæi dum apostolos exagitant, in causa fuere, ut hi ad gen-

tes se Judæa pulsi, transtulerint, VII, 499, 2. Vinea Ecclesiæ ab hæreticis et pravis Ecclesiæ pastoribus laceratur, VII, 500, 1. Fructus hic vineæ, id est Ecclesiæ Dei, patet in conversione totius orbis ad Christi fidem et sanctitatem, XV, 471, 1.

Tropologice vinea cuique excolenda est anima, XV, 470, 2 et seq. (*Vide* VINEA).

NUNQUAM LEGISTIS IN SCRIPTURIS : LAPIDEM QUEM REPROBAVERUNT ÆDIFICANTES, HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI. — Christus qualis sit lapis, XVII, 127, 2. Quomodo sit lapis in caput anguli, XV, 471, 2; XVII, 128, 1. Petra est Christus ob varias analogias XX, 281, 1. Fidelem inter et lapidem variæ relationes, 282, 2 et seq.

IDEO DICO VOBIS, QUIA AUFERETUR A VOBIS REGNUM DEI, ET DABITUR GENTI FACIENTI FRUCTUS EJUS. — Cur synagoga Judaica a Christo repudiata sit, XI, 594, 1; XV, 471, 2.

ET QUI CECIDERIT SUPER LAPIDEM ISTUM, CONFRINGETUR; SUPER QUEM VERO CECIDERIT, CONFINGET EUM. — Minatur hic Christus Judæis æternum et irreparabile excidium, puta gehennæ incendium.

ET QUÆRENTES EUM TENERE, TIMUERUNT TURBAS QUONIAM SICUT PROPHETAM EUM HABEBANT. — Sic Lycaonii S. Paulum ob eloquentiam putarunt esse Mercurium, XVII, 291, 1.

SABBATO.

(*Luc.*, XV, 11, *ad fin.*).

HOMO QUIDAM HABUIT DUOS FILIOS. — Hæc parabola exponitur et applicatur, XVI, 205, 2 et seq. Qui sint iste pater et duo filii, XVI, 205, 2; 206, 1.

ET DIXIT ADOLESCENTIOR PATRI. — Cur adolescentia sit periculosa, V, 23, 2. Juventutis emblema et schema, 187, 2. Juventus quam sit petulans et lasciva, VI, 159, 1, 2. Adolescens viam quam iniit, semper retinebit, verum per Dei gratiam sæpe ab ea deflectit, 141, 1, 2. Huic dæmon maxime insidiatur : quatuor ei sunt commendanda, 144, 1. Concupiscentia ei est colligata, 158, 2. Est mobilis et instabilis, 450, 1, 2. Juventutis flos et lascivia, VII, 378, 1, 2. Est ea superanda per mentis robur et fortitudinem, 379, 1, 2 (*Vide* ADOLESCENTIA). Adolescentior notat peccatores et meretrices, XVI, 206, 1.

DA MIHI PORTIONEM SUBSTANTIÆ QUÆ ME CONTINGIT. ET DIVISIT ILLIS SUBSTANTIAM. — Libertas in adolescente quam sit noxia, V, 112, 2 et seq. Fur paternorum bonorum quomodo sit socius homicidæ, VI, 385, 1. Vide quam vanum sit parcere et coacervare opes pro filiis decoctoribus, et aliis hæredibus incertis, VII, 119, 1; 120, 2 et seq. In statu vitæ deligendo mature deliberandum, V, 411, 2.

ET NON POST MULTOS DIES, CONGREGATIS OMNIBUS, ADOLESCENTIOR FILIUS PEREGRE PROFECTUS EST IN REGIONEM LONGINQUAM, ET IBI DISSIPAVIT SUBSTANTIAM SUAM VIVENDO LUXURIOSE. — Adolescens incontinens opes paternas disperdit, VI, 159, 1, 2. Meretricis mores describuntur, V, 263, 1, 2. Libido mentem excæcat et obnubilat, ut spiritum sapientiæ percipere non possit, VIII, 279, 1, 2. Luxuria quid proprie sit, 312, 1. Fornicatio hominem mire dementat, 564, 1. Principum et heroum filii sæpe degeneres sunt, 492, 2. Fornicatio, speciosa puella velut speciosum idolum est, 564, 1. Senectus ærumnosa et morbida sequitur post juventutem libidinosam et lascivam, VII, 401, 2. Hæc omnia peccatori applicantur, XVI, 206, 2 et seq. (*Vide* LIBIDO, LUXURIA, VOLUPTAS).

ET POSTQUAM OMNIA CONSUMMASSET, FACTA EST FAMES VALIDA IN REGIONE ILLA, ET IPSE COEPIT EGERE. — Mystice peccator laborat inopia omnium rerum naturalium et supernaturalium, XVI, 207, 1.

IN SE AUTEM REVERSUS, DIXIT : QUANTI MERCENARII IN DOMO PATRIS MEI ABUNDANT PANIBUS, EGO AUTEM HIC FAME PEREO. — Ærumnæ impios magis cruciant quam pios, X, 328, 1, 2. Cur Deus voluptuariis voluptates adimere, famem, morbos et ærumnas immittere soleat, XVI, 208, 1, 2.

SURGAM ET IBO AD PATREM MEUM. — Conversio de die in diem non est differenda, IX, 178, 1, 2 et seqq.

ET DICAM EI : PATER, PECCAVI IN CŒLUM ET CORAM TE. — Anima de peccatis pœnitens, optet Deo per gratiam conjungi, VII. 468, 1, 2. Pœnitentiæ origo, ratio et essentia, IX, 179, 1, 2. Confessio necessaria, cur, XVI, 209, 2.

CUM AUTEM ADHUC LONGE ESSET, VIDIT ILLUM PATER IPSIUS, ET MISERICORDIA MOTUS EST, ET ACCURRENS CECIDIT SUPER COLLUM EJUS, ET OSCULATUS EST EUM. — Mira Dei in peccatores pœnitentes clementia et condonandi celeritas, XVI, 210, 2. Collum est symbolum obedientiæ, VII, 516, 2. Item circumspectionis, fidei, puri intellectus, 517, 2. Osculi symbola quatuor 467, 1.

DIXIT AUTEM PATER AD SERVOS SUOS : CITO PROFERTE STOLAM PRIMAM, ET INDUITE ILLUM. — Monile et torques quarum rerum sint symbolum, VII, 517, 1. Stola et torques erant signa honoris : torques varias sapientiæ dotes denotat, V, 74, 1, 2. Stola prima quæ, XVI, 211, 1. Exemplum duarum mulierum pœnitentium, *ibid.*

ET DATE ANNULUM IN MANU EJUS, ET CALCEAMENTA IN PEDIBUS EJUS. — Annulus aureus index hominis liberi ut et calceus, XVI, 211, 1. Annuli quare gestentur, eorum quis sit usus, XX, 100, 1, 2. Calceamenta quid significent, XVI, 211, 2.

ADDUCITE VITULUM SAGINATUM, ET OCCIDITE, ET MANDUCEMUS, ET EPULEMUR. — Vitulus saginatus est Christus, XVI, 211, 2,

ERAT AUTEM FILIUS EJUS SENIOR IN AGRO; ET

CUM VENIRET, ET APPROPINQUARET DOMUI, AUDIVIT SYMPHONIAM ET CHORUM..... INDIGNATUS EST AUTEM, ET NOLEBAT INTROIRE. — Uti hic cantus invidum fratrem male habuit, sic musica animum pessimum et mœstum exasperat, VI, 282, 2. Musica recte in conviviis adhibetur, X, 149, 1; 151, 2. Hic significatur Judæorum invidia et murmur contra apostolos, qui Evangelium a Judæis incredulis ad Gentes transtulere, XVI, 212, 1.

EPULARI ET GAUDERE OPORTEBAT, QUIA FRATER TUUS HIC MORTUUS ERAT, ET REVIXIT; PERIERAT, ET INVENTUS EST. — Convivium ex amore instrui debet, V, 462, 1. Quid his verbis Christus Pharisæos doceat, XVI, 213, 2.

DOMINICA III IN QUADRAGESIMA.

(*Luc.*, XI, 14-28).

ERAT (Jesus) EJICIENS DÆMONIUM. — Omnia quæ ad dæmoniorum naturam, insidias pertinet, videre est in art. DÆMON, DIABOLUS. Judæi olim exorcistas habebant, XVII, 352, 2 et seq. Quod tunc carnaliter factum est, quotidie completur in conversione credentium, XV, 303, 2. Dæmon virtutibus septem ligatur, 299, 1.

ET ILLUD ERAT MUTUM. — Quomodo diabolus homines efficiat mutos, XV, 303, 2.

QUIDAM AUTEM EX EIS DIXERUNT : IN BEELZEBUB PRINCIPE DÆMONIORUM EJICIT DÆMONIA. — Impii miracula Dei magiæ ascribunt, IV, 513, 1. Quia hæc calumnia ex mera invidia procedebat, de ea agi poterit, *vide* INVIDIA.

IPSE AUTEM, UT VIDIT COGITATIONES EORUM, DIXIT EIS : OMNE REGNUM IN SEIPSUM DIVISUM DESOLABITUR. — Concordia est calx urbis et regni, XV, 304, 1. Concordiæ quanta sit vis, V, 580, 1. Seditiosi suis rixis et motibus regna discindunt, VI, 397, 2. Concordiæ quantæ potentiæ sit causa, XIV, 303, 1. Monarchia optimum regimen est, nec regnum fert duos, XIII, 29, 2. Discordia tum civium, tum fratrum, lites et bella, quantopere Deo displiceant, et acriter ab eo puniantur, XIII, 544, 2 (*Vide* CONCORDIA). Ad seditionem populos concitat legum patriarum et religionis avitæ eversio, IV, 427, 1. In regno expedit unam esse religionem, 415, 1.

SI AUTEM ET SATANAS IN SEIPSUM DIVISUS EST, QUOMODO STABIT REGNUM EJUS? QUIA DICITIS IN BEELZEBUB ME EJICERE DÆMONIA. — Quasi id fieri queat; quia dæmones inter se conveniunt; est quippe inter eos ordo, ut alii sint majores, alii minores; alii principes, alii inferiores, XV, 251, 2. Apollonius dæmones per magiam ejiciebat, 304, 1. Dæmon superior aliquando inferiorem ejicit, sed raro, *ibid.*, 2. Ostendit Dominus se dæmonia non ejicere ope dæmonis, 304, 2 et seq.

CUM FORTIS ARMATUS CUSTODIT ATRIUM SUUM. — Cur diabolus hic vocetur fortis, XV, 305, 1. Dæmonis fortitudo in quo sita sit, *Job*, 754, 2; 768, 2 Vitia sunt dæmonis arma, 387, 2. Carnales sunt vasa lutea, 117, 1; 594, 2. Iniquitates virum venantur, 204, 2.

IN PACE SUNT EA QUÆ POSSIDET. — Vides hic ut nimia securitas summum periculum creet, VII, 185, 1, 2.

QUI NON EST MECUM, CONTRA ME EST : ET QUI NON COLLIGIT MECUM, DISPERGIT. — Quis sit horum verborum obvius sensus, et quomodo hæc sententia non sit contraria ejusdem Christi sententiæ: *Qui non est adversum vos, pro vobis est*, XV, 305, 2; 306, 1, 2.

CUM IMMUNDUS SPIRITUS EXIERIT DE HOMINE, AMBULAT PER LOCA INAQUOSA. — Dæmones amant sepulcra ob tres causas, XI, 745, 2. Inaquosa sunt plerumque sepulcra ossibus aridis plena, in quibus dæmones et dæmoniaci habitare gaudent, XVI, 133, 2. Dæmon agit in desertis, cur, XV, 315, 1. Mystice quid sint loca arida, *ibid.*

QUÆRENS REQUIEM. — Improbus non quiescit, donec improbitatem expleverit, VI, 105, 2.

ET NON INVENIENS, DICIT : REVERTAR IN DOMUM MEAM UNDE EXIVI. — Relapsus in peccatum quantum sit malum, V, 311, 2 et seqq.; 333, 2. Consuetudo peccandi quam sit noxia, V, 561, 2.

ET CUM VENERIT, INVENIT EAM SCOPIS MUNDATAM ET ORNATAM. — Studendum decoro et munditiei, X, 434, 2 et seq.

TUNC VADIT, ET ASSUMIT SEPTEM ALIOS SPIRITUS NEQUIORES SE. — Dæmonum multitudo et malignitas, XVI, 134, 2. Vitio uno abeunte, succedit aliud, ut hominem oppugnet, XIII, 484, 1.

ET INGRESSI HABITANT IBI, ET FIUNT NOVISSIMA HOMINIS ILLIUS PEJORA PRIORIBUS. — Peccati quanta sit vis in peccatorem, XI, 613, 2. Peccandi consuetudo imprimis noxia est, VII, 268, 1. Relapsus in peccatum est lapsu gravior, X, 212, 1, 2; XV, 315, 1; XX, 466, 1. Quam is noxius sit, IX, 231, 2. Relapsi similes sunt canibus ad vomitum redeuntibus, XX, 467, 2 et seqq. Peccatum unum via est ad alterum, 113, 2 (*Vide* CONSUETUDO, RELAPSUS).

FACTUM EST AUTEM CUM HÆC DICERET, EXTOLLENS VOCEM QUÆDAM MULIER DE TURBA, DIXIT ILLI : BEATUS VENTER QUI TE PORTAVIT, ET UBERA QUÆ SUXISTI. — Deiparam Virginem glorificant omnes tum angeli, tum homines, VIII, 152, 2. Ubera beatæ Virginis sunt maternitas Dei, VII, 477, 1, 2. Hæc ipsa ubera multis sanctorum communicavit, *ibid.*, 2. Quænam mulier hæc laudans uterum Deiparæ, XVI, 162, 1. Encomia beatæ Virginis, *ibid.* et 2.

AT ILLE DIXIT : QUINIMO BEATI QUI AUDIUNT VERBUM DEI ET CUSTODIUNT ILLUD. — Quo sensu hæc verba accipienda sint, XVI, 162, 2; 163, 1. Auditor verbi sit factor, XX, 82, 2. Verbum Dei et Scriptura est velut speculum, 82, 2 et seqq.; 85, 1. *Vide notata Dom. in Sexagesima.*

FERIA II.

(*Luc.*, IV, 23-30).

ET AIT (Jesus) ILLIS : UTIQUE DICETIS MIHI HANC SIMILITUDINEM : MEDICE, CURA TEIPSUM. — Quomodo tropologice hæc verba accipienda, XVI, 104, 2.

AIT AUTEM : AMEN DICO VOBIS, QUIA NEMO PROPHETA ACCEPTUS EST IN PATRIA SUA. — Quæ hujus rei sit ratio, XV, 338, 1. Apologus psittaci, XVI, 105, 1. Fideli orbis est patria, gnomæ, *ibid.* Homines optimi quærendi extra patriam velut equi, *ibid.*

IN VERITATE DICO VOBIS, MULTÆ VIDUÆ ERANT IN DIEBUS ELIÆ IN ISRAEL..... ET AD NULLAM ILLARUM MISSUS EST ELIAS NISI IN SAREPTA SIDONIÆ, AD MULIEREM VIDUAM. — Historia mulieris Sareptanæ, III, 643, 2. Viduarum preces exaudit Deus, X, 224, 1, 2 (*Vide* ELIAS).

ET MULTI LEPROSI ERANT IN ISRAEL SUB ELISÆO PROPHETA ; ET NEMO EORUM MUNDATUS EST NISI NAAMAN SYRUS. — Elisæi elogium, X, 513, 1, 2 (*Vide* ELISEUS). Christus Judæos exemplo Naaman Syri pungit, XV, 105, 2 et seq.

ET REPLETI SUNT OMNES IN SYNAGOGA IRA, HÆC AUDIENTES. — Judæi hi, ut et iracundi omnes, injurias animo volventes, meditantur ultionem, VI, 410, 1.

ET DUXERUNT ILLUM USQUE AD SUPERCILIUM MONTIS, SUPER QUEM CIVITAS ILLORUM ERAT ÆDIFICATA, UT PRÆCIPITARENT EUM. — Christum quasi blasphemum Nazareni præcipitare voluerunt, XVI, 106, 2.

IPSE AUTEM TRANSIENS PER MEDIUM, IBAT. — Quomodo Christus e manibus Nazarenorum evaserit, XVI, 106, 2.

FERIA III.

(*Matth.*, XVIII, 15-22).

SI AUTEM PECCAVERIT IN TE FRATER TUUS, VADE, ET CORRIPE EUM INTER TE ET IPSUM SOLUM. — Correptionis fraternæ figura, III, 340, 1. Fraterna correptio quare præcepta sit, et an omnia omnino peccata corripienda sint, XV, 406, 1. Hæc an sit consilii, an præcepti, *ibid.*, 2. Ad quos illa spectet, *ibid.*, 2 et seqq. Quis in ea servandus sit ordo, 408, 2. Certis tamen in casibus ille non servatur, *ibid.* Correptio quas habere debeat conditiones, *vide* CORRECTIO, CORREPTIO. Consilia sint secreta, IX, 275, 2. Secretum est custodiendum, 276, 2. Vitia proximi propalat insipiens, sapiens celat, V, 320, 1, 2 et seqq.

SI TE AUDIERIT, LUCRATUS ERIS FRATREM TUUM. — Amicus amicum peccantem corripiens, vere se illi fratrem exhibet, VI, 331, 1 ; XV, 408, 2. Amor dat suavia vulnera, VI, 331, 1 et seqq.

SI AUTEM TE NON AUDIERIT, ADHIBE TECUM ADHUC UNUM, VEL DUOS, UT IN ORE DUORUM VEL TRIUM TESTIUM STET OMNE VERBUM ; QUOD SI NON AUDIERIT EOS, DIC ECCLESIÆ. — Reum superiori indicare ut corrigatur, est actus sanctitatis, III, 350, 1. Tres canones correptionis, XV, 409, 2. Cur dicendum Ecclesiæ, *ibid.* An Pontifex corripiendus, 410, 1.

AMEN DICO VOBIS : QUÆCUMQUE ALLIGAVERITIS SUPER TERRAM, ERUNT LIGATA ET IN CŒLO ; ET QUÆCUMQUE SOLVERITIS SUPER TERRAM, ERUNT SOLUTA ET IN CŒLO. — Potestas ligandi et solvendi prælatis concessa, XV, 410, 2. Tres ligandi et solvendi potestates, 411, 1.

ITERUM DICO VOBIS, QUIA SI DUO EX VOBIS CONSENSERINT SUPER TERRAM DE OMNI REQUAMCUMQUE PETIERINT, FIET ILLIS A PATRE MEO, QUI IN CŒLIS EST. — Consensio duorum hic quænam, XV, 411, 2. Pacis et concordiæ quinque bona, XX, 169, 2. Unanimitatis robur, 320, 2 et seq. Ex his verbis nonnulli auctoritatem conciliorum probant, XV, 412, 1.

TUNC ACCEDENS PETRUS AD EUM, DIXIT : DOMINE, QUOTIES PECCABIT IN ME FRATER MEUS, ET DIMITTAM EI ? USQUE SEPTIES ? — Quoties peccatum peccanti dimittendum, XV, 412, 2.

FERIA IV.

(*Matth.*, XV, 1-21).

TUNC ACCESSERUNT AD EUM (Jesum) AB HIEROSOLYMIS SCRIBÆ ET PHARISÆI, DICENTES : QUARE DISCIPULI TUI TRANSGREDIUNTUR TRADITIONEM SENIORUM ? NON ENIM LAVANT MANUS SUAS CUM MANDUCANT. — Multarum rerum contactus Judæis olim prohibitus, XV, 349, 2. Crebræ Pharisæorum lotiones, *ibid.* Lotionum ritus, 350, 1.

JESUS AUTEM RESPONDENS, AIT ILLI : QUARE ET VOS TRANSGREDIMINI MANDATA DEI PROPTER TRADITIONEM VESTRAM ? — Traditiones apostolicæ bonæ sunt, XV, 350, 1, 351, 2. Eæ servandæ sunt, et eas Ecclesia servari jubet, VII, 407, 1. Christus contra pharisæos taxavit, quod legem divinam traditionibus humanis adulterarent, VIII, 319, 2.

NAM DEUS DIXIT : HONORA PATREM ET MATREM. ET : QUI MALEDIXERIT PATRI VEL MATRI, MORTE MORIATUR. — Honor parentibus debitus, *vide* FILII, PARENTES.

VOS AUTEM DICITIS : QUICUMQUE DIXERIT PATRI VEL MATRI : MUNUS QUODCUMQUE EX ME TIBI PRODERIT. — Victima e rapina pauperum oferenda non est, X, 207, 2 ; 209, 1, 2. Qui talem offert nihil lucratur, *ibid.* Filius Religionem ingredi non potest in gravi parentum necessitate, XV, 351, 1.

POPULUS HIC LABIIS ME HONORAT, COR AUTEM EORUM LONGE EST A ME. — Interiora hominis e quatuor externis signis dignoscuntur, IX, 541, 2 et seqq.

NON QUOD INTRAT IN OS COINQUINAT HOMINEM,

SED QUOD PROCEDIT EX ORE, HOC COINQUINAT HOMINEM. — Error scribarum, XV, 352, 1. Unde iste error oriebatur, *ibid.*

ADHUC ET VOS SINE INTELLECTU ESTIS? NON INTELLIGITIS QUIA OMNE QUOD IN OS INTRAT, IN VENTREM VADIT, ET IN SECESSUM EMITTITUR. — Triplex cibi digestio et egestio, XV, 353, 2. Signum sanitatis, *ibid.* Discendum hic quam contemnenda sint oris et gustus nitores, lautitiæ et deliciæ, 354, 1, 2.

QUÆ AUTEM PROCEDUNT DE ORE, DE CORDE EXEUNT, ET EA COINQUINANT HOMINEM, *vide* omnia quæ ad peccata linguæ pertinent, in art. CALUMNIA, DETRACTIO, LINGUA, MULTILOQUIUM.

DE CORDE ENIM EXEUNT COGITATIONES MALÆ, HOMICIDIA, ADULTERIA, FORNICATIONES, FURTA, FALSA TESTIMONIA, BLASPHEMIÆ, HÆC SUNT QUÆ COINQUINANT HOMINEM. — Idcirco cor maxime est custodiendum, quia est principium multiplicis vitæ, V, 123, 2. Ipsum est symbolum mentis, sapientiæ, amoris, 507, 1. Cor hominis vagum et inquietum est, VII, 45, 2. *Vide* pro ampliori cujusque rei expositione, art. ADULTERIUM, BLASPHEMIA, COGITATIO, COR, FORNICATIO, HOMICIDIUM, FURTUM, TESTIMONIUM, TESTIS.

FERIA IV.

(*Luc.*, IV, 38-44).

SURGENS AUTEM JESUS DE SYNAGOGA, INTROIVIT IN DOMUM SIMONIS. SOCRUS AUTEM SIMONIS TENEBATUR MAGNIS FEBRIBUS. — Hanc socrus Simonis curationem litteraliter et symbolice expositam, *vide* XV, 227, 1; 229, 1.

CUM AUTEM SOL OCCIDISSET, OMNES QUI HABEBANT INFIRMOS VARIIS LANGUORIBUS, DUCEBANT ILLOS AD EUM. AT ILLE SINGULIS MANUS IMPONENS, CURABAT EOS. — Christus ipse nullos habuit morbos, XI, 628, 1, 2; 629, 1. Nostras ipse infirmitates portavit, 629, 1. Nostros morbos curare potuit, quia eos in se luendos suscepit, *ibid.* Morbi nostri peculiarem pœnam ei addiderunt, *ibid.* Christus est medicus et chirurgus, 716, 1. Christus curavit morbos, quia eos luit in cruce, XV, 229, 2.

EXIBANT AUTEM DÆMONIA A MULTIS, CLAMANTIA ET DICENTIA : QUIA TU ES FILIUS DEI. — Peccatores tamen vere non laudant Deum, IX, 442, 2 et seq.

ET DETINEBANT EUM NE DISCEDERET AB EIS. — Sapiens ita loquitur, ut omnes apud eum esse gestiant, IX, 551, 1, 2. Sermo suavis mire mentem delectat, 336, 1.

QUIBUS ILLE AIT : QUIA ET ALIIS CIVITATIBUS OPORTET ME EVANGELIZARE REGNUM DEI, QUIA IDEO MISSUS SUM. — Christus per pagos, vicos et oppida discurrit docendo, V, 999, 9; VII, 42, 2. Sapientia libenter sua communicat, VIII, 430, 1. Eius rei ratio est, quia quo plus effundit, eo plus recipit, VIII, 430, 2. Christus nullum laborem pro animarum salute detrectavit, uti olim Nehemias et Esdras pro Israelis bono, IV, 230, 1, 2. Item Eliachim sacerdos circuivit omnem Israel; quod imitentur episcopi, prælati, principes, et alii fideles zelosi, 230, 1, 2; 324, 1, 2.

FERIA VI.

(*Joan.*, IV, 5-43).

VENIT ERGO (Jesus) IN CIVITATEM SAMARIÆ, QUÆ DICITUR SICHAR : JUXTA PRÆDIUM, QUOD DEDIT JACOB JOSEPH, FILIO SUO. ERAT AUTEM IBI FONS JACOB. — Historia Samaritanæ a Christo juxta puteum conversæ, XVI, 354, 2 et seqq. Quis iste fons Jacob, 355, 1.

JESUS ERGO FATIGATUS EX ITINERE SEDEBAT SIC SUPRA FONTEM. — Unde Jesus fatigatus, XVI, 355, 1. Apostoli et ipse Christus Jesus pedites pagos et urbes obibant, XVII, 27, 1. Ut Christus occasione captata ex aqua puteoli mulierem Samaritanam convertit, et ejus cives, sic Dei providentia rerum occasiones componit, XVII, 55, 1, 2. *Sedebat sic* quadrupliciter capitur, XVI, 355, 1, 2. Expectabat data opera mulierem quæ ventura erat ut aquam e puteo hauriret, quia opportunitas commoda in agendo et respondendo captanda est, VII, 130, 1, 2.

HORA ERAT QUASI SEXTA. — Id est meridies, quarum rerum meridies sit symbolum, VII, 502, 2 et seq. Causam dat cur Jesus sederet ad fontem, XVI, 355, 2.

VENIT MULIER DE SAMARIA HAURIRE AQUAM. DICIT EI JESUS : DA MIHI BIBERE. — Quam mira comitas et charitas Christi, qua cum vili meretrice captat colloquium, ut eam, et per eam totam urbem convertat, XVI, 355, 2.

DIXIT ERGO EI MULIER ILLA SAMARITANA : QUOMODO TU JUDÆUS CUM SIS, BIBERE A ME POSCIS, QUÆ SUM MULIER SAMARITANA? NON ENIM COUTUNTUR JUDÆI SAMARITANIS. — Schisma Samaritanorum a Judæis unde et qua occasione ortum sit, X, 547, 2. Quid ex hoc exemplo discendum, XVI, 356, 1.

RESPONDIT JESUS, ET DIXIT EI : SI SCIRES DONUM DEI, ET QUIS EST QUI DICIT TIBI : DA MIHI BIBERE; TU FORSITAN PETISSES AB EO, ET DEDISSET TIBI AQUAM VIVAM. — Quæ sit illa aqua, XVI, 356, 2. Analogia aquæ et gratiæ, XVI, 356, 2 et seq.

DICIT EI MULIER : DOMINE, NEQUE IN QUO HAURIAS HABES ET PUTEUS ALTUS EST : UNDE ERGO HABES AQUAM VIVAM? — Putei etymon, XVI, 357, 2. Puteus aquarum viventium et fons hortorum quid sint, VIII, 84, 2.

NUMQUID TU MAJOR ES PATRE NOSTRO JACOB? Samaritani quinam erant, XVI, 357, 2. Jacobi patriarchæ elogium, VIII, 506, 2; X, 449, 1, 2 et seqq.

RESPONDIT JESUS ET DIXIT EI : OMNIS QUI BI-

BIT EX AQUA HAC SITIET ITERUM. — Aqua in puteo est voluptas sæculi in profunditate tenebrosa, XVI, 358, 1. Ægyptiorum sitis ob aquas Nili cruentas, cum Hebræi ex eo tunc puras biberent, VIII, 515, 1.

QUI AUTEM BIBERIT EX AQUA QUAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNUM ; SED AQUA QUAM EGO DABO EI FIET IN EO FONS AQUÆ SALIENTIS IN VITAM ÆTERNAM. — Gratia est fons saliens in cœlum, XVI, 358, 2 et seq. Sancti saliunt in cœlum, 359, 1. Fontes mystici varii, V, 141, 2. Deus nostra est vita, IX, 150, 1, 2 et seqq. ; 394, 1, 2. Mens justi est velut crater abundans vino sapientiæ, doctrinæ, gratiæ, consolationis, adeo ut fontem hujus aquæ cœlestis ventre matris continere videatur, VIII, 171, 2.

DICIT AD EUM MULIER . DOMINE, DA MIHI HANC AQUAM, UT NON SITIAM, NEQUE VENIAM HUC HAURIRE. — Sancti sitiunt Deum, V, 335, 1.

VOS ADORATIS QUOD NESCITIS : NOS ADORAMUS QUOD SCIMUS, QUIA SALUS EX JUDÆIS EST. — Salus ex Judæis est, quo sensu, XVI, 360, 1. Judæa fuit verus hortus Christi, VIII, 142, 1. Hortus nucum cur Synagogam Judæorum repræsentet, 156, 1.

SED VENIT HORA, ET NUNC EST, QUANDO VERI ADORATORES ADORABUNT PATREM IN SPIRITU ET VERITATE..... SPIRITUS EST DEUS, ET EOS QUI ADORANT EUM, IN SPIRITU ET VERITATE OPORTET ADORARE. — Deus est spiritus purissimus, IV, 351, 2. Deus est incorporeus, XVI, 363, 2 et seq. Adoratio in spiritu et veritate quæ, 361, 2. Deo serviendum est in veritate, IV, 310, 2. Hanc Deus cupit inesse omnibus nostris actionibus, 278, 1.

ET CONTINUO VENERUNT DISCIPULI EJUS ; ET MIRABANTUR QUIA CUM MULIERE LOQUEBATUR. NEMO TAMEN DIXIT : QUID QUÆRIS, AUT QUID LOQUERIS CUM EA ? — Mirantur discipuli quod Christus cum muliere loquatur, cur, XV, 363, 2. Ut apostoli hic de Christi facto non inquisiere, ita nec Dei majestas indaganda, VIII, 275, 1 (*Vide* HISTORIAM SAMARITANÆ, JESUS CHRISTUS, cap. V, art. I, § III, nº 7).

SABBATO.

(*Joann.*, VIII, 1-11).

JESUS AUTEM PERREXIT IN MONTEM OLIVETI ET DILUCULO ITERUM VENIT IN TEMPLUM. — Hortum in monte Olivarum quasi nocturnum hospitium et oratorium elegit sibi Christus sex mensibus ante mortem, XVI, 432, 1. Hic nobis ostendit Christus noctem orationi esse commodam, 113, 1.

ADDUCUNT AUTEM SCRIBÆ ET PHARISÆI MULIEREM IN ADULTERIO DEPREHENSAM. — De gravitate peccati adulterii, *vide* ADULTERIUM, et insuper, si libuerit, LIBIDO, MERETRIX, MULIER

JESUS AUTEM INCLINANS SE DEORSUM, DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA. — Cur Christus digito scribat in terra, XVI, 432, 2 et seq. Quid scribat, 433, 1. Videtur hic Redemptor accusantium peccata in terra scripsisse ; Dei enim oculus omnes cordis latebras intuetur, IX, 465, 1, 2.

CUM AUTEM PERSEVERARENT INTERROGANTES EUM, EREXIT SE, ET DIXIT EIS : QUI SINE PECCATO EST VESTRUM, PRIMUS IN ILLAM LAPIDEM MITTAT. — Quem sensum præ se ferant hæc verba : *Qui sine peccato est vestrum*, XVI, 433, 2. An hic Christus usum et rigorem judicii et tribunalium evertere videatur, *ibid.* et seq. Peccata omnia sine Dei gratia evitare non possumus, et non vivere sine peccato, XX, 687, 2 (*Vide* PECCATUM). Moraliter hic docet Christus eum qui vult aliena crimina judicare et carpere prius, debere sua judicare, XVI, 434, 1.

ERIGENS AUTEM SE JESUS DIXIT EI : MULIER, UBI SUNT QUI TE ACCUSABANT ? NEMO TE CONDEMNAVIT ? QUÆ DIXIT EI : NEMO, DOMINE. DIXIT AUTEM JESUS : NEC EGO TE CONDEMNABO. — Hisce verbis Christus adulteram absolvit tum in foro fori coram populo, tum in foro poli, id est in foro conscientiæ, XVI, 435, 1. Deus nequit condemnare innocentem, imo nec, ut hæc mulier erat, nocentes semper condemnat, VIII, 524, 1. Neminem ante peccati prævisionem ad damnationem destinat, *ibid.*, 2. Ad exemplum Christi judex justitiam benignitate temperet, 538, 539, 1.

ET JAM AMPLIUS NOLI PECCARE. — Ergo et Dominus damnavit, sed peccatum, non hominem, XVI, 435, 1.

DOMINICA IV IN QUADRAGESIMA.

(*Joann.*, VI, 1-15).

POST HÆC ABIIT JESUS TRANS MARE GALILÆÆ, QUOD EST TIBERIADIS, ET SEQUEBATUR EUM MULTITUDO MAGNA. — Quomodo turbæ pedestres Christum navigantem sequi potuerint, XV, 341, 1. Temporalia saluti animæ postponenda, *Job*, 55, 1. Vestigia Dei sequenda, 489, 1. Ambulandum cum Deo, 653, 1. Affectus sunt animi pedes, 313, 2 ; 490, 1. Abnegatio sui necessaria, 377, 2. Verbum Dei est pabulum animæ, 203, 1. Corde excipiendum, 478, 1.

CUM SUBLEVASSET ERGO OCULOS JESUS, ET VIDISSET QUIA MULTITUDO MAXIMA VENIT AD EUM, DIXIT AD PHILIPPUM : UNDE EMEMUS PANES UT MANDUCENT HI ? — Hinc discendum a Christo aliorum cura et commoda quieti propriæ et orationi esse præferenda, XV, 341, 1. Affliguntur pii cum alios affligi et opprimi vident, VII, 163, 2. Hoc panum multiplicatorum miraculum per omnes partes expenditur, XV, 342, 1 et seqq. Panis est vitæ baculus, XI, 133, 2. Panem spiritualem qualem et quomodo auferat Deus, *ibid.*

DICIT EI UNUS EX DISCIPULIS EJUS, ANDREAS FRATER SIMONIS PETRI : EST PUER UNUS HIC, QUI HABET QUINQUE PANES HORDEACEOS, ET DUOS PISCES ; SED HÆC QUID SUNT INTER TANTOS ? — De pane hordeaceo Gedeonis, III, 159, 2 et seq. Qui-

narii mysteria plurima, XII, 860, 2; 861, 1. De frugalitate primævorum hominum, III, 241, 1. Item primorum Persarum, ac Cyri et Augusti, IV, 362, 2. Item primorum Christianorum, III, 311, 2; 312, 1; IV, 328, 2. Divites obligantur ad opera misericordiæ, *Job*, 466, 2. Cogitationes hominum timidæ, 138, 1. Misericordia in Deo eminet, 167, 1, 2; 200, 1, 2. Necessitates Deo revelandæ, 675, 1. Spes in solo Deo collocanda, 172, 2. Hæc panum multiplicatio fuit præambulum venerabilis Eucharistiæ, XV, 342, 2.

DIXIT ERGO JESUS : FACITE HOMINES DISCUMBERE. ERAT AUTEM FOENUM MULTUM IN LOCO. — Quomodo discubuerunt, XV, 342, 1. Nullo labore paratur herba et gramen gregibus, VI, 357, 1, 2.

ACCEPIT ERGO JESUS PANES, ET CUM GRATIAS EGISSET, DISTRIBUIT DISCUMBENTIBUS ; SIMILITER ET EX PISCIBUS QUANTUM VOLEBANT. — An Deus ad hanc panum multiplicationem aliquid crearit, XV, 342, 1, 2. Panes Christi sapidissimi, *ibid.*, 2. Providet Deus cibos multis S. Francisci fratribus congregatis per viginti angelos, XVI, 390, 2. Et fratribus S. Dominici, *ibid.* Liberalitatem Domini quomodo imitari possimus, XX, 37, 1, 2. Panes dati pauperibus non minuuntur, sed augentur, exempla, XV, 342, 2 et seq. Ut panes in manibus apostolorum multiplicati fuere, ita eleemosynariorum opes, per benedictionem divinam, quo plus in pauperes effunduntur, eo magis adaugentur, XIII, 626, 1, 2. Hic si libet, poterit agi de eleemosyna, *vide* ELEEMOSYNA.

UT AUTEM IMPLETI SUNT, DIXIT DISCIPULIS SUIS : COLLIGITE QUÆ SUPERAVERUNT FRAGMENTA, NE PEREANT. — Cur nulla hic vini mentio, XV, 343, 1. Potus aquæ naturalis et sanus, *ibid.* Cur justus saturetur eo quod comedit, V, 399, 2 et seqq. Hæreditate Dei quomodo pascamur, XI, 688, 1, 2. Mens in mensa spirituali cogitatione alenda, VII, 214, 2 et seq.

COLLEGERUNT ERGO, ET IMPLEVERUNT DUODECIM COPHINOS FRAGMENTORUM EX QUINQUE PANIBUS HORDEACEIS, QUÆ SUPERFUERUNT HIS QUI MANDUCAVERANT. — De his panibus plus superfluit quam initio allatum fuerit, XV, 343, 2. Ut hic reliquiæ plures fuere panibus, ita beneficus in pauperes semper abundat, V, 327, 1, 2.

ILLI ERGO HOMINES CUM VIDISSENT QUOD JESUS FECERAT SIGNUM, DICEBANT : QUIA HIC EST VERE PROPHETA QUI VENTURUS EST IN MUNDUM. — Liberalitas et munera omnium animos evincunt, VI, 109, 2 et seq. Prophetæ fuere boni nuntii, VI, 288, 2.

JESUS ERGO CUM COGNOVISSET, QUIA VENTURI ESSENT, UT RAPERENT EUM, ET FACERENT EUM REGEM, FUGIT ITERUM IN MONTEM IPSE SOLUS. — Christus regnum fugiens docet privatam vitam esse beatam, VI, 259, 2. Gedeon etiam recusat regnum Israelis sibi oblatum, III, 166, 2. Contra Abimelech ejus filius regnum non oblatum invasit, 171, 1. Regnum Christi quale, 448, 2. Quis vere dicendus rex, 138, 1. Ut Judæi Christum regem facere voluere, sic Lycaonii Paulo ut Mercurio victimas offerre voluerunt, XVII, 291, 1. Dignitates ecclesiasticas multi fugerunt, nonnulli etiam sacerdotium, VIII, 398, 1. Exempla eorum qui regnum cum monasterio commutarunt, *ibid.* De solitudine, IV, 332, 1, 2 (*Vide* SOLITUDO). Sapientes celant suam sapientiam et dotes, V, 288, 2. Christus cur montes conscenderet, IV, 397, 1. Gloriam fugiens, eam acquiret, XV, 79, 1.

FERIA II.

(*Joan.*, II, 13-25).

ET INVENIT (Jesus) IN TEMPLO VENDENTES, etc ..... ET CUM FECISSET QUASI FLAGELLUM DE FUNICULIS, OMNES EJECIT DE TEMPLO..... RECORDATI SUNT VERO DISCIPULI EJUS, QUIA SCRIPTUM EST : ZELUS DOMUS TUÆ COMEDIT ME. — Quis hic zelus Christi fuerit, XVI, 333, 2. Zelus per ignem denotatur, VI, 330, 1. Zelus quam sit efficax, ut instar ignis omnia consumat, IV, 419, 1, 2. Quis comeditur zelo Dei, XVI, 333, 2.

RESPONDIT JESUS, ET DIXIT EIS : SOLVITE TEMPLUM HOC, ET IN TRIBUS DIEBUS EXCITABO ILLUD. Corpus suum Christus vocat templum, cur, XVI, 334, 1.

FERIA III.

(*Joan.*, VII, 14-31).

JAM AUTEM, DIE FESTO MEDIANTE, ASCENDIT JESUS IN TEMPLUM, ET DOCEBAT. — Cur Christus ascendens Jerusalem non ascendit statim in templum, XVI, 420, 1.

ET MIRABANTUR JUDÆI, DICENTES : QUOMODO HIC LITTERAS SCIT, CUM NON DIDICERIT ? — Qua de causa Deus voluit Jesum non e scholis, sed ab arte fabrili prosilire in cathedram, XVI, 420, 2. Scientia animæ quæ dicatur, VI, 312 et seq. Ea est quæ potissimum quæ futura et præterita circumlustrat, *ibid.*

SI CIRCUMCISIONEM ACCIPIT HOMO IN SABBATO, UT NON SOLVATUR LEX MOYSI, MIHI INDIGNAMINI QUIA TOTUM HOMINEM SANUM FECI IN SABBATO ? — Judæi sabbatum superstitiose observabant, XV, 301, 1, 2.

NOLITE JUDICARE SECUNDUM FACIEM. — Justus non condemnandus præ injusto, V, 529, 2. Improbi non curant rei æquitatem, student tantum cupiditati, VI, 361, 1 (*Vide* JUDEX, JUDICIUM). Temerarium de proximo judicium vitandum, XV, 205, 1. Peccata aliena præ oculis habemus, propria minime videmus, et post tergum rejicimus, 206, 1 et seqq.

SED JUSTUM JUDICIUM JUDICATE. — Judicium cupit Deus inesse omnibus actionibus nostris, IV, 278, 1. Iniquitas judiciorum in quo consistat, VII, 149, 1. Quam ea homines affligat, *ibid.* (*Vide* JUDEX, JUDICIUM).

HUNC SCIMUS UNDE SIT, CHRISTUS AUTEM CUM VENERIT, NEMO SCIT UNDE SIT. — Falsæ quidem opiniones plebis imperitæ de Messia, XVI, 423, 1.

FERIA IV.

(*Joan.*, IX, 1-39).

ET PRÆTERIENS JESUS, VIDIT CÆCUM A NATIVITATE. ET INTERROGAVERUNT EUM DISCIPULI EJUS : RABBI, QUIS PECCAVIT, HIC, AUT PARENTES EJUS ? — Historiam curationis hujus cæci a nativitate, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. V, art. III, nº 14. Ex qua opinione hæc interrogatio procedat, XVI, 458, 1. Propriæ cæcitatis, ut potè pœnæ, videtur causa esse culpa propria, non aliena, *ibid.* Solet Deus parentes ob sua peccata punire in filiis, *ibid.*, 2. Culpa vertitur in pœnam, et peccata per similes pœnas castigantur, VIII, 517, 2. Castigatio peccata emundat, V, 89, 2.

NEQUE HIC PECCAVIT, NEQUE PARENTES EJUS, SED UT MANIFESTENTUR OPERA DEI IN ILLO. — Causa cur Deus huic cæco cæcitatem immiserit fuit ut miraculosa Dei virtus et operatio in eo per Christum curando eluceret, 458, 2.

ME OPORTET OPERARI OPERA EJUS QUI MISIT ME, DONEC DIES EST : VENIT NOX, QUANDO NEMO POTEST OPERARI. — Cuique homini tempus vitæ est dies ad operandum et merendum gloriam sempiternam ; nox vero est mors ejusdem, XVI, 459, 1. Qui spiritualia opera facere detrectant, mille difficultates in eis fingunt, VI, 155, 1, 2.

QUAMDIU SUM IN MUNDO LUX SUM MUNDI. — Anima duplicem habet lucem : naturalem et supernaturalem, VI, 83, 2. Animæ lux est gratia, *ibid.*

HÆC CUM DIXISSET, EXPUIT IN TERRAM, ET FECIT LUTUM EX SPUTO, ET LINIVIT LUTUM SUPER OCULOS EJUS. — Christus saliva sua et luto liniens oculos cæci nati, figuratus per Tobiam filium illuminantem per fel Tobiæ patris oculos, IV, 294, 1. Salivæ quæ sunt symbola, XVI, 459, 2. Cur luto adhibito, istum cæcum curaverit, *ibid.*

ET DIXIT EI : VADE, ET LAVA IN NATATORIA SILOE, QUOD INTERPRETATUR MISSUS. — Siloe qualis fons, ejus ortus, fluxus et incrementa, XI, 215, 1, 2. ; XVI, 460, 1. An Isaias precibus fontem et aquas Siloe impetrarit, XI, 96, 1. Christus per fontem Siloe adumbratur, XI, 215, 2. Christus est Siloe propter septem rationes, XVI, 460, 2 ; 461, 1. Aqua fontis Siloe quænam, 461, 2.

SCIMUS AUTEM QUIA PECCATORES DEUS NON AUDIT ; SED SI QUIS CULTOR DEI EST, ET VOLUNTATEM EJUS FACIT, HUNC EXAUDIT. — Cur impii a Deo non exaudiantur, V, 52, 2. Legem non audiens, ut est peccator, non audietur a Deo, VI, 369, 1, 2 et seq. Peccatores vere non laudant Deum, IX, 443, 2. Sapientes et pii jugiter Deum laudant, 444, 2. An peccatores vel pro se, vel pro aliis orantes Deus exaudiat, XVI, 464, 1 et seqq.

RESPONDERUNT ET DIXERUNT EI : IN PECCATIS NATUS ES TOTUS, ET TU DOCES NOS ? — Fomes peccati et concupiscentiæ curvis inhæret, VI, 57, 1. Impii in maledictione nascuntur, X, 351, 2 et seqq. Parentes impii quare filios improbos gignant, 352, 2 et seq.

FERIA V.

(*Luc.*, VII, 11-16).

Filii viduæ Naim resuscitatio, *vide notata Dominica* XV *post Pentecosten.*

FERIA VI.

(*Joan.*, XI, 1-45.)

Lazari a mortuis resuscitati historia, *vide* art. LAZARUS, et XVI, 483, usque ad 497.

MISERUNT ERGO SORORES EJUS AD EUM, DICENTES : DOMINE, ECCE QUEM AMAS, INFIRMATUR. — Quanta in his verbis fides, fiducia, charitas, resignatio, XVI, 484, 2. Pauca verba adhibent sorores hæ ut suum desiderium exprimant ; sic et nobis in oratione faciendum, VII, 196, 2.

AUDIENS AUTEM JESUS, DIXIT EIS : INFIRMITAS HÆC NON EST AD MORTEM, SED PRO GLORIA DEI. — Sic mors filii matrisfamilias tempore Eliæ, III, 645, 1. Quidnam per hæc verba Christi intelligendum, XVI, 485, 1. Prospera magis nocent quam adversa, morbi minus quam bona valetudo, V, 54, 1.

POST HÆC DICIT EIS : LAZARUS AMICUS NOSTER DORMIT : SED VADO UT A SOMNO EXCITEM EUM. — Justus vere est amicus Dei, XX, 521, 2. Amicus Dei quare fuerit Abraham, 129, 2 et seq. Amicitia Dei quæ bona includat, 130, 2. Mors in Scriptura vocatur somnus ob spem resurrectionis, IV, 554, 2. Cur Christus mortem Lazari somnum vocet, XVI, 487, 2. Mors sanctorum est vitæ initium, VIII, 330, 1.

VENIT ITAQUE JESUS, ET INVENIT EUM QUATUOR DIES JAM IN MONUMENTO HABENTEM. — Quatriduani mortui tropologia, XVI, 488, 2. Quatuor dies peccatoris quinam ex Alcuino et S. Augustino, 488, 2 et seq.

DIXIT ERGO MARTHA AD JESUM : DOMINE, SI FUISSES HIC, FRATER MEUS NON FUISSET MORTUUS, ETC. — Cur Martha corpus Lazari non servavit insepultum, XVI, 489, 1, 2. Dei mos est desperatis opem ferre, *ibid.*, 2.

DIXIT EI JESUS : EGO SUM RESURRECTIO ET VITA. — Quo sensu Dominus sit resurrectio et vita, XVI, 490, 1.

JESUS ERGO, UT VIDIT EAM PLORANTEM, ET JUDÆOS QUI VENERANT CUM EA PLORANTES, INFREMUIT SPIRITU, ET TURBAVIT SEIPSUM. — Quis fuerit hic Christi fremitus in Lazari resuscitatione, XVI, 492, 1. An in eo fuerint passiones, et quomodo, 493, 1. Quomodo turbavit semetipsum, *ibid.* (*Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III), Uti Redemptor multis prævis gestibus et affectibus Lazarum (qui

peccatoris typum gerit) ad vitam revocavit, sic quam difficulter peccatores convertuntur, XXI, 239, 2.

ET LACRYMATUS EST JESUS.—Quid nos lacrymis suis doceat Christus, XVI, 493, 2. Christus ter lacrymatus, 494, 1. Oratio lacrymis condienda, *ibid.*

HÆC CUM DIXISSET, VOCE MAGNA CLAMAVIT : LAZARE, VENI FORAS — Cur Christus Lazarum resuscitaturus, voce magna clamarit, XVI, 495, 2 et seq. Horum verborum tropologica significatio, 496, 1.

ET STATIM PRODIIT, QUI FUERAT MORTUUS, LIGATUS PEDES ET MANUS INSTITIS. — Cur Christus vincula Lazari resuscitato non solverit, XVI, 496, 2 et seq.

DIXIT EIS JESUS : SOLVITE EUM, ET SINITE ABIRE. — Qui funes peccatorum peccatorem ligent, V, 150, 1, 2. Peccatores peccatorum funibus constrictos Christus ad apostolos et sacerdotes mittit, ut ab iis solvantur, XVI, 497, 1.

SABBATO.

(*Joan.*, VIII, 12-20.)

ITERUM ERGO LOCUTUS EST EIS JESUS : EGO SUM LUX MUNDI.—Virtus et lux similia sunt, V, 382, 2 ; VII, 113, 2. Dies ac sol cum virtute analogiam habent, VII, 113, 2. Deus verum lumen est, 375, 1. Lucis et Dei variæ analogiæ, XX, 523, 1. Deus sol est et lumen, 65, 1. Item pater luminum, *ibid.*, 2. Deus lux est omnia illuminans, quin et omne lumen ab eo derivatur, VIII, 452, 2. Christus est sol lucidissimus, 381, 1. Sapientia lux est, 427, 2. Ejus lumen est inextinguibile, 428, 1.

QUI SEQUITUR ME, NON AMBULAT IN TENEBRIS, SED HABEBIT LUMEN VITÆ. — Sapiens in luce ambulat, quia cautus et circumspectus est, VII, 114, 1. Stultus in tenebris agit, quia habet oculos in pedibus, *ibid.*, 2. Lumen vitæ dat Christus modo per fidem, postea per speciem, XVI, 436, 1. Moraliter hic discendum doctrinam et vitam Christi esse imitandam omni homini qui vult veraciter illuminari, et ab omni cæcitate cordis liberari, 436, 2. Thomæ a Kempis libellus *de Imitatione Christi* commendatur.

EGO NON JUDICO QUEMQUAM. — Quo sensu Christus non judicet quemquam, XVI, 437, 2.

HÆC VERBA LOCUTUS EST JESUS IN GAZOPHYLACIO, DOCENS IN TEMPLO, ET NEMO APPREHENDIT EUM, QUIA NONDUM VENERAT HORA EJUS. — Gazophylacium erat locus publicus et amplus, XVI, 439, 2. Describitur, *ibid.* Erat officina avaritiæ aliorumque vitiorum et errorum quos recenset Christus, *ibid.* et seq.

DOMINICA DE PASSIONE.

(*Joan.*, VIII, 46-59.)

QUIS EX VOBIS ARGUET ME DE PECCATO?—Christus Dominus ita loquitur etiam sibi infensissimis, quia nullius peccati sibi erat conscius ; ita nos neminem curemus, si bonæ conscientiæ simus ; poterit, si libuerit, agi de conscientia, *vide* CONSCIENTIA.

Christus prorsus a peccato immunis, XVI, 451, 1, 2. In eo non non fuerunt passiones, XIX, 391, 1. *Vide* JESUS CHRISTUS, cap. III. Nemo mundus est a peccato, quo sensu, VI, 56, 1, 2. Justus aliquando non potest non peccare, unde ? quia nemo sine peccato est, XX, 136, 1 ; 527, 2, 531, 1 ; 687, 2. Justus quo sensu possit non peccare; 570, 2. Impeccabilis quomodo quis fieri possit, 571, 2. Innocentia tutissimum azylum est, 167, 2. Sic loqui potest quilibet fidelis bonæ conscientiæ, qui proinde sigillum Dei est in quo ejus imago relucet, XIV, 352, 1. Fuga peccati est nobile sacrificium, X, 214, 1, 2.

Calumnia turbat sapientem, VII, 248, 1. Quæ ejus rei sit ratio, *ibid.*, 2. Modus eam refellendi, 248, 2.

SI VERITATEM DICO VOBIS, QUARE NON CREDITIS MIHI? — Occurrit sane Christus hinc tacitæ Judæorum exceptioni : Nos non credimus tibi, non ob peccatum aliquod a te commissum, sed quia illa quæ dicis et doces, non sunt vera, XVI, 451, 2. Christus scientiam sanctorum docuit, VIII, 468, 2.

QUI EX DEO EST, VERBA DEI AUDIT. PROPTEREA VOS NON AUDITIS, QUIA EX DEO NON ESTIS. — Prædestinationis enim signum est, verbum Dei libenti animo audire, XVI, 452, 1.

RESPONDERUNT ERGO JUDÆI, ET DIXERUNT EI : NONNE BENE DICIMUS NOS QUIA SAMARITANUS ES TU, ET DÆMONIUM HABES? — Christum cur vocant Judæi Samaritanum, XVI, 452, 1. Injuriæ æquanimiter ferendæ, III, 319, 2. Exemplo Jobi et Tobiæ, IX, 275, 1, 2. Exemplo identidem beati Juniperi Franciscani, III, 654, 1, 2; 655, 1. Opprobria superare gloriosissimum, *Job*, 400, 2. Justus a peccatoribus circumvenitur, 458, 2. Iniquitas probationi justorum subservit, 488, 2. Peccatores luci rebelles, 499, 2 ; 500, 1 ; 502, 1, 2. Impii in malo concordes, 775, 2.

RESPONDIT JESUS : EGO DÆMONIUM NON HABEO, SED HONORIFICO PATREM MEUM, ET VOS INHONORASTIS ME. — Mira populi ingratitudo, et tamen non regerendo injuriam Christus respondet : hinc doceri poterit prælatorum et sanctorum esse alios interdum portare, II, 244, 1 2. Item quomodo prælati suorum ingratitudinem ferant, et ea de re exempla, 264, 2.

Christus hic calumniantibus valde mansuete respondit, ejus mansuetudo et patientia imitandæ, XVI, 452, 2 (*Vide* MANSUETUDO, PATIENTIA). Christus mansuete respondens ostendit mansuetudinem esse florem sapientiæ, 159, 2.

EGO NON QUÆRO GLORIAM MEAM, EST QUI QUÆRAT ET JUDICET. — Quomodo hæc verba cohæ-

reant cum istis : *Pater non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*, XVI, 453. 1.

NUMQUID TU MAJOR ES PATRE NOSTRO ABRAHAM, QUI MORTUUS EST ? ET PROPHETÆ MORTUI SUNT. — Abraham elogium, *vide* ABRAHAM.

SI EGO GLORIFICO MEIPSUM, GLORIA MEA NIHIL EST. — Gloria Dei duplex est, interna et externa, X, 382, 2.

ABRAHAM PATER VESTER EXULTAVIT, UT VIDERET DIEM MEUM : VIDIT, ET GAVISUS EST. — Quo sensu et modo Abraham optarit videre adventum Christi in carne, XVI, 454, 2. Quomodo vidit diem Christi, *ibid.* Prophetæ omnes ad Christi tempus ardenter anhelarunt, XX, 254, 1, 2.

TULERUNT ERGO LAPIDES UT JACERENT IN EUM. — Judæi quem intelligere non poterant obruere quærebant, XVI, 456, 1, 2.

JESUS AUTEM ABSCONDIT SE, ET EXIVIT DE TEMPLO. — Quid hic moraliter discendum, XVI, 450, 2. Ut lites evitentur cedendum, V, 537, 1, 2. Sapiens pericula declinat, quod animalia faciunt, VI, 137, 1, 2. Sic Christianus tentatus abscondat se n Christi vulneribus, III, 335, 2.

FERIA II.

(*Joan.*, VII, 37-39.)

IN NOVISSIMO AUTEM DIE MAGNO FESTIVITATIS, STABAT JESUS, ET CLAMABAT, DICENS : SI QUIS SITIT, VENIAT AD ME, ET BIBAT. — Festum Scenopegiæ, typus est resurrectionis et gaudii beatorum, XVI, 426, 1. Deus sitit sitiri, XI, 649, 1.

QUI CREDIT IN ME, SICUT DICIT SCRIPTURA, FLUMINA DE VENTRE EJUS FLUENT AQUÆ VIVÆ. — Flumina aquæ vivæ quænam, XVI, 426, 1. Christus fons aquæ vivæ, *ibid.* et seq. Aqua viva quintuplex.

HOC AUTEM DIXIT DE SPIRITU, QUEM ACCEPTURI ERANT CREDENTES IN EUM : NONDUM ERAT SPIRITUS DATUS, QUIA JESUS NONDUM ERAT GLORIFICATUS. Cur Spiritus sanctus datus post mortem Christi, XVI, 427, 2.

FERIA III.

(*Joan.*, VII, 1-13.)

POST HÆC AUTEM AMBULABAT JESUS IN GALILÆAM, NON ENIM VOLEBAT IN JUDÆAM AMBULARE ; QUIA QUÆREBANT EUM JUDÆI INTERFICERE. — Sic agit Christus, non quod ipse Judæos timeret, vel mortem horreret, sed ut daret nobis exemplum pericula declinandi et fugiendi persecutores, XVI, 417, 1.

DIXIT EIS JESUS : TEMPUS MEUM NONDUM ADVENIT : TEMPUS AUTEM VESTRUM SEMPER EST PARATUM. — Quis horum verborum sensus genuinus, XVI, 418, 1, 2.

NON POTEST MUNDUS ODISSE VOS, ME AUTEM ODIT, QUIA EGO TESTIMONIUM PERHIBEO DE ILLO QUOD OPERA EJUS MALA SUNT. — Animus voluptati deditus graviter fert si a voluptate revocetur, XVI, 418, 2. Odiens disciplinam stultus est, V, 345, 1.

ET MURMUR MULTUM ERAT IN TURBA DE EO. QUIDAM ENIM DICEBANT : QUIA BONUS EST. ALII AUTEM DICEBANT : NON, SED SEDUCIT TURBAS. — Christi patientia in adversis multos et in admirationem rapuit et convertit, VIII, 321, 1.

FERIA IV.

(*Joan.*, X, 22-38.)

FACTA SUNT AUTEM ENCÆNIA IN HIEROSOLYMIS, ET HIEMS ERAT. — Encænia quid, XVI, 477, 1. Festum Encæniorum quando et quomodo celebrarent Judæi : illud mystice agunt sancti in cœlo, IV, 433, 2; 497, 1.

ET AMBULABAT JESUS IN TEMPLO, IN PORTICU SALOMONIS. — Porticus Salomonis quæ, XVI, 477, 2. Porticus Salomonis in templo Hierosolymitano quæ esset, an eam Gentiles ingrederentur, XVII, 118, 1, 2.

LOQUOR VOBIS, ET NON CREDITIS : OPERA QUÆ EGO FACIO IN NOMINE PATRIS MEI, HÆC TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME. — Opera quæ Redemptor facit fuerunt admiranda, VIII, 469, 1, Miracula et opera evincebant Jesum esse Messiam, XVI, 384, 2. Ob duplicem ejus naturam erant in eo triplices actiones, 653, 1, 2 et seqq. Omnis meditatio debet ad praxin et actionem redigi, IX, 218, 1. Operi suo serio attendens, nec id temere suscipiens, ipsum sapienter conficiet, V, 504, 1.

SED VOS NON CREDITIS, QUIA NON ESTIS DE OVIBUS MEIS. — Parabola ostii ovilis et ovium exponitur, XVI, 478, 2. Odium generare plerumque solet in moribus et agendi ratione discrepantia, VII, 317, 2.

OVES MEÆ VOCEM MEAM AUDIUNT. — Oves Christus duplices habet, prædestinatos solos, et fideles omnes, XVI, 478, 2.

EGO ET PATER UNUM SUMUS. — Christus dicit se patrem habere Deum, Judæus diabolum, VIII, 320, 1. Christus et Pater unum sunt, non tantum voluntatis concordia et consensu uti volunt Ariani, sed unum essentia et deitate, eadem numero, non specie, XVI, 479, 2.

DE BONO OPERE NON LAPIDAMUS TE, SED DE BLASPHEMIA : ET QUIA TU HOMO CUM SIS, FACIS TEIPSUM DEUM. — Filii divinitas probatur, XVI, 593, 1, 2.

RESPONDIT EIS JESUS : NONNE SCRIPTUM EST IN LEGE VESTRA, QUIA EGO DIXI : DII ESTIS ? — Quare judices vocentur dii, XVI, 480, 1.

FERIA V.

(*Luc.*, VII, 37-50.)

Mulieris peccatricis conversionem. *Vide* MARIA MAGDALENA.

FERIA VI.

(*Joan.*, XI, 47-54.)

COLLEGERUNT ERGO PONTIFICES ET PHARISÆI CONCILIUM, ET DICEBANT : QUID FACIMUS, QUIA HIC HOMO MULTA SIGNA FACIT? — Quanta pontificum et Pharisæorum cæcitas, XVI, 498, 1. Consilia pharisæorum de Christo opprimendo, VIII, 314, 1. Quia eorum moribus contrarius erat, 315, 2. Opera justorum et impiorum contraria sunt, *ibid.*, 2 et seq. Odii radix est morum dissonantia, 317, 2. Laudatio ab hoste vera est, non fucata, VI, 326, 1, 2.

SI DIMITTIMUS EUM SIC, OMNES CREDENT IN EUM ; ET VENIENT ROMANI, ET TOLLENT LOCUM NOSTRUM ET GENTEM. — Cur a Romanis propter Christum sibi timebant Judæi, XVI, 498, 2. Quam livor et odium eos excæcaret, *ibid.* Item omnium politicorum et Machiavelistarum qui politiam religioni præferunt, 499, 1.

UNUS AUTEM EX IPSIS, CAIPHAS NOMINE, CUM ESSET PONTIFEX ANNI ILLIUS, DIXIT ILLIS : VOS NESCITIS QUIDQUAM, NEC COGITATIS QUIA EXPEDIT VOBIS UT UNUS HOMO MORIATUR PRO POPULO, ET NON TOTA GENS PEREAT. — Caïphæ pontificis de Christo necando consilium, an et quatenus fuerit prophetia, XVI, 499, 2.

IN COMPASSIONE BEATÆ MARIÆ.

(*Joan.*, XXI, 25-27.)

Vide MARIA, cap. V, § 1. AFFLICTIO MARIÆ IN PASSIONE FILII SUI. *Vide* etiam, VIII, 191, 2; 197, 2; 199, 2; 214, 2 et seq.

SABBATO.

(*Joan.*, XII, 10-38.)

QUI AMAT ANIMAM SUAM, PERDET EAM. — Quomodo animam perdens eam amet et simul inveniat, XVI, 509, 1, 2.

NUNC ANIMA MEA TURBATA EST. — Causæ turbationis Christi, XVI, 510, 1.

PATER, CLARIFICA NOMEN TUUM. — Quam clarificationem et glorificationem Christus a Patre suo petat, XVI, 510, 2; 590, 2 et seq.

DOMINICA PALMARUM.

AD PROCESSIONEM.

(*Matth.* XII, 1-9.)

CUM APPROPINQUASSENT HIEROSOLYMIS, ET VENISSENT BETHPHAGE, AD MONTEM OLIVETI. — Bethphage quid, XV, 457, 2 et seq. Qua de causa Christus ex Bethphage cum triumpho deduci voluit per portam Auream in Jerusalem et in templum, 458, 1. Visitatio Dei qualis, *Job*, 197, 1, 2; 198, 1; 253, 1, 2. Adventus Christi desideratus, 46, 2; 592, 2.

ITE IN CASTELLUM QUOD CONTRA VOS EST, ET STATIM INVENIETIS ASINAM, ET PULLUM CUM EA ; SOLVITE ET ADDUCITE MIHI. — Hic Christus suæ divinitatis dat argumentum, XV, 458, 2. Hæc singula tropologice conversioni peccatoris adaptantur, *ibid.*

Nobis quidem asinus vile animal est, sed in Palæstina asini sunt equis pares, VI, 297, 2. Asini quam in Judæa frequentes et usitati sint, XIV, 458, 2. Quid duo hæc animalia symbolice denotent, 459, 1. Onager symbolum insani, *Job*, 271, 1. Item hominis solitarii, 735, 1, 2; 737, 1.

HOC AUTEM TOTUM FACTUM EST, UT ADIMPLERETUR QUOD DICTUM EST PER PROPHETAM, DICENTEM : ECCE REX TUUS VENIT TIBI MANSUETUS. — Mansuetudo Deo propria et Christo, III, 658, 1, 2.

ET ADDUXERUNT ASINAM ET PULLUM ; ET IMPOSUERUNT SUPER EOS VESTIMENTA SUA, ET EUM DESUPER SEDERE FECERUNT. — Christus sedit super asinam et pullum ejus, non simul, sed successive, XIV, 459, 1 ; XV, 459, 2. Christus cur cum solemni pompa Jerusalem sit ingressus, XIV, 457, 1, 2; XV, 460, 1 ; 461, 1. Pompa Christi qualis, XV, 458, 1 ; 459, 1. Triumphus simplicitatis, *Job*, 5, 2; 6, 1 ; 41, 1 ; 45, 1 ; 215, 1 ; 280, 1.

ALII AUTEM CÆDEBANT RAMOS DE ARBORIBUS, ET STERNEBANT IN VIA. — Ramis de arbore palma præcisis suum de morte et peccato triumphum ac victoriam voluit præsignari, XV, 461, 1. Palma est symbolum justi, *Job*, 576, 2. Palma cur detur sanctis futuris in fine mundi, XXI, 173, 2. Palma victoriæ et constantiæ est symbolum, XII, 813, 2.

TURBÆ AUTEM QUÆ PRÆCEDEBANT, ET SEQUEBANTUR, CLAMABANT, DICENTES : HOSANNA FILIO DAVID. — Hæc verba pluribus exponuntur; quid sit hosanna, et cur a turba id Christo acclamatum, XV, 461, 1, 2. et seq. Cur Christus dicatur filius David, 53, 2; 462, 2.

BENEDICTUS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI, HOSANNA IN ALTISSIMIS ! — Idem hic populus qui Christum suscipit cum tantis acclamationibus post quinque tantum dies eum ad crucem petit clamando : *Crucifigatur*, *Crucifigatur*, unde videre licet quam vulgi sensus et mores sint instabiles, de quo, II, 242, 1 et seq.

Christi hodiernus triumphus mox transit in crucem, V, 418, 2.

Item agi poterit de fallacia et instabilitate gloriæ hujus mundi, XVIII, 68, 1 ; 315, 2 ; 655, 1. Favor humanus quam sit vanus, XII, 146, 2. Favor popularis parvi faciendus, *Job*, 441, 2 ; 461, 2. Amici infidi non permanent in tribulatione, 168, 1. Exempla eorum qui laudes et verba hominum contempsere, *ibid.*

Judæorum Christum hodie festive excipientium et post quinque dies cruci affigentium exemplo, ostendi poterit quam vita hominum mutationibus et vicissitudinibus obnoxia ut pila, XI, 342, 2.

AD MISSAM.

Cum hodie et Feriis III, IV et VI legi soleat et pro concione exponi Passio Domini Jesu Christi secundum SS. *Mathæum*, *Marcum*, *Lucam*, *Joannem*, concionatores qui de eâ tractare voluerint, videant in *Memorialis* prima parte, JESUS CHRISTUS, cap. VI, JESU CHRISTI PASSIO, CRUCIFIXIO, MORS, SEPULTURA, ubi invenient : art. I, *Christi Passionis seriem historicam*; art. II, *Quæstiones dogmaticas et morales ad passionem Christi pertinentes*, scilicet passionis *mandatum*, *causas*, *auctores*, *modum*, *effectus et fructus typos et figuras*. Videndum etiam, cap. VIII, DE VARIIS CHRISTI TITULIS AC MUNERIBUS, art. I, *Jesus Christus Dei hominumque mediator, et humani generis Salvator et Redemptor*. Identidem, *S. Evangelii secundum Matthæum*, cap. XXVI, XXVII, ubi tota ex ordine Passio Christi juxta concordiam exponitur.

FERIA II MAJORIS HEBDOMADÆ.

(*Joan.*, XII, 1-9.)

JESUS ERGO ANTE SEX DIES PASCHÆ VENIT BETHANIAM. — Ante sex dies Paschæ quid, XVI, 503, 1.

MARIA ERGO ACCEPIT LIBRAM UNGUENTI NARDI PISTICI, PRETIOSI. — Pistica nardus quæ, XVI, 503, 2 et seq. Christus est nardus, quia ejus virtutum odore totus mundus repletus est, VII, 525, 2. Fides, spes, charitas, cypro, nardo, croco repræsentantur, VIII, 78, 1; 80, 1. Nardo quoque spes, dilectio, passio Christi, humilitas, prudentia, 80, 2. Optima Deo offerenda, XVI, 504, 2.

DIXIT ERGO UNUS EX DISCIPULIS EJUS, JUDAS ISCARIOTES, etc : QUARE HOC UNGUENTUM NON VENIIT TRECENTIS DENARIIS, ET DATUM EST EGENIS? DIXIT AUTEM HOC, NON QUIA DE EGENIS PERTINEBAT AD EUM, SED QUIA FUR ERAT, ET LOCULOS HABENS, EA QUÆ MITTEBANTUR PORTABAT. — Cur Christus Judam furem elegit, XVI, 505, 1. Christus paupertatem professus est, cur, *ibid.*, 2. Perfecti habent bona in communi, 506, 1. An loculos habere perfectionem minuat, *ibid.*, 2.

FERIA III ET IV.

(*Marc.*, XIV, XV; *Luc.*, XXII, XXII.)

Vide notata DOMINICA PALMARUM, *ad Missam*,

FERIA V IN CŒNA DOMINI.

(*Joan.*, VIII, 1-15.)

ANTE DIEM FESTUM PASCHÆ. — Quo die Christus ultimum Pascha celebrarit, et Eucharistiam instituerit ; quomodo in eo dissentiunt Græci a Latinis, XVI, 521, 1. An decimo quarto die, *ibid.* Eam instituit velut argumentum extremi amoris, 522, 1, 2 (*Vide* EUCHARISTIA).

SCIENS JESUS QUIA VENIT HORA EJUS, UT TRANSEAT EX HOC MUNDO AD PATREM, CUM DILEXISSET SUOS QUI ERANT IN MUNDO, IN FINEM DILEXIT EOS. — Christus pedes discipulorum lavit cur, XVI, 521, 2. *In finem* quid significet, 522, 1. Christus est finis, *ibid.*

ET CŒNA FACTA. — Triplex cœna Christi, XVI, 522, 2.

SCIENS QUIA OMNIA DEDIT EI PATER IN MANUS, ET QUIA A DEO EXIVIT, ET AD DEUM VADIT, SURGIT A CŒNA, ET CUM ACCEPISSET LINTEUM, PRÆCINXIT SE. DEINDE MITTIT AQUAM IN PELVIM, ET CŒPIT LAVARE PEDES DISCIPULORUM. — Quomodo hæc pedum apostolorum lotio fuerit peracta; tres ejus causæ : in ea summa Christi humilitas elucet, XVI, 523, 1 et seqq. Omnes ejus actus sigillatim excutiuntur, *ibid.*, 2. Hæc ante Eucharistiæ institutionem præmissa est, 523, 1. Lotio pedum an Sacramentum, 523, 2. Mos lavandi pedes baptizatorum in Mediolanensi Ecclesia, 525 1.

DICIT EI PETRUS : NON LAVABIS MIHI PEDES IN ÆTERNUM. RESPONDIT EI JESUS : SI NON LAVERO TE, NON HABEBIS PARTEM MECUM. — Petrus lotioni pedum suorum resistit, 526, 1. Duæ insignes regulæ morales ex responso Christi colligendæ, *ibid.*, 2.

DICIT EI SIMON PETRUS : DOMINE, NON TANTUM PEDES MEOS, SED ET MANUS, ET CAPUT. — Obedientia cæteris virtutibus præferenda, XVI, 526, 2.

DICIT EI JESUS : QUI LOTUS EST, NON INDIGET NISI UT PEDES LAVET; SED EST MUNDUS TOTUS. — Quænam peccata in apostolis per lotionem pedum expurgata, XVI, 527, 1.

EXEMPLUM ENIM DEDI VOBIS, UT QUEMADMODUM EGO FECI VOBIS, ITA ET VOS FACIATIS. — In exemplum subditis præeant prælati, XVI, 527, 2 (*Vide* EXEMPLUM, PRÆLATUS, etc.).

FERIA VI IN PARASCEVE.

(*Joan.*, XVIII, XIX.)

Vide notata DOMINICA PALMARUM, *ad Missam.*

SABBATO SANCTO.

(*Matth.*, XVIII, 1-7.)

Vide notata IN FESTO PASCHATIS.

IN FESTO PASCHATIS.

(*Marc.*, XVI, 1-7.)

Cum Evangelium legatur de Resurrectione Christi, videre est JESUS CHRISTUS, cap. VII. RESURRECTIO CHRISTI, ubi, *primo*, Resurrectionis Christi circumstantiæ historicæ exponuntur; *secundo*, expenduntur quæstiones variæ ad resurrectionem spectantes. *Vide etiam* AGNUS PASCHALIS; PASCHA, RESURRECTIO.

FERIA II POST PASCHA.

(*Luc*, XXIV, 13-35.)

ECCE DUO EX ILLIS (discipulis) IBANT IPSA DIE IN CASTELLUM QUOD ERAT IN SPATIO STADIORUM SEXAGINTA AB JERUSALEM, NOMINE EMMAUS. — Historia duorum discipulorum euntium in Emmaus, XVI, 275, 1, 2 et seqq. Societatis duo commoda, I, 467, 1. Societas et fraternitas et amicitia quantum sit bonum, VII, 174, 2 et seq.; 176, 1; 178, 2; 181, 1. Amicitia quæ inter duos contracta est, est optima, 175, 1; 177, 1. Unionis quanta sit vis, XVII, 32, 2. Religiosi semper bini incedant, 111, 1.

Emmaus quid, XVI, 275. 1. Hoc postea a victoria Titi ob captam Jerusalem dictum est Nicopolis, IV, 427, 2; 275, 2. *Vide annotat.*

ET IPSI LOQUEBANTUR AD INVICEM DE HIS OMNIBUS QUÆ ACCIDERANT. — Colloquia spiritualia commendantur, III, 284, 1; 285, 1. Conversatio qualis esse debeat, *Job*, 582, 1 (*Vide* LOQUI, LOQUELA, SERMO, VERBUM).

ET FACTUM EST, DUM FABULARENTUR, ET SECUM QUÆRERENT, ET IPSE JESUS APPROPINQUANS IBAT CUM ILLIS. — Jesus adest iis qui de ipso loquuntur, XVI, 275, 2. Quemadmodum Redemptor hic se discipulorum horum colloquio ultro et de repente inseruit, quod de ipsius gestis hi loquerentur, ita de Deo et gratia sollicitis, ipse et hæc ultro se offerunt, VIII, 407, 2. Deus quomodo prope sit, XI, 652, 2. Deus ubique præsens est, XII, 492, 1. Sollicitudo ambulandi cum Deo quid requirat, XIV, 134, 1. Varii ad eam stimuli, *ibid.*, 1, 2. Modus et praxis cum Deo ambulandi per sex alas, *ibid.* et 135, 1. Deus nunquam suos deserit, *Job*, 255, 1. Invisibilis est, 488, 1. Multipliciter nos erudit, 673, 2. Mœrentium consolator, 137, 2. Medicus animarum, 133, 1, 2.

OCULI AUTEM ILLORUM TENEBANTUR, NE EUM AGNOSCERENT. — Cur Christum non agnoscebant duo discipuli, XVI, 375, 2. Cur Christus in alia effigie duobus discipulis apparet. 276, 1.

TU SOLUS PEREGRINUS ES IN JERUSALEM ET NON COGNOVISTI QUÆ FACTA SUNT HIS DIEBUS. — Peregrini sumus omnes super terram, *vide* PEREGRINATIO, PEREGRINUS.

QUIBUS ILLE DIXIT: QUÆ? ET DIXERUNT: DE JESU NAZARENO QUI FUIT VIR PROPHETA, POTENS IN OPERE ET SERMONE CORAM DEO ET OMNI POPULO. — Talis sit Christianus, præsertim sacerdos, religiosus, prædicator, XVI, 277, 1. Prædicator ea quæ docet, etiam opere debet exequi, VII, 590, 2. Plus doceat vita quam verbo, XX, 158, 2. Sermo et actiones externæ inter se convenire debent, et alter alterum cohonestare, VIII, 71. 2. Utrumque hoc in se christianus quilibet exprimere conetur, 72, 2. Christianus et docere debet et facere, XIV, 318, 1. Vitia populi magis exemplo quam castigatione tollenda sunt, 403, 1. Docendi sunt alii facto potius quam verbis, XVII, 46, 2.

NOS AUTEM SPERABAMUS QUIA IPSE REDEMPTURUS ESSET ISRAEL. — Christus Jesus quomodo sit spes nostra et Israel, XVII, 443, 1. Spes dilata animum sperantis cruciat, V, 386, 2. Spes infida est pes lassus, et dens putridus, VI, 278, 1, 2. Tres gradus in Deum sperantium, XI, 607, 1, 2. Ex desperatione oritur spes, XIII, 319, 1, 2. Christianus semper sperare debet, nunquam desperare, *ibid.* Sperandum est Deum in adversis auxiliaturum, et ea ablaturum, XIV, 226, 1. S. Pauli apostoli spes invicta fuit, *Vide* PAULUS. Pro omnibus quæ ad spei virtutem spectant, *Vide* SPES.

ET IPSE DIXIT AD EOS: O STULTI, ET TARDI CORDE AD CREDENDUM IN OMNIBUS QUÆ LOCUTI SUNT PROPHETÆ! — Cur acribus hisce verbis et cognominibus Christus, quasi magister, discipulos pungat et castiget, XVI, 277, 2. Correptio Dei utilis, *Job*, 142, 2; 299, 2; 637, 2; 786, 1. Occulta revelat, 294, 1. Vitia quomodo corrigenda et increpanda, XIX, 306, 2. Superiores interdum duris verbis possunt subditos corrigere, XVIII, 536, 2. Quomodo se gerere debeant in reprehendendis vitiis, 464, 2.

NONNE HÆC OPORTUIT PATI CHRISTUM, ET ITA INTRARE IN GLORIAM SUAM? — Quinque causæ cur Christus pati debuit, XVI, 278, 1. Christus tribus de causis pati debuit, XIX, 372, 1. Deus passionem, non actionem necis Christi decrevit, XVIII, 129, 2. Per tribulationem oportet nos ad cœlum tendere, 294, 2. Cruces et passiones quantam patientibus gloriam pariant, 446, 1, 2. Christi patientis exemplum docet fideles pati, XX, 333, 2. Patiendo cruci Christi inserimur, 364, 2. In patientibus patitur Christus, *ibid.* In patiente requiescit Dei majestas, 365, 2 et seq. In passionibus nobis est gloriandum, XVII, 156, 2. Pii omnes hic persecutionem patiuntur, XIX, 302, 1. Mala quomodo sustinenda sint, *Job*, 68, 1. Tribulatio ad patientiam inungit, 68, 2; 647, 1. Perturbatio nos percellere non debet, 492, 2. Fortitudo christiani in fide fundatur, 103, 2; 743, 1 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO, PATIENTIA, PERSECUTIO).

ET INCIPIENS A MOYSE ET OMNIBUS PROPHETIS, INTERPRETABATUR IN OMNIBUS SCRIPTURIS QUÆ DE ILLO ERANT. — Testamenti Veteris et Novi consensus magnam doctrinæ christianæ auctoritatem conciliat, XIV, 540, 2. Interpretatio Scripturæ cur vocetur prophetia, XX, 437, 1. Ejus intelligentia per orationem impetratur, 438, 2 (*Vide* SCRIPTURA SACRA).

ET APPROPINQUAVERUNT CASTELLO QUÒ IBANT, ET IPSE SE FINXIT LONGIUS IRE. — Hæc Christi fictio non fuit mendacium, XVI, 278, 1. An licitum sit aliquando simulare, XVIII, 527, 1. Simulare et mentiri longe differunt, *ibid.* Omnis fraus et deceptio a Christiano exulare debet, 642, 2. Mentiri nunquam licet, 529, 2; 643, 1.

ET COEGERUNT ILLUM, DICENTES : MANE NOBISCUM, QUONIAM ADVESPERASCIT, ET INCLINATA EST JAM DIES. — Hæc verba jugiter per omnem vitam in corde et ore Christiani habere debent, XVI, 278, 2.

ET FACTUM EST DUM RECUMBERET CUM EIS, ACCEPIT PANEM, ET BENEDIXIT, AC FREGIT, ET PORRIGEBAT ILLIS. — An hic Christus panem consecraverit, XVI, 278, 2. Usus unius speciei in Eucharistia hic probatur, 279, 1.

ET APERTI SUNT OCULI EORUM, ET COGNOVERUNT EUM, ET IPSE EVANUIT EX OCULIS EORUM.— Mirabilis Eucharistiæ effectus, XVI, 270, 1. Hospitalitatis officio ad Christi cognitionem pervenitur, *ibid.* Cur Christus hic evanuit, *ibid.* et 2.

ET DIXERUNT AD INVICEM : NONNE COR NOSTRUM ARDENS ERAT IN NOBIS, DUM LOQUERETUR IN VIA, ET APERIRET NOBIS SCRIPTURAS? — Christus ita loquitur exterius, ut interius corda amore divino succendat, XVI, 279, 2. Verbum Dei illuminat et accendit, *Job*, 274, 2.

FERIA III.

(*Luc.*, XXIV, 36-47.)

STETIT JESUS IN MEDIO EORUM, ET DIXIT EIS : PAX VOBIS. — Christus est medium universi, ac semper, dum vixit, medium locum elegit, et quare, XIV, 243, 1, 2; 244, 1. Quomodo ipse sit medium duarum vitarum, 247, 1, 2. Virtus inter duo extrema in vitium declinantia, sita est, VII, 263, 2 ; 265, 1, 2.

EGO SUM, NOLITE TIMERE.— Merito, quia impii semper timent, VIII, 611, 2; 612, 1, 2. Conscientiæ vis in utramque partem, *ibid.* Tres sunt causæ metus impiorum, 615, 1. Sancti e contra nihil timent, XX, 330, 1. Timere non debent, ardua et heroica aggredientes, 398, 2.

ET DIXIT EIS : QUID TURBATI ESTIS, ET COGITATIONES ASCENDUNT IN CORDA VESTRA? VIDETE MANUS MEAS ET PEDES, QUIA EGO IPSE SUM; PALPATE ET VIDETE, QUIA SPIRITUS CARNEM ET OSSA NON HABET, SICUT ME VIDETIS HABERE. — Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile et palpabile, XVI, 280, 2. An palpatio Christi, comestio, etc., argumentum sufficiens resurrectionis fuerit, 281, 1.

ET CUM HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANUS ET PEDES.— An apostoli revera manus et pedes Christi perforatos tetigerint, XVI, 281, 1, 2. Vulnera quinque Christi sunt velut foramina petræ, VII, 587, 2. Ea vulnera ex amore suscepit, VIII, 66, 2.

AT ILLI OBTULERUNT EI PARTEM PISCIS ASSI ET FAVUM MELLIS. — Piscis assus quid symbolice significet, XVI, 282, 1. Favus mellis Samsonis, III, 199, 1, 2; 200, 1. Favus mellis est sapientia mellita, VI, 231, 2. Quid mel symbolice denotet, 273, 2 et seq. Mel est symbolum virtutis et sanctitatis, 229, 1, 2. Spiritus consolationes sunt instar mellis, 231, 2. Favus quid proprie sit, VIII, 69, 2. Sermo suavis et placidus favo mellis assimilatur, *ibid.* Uti hunc favum ab apostolis porrectum Christus gustavit, ita et Eucharistiam quæ per favum denotatur, ipse primus manducavit, 92, 1, 2; 93, 1. Aliæ favi applicationes, 94, 1.

Varias Christi post resurrectionem apparitiones quæ in Evangeliis Feriarum sequentium leguntur, *Vide* JESUS CHRISTUS, cap. VII, art. 1.

DOMINICA IN ALBIS.

(*Joan.*, XX, 19-31.)

CUM ERGO SERO ESSET DIE ILLO, UNA SABBATORUM, ET FORES ESSENT CLAUSÆ, UBI ERANT DISCIPULI CONGREGATI PROPTER METUM JUDÆORUM.— Concordia facit cor unum, et quare, XVII, 132, 1, 2. Ejus in congregatione retinenda quæ sint media, 133, 1. Communis vita quos fructus afferat, 106, 2 et seqq. Unionis et concordiæ quanta sit vis, 32, 2. Unanimitas invicta est, XX, 320. 2. Concordiæ vis unde nascatur, 321, 1 (*Vide* CONCORDIA, UNANIMITAS),

VENIT JESUS, ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT EIS : PAX VOBIS. — Cur Evangelista ait fores fuisse clausas, XVI, 630, 1. Quomodo ad apostolos sic ingredi potuerit, *ibid.* et seq. Ratio est quia corpus gloriosum potest simul esse subtile et palpabile, XVI, 279, 1. Dotes animæ et corporis gloriosi, XX, 565, 1. Tropologice Christus apparet eis qui fores mentis mundo et carni occluserunt, *ibid*, 2. Diversimode Deus apparet suis, VIII, 276, 2.

Hac formula : *Pax vobis*, salutant suos Hebræi, sic eis omne bonum apprecantes, XVI, 631, 1. Salutatio sanctorum semper efficax et salutaris est, XVII, 30, 1 ; 115, 1. Pax Dei est quadruplex, XIX, 63, 2. Pax est scutum christianorum impenetrabile, *ibid.* Pacis fortitudo et effectus, 64, 1. De pace *vide multa*, 106, 1, 2. Pax animæ et serena conscientia Deum ad habitandum in ea invitat, XIV, 344, 1. Pacis semen quintuplex est, 445, 1. Pacis quod sit emblema, 411, 1. Sapiens et justus in perenni sunt pace, X, 567, 2. Pax bonorum complementum, *Job*, 148, 2. Pacis actiones quales, 477, 2.

ET CUM HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANUS ET LATUS. — Vulnus lateri Christi inflictum quoad omnes circumstantias expenditur, XVI, 620, 1 et seqq. Latus Christi dextrum lancea fuit perfossum, et omnia sacramenta ex eo fluxerunt, XII, 852, 2. Christus vulnerum manuum, lateris et pedum foramina a resurrectione resumere voluit, et adhuc in cœlo servat, XIV, 521, 1, 2; XVI, 631, 1, 2. Sancti viri jugiter in vulneribus hisce commorantur, XIV, 511, 2. In his tutissima quies et statio est, 517, 1. Vulnera Christi sunt velut fenestræ, XII, 812, 2. Christus in vulneribus suis Ecclesiam et singulos fideles descripsit, XI,

589, 2. Stigmata vulnerum in corpore ejus et beatorum semper manebunt, XI, 655, 2.

DIXIT ERGO EIS JESUS ITERUM : PAX VOBIS. — Cur iterum eis Jesus pacem apprecetur, XVI, 631, 2.

SICUT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS. — Apostoli quomodo a Christo sint missi eadem potestate qua ipse missus est, XVI, 682, 1 et seqq.

HÆC CUM DIXISSET, INSUFFLAVIT. — Quare in apostolos Dominus insufflarit et quid hæc insufflatio innuat, XVI, 2 et seqq.

ET DIXIT EIS : ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM, QUORUM REMISERITIS PECCATA, REMITTUNTUR EIS, ET QUORUM RETINUERITIS, RETENTA SUNT. — Spiritus sanctus quomodo hic detur apostolis, XVI, 633, 1. Absolvendi potestas penes quos sit, XVIII, 427, 1. Potestas a peccatis absolvendi fideles data est apostolis, XVI, 633, 1. Hæc non est prædicatio Evangelii, ut vult Calvinus, *ibid.*, 2. Hanc potestatem eis dando Christus confessionem sacramentalem instituit, 634, 1, 2. Duplex sacerdotum potestas ordinis, XVI, 635, 1, 2. Typus et figura confessionis et absolutionis fuit in Veteri Testamento, II, 37, 1. Confessionis sacramentalis fructus et necessitas documentis et exemplis docetur, *ibid.* et seq. Remissio peccati est actus justitiæ, XX, 529, 2. Confessio sacramentalis et a pœna et a culpa liberat, estque a Deo prædestinata ante omnes homines, V, 578, 1. Confessio criminum a confessione et laude Dei pendet, IX, 492, 1, 2. Confessionis encomia, 166, 2 (*Vide* CONFESSIO, PECCATUM, PŒNITENTIA).

THOMAS AUTEM UNUS EX DUODECIM, QUI DICITUR DIDYMUS, NON ERAT CUM EIS QUANDO VENIT JESUS, etc. Thomæ quod sit etymon, cur dicatur Didymus, VI, 318, 2; XVI, 487, 1. Ejus absentia et incredulitas unde ortum habuerit, VIII, 276, 2; XVI, 635, 2 et seqq.

DEINDE DICIT THOMÆ : INFER DIGITUM TUUM HUC, ET VIDE MANUS MEAS, ET AFFER MANUM TUAM, ET MITTE IN LATUS MEUM. — Thomas vulnera Christi tetigit, XVI, 636, 2. An corpus gloriosum sit palpabile, 637, 1. Ex hoc latere Christi perforato omnia sacramenta et gratiæ effluxere, XIV, 516, 2. Vulnus hoc quam ingens fuerit utrumque latus lancea militis apertum est, 517, 2. Ut hic Christus Thomæ ob absentiam priorem dedit occasionem in fide proficiendi, sic superiores dent subditis interdum occasionem actus virtutum exercendi, V, 259, 2 et seq. Hominis obliviosi Deus memor est, *Job*, 196, 2. Christus vulnus explicat ut curet, 143, 1. Calamus quassatus non frangendus, 312, 1. Medici spiritualis munus quale, 102, 2; 200, 1. Opportunitas in monitionibus servanda, 114, 2. Gloria medici est salus ægri, 200, 1.

RESPONDIT THOMAS, ET DIXIT EI : DOMINUS MEUS ET DEUS MEUS. — Quos amoris affectus hæc verba ejus spirent, XVI, 637, 2 et seqq. Peccatum cognoscendum ut curetur, *Job*, 786, 1, 2. Confessio humilis Deum placat, 629, 2; 650, 1. Lapsus aliorum nos erudit, 662, 1.

DIXIT EI JESUS : QUIA VIDISTI ME, THOMA, CREDIDISTI : BEATI QUI NON VIDERUNT ET CREDIDERUNT. — Thomas aliud vidit, aliud credidit, XVI, 638, 1. Fides est credere quod non videtur, XVI, 638, 2; XIX, 471, 2. Fidei evidentia non est in ipsis rebus, sed in Deo attestante, XIX, 471, 1. Fidei certitudo, 518, 2. Unde hæc oriatur, 122, 1 (*Vide* FIDES).

DOMINICA II POST PASCHA.

(*Joan.*, X, 11-17.)

EGO SUM PASTOR BONUS. — Christus pastor bonus, XVI, 472, 1, 2. Christus unicus pastor, *ibid.*, 2. Christus verus pastor est, XII, 743, 2. Christus pastor hominum, *Job*, 199, 1. Nunquam nos deserit, 146, 1; 256, 1; 373, 2. Christus pastor oves suas semper pascit et protegit, XIV, 120, 2. Nomen Dei quo suas oves Christus pascit et protegit, 121, 1. Christus pascit suos, et vicissim pascitur ipse inter animas castas et puras, VII, 596, 2 et seq. Pascit nos sua gratia et virtutibus, et iisdem pascitur, 597, 2. Unumquemque porro pascit pro suo statu, *ibid.* Deus unus est Ecclesiæ pastor, item Pontifex Romanus, 407, 2.

Episcopi et reges sunt subditorum suorum veluti pastores, id denotatur per pedum pastorale et sceptrum regale, VIII, 411, 1. Omnia quæ ad pastorum animarum officia spectant, *Vide* cap. PASTOR, § II, PASTORES ANIMARUM.

Quia apud sacros et profanos auctores principes et magistratus sæculares vocantur etiam pastores, etiam de iis agi poterit, *Vide* PRINCEPS, RECTOR, REX.

BONUS PASTOR ANIMAM SUAM DAT PRO OVIBUS SUIS. — Christus pro Ecclesiæ et animarum salute nullum laborem aut periculum, nec ipsam mortem detrectavit, et ita suos et Ecclesiam amavit, ut pro iis sit mortuus, quia se ab illis videt amari, VIII, 65, et seq. An et quando vita pro proximo sit exponenda, XX, 577, 1, 2. Pro amico vitam exponere, heroicum est opus, VII, 181, 1. Id probatur exemplis, *ibid.*

MERCENARIUS AUTEM ET QUI NON EST PASTOR, CUJUS NON SUNT OVES PROPRIÆ, VIDET LUPUM VENIENTEM, ET DIMITTIT OVES, ET FUGIT, ET LUPUS RAPIT, ET DISPERGIT OVES. — Quis dicatur pastor mercenarius, et quinam sint lupi gregem discerpentes, XVI, 474, 1. Hypocrita tempore periculi fugit, at verus pastor manet, V, 136, 2 et seq. Princeps avarus lupo similis, *Job*, 468, 1. Pastorum vitia quam populo sint noxia, XI, 663, 1, 2. Pastores et prælati quomodo fiant subditis rete et laqueus, XIII, 352, 2. Vitia sunt dæmonis retia, *Job*, 277, 2; 295, 2; 387, 2. Prædonum studium quale, 427, 2;

497, 1. Prælati negligentes officio sunt privandi, 617, 2 (*Vide* PASTOR, PRÆLATUS).

EGO SUM PASTOR BONUS, ET COGNOSCO OVES MEAS, ET COGNOSCUNT ME MEÆ. — Prima boni pastoris conditio est quod oves suas cognoscat et ab ovibus cognoscatur, XVI, 475, 2. Christus cognitas oves ad læta pascua deducit, quin et suo pascit corpore ac sanguine, VII, 473, 1, 2.

ET ALIAS OVES HABEO, QUÆ NON SUNT EX HOC OVILI : ET ILLAS OPORTET ME ADDUCERE, ET VOCEM MEAM AUDIENT, ET FIET UNUM OVILE ET UNUS PASTOR. — Quæ sint istæ aliæ oves, XVI, 475, 1. Quomodo et quando fiet unum ovile et unus pastor, *ibid.*, 2.

DOMINICA III POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 16-23.)

MODICUM, ET JAM NON VIDEBITIS ME; ET ITERUM MODICUM, ET VIDEBITIS ME : QUIA VADO AD PATREM. — Quidnam hic *modicum et non videbitis me*, XVI, 580, 2. Apud Deum omnia tempora sunt quiddam modicum, XVIII, 466, 1. Vita brevis, *Job*, 207, 1, 2; 316, 1; 320, 2; 321, 1. Tempus edax rerum, 331, 1. Cuique rei præstitutum, 646, 2. Creata omnia veterascunt, 580, 1. Christus animæ afflictæ et Ecclesiæ nunc se ostendit, nunc se abscondit, VII, 575, 2; 576, 1. Deus subinde animæ amanti suam præsentiam et gratiam illuminantem subtrahit, quo ejus desiderium magis accendat, 606, 2 et seq.

AMEN, AMEN DICO VOBIS, QUIA PLORABITIS ET FLEBITIS VOS, MUNDUS AUTEM GAUDEBIT. — Impii prosperantur, pii affliguntur, V, 99, 1, 2; 101, 2; IX, 345, 1, 2. Sancti hujus vitæ tædium habent, ideo semper in luctu sunt, VII, 118, 1, 2. Est aliud tempus flendi, aliud ridendi, 133, 1. Lugendi causas varias habet homo, XX, 184, 1. Lugentium varia exempla, *ibid.* Cruces fidelium non moriuntur, nisi cum vita, 375, 1. Sancti mori exoptant, ne tot Dei videant offensas, totque suas ærumnas et tentationes, VII, 165, 2. Vita justorum mera est afflictio, VIII, 330, 1. Virtus suum habet agonem, omnesque justi martyres sunt, 333, 1. Apostoli et concionatores solent exagitari, et persecutionem et martyrium pati, XI, 95, 1. Pascuntur opprobriis, XII, 395, 2. Tribulationes et afflictiones sunt dapes Christi, VIII, 91, 1. Pii quoque iis gaudent, 26, 2 (*Vide* AFFLICTIO).

Deus pios opprimi, impios dominari permittit, cur, XIV, 203, 2 et seq. Pressuræ et persecutiones Ecclesiam reddunt nigram, sed formosa est per invictam animi patientiam, VII, 494, 1; 495, 1. Persecutio ardens meridie denotatur, 502, 1. Persecutiones hominem in virtute insigniter promovent, 519, 2 et seq. In persecutione invenitur Christus, non in prosperitate, 606, 2. Deus animam tentationibus et tribulationibus conterit atque humiliat, ut suavius flagret, VIII, 5, 1. Patientia explorat opera justorum, 322, 1. Deus tentat suos per adversa, ut sic eorum virtutem faciat elucescere, *ibid.*, 2. Per hæc eosdem purgat, 334, 2. Hi iis purgantur ut aurum igne, *ibid.* Cur aurum igne non cremetur, 335, 2. Dolere et pati pro Christo magna laus est, XVII, 157, 1, 2. *Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO, § III, UTILITAS AFFLICTIONUM, ET MOTIVA AD EAS FORTITER FERENDAS.

Mundi gaudia quam sint instabilia et vana, IV, 382, 1, 2. Gaudium impiorum breve, 460, 2. Extrema gaudii luctus occupat, 344, 1, 2; 365, 1. Risus frequens est causa dissolutionis, V, 302, 1. Risus peccantium in luctum transit, 417, 1. Mundi gaudium et voluptas mendax est, peccanti risus et impunitas luctuosa est, 201, 2. Mundi gaudia pariunt deinde in animo tristitiam, VII, 144, 1.

SED TRISTITIA VESTRA VERTETUR IN GAUDIUM. —Apostolis vitæ christianæ asperitas in dulcedinem et consolationes transiit, XI, 514, 1. Lenit consuetudo acerba et tristia omnia, XI, 251, 1. Religiosorum amara, mera sunt gaudia, *ibid.* et 2. In tribulatione et tentatione exuberat Christi gratia et consolatio, VII, 534, 1. Consolationes divinæ quam suaves sint, XVII, 223, 2. Christianismi voluptas et gaudia quæ sint, 108, 2. Quam dulce sit pro Deo pati, XX, 17, 2. In passione cur sit gaudendum, 19, 1 et seqq. Major est qui in nobis quam qui in mundo, 589, 1, 2 et seqq. Consolationes divinæ semper sunt majores passionibus, XVIII, 421, 2. Gaudium Domini duplex, IV, 248, 2 et seq. Pro gloria æterna pati facile est, XX, 48, 2. Tristitia sæculi, et tristitia secundum Deum quomodo differant, XVIII, 465, 2. Usus et fructus tristitiæ *ibid.* Septem effectus tristitiæ, 466, 1. Differentia gaudii sanctorum et mundi, 459, 1. Quomodo semper in Domino debeamus gaudere, XIX, 60, 2. Pœnitentes sese macerantes et lugentes qua se spe solentur, XIV, 611, 1.

Pii hic assidue lugent, sed eorum luctus in cœlo in gaudium convertetur, XVI, 581, 2. Consolatio in hoc sæculo et simul in futuro haberi nequit, XVI, 114, 1. Anima post hanc vitam invitatur a labore et tribulatione ad quietem et gaudium, VII, 582, 2. Hinc ipsa ærumnis pressa subinde ad Deum suspirat, *ibid.* Amaritudines et pressuræ gaudium in hac vita et futura pariunt, VIII, 27, 1. Quos Deus in hac vita punit et tristari facit, in altera ridere faciet et præmiabit, XIV, 166, 2. Lætitia vera christianorum in spe felicitatis æternæ sita est, II, 175, 1 et seq. Justus moriens, bene sperat, et jubilat in morte, V, 441, 1.

MULIER CUM PARIT, TRISTIAM HABET, QUIA VENIT : CUM AUTEM PEPERERIT PUERUM, JAM NON MEMINIT PRESSURÆ PROPTER GAUDIUM, QUIA NATUS EST HOMO IN MUNDUM. — Puerperæ et parturientis doloris recte comparatur dolor discipulorum Christi, XVI, 582, 2 et seq. Virtutis difficultates sunt perfringendæ, ut ejus dulcedo percipiatur, V, 464, 1, 2. Anima rationalis quomodo in homine creetur, et corpori uniatur, XIX, 415, 2.

ITERUM AUTEM VIDEBO VOS, ET GAUDEBIT COR VESTRUM : ET GAUDIUM VESTRUM NEMO TOLLET A VOBIS. — De vero et solido gaudio justorum, II, 175, 1. De gaudio spirituali, et ejus fructu, et de mediis ad illud perveniendi, 444, 2 et seq. Gaudium in solo Christo, III, 266, 2. In solo Deo lætandum, IV, 248, 2 et seq. Solidum gaudium tantum in Deo reperitur, X, 558, 2. Virtus sola verum gaudium affert, VI, 196, 1, 2; X, 98, 2. Gaudet justus ob opera virtutis quæ agit, 111, 1, 2. Causa veri gaudii est placere Deo, VII, 315, 1. Delectatio spiritualis major est carnali, X, 155, 2. Conscientiæ bonæ quantum sit gaudium, V, 459, 2 et seq. Animi gaudium etiam in corpus et vultum se transfundit, 457, 1 ; 547, 2. Virtus et bona conscientia animi quietem præstat, VII, 144, 1. Consolationes divinæ post amaritudines, quam sint suaves, VII, 467, 2 ; XX, 280, 1. Undenam lætitia sanctorum in hac vita oriatur, VIII, 476, 1. Tres fructus lætitiæ, X, 103, 2. Lætitia spiritualis est quidam prægustus cœli, XX, 253, 1, 2.

DOMINICA IV POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 5-14.)

VADO AD EUM QUI MISIT ME, ET NEMO EX VOBIS INTERROGAT ME : QUO VADIS ? SED QUIA HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, TRISTITIA IMPLEVIT COR VESTRUM. — Tacite Christus objurgat discipulos quod præ nimia ob suum abitum tristitia, animum interrogandi non habuerint, XVI, 576, 1.

SED EGO VERITATEM DICO VOBIS, EXPEDIT VOBIS UT EGO VADAM ; SI ENIM NON ABIERO, PARACLETUS NON VENIET AD VOS. — Cur Christo non abeunte discipuli sancti Spiritus incapaces erant, XVI, 576, 1, 2. Bona minora pro majoribus relinquenda, *Job*, 54, 2. Gloria Dei nostris commodis præhabenda, 92, 2. Spiritus cura præcipua sit, 55, 1, 2. Spiritus sanctus est consolatorius et suavis, VIII, 444, 1. Est osculum et suavium Dei, *ibid.*, 2. Est paracletus, 473, 1 (*Vide* SPIRITUS SANCTUS).

ET CUM VENERIT ILLE, ARGUET MUNDUM DE PECCATO, ET DE JUSTITIA, ET DE JUDICIO. — *Arguere* quid significet, XVI, 576, 2 ; *Job*, 173, 2 ; 459, 1. Arguet mundum de peccato, de justitia, de judicio, quid, XVI, 576, 2. Mundus totus est sub diabolo et in malignitate. XX, 622, 1, 2. *De peccato* ; peccatum hoc erat infidelitatis : quia Judæi Christo noluerunt credere, rejecti sunt ; de rejectione Judæorum, *vide* XVIII, 155, 1 et *toto cap.* Infidelitas quam magna sit peccatum, XIX, 383, 2. Veritatem oblatam recusantes pœna infidelitatis et errorum puniri solent, XVIII, 158, 2.

De justitia ; de vera Dei et falsa hominum justitia, *vide* JUSTIFICATIO, JUSTITIA.

De judicio ; falsum hominis judicium, XVI, 577, 2. Diabolus est princeps hujus mundi, VII, 186, 1, 2. Quomodo jam judicatus sit, XVI, 578, 1.

Qui plura de peccato, justitia, judicio in genere agere velit, adeat capita JUDICIUM, JUSTITIA, PECCATUM.

ADHUC MULTA HABEO VOBIS DICERE, SED NON POTESTIS PORTARE MODO. — Deus omnia sua secreta non pandit, quædam sibi reservat, VI, 252, 2 et seq. Multa fidei mysteria captum hominis superant, 253, 2 et seq. Dei magnalia homo ad fundum penetrare nequit, IX, 502, 1. Mysteria Dei impervestigabilia non sunt scrutanda, VI, 183, 2. Nihil in omnibus rebus perfecte percipi potest, VII, 56, 2 ; 57, 2. Quæ sit causa quod homini scientia sit difficilis, 58, 1. Magister se discipulorum capacitati accommodet, V, 559, 2.

CUM AUTEM VENERIT ILLE SPIRITUS VERITATIS, DOCEBIT VOS OMNEM VERITATEM. — Sapientia a paucis invenitur, IX, 210, 2. Est laboriosa et ponderosa, 209, 2 et seq. Veritatis descriptio et proprietas, VII, 5, 2. Deus est veritas, *ibid.* (*Vide* VERITAS). Scientia vera quæ sit, XX, 416, 2. Spiritus sancti unctio in rebus dubiis invocanda est, XVI, 579, 2 ; XX, 554, 2 et seq.

NON ENIM LOQUETUR A SEMETIPSO, SED QUÆCUMQUE AUDIET, LOQUETUR ; ET QUÆ VENTURA SUNT, ANNUNTIABIT VOBIS. — Quomodo hæc Spiritus sancti locutio sit intelligenda, XVI, 578, 2 et seqq.

DOMINICA V POST PASCHA.

(*Joan.*, XVI, 23-30.)

SI QUID PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO, DABIT VOBIS. — Promissio Christi de impetratione orationis expenditur, XVI, 584, 2. Quid est in nomine Christi petere, 585, 1, 2. Orantis conditiones, 585, 2. An etiam pro aliis orantes et petentes non semper exaudiamur, XV, 208, 1 et seq. Omnia quæ de orationis conditionibus, fructibus, etc., etc., dici possunt, *vide* cap. ORATIO.

USQUE MODO NON PETISTIS QUIDQUAM IN NOMINE MEO ; PETITE ET ACCIPIETIS UT GAUDIUM VESTRUM SIT PLENUM. — Horum verborum genuina interpretatio, XVI, 586, 1, 2.

IN ILLO DIE IN NOMINE MEO PETETIS, ET NON DICO VOBIS QUIA EGO ROGABO PATREM DE VOBIS ; IPSE ENIM PATER AMAT VOS. — An Christus in cœlo pro nobis oret oratione proprie dicta, XVI, 587, 1. Zelus Dei et Spiritus sancti in nos, XX, 177, 2 et seqq. Item Christi et angelorum, 178, 2 (*Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA). Si Deus amat nos, cur ultro non det ea quibus scit nos indigere, sed rogari et obsecrari velit, XVI, 587, 1, 2.

NUNC SCIMUS QUIA SCIS OMNIA. — Deus intima quæque et cordis penitus latebras pervidet, XVII, 406, 1.

IN LITANIIS MAJORIBUS.

(*Luc.*, XI, 1-14.)

QUIS VESTRUM HABEBIT AMICUM, ET IBIT AD ILLUM MEDIA NOCTE, ET DICET ILLI : AMICE, COM-

MODA MIHI TRES PANES..... ET SI ILLE PERSEVERAVERIT PULSANS, DICO VOBIS, ET SI NON DABIT ILLI SURGENS EO QUOD AMICUS EJUS SIT, PROPTER IMPROBITATEM TAMEN EJUS SURGET. — Perseverantia in bono proprie donum Dei est, XVII, 248, 2. Quanta ea sit virtus ex parte hominis, 249, 1. Perseverantia in oratione et omni opere bono commendatur, VII, 250, 2 et seq. Deus non semper prima vice dat quod petitur, sed vult sæpius rogari, IV, 9, 1 (*Vide* ORATIO, PERSEVERANTIA).

SI ERGO VOS, CUM SITIS MALI, NOSTIS BONA DATA DARE FILIIS VESTRIS, QUANTO MAGIS PATER VESTER DE CŒLO DABIT SPIRITUM BONUM PETENTIBUS SE ? — Deus dicitur a *dando*, XX, 35, 1. Propendet infinite ad se communicandum, *ibid.*, 2. Ejus munificentia, 36, 2. Bona omnia naturalia, fruges, escæ, et supernaturalia, dona Dei sunt, et cum accipiuntur, Deo ascribenda, XIII, 505, 2.

Vide notata Dominica V post Pascha et ORATIO.

Quia litaniæ hæ institutæ sunt ad sterilitatem et plagas agrorum avertendas, hinc agi poterit de locustis, bruchis, ærugine et eruca quæ segetes et germina depascuntur, XIII, 483, 1, 2 et seq. Hisce plagis passiones hominis designantur, quæ eum depascunt, 484, 1. Hæ ipsæ mentem hominis inebriant et dementant, *ibid.*, 2. Sterilitas agrorum Dei invocatione evertenda est, 481, 1 ; 571, 1. Litaniæ publicæ quam antiquæ fuerint et solemnes, earum recitatio quæ commoda attulerit, 499, 1 (*Vide* LITANIÆ).

IN FESTO ASCENSIONIS.

(*Marc.*, XVI, 14-29.)

NOVISSIME RECUMBENTIBUS ILLIS UNDECIM APPARUIT. — Christus ad cœlum ascensurus cur cum apostolis suis comederit, XVII, 51, 2. Et hæc comestio an fuerit vera, *ibid.* et seqq.

EXPROBRAVIT INCREDULITATEM EORUM ET DURITIAM CORDIS..... ET DIXIT EIS : EUNTES IN MUNDUM UNIVERSUM, PRÆDICATE EVANGELIUM OMNI CREATURÆ. — Per omnem creaturam S. Gregorius hominem vult significari, utpote qui omnes rerum creatarum reliquarum gradus et species in se contineat, VIII, 286, 1. Omni creaturæ, id est homini, quia homo omnis creaturæ essentiam et vanitatem participat, VII, 17 2. Ad antipodes etiam Evangelium deferendum hinc colligere est, quos esse demonstratur, 42, 1.

QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS FUERIT, SALVUS ERIT; QUI VERO NON CREDIDERIT, CONDEMNABITUR. — An ex his verbis solam fidem ad salutem requiri colligi possit, XV, 718, 2. In unica fide tantum salvari possumus, XVIII, 623, 2. Sola tamen justificare non potest, 562, 1.

SIGNA AUTEM EOS QUI CREDIDERINT, HÆC SEQUENTUR, etc. — Hæc signa symbolice exponuntur ex S. Gregorio, XV, 719, 1, 2.

ET DOMINUS QUIDEM JESUS, POSTQUAM LOCUTUS EST EIS, ASSUMPTUS EST IN CŒLUM. — Asceusionis Christi modus et forma, XVII, 57, 2, *vide* JESUS CHRISTUS, cap. VII; ASCENSIO CHRISTI. Cur statim a resurrectione ascenderit, 58, 2. Cur coram apostolis suis, 59, 1, 2. An ascenderit nudus, 61, 1. Quo die ascenderit, 63, 2. Triumphus Christi in cœlum ascendentis describitur, XI, 730, 1, 2. De Christi ascensione, XVIII, 625, 2. Ascendens Christus in altum, ad ortum ferebatur, VIII, 604, 2. Hodie Christus super omnes montes altius ascendit, VII, 601, 1. Christus in cœlum ascendens cedro proceræ assimilatur, VIII, 136, 2. Mons Oliveti, e quo Christus in cœlum ascendit, qualis sit, quæque in eo gesserit, XIV, 527, 2. Ascendit illuc Christus in cœlum facie ab Jerusalem aversa, et Romam versus conversa, 528, 1.

Ante Christi ascensionem nullus cœlum intravit, VIII, 478, 1. Ascendit in cœlum ut nobis viam et locum præpararet, 407, 2. Qua nos via potissimum ad Deum ascendere valeamus, XIV, 237, 2. Christiano cuilibet via in cœlos vi perfringenda est, 188, 1: De ascensione spirituali in cœlum, XIX, 100, 2. Quomodo cœlestia sapere debeamus 54, 2; 100, 1 ; 471, 1. Quomodo terrena contemnenda et nos ad cœlestia elevari debeamus, I, 61, 2. Scala Jacob tropologice significat virtutes quibus ad cœlum scandimus, 287, 2. Anagogice varios sanctorum choros significat, 288, 2. Quadraginta duæ viæ ad cœlum significatæ per quadraginta duos mansiones in deserto ad terram promissam, II, 371, 2. Quomodo debeamus suspirare ad cœlum, I, 638, 2. Nostrum est animo eum in cœlos abeuntem sequi, et quo ipse pervenit, eo desideriis alis evolare, VII, 488, 1. Animæ ad cœlum ferventer suspirantis desiderium, VIII, 206, 1, 2; 207, 1, 2; 208, 2; 210, 1 ; 212, 1; 237, 2 et seq. ; 242, 1. Cœlos identidem nos aspicere, et illuc oculos defigere oportet, XVII, 61, 2; 180, 1. Animæ in cœlos ab angelis subvectæ gloria et triumphus, VIII, 211, 1.

ET SEDET A DEXTRIS DEI. — Quomodo Christus ad dexteram Patris sedeat, XIX, 100, 2 et seqq. ; 355, 1. Ibi sedens Patrem pro nobis interpellat, XX, 533, 2.

ILLI AUTEM PROFECTI PRÆDICAVERUNT UBIQUE, DOMINO COOPERANTE, ET SERMONEM CONFIRMANTE, SEQUENTIBUS SIGNIS. — Quomodo mandatum a Christo datum apostoli impleverint, XIX, 78, 2. Judæis fidem repudiantibus, apostoli ad Gentes convertendas transierunt, VII, 604, 2 et seq. Synagoga ergo fuit mater Ecclesiæ christianæ a Gentibus collectæ, 605, 1. Ex quatuor orbis partibus ad Ecclesiam convertendi sunt, VIII, 61, 2. Quam Christus habuerit curandi omnia virtutem, XX, 290, 2. Nova fides miraculis confirmari debet, XVIII, 507, 2 (*Vide* APOSTOLI, APOSTOLICI VIRI, CONCIO, MIRACULA).

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

(*Joan.*, XV, 26-27; XVI, 1-4.)

CUM VENERIT PARACLETUS, QUEM EGO MITTAM VOBIS A PATRE. — Hæc vox *Paracletus* tria significat, et triplex significatio Spiritui sancto appropriatur, XVI, 547, 1, 2. Deus consolator, *Job*, 137, 2. Spes nostra, 142, 2; 193, 2. Christus, in cœlo existens apostolis orantibus Spiritum sanctum quem promiserat, dedit, uti et Ecclesiæ universæ, VII, 523, 2. Hinc Spiritus sanctus est umbra Christi, utpote ab eo, quatenus Deo, procedens, 554, 1, 2.

SPIRITUM VERITATIS QUI A PATRE PROCEDIT. — Quam ob causam Spiritus sanctus dicatur Spiritus veritatis, XVI, 548, 1. Quid sit veritas, ejus gradus et definitiones, 610, 1, 2 et seqq. Græcorum schisma de processione Spiritus sancti a solo Patre, 570, 1. 2. Quandonam una persona divina mitti dicatur ab alia, 570, 2. Cur Christus hic de Patre loquens seipsum subticeat, 571, 1. Doctrina orthodoxa de Spiritus sancti persona, *ibid.*, 2.

ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME. — Testes tres Christi sunt in cœlo, XX, 611, 1. Et tres in terra, *ibid.*, 2.

ET VOS TESTIMONIUM PERHIBEBITIS, QUIA AB INITIO MECUM ESTIS. — Testes fideles Dei sunt apostoli, doctores, martyres, XIII, 441, 1. Eorum acies ordinatim instruitur, *ibid.* Apostoli testes Christi, *Job*, 257, 1, 2.

HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, UT NON SCANDALIZEMINI. — Quodnam scandalum ab apostolis hic arceat Christus, XVI, 573, 1.

ABSQUE SYNAGOGIS FACIENT VOS, SED VENIT HORA UT OMNIS QUI INTERFICIT VOS ARBITRETUR OBSEQUIUM SE PRÆSTARE DEO. — Causæ quinque persecutionis in apostolos, XVI, 574, 1. Odium mundanorum erga pios, 569, 1. Mundus cur viros sanctos oderit, XX, 574, 1 et seqq. Quam hoc Christi dictum verum sit et quantas tribulationes S. Paulus passus sit, ipse multis docet, ac speciatim, XVIII, 282, 2; 496, 2 et seq. Qui Evangelium prædicant, quam multis tribulationibus sint obnoxii, 283, 2. Generaliter etiam omnes qui pie vivere volunt, persecutionem patientur, XIX, 302, 1. Christiani dira patiantur, ut Christum suum ducem sequantur, XX, 303, 2. Crux via est in cœlum, 304, 1. Nihil novum in tribulationibus Christiano qui se hac in terra peregrinum putat, XIV, 541, 1 (*Vide* ADVERSITAS, AFFLICTIO).

ET HÆC FACIENT VOBIS, QUIA NON NOVERUNT PATREM NEQUE ME. — Infideles privati cognitione veri Dei, in quam enormia peccata inciderint, XVIII, 51, 2 et seqq. Fons erroris Gentilium est error intellectus, 637, 2. Scientia philosophorum destitutorum cognitione Dei vana fuit, XIX, 85, 2. Cognitio Dei est vera sapientia, XX, 30, 2; 63, 1. Cognitio supernaturalis ad justificationem requiritur, XIX, 474, 2.

IN FESTO PENTECOSTES.

(*Joan.*, XIV, 23-31.)

SI QUIS DILIGIT ME, SERMONEM MEUM SERVABIT, ET PATER MEUS DILIGET EUM. — Est mutuus amor inter Christum et Ecclesiam : ille hanc, et hæc eum diligit, VII, 593, 2. Est quoque reciprocus amor inter Christum et animam sanctam, 594, 2. Hinc ipse tam uni quam unicuique intendit, *ibid.* Amor amorem provocat, VIII, 70, 2. Amor Dei in hominibus quanta operetur, XVIII, 283, 2. Charitas Christi omnibus malis est major, 160, 2. Amoris divini vis, XX, 597, 2. Amor exstasin facit, 599, 1. Hominem in Deum transformat, *ibid.*, 2 et seq. Ejus effectus, 600, 1. Pellit timorem, 492, 2; 603, 1, 2. Zelus animæ amantis Deum, 178, 1. Deum semper præ oculis habebat, et diligebat apostolus Paulus, VII, 19, 2 et seqq. Amicitia Dei quæ bona includat, XX, 130, 2; 521, 1. Mandata Dei fidelia, *Job*, 686, 2. Diligenter servanda, 687, 1.

AD EUM VENIEMUS. — Quomodo Deus qui ubique est, ideoque immobilis, dicatur venire et manere, XVI, 550, 2. SS. Trinitas ad tres animæ potentias venit, quomodo, *ibid.* et seq. Justo et justificato Deus et SS. Trinitas novo quodam modo substantialiter inest, XIII, 298, 1; 597, 1. Justis realiter in justificatione Spiritus sanctus datur, XVII, 86, 1; 333, 2. Quomodo SS. Trinitas in anima habitet, XVI, 550, 2 et seqq.

ET MANSIONEM APUD EUM FACIEMUS. — In justificatione Spiritus sanctus totaque deitas substantialiter in hominem venit et in eo habitat, XIV, 364, 1, 2; XX, 411, 2 et seqq. Tuncque is fit quasi Deus, XX, 563, 1. Item Dei filius, *ibid.*, 2. Item Deo similis, 564, 2; 565, 2. Hæc filiatio est stimulus ad opera heroica, 564, 1. Diversimode Deus et Christus in anima manet, XV, 658, 2 et seqq. De unione animæ cum Deo, XVIII, 296, 1. Deo an in hac vita realiter uniri possimus, XX, 410, 2. Una cum Spiritu sancto in animam venit Filius et Pater, VII, 468, 2. Signa adventus Dei in animam, 595, 1. Spiritualis connubii descriptio, *ibid.*, 2. Tunc anima fit domus Dei et sapientiæ æternæ, 614, 2. Anima sancta Deo terra desiderabilis est, XIV, 600, 2 et seq. Talis quoque est fons et puteus gratiarum divinarum, VIII, 83, 1. Item hortus divina aromata spirans, 88, 1, 2. Anima sancta per gratiam, auream Christi divinitatem participat, 120, 2. Efficit animam Dei amicam, filiam, sponsam, hæredem, sive divinæ consortem naturæ, 59, 1. Anima Deum amans, ei indivulse adhæret, *ibid.* Spiritus sanctus animam justam per gratiam suam osculatur, VII, 468, 2. Quia ipse est osculum et amor Patris et Filii, 469, 1. Oratio unionis fit per illapsum Dei in animam, et quomodo : quinque ejus effectus, 470, 2. Tria signa unionis animæ cum Deo, XVI, 602, 1. Hujus sex sunt effectus, *ibid.*, 2.

Consolationes et revelationes divinæ sunt velut cellaria et secreta Dei, VII, 489, 2. Mens sancta est lectus Dei, 541, 2 et seq. Virtutes tam ad salutem requisitæ, quam ad ornatum facientes, sunt laquearia animæ, 544, 2. Sancti ex assidua cum Deo conversatione nonnisi divina et cœlestia spirant et loquuntur, VIII, 242, 2. Anima cum in Deo manet, et Deus in illa, serenata est, et quanta huic mansio illa pariat bona, XIII, 226, 2.

HÆC LOCUTUS SUM VOBIS, APUD VOS MANENS. PARACLETUS AUTEM SPIRITUS SANCTUS, QUEM MITTET PATER IN NOMINE MEO, ILLE VOS DOCEBIT OMNIA. — Quomodo Spiritus sanctus missus in nomine Filii, XVI, 551, 1. Docebit omnia quæ scilicet ad mysteria adventus et incarnationis Christi pertinent, omnia quæ ad Ecclesiæ instructionem, fundationem, stabilitatem, sunt necessaria, 551, 2. Spiritus sancti unctio invocanda in rebus dubiis, XX, 554, 2.

ET SUGGERET VOBIS OMNIA QUÆCUMQUE DIXERO VOBIS. — Spiritus sanctus quo sensu suis suggerat omnia, XVI, 552, 1.

PACEM RELINQUO VOBIS, PACEM MEAM DO VOBIS, NON QUO MODO MUNDUS DAT, EGO DO VOBIS. — Christus ex hoc mundo discessurus apostolis suis pacem relinquit, XVI, 552, 1. Triplex datur pax ; cum Deo, cum hominibus, secum, V, 521, 2 ; *Job*, 477, 1, 2. Pax est comes justitiæ, IX, 182, 2. Sanctus in perenni pace et gaudio vivit, X, 567, 2. Pax est Christi hæreditas, *Job*, 477, 2. Pax Dei inconcussa, 664, 2. Pacis actiones quæ, 477, 2. Pacis fundamentum est virtus, 14, 1 ; 480, 2.

NON TURBETUR COR VESTRUM, NEQUE FORMIDET. — Perturbatio rerum non debet nos percellere, *Job*, 492, 2.

SI DILIGERETIS ME, GAUDERETIS UTIQUE, QUIA VADO AD PATREM : QUIA PATER MAJOR ME EST. — Quo sensu Pater major sit Filio, secus ac Ariani censebant; et cur Pater non sit Filio major in Deo, XVI, 553, 1, 2. *Vide* JESU CHRISTI DIVINITAS.

JAM NON MULTA LOQUAR VOBISCUM, VENIT ENIM PRINCEPS MUNDI HUJUS, ET IN ME NON HABET QUIDQUAM. — Quomodo cacodæmon in Christo non habeat quidquam, XVI, 554, 1.

SED UT COGNOSCAT MUNDUS QUIA DILIGO PATREM, ET SICUT MANDATUM DEDIT MIHI PATER, SIC FACIO. — Poteratne Christus mandatum moriendi a Patre acceptum non implere, XVI, 554, 2.

N. B. 1° Qui de Spiritus sancti existentia, divinitate, missionibus, proprietatibus, operationibus, donis, etc., tractare voluerit, adeat cap. SPIRITUS SANCTUS.

2° Quia apud Judæos in festo Pentecostes celebrabatur memoria datæ legis Mosis, et hodie nova lex promulgari cœperit, poterit agi de veteri lege per oppositionem ad legem novam, item de utroque Testamento. *Vide* LEX, PENTECOSTES, TESTAMENTUM.

FERIA II.

(*Joan.*, III, 16-21.)

SIC ENIM DILEXIT DEUS MUNDUN, UT FILIUM SUUM UNIGENITUM DARET. — Deus est verus amicus qui nos ab æterno amavit, IX, 286, 2. In Deo vere est actus amoris, quo diligit creaturas, VIII, 524, 2. Dei bonitas et benignitas erga genus humanum et mundum, VIII, 274, 1 ; XVI, 324, 2. Ingens erga nos Dei dilectio, XVIII, 93, 2 et seqq. ; 650, 1 ; XIX, 337, 1. Charitas Dei est incomprehensibilis, XVIII, 620, 1. Vehementia et deliciæ divini amoris, 533, 1, 2 et seq. Dei in nos amor immensus fuit, VII, 475, 2. Ipse beneficiis animam ad se trahit, et velut obruit, 559, 2. Deus nos sibi quasi cingulum ex amore astringit, XII, 113, 1, 2. Deus ex amore cum hominibus deliciatur, V, 240, 1. Quia fuit quasi amore ebrius, 241, 1. Amor Dei omnis boni causa est, V, 535, 1. Cur ipse Deus Pater carnem humanam non assumpserit ad suum amorem magis declarandum, XVI, 345, 1.

Osculum ethicum Christi est ejus amor erga homines, VII, 467, 1. Amor et dilectio Christi erga genus humanum in morte crucis maxime enituit, VIII, 194, 2. Hic amor fortis est ut mors et infernus, 218, 2. Idem amor fuit quasi ignis, 322, 1. Amoris hujus robur, 323, 2. Christus hominum amore captus, semetipsum exinanivit, 67, 1. Christus portentum amoris, XVI, 232, 1. Amor Christi erga nos etiam post mortem ipsius duravit, et etiamnum durat, VIII, 224, 1. *Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA, item JESUS CHRISTUS, cap. VIII, art. 1, JESUS CHRISTUS DEI HOMINUMQUE MEDIATOR, ET HUMANI GENERIS SALVATOR ET REDEMPTOR.

HOC EST AUTEM JUDICIUM : QUIA LUX VENIT IN MUNDUM, ET DILEXERUNT HOMINES MAGIS TENEBRAS QUAM LUCEM : ERANT ENIM EORUM MALA OPERA. — Christus sol est oriens in cordibus conversorum, occidens in peccatoribus, VII, 36, 2. Christus est lux tam creata quam increata, XX, 523, 1. Christus sol est, Joannes lucerna ardens et lucens, XVI, 383, 1, 2. Cur fidei lumen admirabile dicatur, XX, 290, 1, 2. Lex lux est, *Job*, 687, 1 et 2.

Peccati et tenebrarum similia, XX, 525, 1, 2. Tenebræ peccati quantæ, *Job*, 79, 2 ; 83, 1 ; 387, 1 ; 502, 2 ;

OMNIS ENIM QUI MALE AGIT, ODIT LUCEM, ET NON VENIT AD LUCEM, UT NON ARGUANTUR OPERA EJUS. — Non quia malorum eum pigeat pudeatque, sed quia ignorare meliora mavult, XVI, 347, 2. Odii Judæorum in Christum duodecim sunt causæ, VIII, 317, 1. Mali oderunt lucem, *Job*, 173, 1. Viæ sæculi pravæ, 472, 2, Imperfectorum involutæ, 171, 1. Peccator cæcus, 139, 2 ; 204, 2 ; 295, 1.

QUI AUTEM FACIT VERITATEM, VENIT AD LUCEM,

UT MANIFESTENTUR OPERA EJUS, QUIA IN DEO SUNT FACTA. — *Facere veritatem* quid, XVI, 346, 2. *Venit ad lucem*, id est meam doctrinam et fidem christianam amplectitur, *ibid.*

FERIA III.

(*Joan.*, X, 1-10.)

AMEN, AMEN DICO VOBIS : QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE OVIUM ; SED ASCENDIT ALIUNDE, ILLE FUR EST ET LATRO. — Parabola ostii ovilis et ovium pluribus exponitur, XVI, 468, 1 et seqq. Hujus parabolæ synopsis, *ibid.* et 2. Ejusdem tropologica interpretatio, 469, 1. Ad beneficia ecclesiastica variæ portæ, *ibid.*

QUI AUTEM INTRAT PER OSTIUM, PASTOR EST OVIUM. — Quid per ostium intelligendum, XVI, 469, 1, 2.

HUIC OSTIARIUS APERIT, ET OVES VOCEM EJUS AUDIUNT, ET PROPRIAS OVES VOCAT NOMINATIM. — Quis hic ostiarius, XVI, 469, 2. Ovis et hominis similitudo, XX, 308, 1. An per oves soli prædestinati intelligendi sint, XVI. 469, 2 et seq. Octo munia pastoris, 470, 1 (*Vide* PASTOR).

EGO SUM OSTIUM. PER ME SI QUIS INTROIERIT, SALVABITUB : ET INGREDIETUR, ET EGREDIETUR, ET PASCUA INVENIET. — *Ingredietur* et *egredietur* ingressum in Ecclesiam et egressum ex ea non significat, quid hæc locutio litteraliter symbolice et tropologice significet, XVI, 471, 1. Christus est via per quam itur, veritas in qua itur ; et vita ad quam itur, 540, 2 et seq. Qualia pascua in Ecclesia inveniantur, 471, 2 (*Vide notata Dominica* II *post Pascha*).

EGO VENI UT VITAM HABEANT, ET ABUNDANTIUS HABEANT. — Christus nobis est vita et omnia, XX, 408, 1. In ipso est vita, 518, 1. Vita triplex est, divina, angelica et humana, *ibid.* Non qualem qualem fidelibus Christus vitam præstat, XVI, 472, 1.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

(*Matth.*, XXVIII, 18-20.)

N. B. Omnia quæ de Deo, SS. Trinitate, vel de unaquaque SS. Trinitatis persona, de prædicatione, de baptismo dici possunt, capp. TRINITAS, APOSTOLI, EVANGELIUM, PRÆDICATIO, BAPTISMUS, exponuntur.

DATA EST MIHI OMNIS POTESTAS IN CŒLO ET IN TERRA. — Deus tam cœlo quam terra dominatur, IV, 326, 2. Quomodo et quo sensu illa potestas Christo a Deo data sit, XV, 657, 1.

EUNTES ERGO, DOCETE OMNES GENTES. — Doctrina Evangelica velut aqua per totum orbem derivata est, XIV, 535, 1, 2. Evangelium per omnes gentes ante urbis excidium non fuit disseminatum, XV, 504, 2. Evangelii prædicatio quam sonora ac potens fuerit, XXI, 33, 1. Apostoli, Judæis relictis, ad gentes abiere, XI. 248, 1, 2. Christus per legem Evangelicam omnes gentium rixas composuit, XI, 124, 1, 2. Fides christiana effecit ut regiones olim desertæ coli cœperint, XIV, 536, 2. Evangelii dilatatio facta per apostolos allegorice significatur per tabulas tabernaculi, I, 660, 1. Barbari et deserti præ aliis docendi sunt fidem Christi, VIII, 200, 2.

DOCENTES EOS SERVARE OMNIA QUÆCUMQUE MANDAVI VOBIS. — Omnia fidei mysteria in Evangelio traduntur, XV, 4, 2. Per hæc verba intelliguntur omnia præcepta quæ in Evangelio mandantur, 657, 2.

ET ECCE VOBISCUM SUM OMNIBUS DIEBUS, USQUE AD CONSUMMATIONEM SÆCULI. — Quotuplici modo Christus jugiter nobiscum maneat, XV, 653, 1, 2. Quomodo in anima maneat semper quasi rex, quasi paterfamilias, quasi auriga, quasi ratio, quasi anima, quasi ignis et sol, 658, 2 ; 659, 1, 2. Nihil homini deest, cum quo est Deus, III, 285, 2. Deo duce nihil timendum, 8, 1. Deo duce omnia superamus, idque quamvis numero impares, 149, 2. Adjutore Deo, inermis vincit armatum, 411, 1. Deus justificatos non derelinquit, nisi se prius derelinquentes, 7, 1.

DOMINICA I POST PENTECOSTEN.

(*Luc*, VI, 36-42.)

ESTOTE ERGO MISERICORDES, SICUT ET PATER VESTER MISERICORS EST. — Misericordia quam sit homini necessaria, IV, 305, 1. Misericordiæ tam spiritualis quam corporalis opera, 271, 1. Quomodo sit Deus misericors et præstabilis super peccatores, XIII, 496, 1, 2. Quomodo Deum tum in misericordia, tum in aliis quatuordecim attributis imitari possimus, et sancti viri imitentur, 497, 1, 2. *Vide* MISERICORDIA.

NOLITE JUDICARE, ET NON JUDICABIMINI. *Vide* JUDICIUM TEMERARIUM.

DATE, ET DABITUR VOBIS ; MENSURAM BONAM, ET CONFERTAM, ET COAGITATAM, ET SUPEREFFLUENTEM DABUNT IN SINUM VESTRUM. — Omnia in mensura, numero et pondere disposuit Deus, VIII, 519, 2. Misericordia in alium est remedium propriæ miseriæ, XI, 302, 1.

EADEM QUIPPE MENSURA QUA MENSI FUERITIS, REMETIETUR VOBIS. — Mensuram intellige similem, non æqualem, XV, 206, 1. Probatur exempli Zambri, III, 636, 1, 2. Item exemplo Achab possidentis vineam Naboth, 667, 2 ; 668, 1. Avaritia egestate et penuria punitur, XIV, 569, 2.

NON EST DISCIPULUS SUPER MAGISTRUM ; PERFECTUS AUTEM OMNIS ERIT, SI SIT SICUT MAGISTER EJUS. — Perfectio Dei optimi, maximi, nobis imitanda est, XV, 178, 1, 2. Vitæ perfectio et sanctitas in quo consistit, VII, 414, 1 ; XIV, 214, 1. Cor totum Deo dandum et ad perfectionem tendendum, 445, 2. Perfectus esse qui cupit, omnia sua

relinquit ut Deum sequatur, XV, 429, 2. Vitæ perfectio in religione servata alios ad eam sectandam allicit, XIV, 448, 2. Christianus in omnibus suis actionibus esse debet velut sol, VII, 38, 2. Quisque prius propriæ perfectioni intendere debet, deinde proximum perficere conari, 138, 2. Anima perfecta est hortus conclusus et fons signatus, VIII, 74, 2 et seq Isque hortus duplici pessulo obseratur, *ibid.* Item aliis, 75, 1, 2. Perfectus est candidus per fidem, rubicundus per charitatem ; aut candidus per innocentiam, rubicundus per patientiam, 119, 1. Tres sunt gradus piorum et virtutis, 154, 1. Anima sancta per viam mandatorum Dei currens pulchre incedit, rectaque in cœlum tendit, 166, 2 (*Vide* PERFECTIO, PERFECTUS).

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

(*Joan.*, VI, 56-59.)

N. B. Omnia quæ de Eucharistia quatenus sacramentum et quatenus sacrificium desiderantur, cap. EUCHARISTIA invenire est; hic ea tantum quæ ad pleniorem Evangelii hujusce diei expositionem inservire possunt, indigitantur.

CARO ENIM MEA VERE EST CIBUS; ET SANGUIS MEUS VERE EST POTUS. — Venerabilis Eucharistia est mensa Ecclesiæ, V, 252, 1. Est dignior quam omnia vetera sacrificia et epulæ mundi, 522, 1. Altare est velut mensa sapientiæ, 250, 2. Est ferculum Christi, VIII, 15, 1. In Eucharistia Christus vere est fructus et cibus, quo vescimur et pascimur, VII, 552, 2 et seq. Christus ipse Eucharistiam primus comedit, VIII, 93, 1. Eucharistia est fructus delicatissimus, VII, 555, 1, 2; VIII, 88, 2. Item favus sapidissimus, VIII, 92, 2. Ejus sacrificium in pane et vino est a Christo institutum, cur, XIII, 400, 2 et seq. Ipsa Eucharistia est convivium pinguium, XI, 367, 1, 2. In Ecclesia juge convivium nobis a Christo apponitur, XV, 474, 2. Jubemur in oratione Dominica petere panem quotidianum et supersubstantialem, et quis ille sit, 191, 2 et seqq. Eucharistia est dignior manna Mosaica, XVI,394, 2. Est panis verus et vivificus, 408, 2 et seqq. Cur ipsa dicatur commixtum, XI, 420, 1. In ea verum Christi corpus manducamus, non mystice aut spiritualiter, XVI, 401, 1 et seqq. Præstat omni cibo, 408, 1, 2. In ea manducatur Christus non crudo modo, ut aliæ carnes, 410, 2; 411, 1, 2. Caro Christi est cibus animæ, *Job*, 628, 1. Eucharistia cur vocetur lac rationabile, XX, 278, 1. In venerabili Eucharistia dat Christus dilectis suis ubera sua, VII, 475, 1. Christi ubera in Eucharistia laxantur, XII, 151, 2. Altare in quo Eucharistia sumitur est velut cella vinaria, VII, 556, 2. Quam venerabilis Eucharistia animæ devotæ sit sapida, VIII, 600, 2. Ipsa sanctis velut ambrosia est, 643, 1. Ipsa fideles spiritualiter inebriat, XIII, 471, 2. Ab ipsa provenit ebrietas spiritualis, VIII, 95, 1. Est enim vinum purissimum et spirituale, 197, 1.

QUI MANDUCAT MEAM CARNEM, ET BIBIT MEUM SANGUINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO. — *Manet* quid hic importet, XVI, 407, 2. Quomodo illa mansio fiat in nobis, *ibid.* et seq. Ordo rerum in communione Eucharistiæ, 407, 2 et seq. In Eucharistia fit realis unio animæ cum Christo, VII, 557, 2. Eaque fit per illapsum Christi, 558, 1.

SICUT MISIT ME VIVENS PATER, ET EGO VIVO PROPTER PATREM; ET QUI MANDUCAT ME, ET IPSE VIVET PROPTER ME. — Hic Christus dat causam cur ipse in Eucharistia sit panis vivus et vivificus, XVI, 408, 2. Caro Christi est nobis via vivens, XIX, 458, 2. Scala seu gradatio qua vita ab æterno Patre ad nos usque descendit, XVI, 409, 2. Ipsa mortuos ad vitam revocat, XI, 381, 2. Christus quasi pelicanus suo nos sanguine vivificat, IX, 150, 3. Eucharistia est vita animæ, 394, 1. Est panis vitæ, 437, 2. Dat robur animæ, 438, 2. Prodest ad spiritus vigorem reparandum, XXI, 46, 2.

QUI MANDUCAT HUNC PANEM, VIVET IN ÆTERNUM. — Eucharistiæ facit longævos, ut et timor Dei, IX, 79, 2. Qui manducat Christi carnem vivet in æternum, quia scilicet Deum et deitatem manducat quæ manducanti semper præsens et assistens, jugiter suam vitam illi aspirat, XVI, 409, 2; 410, 1.

DOMINICA II POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XIV, 16-24.)

HOMO QUIDAM FECIT CŒNAM MAGNAM. — Confer *notata Dominicæ XIX post Pentecosten.* Quæ sit hæc cœna magna quam homo quidam paravit, XXI, 197, 1 et seqq. Cum quidam Patres per cœnam hanc intelligunt gloriam cœlestem, de ea poterit agi. *Vide* BEATI, BEATITUDO, CŒLUM, etc.

ET MISIT SERVUM SUUM HORA CŒNÆ DICERE INVITATIS UT VENIRENT, QUIA PARATA SUNT OMNIA. ET CŒPERUNT SIMUL OMNES EXCUSARE. — Invitatorum horum excusatio excutitur, num admitti mereatur, XV, 197, 2; 198, 2. Vocanti Deo parendum, *Job*, 327, 1. Ingratitudo infame vitium, 32, 1 ; 210, 2.

Quia vero per illum qui villam emit, quidam intelligunt superbos et ambitiosos; per ementes boves, colligendis opibus deditos; per eum qui uxorem duxit, eos qui libidini addicti sunt, aut nimio affectu erga rem uxoriam feruntur : hisce præmonitis adeunda sunt si libuerit, capita sequentia : SUPERBIA, AVARITIA, DIVITIÆ, LIBIDO, MULIER, UXOR. — Hic tantum quæ ad explicationem textus evangelici conducere possunt subjicimus.

PRIMUS DIXIT EI : VILLAM EMI, ET NECESSE HABEO EXIRE ET VIDERE ILLAM. — Quinam hic litteraliter intelligantur, XVI, 107, 2 et seq. Vanitas mundanorum, 198, 1. Honores non debent mutare mores, et ea de re exempla, I, 372, 1. Ambitio

quam sit res detestabilis et periculosa, II, 275, 1, 2 (*Vide* AMBITIO, SUPERBIA).

ROGO TE, HABE ME EXCUSATUM. — Uti illi invitati ob res frivolas excusari se petiere, quominus ad cœnam paratam venirent, sic peccator detinetur rebus nihili et frivolis, quominus ad Deum redeat, XIII, 605, 2. Creaturæ quæ illum detinent, sunt tantum umbræ rerum : solus Deus est ipsa essentia in se, 606, 1.

ET ALTER DIXIT : JUGA BOUM EMI QUINQUE, ET EO PROBARE ILLA. — Veterum divitiæ in armentis et gregibus consistebant, VII, 97, 2. Per hunc ut plurimum avari repræsentantur, *vide* AURUM, AVARITIA, CUPIDITAS, DIVITIÆ. Terreni homines sunt velut talpæ et vespertiliones, XI, 130, 1. Divitiarum amor a regno Dei avertit, XII, 588, 2. Cupiditas opum est ruina reipublicæ et Ecclesiæ, 662, 1, 2. Lucri nimia aviditas sæpe hominem extra juris et justitiæ metas rapit, XIII, 449, 2. Divites difficillime cœlum intrant, XV, 430, 1. Sed per Dei gratiam intrare possunt, 432, 2. Eliseus secutus Eliam duodecim juga relinquit : quinque ergo non sint christianis impedimento, III, 660, 1, 2.

ET ALIUS DIXIT : UXOREM DUXI, ET IDEO NON POSSUM VENIRE. — An conjugium hic reprehendatur, XVI, 198, 2. Res uxoria sapientiæ maxime adversatur, V, 65, 2. In concupiscentia carnali maxime elucet fomes peccati et naturæ corruptio, VI, 57, 1 (*Vide* LIBIDO, MULIER, UXOR). Rex uxoria ita mentem excæcat et obnubilat, ut spiritum sapientiæ nequeat percipere, VIII, 279, 1, 2. Est tempus uxoris ducendæ, et tempus ab ea abstinendi, VII, 134, 2. Qui Deum propter uxorem deserit servus ejus est, instar Achab, III, 668, 1, 2. Uxores et filii sunt abdicandi, ut Deo obsequamur, IV, 227, 1, 2.

TUNC IRATUS PATERFAMILIAS, DIXIT SERVO SUO : EXI CITO IN PLATEAS, ET VICOS CIVITATIS, ET PAUPERES, AC DEBILES, ET CÆCOS, ET CLAUDOS INTRODUC HUC. — Quinam hic litteraliter et tropologice intelligantur, XVI, 199, 1. In apostatantium locum alii a Deo sufficiuntur, XXI, 75, 1. Pauperes cur mensæ præ divitibus sint adhibendi, XVI, 196, 2.

EXI IN VIAS ET SEPES, ET COMPELLE INTRARE, UT IMPLEATUR DOMUS MEA. — Quid per sepes hic intelligatur, XVI, 199, 1, 2. Quomodo compellendi sint homines ad fidem, *ibid.*, 2. An hæretici ad fidem violenter cogi possint, V, 333, 2.

DOMINICA III POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XV, 1-10.)

ERANT AUTEM APPROPINQUANTES EI PUBLICANI ET PECCATORES, UT AUDIRENT ILLUM. — Sancti suscipiunt animas omnes, etiam peccatores, V, 343, 1. Peccatores non sunt rejiciendi, nec exacerbandi, IX, 265, 1, 2. De summa Dei clementia erga peccatores, XIX, 186, 1 (*Vide* DEI BONITAS, MISERICORDIA). Nos etiam, sicut hi peccatores, Christum accedere, imo ad ipsum currere debemus, XIX, 48, 2. Pœnitentes tantum Christum persequantur, quantum ab eo peccando fugerunt, 46, 2. Modi Dei appropinquandi, XX, 182, 1 et seqq. ; 183, 1.

Qui cum peccatoribus agit, ad eos convertendos, iis se aliquatenus accommodet oportet, VIII, 105, 2. Et si quis hac e conversatione ei adhæreat pulvisculus, facile decutitur, et obruitur a tot ferventis charitatis actibus et laboribus, 106, 1. Hunc vero metum piis veris Christus adimit, robur iis, et gratiam ad hoc bene faciendum suggerendo, *ibid.*, 2 et seq.

ET MURMURABANT PHARISÆI ET SCRIBÆ. — Quantus fastus pharisaicus erga peccatores, XVI, 203, 1. Pharisaicum est in malum omnia accipere, *Job*, 203, 1. Susurrones noxii, 176, 1. Malignos Deus aversatur, 215, 2. Murmurantes quam graviter olim a Deo puniti fuerint, *vide* MURMUR, MURMURARE.

ET AIT AD ILLOS PARABOLAM ISTAM, DICENS : QUIS EX VOBIS HOMO, QUI HABET CENTUM OVES, ETC. — Parabola ovis perditæ, XVI, 203, 1, 2. Carlomanni Austrasiæ et Sueviæ regis, monachi Cassinatis humilitas, 203, 2. Parabola drachmæ perditæ, 205, 1, 2.

DICO VOBIS, QUOD ITA GAUDIUM ERIT IN CŒLO SUPER UNO PECCATORE PŒNITENTIAM AGENTE, QUAM SUPER NONAGINTA NOVEM JUSTIS QUI NON INDIGENT PŒNITENTIA. — Quia justificatio peccatoris majus Dei est opus, quam mundi creatio, XII, 130, 2. Justificare peccatorem difficilius est quam creare, et peccata remittere majus est quam miraculum facere, XV, 240. Quomodo animæ conversio et vivificatio a Deo peragatur, 249, 2 (*Vide* PECCATOR, PŒNITENTIA). Deus diu peccatores ad pœnitentiam expectat, XX, 339, 2. Vult omnes salvos fieri, 481, 2 et seqq. Angelo peccanti Deus non pepercit, sed homini, cur, 443, 2.

Conversio peccatoris est omnium bonum, XVI, 204. 1. Est ingens, Deo et angelis gaudium, *ibid.* Visio S. Pauli Simplicis de peccatore converso, *ibid.* Lacrymæ pœnitentium sunt vinum angelorum, et ipsi Christo sapidissimæ, III, 119. 2 ; VIII, 90, 2. Angeli et sancti in cœlo festum agunt Encæniorum de peccatore pœnitente, IV, 433, 2. Deum et angelos quomodo lætificemus, XI, 240, 1, 2. Animam a peccati statu ad gratiæ statum redeuntem, jamque sancte viventem, angeli mirantur, eique applaudunt, VIII, 5, 1. Tunc illa ascendit ad cœlestia, velut virgula fumi aromatici, 6, 2. Anima enim fit formosa per pœnitentiam, uti fuit per culpam nigra, VII, 494, 2. Compunctio cœleste gaudium, V. 413, 2 et seqq. Pœnitens ea pascitur, et quæ compunctionis sit materia, *ibid.*

An verum sit Deum plus de uno peccatore converso gaudere, quam de nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia, XVI, 204, 2 et seq.

DOMINICA IV POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, v, 1-11.)

FACTUM EST AUTEM CUM TURBÆ IRRUERENT IN EUM, UT AUDIRENT VERBUM DEI, ET IPSE STABAT SECUS STAGNUM GENESARETH..... ASCENDENS AUTEM IN UNAM NAVIM QUÆ ERAT SIMONIS, ROGAVIT EUM A TERRA REDUCERE PUSILLUM. — Ut hic in navi Petri Redemptor turbas docuit, sic in Ecclesia, quæ domus est sapientiæ, omnes omnino homines docet, V, 245, 1, 2. Navis hæc, quia Petri, typus est Romanæ Ecclesiæ, quæ S. Petri velut navis est quæ omnes ad se venientes benigne admittit, et secundum corpus et animam bene habet, XV, 132, 2; XVI, 109, 1 2; XVII, 237, 1.

D. Ambrosius serm. II *in Lucam*, quod Christus in navi Petri concionetur, refert ad ejus primatum, dicens : *Hanc solam Ecclesiæ navem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus.* Et postea hic soli Petro dicitur : *Duc in altum*, etc. Poterit hic ergo agi de Ecclesia, ac de fidei christianæ certitudine, et de S. Petri primatu, de quibus *vide* ECCLESIA, FIDES, S. PETRUS.

UT CESSAVIT AUTEM LOQUI, DIXIT AD SIMONEM : DUC IN ALTUM, ET LAXATE RETIA VESTRA IN CAPTURAM. — Negotiantibus et agentibus succurrit Deus, X, 560, 2. Diabolus et Christus quam diversimode piscentur, XII, 715, 2.

ET RESPONDENS SIMON, DIXIT ILLI : PRÆCEPTOR, PER TOTAM NOCTEM LABORANTES NIL CEPIMUS. — Noctu vigilandum et laborandum, VI, 503, 1, 2. Quamdiu in hac vita homines vivunt, semper laborent oportet, VII, 25, 1. Imo quidquid in mundo est, nonnisi labor et anxietas est, 23, 2. Mundanorum inania, vana, laboriosa studia et contentiones, XIV, 59, 1; 376, 1. Avari et gulosi quoque noctes ducunt insomnes, et anxiis curis laborant, VII, 213, 2 et seq. Bona opera quinam amittant, XIV, 324, 1, 2. Homo nihil ex se potest, *Job*, 165, 2.

IN VERBO AUTEM TUO LAXABO RETE. — Quomodo Deo fidendum, et nobis diffidendum, II, 434, 1. Dei directioni in omnibus acquiescere debemus, I, 736, 2. Quod exemplis probatur, *ibid.* Quænam hujus rei ratio, *ibid.* In arduis Deo parendum, III, 346, 1. A Deo omnia sunt incipienda X, 259, 1. Omnia nostra ad obsequium Dei esse referenda, XVIII, 231, 1. Deo fidendum, etiam in rebus desperatissimis, XIX, 479, 1. Homo ex se nihil potest, sed debet omnia Deo ascribere, XVIII, 280, 1, 2. Nox symbolum calamitatis, *Job*, 663, 2. Quieti deputata, 386, 1. Homo ex se nihil potest, 165, 2.

ET CUM HOC FECISSENT, CONCLUSERUNT PISCIUM MULTITUDINEM COPIOSAM, RUMPEBATUR AUTEM RETE EORUM. — Hic est fructus et merces obedientiæ, XVI, 108, 2. Fructus spes omnem laborem solatur, XX, 205, 1.

QUOD CUM VIDISSET SIMON PETRUS, PROCIDIT AD GENUA JESU, DICENS : EXI A ME, QUIA HOMO PECCATOR SUM. — Quomodo sancti maximi se vocent maximos peccatores, VI, 422, 2 et seq. Humiliter agendum cum Deo, 231, 1.

ET AIT AD SIMONEM JESUS : NOLI TIMERE; EX HOC JAM HOMINES ERIT CAPIENS. — Homines sunt in hoc mundo pisces, ob varias analogias, XIV, 214, 2. In quo piscatio piscium et piscatio hominum differant, XV, 132, 2; XVI, 108, 2. Sicuti piscatores ut piscentur, multa debent pati ab aura, ventis, frigore, etc.; ita qui capere volunt animas, multa debent pati, XVIII, 554, 2 (*Vide* CONCIONATOR, PASTOR, etc.). Animas lucrandi ratio, XX, 226, 2. Eas qui convertunt sunt earum post Christum salvatores, 227, 1. Eas convertens operit peccata, 228, 1, 2.

ET SUBDUCTIS AD TERRAM NAVIBUS, RELICTIS OMNIBUS, SECUTI SUNT EUM. — Typus et ordo vocationum Dei, I, 474, 2. Velocitas in via Dei quam sit salutaris, X, 130, 1, 2. Quanta vis fuit miraculi capturæ piscium, et vocis Christi vocantis apostolos tum exterius, tum interius, XV, 133, 1. Hoc exemplum apostolorum imitentur, qui a Christo ad apostolatum, ad actus heroicos, etc., vocantur, *ibid.* Omnia contemnenda ut Christum lucremur, XIX, 44, 2.

DOMINICA V POST PENTECOSTEN.

(*Matth.*, v, 20-24.)

NISI ABUNDAVERIT JUSTITIA VESTRA PLUSQUAM SCRIBARUM ET PHARISÆORUM, NON INTRABITIS IN REGNUM CŒLORUM. — Exigit Christus plus a Christianis quam olim Deus a Judæis, hinc doctrina ejus vocari posset onus grave, quo sensu, XIV, 451, 1, 2. Scribarum et Pharisæorum ortus et auctores, XIV, 513, 2. Errores Scribarum tres, XV, 158, 2 et seq. (*Vide* PHARISÆI). Justitia humana incerta, *Job*, 231, 2; 340, 2. Pharisaicum vitium quale, 203, 1; 213, 2; 219, 2.

AUDISTIS QUIA DICTUM EST ANTIQUS : NON OCCIDES; QUI AUTEM OCCIDERIT, REUS ERIT JUDICIO. EGO AUTEM DICO VOBIS, QUIA OMNIS QUI IRASCITUR FRATRI SUO, REUS ERIT JUDICIO. — Christus non tantum Scribas, sed et legem perficit, XV, 159, 1. Ira quando peccatum, quando non, *ibid.*, 2. Ira aliqua laudabilis, *ibid.* (*Vide* IRA pro omnibus quæ ad hoc iræ vitium spectant, item ULTIO). Judicium quid hic significet, XV, 159, 2; 160, 1.

QUI AUTEM DIXERIT FRATRI SUO RACA, REUS ERIT CONCILIO. — Raca dicere fratri suo quid sit, et unde vox derivetur, XV, 160, 2 et seqq. Raca veniale vel mortale, 161, 1. Triplex tribunal Hebræorum, *ibid.* Sensus loci genuinus, *ibid.*, 2. Peccatum aliud veniale, aliud mortale, *ibid.* Quomodo malis mala imprecari liceat, VII, 298, 2. Convicia nostrorum vitiorum nos monent, VI, 235, 1, 2 (*Vide* CONVICIUM, DETRACTIO).

QUI AUTEM DIXERIT : FATUE, REUS ERIT GEHENNÆ IGNIS. — Convitium est gravis injuria, eaque pensanda ex affectu convitiantis, et dignitate personæ cui dicitur, XX, 162, 1.

SI ERGO OFFERS MUNUS TUUM AD ALTARE, ET IBI RECORDATUS FUERIS QUIA FRATER TUUS HABET ALIQUID ADVERSUM TE, RELINQUE IBI MUNUS TUUM ANTE ALTARE, ET VADE PRIUS RECONCILIARI FRATRI TUO, ET TUNC VENIENS OFFERES MUNUS TUUM. — Reconciliatio cum fratre ante sacrificium et oblationem est præcepta, XV, 162, 2 et seq. Moderatio præcepti, *ibid.* Lis cum amico amice transigenda est, VI, 261, 2. Quærens in offensa reconciliationem edit opus heroicæ virtutis, 51, 2 et seq. Injuriam acceptam non ulcisci, sancta ultio est, 14, 1, 2. Offensum prævenire quam decorum et meritorium sit, XIII, 434, 1. Quomodo in eo Dei et hominum dispar sit sensus, *ibid.* Sacrificium expiationem prærequirit, *Job*, 16, 2 ; 481, 2. Conscientia examinanda, 192, 2; 216, 2; 219, 2; 297, 1; 486, 1,

DOMINICA VI POST PENTECOSTEN.

(*Marc.*, VIII, 1-9.)

Vide notata Dominica IV in Quadragesima, idem enim est Evangelium.

DOMINICA VII POST PENTECOSTEN.

(*Matth.*, VII, 15-21.)

ATTENDITE A FALSIS PROPHETIS. — Societas malorum cavenda, quia eorum exempla destruunt alios, VII, 331, 2 et seq. Scandalosi et hæretici cavendi sunt, IV, 213, 1, 2; IX, 273, 1. Item peccatores, 584, 1, 2. Cum impiis agens fit plerumque culpæ et pœnæ eorum particeps, 379, 1, 2. Hæretici sunt falsi prophetæ, item pravi doctores, XV, 211, 1. *Vide* CONSORTIUM, SOCIETAS.

QUI VENIUNT AD VOS IN VESTIMENTIS OVIUM.— Vestes ovium quæ, XV, 211, 2. Hæretici suas hæreses verbis blandis colorant, XX, 442, 1. Novitios et nutantes in fide ad se pelliciunt, 464, 2. Simplicitas physica et moralis quæ sit, XVII, 109, 1. Hæretici vestem peregrinam induunt, XIV, 277, 2. Cur perdicibus assimilentur, XII, 142, 2. Hæretici fidem Christi mentiuntur, VII, 506, 1, 2. Hæretici, ut hæresi suæ auctoritatem conciliarent, prophetiæ donum ambierunt, XI, 43, 2. Vitia virtutis specie fallunt, *Job*, 71, 2.

INTRINSECUS AUTEM SUNT LUPI RAPACES.— Lupi sunt sævitiæ et gulæ symbolum, IX, 397, 2. Hæretici vere lupi sunt, XII, 53, 2. Lupi vespertini qui dicantur, XIV, 208, 2. Hæretici lupis vespertinis assimilantur, XIV, 210, 1. Lupis comparantur ob octo analogias, XVII, 371, 1. Hæretici vulpes vocari possunt, ideoque nocent vineæ Ecclesiæ, VII, 591, 1; XII, 590, 1, 2. Optime per vulpes denotantur, *ibid.*, 2. Quomodo hæ vulpes capiendæ, *ibid.* Hæretici sunt hirundines, IV, 274, 1. Hæretici sunt spinæ, Ecclesiam pungentes et lancinantes, VII, 550, 1. Hæreticorum fraudes, XIII, 450, 1. Hæretici Chananæis fraudulentis similes sunt, 450, 1, 2 (*Vide* HÆRESIS, HÆRETICI).

Peccata homines in bestias transformant, II, 71, 1. Impii similes sunt feris, 112, 2. Bestialiter viventes sunt bestiæ, XIII, 60, 1.

A FRUCTIBUS EORUM COGNOSCETIS EOS. Ab hæresi et ab hæreticis nullus fructus bonus et suavis, sed malus, asper et spinosus colligitur, XV, 211, 2. De hæreticorum fructibus, XVIII, 357, 2; XIX, 288, 2 (*Vide* HÆRETICORUM MORES ET VITA).— Hæreticorum mores, XIV, 90, 2. Eorum fructus sunt sacrilegia et templorum profanatio, contra quos clamabunt lapides et ruinæ in die judicii, XIV, 231, 1. Voluntas bona vel mala ex operum aliquorum bonitate aut malitia se prodit, XV, 213, 1. Sanctum opus fieri debet sancte et perfecte, VIII, 402, 2. Hæreticorum carnales spurcitiæ, libido, et fœda sacra, XX, 91, 1, 2; 164, 2; 457, 1, 2 et seq.; 458, 2; 460, 1. Christianismo ad luxuriam et vitæ licentiam, 656, 2.

SIC OMNIS ARBOR BONA FRUCTUS BONOS FACIT; MALA AUTEM ARBOR MALOS FRUCTUS FACIT. — Quid per bonam arborem hic significetur, XV, 212, 1.

NON POTEST ARBOR BONA MALOS FRUCTUS FACERE; NEQUE ARBOR MALA BONOS FRUCTUS FACERE. — Hæc verba in sensu composito et formali, non in sensu materiali et diviso intelligenda XV, 212, 2. Hæretici qui hoc loco abusi sunt, *ibid.*, 2. Hæc tamen generalius accipi et applicari possunt voluntati bonæ vel malæ, quia plerumque bona vel mala voluntas operum, non omnium, sed aliquorum, ad quæ magis inclinat, bonitate vel malitia se prodit, 213, 1. Anima est vitæ et vitalis operationis fons, VIII, 582, 1. An omnia infidelium opera sint peccata, XVIII 235, 1.

NON OMNIS QUI DICIT MIHI : DOMINE, DOMINE, INTRABIT IN REGNUM CŒLORUM; SED QUI FACIT VOLUNTATEM PATRIS MEI, QUI IN CŒLIS EST, IPSE INTRABIT IN REGNUM CŒLORUM.—*Non omnis qui dicit*, etc., nequidem si in nomine Domini prophetaverit, III, 389, 1. Scire Deum non juvat, nisi scientia sit practica, 275, 2. Obedientia Deo grata, 64, 1; 358, 1. Quinam sint qui voluntatem Dei impleant, XV, 213, 2.

DOMINICA VIII POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XVI, 1-19.)

HOMO QUIDAM ERAT DIVES, QUI HABEBAT VILLICUM; ET HIC DIFFAMATUS EST APUD ILLUM QUASI DISSIPASSET BONA IPSIUS. — Ex hac parabola primum discendum nos non esse dominos, sed potius alienarum facultatum villicos, XV, 214, 2 et seq. Bona Dei sunt creaturæ, quarum usum hominibus concedit, quæ impiis invitæ serviunt, piis liben-

ter, XIII, 309, 2. Lucra et pacta injusta sunt rescindenda, XI, 677, 2 et seq. Praxis ditescendi optima sita est in parcimonia, VIII, 211, 2. Moderatus pastorum et divitiarum usus laudabilis est, 220, 1. Bonus earum usus est donum gratiæ Dei, 124, 2; 220, 2 et seq. (*Vide* DIVITIÆ).

ET VOCAVIT ILLUM, ET AIT ILLI : QUID HOC AUDIO DE TE ? REDDE RATIONEM VILLICATIONIS TUÆ. — Fama sæpe major est veritate, ac rem plus justo adauget vel detorquet, IV, 450, 1. Idem dicit Christus cuique in morte, XV, 215, 2. Visio Joannis abbatis, *ibid.* Stephano abbati moribundo peccata objecta, *ibid.*

AIT AUTEM VILLICUS INTRA SE : QUID FACIAM, QUIA DOMINUS MEUS AUFERT A ME VILLICATIONEM ? FODERE NON VALEO, MENDICARE ERUBESCO. SCIO QUID FACIAM. — Consilium quantopere Christiano necessarium, XI, 258, 1. Uti villicus hic, factus inops, iniquis artibus rem suam augere voluit, ita pauperes sæpe ex inopia peccant, XIV, 600, 1. Villicus hic e re nata sibi prospiciendi occasionem captans, ostendit melius esse frui præsentibus quam quærere et desiderare absentia, VII, 231, 1. Casus sæpe plus valet quam consilium, ars, industria, 321, 2. Vice versa industria artem et scientiam superat, 344, 1. Etiam in rebus spiritualibus, *ibid.*, et seq.

ET LAUDAVIT DOMINUS VILLICUM INIQUITATIS, QUIA PRUDENTER FECISSET. — Prudentia in rebus agendis est melior quam cordis desideria sequi, VII, 230, 2. Divitiæ bonæ sunt, si prudentiam et sapientiam comites habeant, 255, 2. Prudentia, tam naturalis quam supernaturalis, ingens Dei donum est, XI, 257, 1, 2. Quid Dominus hic in villico laudaverit, XVI, 216, 2.

QUIA FILII HUJUS SÆCULI PRUDENTIORES FILIIS LUCIS IN GENERATIONE SUA SUNT. — Prudentia quid sit, et quis vere prudens, XX, 353, 1 (*Vide* PRUDENTIA). Mundani in terrenis sunt lyncei, in divinis talpæ, XI, 130, 1; 389, 1; XII, 48, 1. In hoc sæculo quidem laudantur, sed non in altero, nam potentes et aliorum vafri oppressores ibi potenter tormenta patientur, VIII, 398, 1. Subtilitatis origo et commendatio, 441, 1, Subtilitas in practicis laudabilis est : sanctæ actionis subtilitas est intentio, 442, 1. Columbæ, cui filii lucis simplices assimilantur, simplicitas pluribus deducitur, XIII, 383, 2; 384, 1. Applicatio parabolæ villici, XV, 216, 2; 217, 1. Excæcatio filiorum hujus sæculi, III, 616, 2. Consilium politici prudens, revera imprudens, 619, 1, 2.

ET IDEO VOBIS DICO : FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA INIQUITATIS, UT CUM DEFECERITIS, RECIPIANT VOS IN ÆTERNA TABERNACULA. — Opes iniquæ sunt, cur, XVI, 217, 2. Quatuor ob causas divitiæ dicuntur iniquæ, IX, 173, 1. Mammonæ etymon, *ibid.* Cur opes vocentur item alienæ, 218, 2 et seqq. Divitiarum utilitas in qua re sita sit, VII, 256, 1; 257, 1. Pecuniæ obediunt omnia, 356, 1, 2. Illius vis et numen, 357, 1. Homo cogitet se hic non fore perpetuum, maxime avarus, dum semper opes coacervat, 238, 1. Eleemosynarii ab iis quibus bene fecerunt, inter cœli palatia admittuntur, XVI, 218, 1. Pauperes sunt cœli janitores, *ibid.* (*Vide* DIVITIÆ, ELEEMOSYNA, PAUPER).

DOMINICA IX POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XIX, 14-46.)

UT APPROPINQUAVIT (Jesus), VIDENS CIVITATEM, FLEVIT SUPER ILLAM. — Cur Christus videns civitatem super illam flevit, XVI, 253, 1. Christus sæpe flevit, *Job*, 364, 2. Fletus est pœnitentiæ condimentum, 96, 2. Deus punit nolens et invitus, XI, 117, 2; 388, 1, 2. Anima cujusque est velut urbs, ejus fabrica et ruina, XIII, 579, 1. Dei gemitus et stridor ex fastidio, et ex offensione suspirium quo se excitat ad anhelatam plagam in impios, 554, 2.

DICENS : QUIA SI COGNOVISSES ET TU, ET QUIDEM IN HAC DIE TUA, QUÆ AD PACEM TIBI. — Occasio dum offertur, captanda est, maxime ad bene agendum, VII, 130, 1, 2; XVIII, 55, 2. Temporis et opportunitatis quanta ratio habenda, XIV, 320, 2; XX, 634, 2; XXI, 217, 1. Cognitio sui est via ad cognitionem Dei, VII, 508, 2. Per hanc cognitionem anima sibi Dei præsentiam conciliat, 509, 1. Novissimorum recordatio hominem a malo trahit, et ad bonum incitat, IX, 257, 1, 2. Providentiæ est futura mala prospicere, *Job*, 97, 2. Vehemens Christi, doloris æque ac indignationis sensus, XVI, 253, 2. Suam hic diem habet anima perversa, quæ transitorio gaudet in tempore, *ibid.* et seq.

QUIA VENIENT DIES IN TE, ET CIRCUMDABUNT TE INIMICI TUI VALLO, ET COANGUSTABUNT TE. — Quia Judæi hanc urbis obsessionem sua culpa promeruere, agi poterit quomodo Deus mala infligat et pœnam culpæ commensurat, XIII, 608, 2 Sicut Deus suo tempore civitatem hanc punivit, ita peccatorum mensura impleta solet punire, XIX, 122, 2. Judæa Christianis urbe evertenda egressis, soli perfidi Judæi obsessi sunt et afflicti, sic impius sæpe luit pœnas, pio manente indemni, VI, 115, 1, 2. Dies Domini est dies vindictæ, XI, 129, 1. Ruentis reipublicæ octo pœnæ, 133, 1. De excidio urbis Jerusalem, *vide* JERUSALEM.

ET NON RELINQUENT IN TE LAPIDEM SUPER LAPIDEM. — Quomodo hæc prædictio adimpleta fuerit, XVI, 254, 1. Gentibus Jerusalem capientibus et templum profanantibus, ipsa fuit lapis oneris, XIV, 485, 1. Deus irridet sui irrisores, et gravi clade et ruina eos opprimet, V, 51, 2. Anima peccato infecta est velut urbs eversa et pessumdata, XIV, 494, 2. Hæc omnia a Christo prædicta in morte contingunt animæ quæ voluptatibus carnis servit, XVI, 254, 2.

EO QUOD NON COGNOVERIS TEMPUS VISITATIONIS TUÆ. — Quod sit tempus visitationis, XVI, 254, 2,

Jerusalem quanta fuerit impietas tempore Christi, XI, 110, 1, 2. Judæorum tempore Christi cæcitas et surditas, 182, 1, 2 (*Vide* JERUSALEM, JUDÆI). Oblivio Dei et sui quantum si malum, XII, 613, 2.

ET INGRESSUS IN TEMPLUM CŒPIT EJICERE VENDENTES IN ILLO ET EMENTES. — Quare hoc a Domino factum sit, XV, 464, 2. Templum decet sanctitudo, *Job*, 34, 1. Gloria Dei omnibus præponenda, 92, 2. Lucrum turpe a templo suo arcet Dominus, XIV, 69, 2. Christus id fecit e zelo pro Dei Patris honore, XVI, 333, 2. Judæi quippe sordide avari etiam in templo, suum collybum exercebant, quin et per usuras et per fas et nefas ditescere contendebant, VIII, 222, 2. Zelus in Deo an proprie sit ira, XII, 553, 2. Zelus in Deo proprie quod sit, XV, 525, 2; 526, 1. Christus hic egit zelo quodam honoris divini : qui zelus et fervor vino forti et generoso denotatur, VII, 533, 2. Non egit Redemptor inordinata et infræni aliqua passione, utpote qui omnes passiones et affectus habuerit compositos, puros et cœlestes, VIII, 131 2; XI, 522, 1. Sic ergo egit non iratus, sed honoris divini zelo motus, iræ namque passio non cadit in Deum, sed ejus effectus, VIII, 390, 2. Hinc castigat moderate, 536, 1. Potest tamen, cum vult, pro meritis castigare, *ibid.*, 2. Alius evangelista addit Dominum flagello e funiculis facto hic usum esse : flagellatio autem divina hominem sapere docet, 403, 2. Emicabat haud dubie e Redemptoris vultu veneranda quædam majestas et terribilis quædam vis, quæ omnem hanc turbam ita percellebat, ut quantocius se subduceret. In quo et cur anima sancta sit terribilis, 146, 2. Ideo autem ea fortis et terribilis est, quia decora et cincta virtutibus, 147, 2 et seq.

DICENS ILLIS : SCRIPTUM EST : QUIA DOMUS MEA DOMUS ORATIONIS EST, VOS AUTEM FECISTIS ILLAM SPELUNCAM LATRONUM. — Templum est domus orationis et cœlum, XI, 662, 1. Templum hoc fine ædificatum est, et ejus sanctitas, III, 596, 1, 2 et seq. Templa christianorum domus sunt Dei et locus orationis, XV, 465, 2 (*Vide* TEMPLUM). Causam aperit Christus cur negotiatores exegerit, et mensas subverterit ; solet quippe Deus causam et culpam ob quam castigat et flagella intentat, revelare, VIII, 628, 2.

DOMINICA X POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XVIII, 9-14.)

DIXIT AUTEM ET AD QUOSDAM, QUI IN SE CONFIDEBANT TANQUAM JUSTI, ET ASPERNABANTUR CÆTEROS, PARABOLUM ISTAM. — Hac parabola Christus ostendlt a Deo non fidei verba, sed opera examinanda, inter quæ maxime regnat humilitas, XVI, 241, 2. Cur stulti sibi præfidant, V, 360, 2. Superbi erigunt præ arrogantia oculos suos, VI, 97, 1, 2. Sunt stolidi, 120, 1. Qui sibi sapiens videtur, pejor est stulto, et facile a dæmone decipitur, 312, 1, 2. Qui sibi ipsi magnus, candidus et justus apparet, albuginem in oculis suis habet, IV, 303, 1. Altiora se nemo sectetur aut quærat, IX, 128, 1, 2 et seq.

DUO HOMINES ASCENDERUNT IN TEMPLUM UT ORARENT ; UNUS PHARISÆUS, ET ALTER PUBLICANUS. — Templum enim est locus orationis, XV, 465, 2. Oratio in templo quanti sit momenti, 184, 1, 2. Oratio in templo melior est quam quæ alibi funditur, XVII, 111, 2 et seq. Mundus est templum Dei, in quem omnes ascendere cogitatione quotidie oportet, VIII, 632, 2.

PHARISÆUS STANS, HÆC APUD SE ORABAT. — Quid hic significent vox *stans* et *apud se orabat*, XVI, 241, 2 et seq.

DEUS, GRATIAS AGO TIBI. — Pharisæus non reprehenditur quod Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat, XVI, 242, 1. Homo quam sit Deo ob beneficia accepta astrictus, XVII, 89, 2 et seq. Multa quippe sunt ob quæ Deo obstricti sumus, multaque ei debemus, XVI, 231, 1, 2 et seq.

QUIA NON SUM SICUT CÆTERI HOMINUM : RAPTORES, INJUSTI, ADULTERI ; VELUT ETIAM HIC PUBLICANUS. — Peccat hic Pharisæus contemnendo alium ; semper nos ipsos considerare debemus, non aliorum defectus, XVIII, 575, 1 ; XIX, 186, 2. Hic pharisæus se a turba impiorum eximit, cum tamen improbi plerumque alios sibi similes censeant, VII, 336, 1. Dives superbe Deum rogat, V, 587, 1, 2. Improbus peccatum suum non vult agnoscere, VI, 5, 1, 2. Ostentationis vesania, 271, 1. Laus sui ipsius sordet, 326, 1. Arrogans omnibus exosus est, V, 489, 1, 2. Nemo potest aliis detrahere et se laudare, IX, 105, 2. In fortitudine sua et virtute nemo gloriari debet, 189, 1. Gloriandum non est in sapientia, opibus, viribus, XII, 85, 2. Multiloquium quale hujus Pharisæi in oratione cavendum, XV, 84, 2. Peccata Pharisæi, XV, 242, 2. Multa mala facit qui aliis conviciatur, *ibid.* Bona opera nostra sunt occultanda, II, 453, 1. Quomodo quis dona Dei agnoscere in se debeat et possit, XIII, 20, 1 (*Vide* ARROGANTIA, GLORIATIO, LAUS, etc.).

Occasione arrogantis Pharisæi ostendi potest quam termini et fines impiorum angustiores sint quam piorum, eorumque stultitia, XIII, 596, 1, 2.

JEJUNO BIS IN SABBATO, DECIMAS OMNIUM DO QUÆ POSSIDEO. — Bonum operantes ob inanem gloriam vel quæstum, ventum seminant, et turbinem vanitatis metunt, XIII, 394, 2. Anima Dei donis superbiens a Deo deseritur, 407, 2.

ET PUBLICANUS A LONGE STANS, NOLEBAT NEC OCULOS AD CŒLUM LEVARE. — Longe ab altari et sancto stabat, quia se eo ob peccata indignum censebat, XVI, 243, 2. Humilis tamen est Deo vicinus, V, 314, 2 et seq. Peccator humilis superbiente justo melior est, IX, 327, 1, 2. Homo coram Deo quomodo se dejicere debeat, XIV, 237, 1.

Humiliter agendum cum Deo, *Job*, 231, 1. Corpus in oratione prostrandum, 42, 1.

SED PERCUTIEBAT PECTUS DICENS : DOMINE, PROPITIUS ESTO MIHI PECCATORI. — Tunsio pectoris signum est pœnitentiæ, XVI, 243, 2. Corde fervido orandum, III, 259, 2. Brevis publicani oratio, sed succulenta et efficax, XVI, 243, 2 et seq. Compunctionis quanta vis, XVII, 102, 1. Justus prior se accusat, antequam alios, V, 576, 1, 2 et seq. Quomodo nos semper debeamus maximos peccatores existimare, et quo sensu hoc sit verum, XIX, 187, 2. Omnes nobis superiores esse existimare debemus, 21, 1, 2. Confessio sit prima apud Deum et homines, V, 577, 2. Contritio quomodo deleat peccata, XII, 636, 2 (*Vide* COMPUNCTIO, CONTRITIO, PŒNITENTIA).

DICO VOBIS : DESCENDIT HIC JUSTIFICATUS IN DOMUM SUAM AB ILLO. — Superbia facile justitiam leprimit, at humilitas peccati pondus superat, XVI, 244, 1, 2.

QUIA OMNIS QUI SE EXALTAT, HUMILIABITUR ; ET OMNIS QUI SE HUMILIAT, EXALTABITUR, *vide* HUMILITAS, SUPERBIA.

DOMINICA XI POST PENTECOSTEN.

(*Marc.*, VII, 31-37.)

ET ADDUCUNT EI SURDUM ET MUTUM, ET DEPRECABANTUR EUM UT IMPONAT ILLI MANUS. — Designat hic peccatorem, ejusque miserum statum, *vide* PECCATOR, PECCATUM. Invocatio Dei tutum in morbis et adversis asylum est, V, 569, 1.

ET APPREHENDENS EUM DE TURBA SEORSUM, MISIT DIGITOS SUOS IN AURICULAS EJUS ; ET EXPUENS, TETIGIT LINGUAM EJUS. — Christus aures et linguam corporis aperiendo, aures et linguam mentis pariter aperuit, XV, 693, 2. Saliva quid mystice, *Job*, 198, 2. Sacramenta ,quæ sunt externa signa, nobis merita Christi applicant, sicut Christus hic suo tactu corporali sanat, XIX, 456, 2.

ET SUSPICIENS IN CŒLUM, INGEMUIT, ET AIT ILLI: EPHPHETHA, QUOD EST ADAPERIRE. — Tum condolens miseriæ muti ac surdi, tum cum genitu orans et impetrans illi sanitatem a Deo, XV, 694, 1. Os diversa habet claustra tum a natura, tum mystica, VI, 293, 2.

ET STATIM APERTÆ SUNT AURES EJUS, ET SOLUTUM EST VINCULUM LINGUÆ EJUS, ET LOQUEBATUR RECTE. — Sermones eloquentis Deus disponit, V, 481, 1, 2. Regitque ejus linguam, quæ est velut auriga, 482, 1, 2. Lingua erudita ingens Dei donum est, et oratione impetrandum, XI, 596, 2. Loquela quomodo moderanda, VII, 227, 2. Verba sapientis sunt gratiosa, stulti insipida et imprudentia, 347, 1. Sermo sanctorum est velut favus mellis, VIII, 70, 1, 2. Quale cor hominis est, talia sunt ejus verba, *ibid.*, 2. Sapientes tam in verbis quam operibus suis sunt valde candidi et sinceri, 453, 2 (*Vide* LINGUA, LOQUELA, LOQUI).

ET PRÆCEPIT ILLIS NE CUI DICERENT. — An hoc præceptum fuit proprie dictum, quod ad culpam obligaret, XV, 694, 2.

QUANTO AUTEM EIS PRÆCIPIEBAT, TANTO MAGIS PLUS PRÆDICABANT. — Sancti accepto beneficio, in hymnos et gratiarum actiones prorumpunt, I, 566, 2 (*Vide* GRATIARUM ACTIO). Christum confiteri erubescere non debemus, IX, 60, 1, 2.

ET EO AMPLIUS ADMIRABANTUR, DICENTES : BENE OMNIA FECIT : ET SURDOS FECIT AUDIRE, ET MUTOS LOQUI. — Opera Christi erant perfecta, VIII, 129, 2 et seq. Sic et nos omnia agere oportet perfecte, polite et exacte, 132, 2 et seq. Bonitatem hanc Dei et Christi sancti imitantur, 455, 1. Beneficus ab omnibus amatur et benedicitur, X, 132, 2 et seq. Opera Dei sunt admiranda, 379, 2 et seq. In operibus Dei celebranda maxime sunt bonitas et potentia, 310, 2 seq. Laus bonorum operum Deo est ascribenda, 487, 2.

DOMINICA XII POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, X, 23-37.)

ET ECCE QUIDAM LEGIS PERITUS SURREXIT, TENTANS ILLUM, ET DICENS : MAGISTER, QUID FACIENDO VITAM ÆTERNAM POSSIDEBO ? — Quo animo ad Christum accesserit legis peritus, XVI, 151, 2.

AT ILLE DIXIT AD EUM : IN LEGE QUID SCRIPTUM EST ? QUOMODO LEGIS ? — De lege Dei custodia et observatione, *vide* LEX.

ILLE RESPONDENS DIXIT : DILIGES DOMINUM DEUM TUUM EX TOTO CORDE TUO, ET EX TOTA ANIMA TUA, ETC. ; ET PROXIMUM TUUM SICUT TEIPSUM. *Vide* AMOR DEI ET PROXIMI.

ILLE AUTEM VOLENS JUSTIFICARE SEIPSUM, DIXIT AD JESUM : ET QUIS EST MEUS PROXIMUS ? — Quis proximus, XVI, 150. 2; 151, 1.

SUSCIPIENS AUTEM JESUS, DIXIT : HOMO QUIDAM DESCENDEBAT AB JERUSALEM IN JERICHO, ET INCIDIT IN LATRONES, QUI ETIAM DESPOLIAVERUNT EUM, SEMIVIVO RELICTO. — Per hunc hominem mystice quidam intelligunt naturam humanam sauciatam et per Christum reformatam, XVIII, 70, 2 et seq. Adam est ille homo qui in latrones incidit, XVI, 155, 2. Eodem modo anima per peccatum sauciatur et moritur, XX, 575, 2 (*Vide* PECCATUM).

ACCIDIT AUTEM UT SACERDOS QUIDAM DESCENDERET EADEM VIA ; ET VISO ILLO PRÆTERIVIT. — Vide hic præposteram religionem ac inhumanitatem sacerdotum illius ævi, XVI, 151, 1. Sacerdotis hujus immitis occasione, agi poterit quomodo sacerdotum sit eleemosynas largiri, non avaritiæ studere, XIII, 634, 1, 2 (*Vide* SACERDOS). Immisericordia quanta sit divitum in pauperes, XIII, 599, 1, 2. Immisericordes peribunt, *Job*, 169, 1 ; 497, 2 ; 506, 1. Immisericordiæ mala, XII, 619, 2; 688, 2.

SAMARITANUS AUTEM QUIDAM ITER FACIENS, VE-

NIT SECUS; ET VIDENS EUM, MISERICORDIA MOTUS EST. — Hujus pertranseuntis benignitas erga saucium viatorem expenditur et applicatur, XVI, 151, 2 et seqq. (*Vide* SAMARITANUS). Commiseratio quæ sit opportuna, *Job*, 791, 2.

ET APPROPIANS, ALLIGAVIT VULNERA EJUS, INFUNDENS OLEUM ET VINUM. — Vini usus et olei in vulnere, XVI, 152, 1. Oleum unguentis servit, et aliis rebus, VII, 479, 2. Olei usus quadruplex, ejusque varia symbola, V, 117, 1, 2. Variarum rerum id symbolum est secundum varios ejus effectus, VII, 482, 1. Oleum charitatis erogando non minuitur, IV, 19, 2. Oleum tria mysteria significat, I, 700, 2. Est typus misericordiæ Christi, II, 15, 2. Tropologice significat gratiam et virtutes, idque octo de causis, I, 290, 1. Vinum amaricat, oleum lenit, sic superiores subinde rigorem dulcedini misceant, V, 293, 1. Oleum et vinum modum corripiendi proximum significant, III, 277, 2.

ET ALTERA DIE, PROTULIT DUOS DENARIOS, ET DEDIT STABULARIO, ET AIT: CURAM ILLIUS HABE, ET QUODCUMQUE SUPEREROGAVERIS, EGO, CUM REDIERO, REDDAM TIBI. — Tota hæc historia homini per peccatum lapso applicatur, XVI, 152, 2.

QUIS HORUM TRIUM VIDETUR TIBI PROXIMUS FUISSE ILLI QUI INCIDIT IN LATRONES? AT ILLE DIXIT: QUI FECIT MISERICORDIAM IN ILLUM. — Ille est noster proximus cui vel exhibendum est officium misericordiæ, si indiget, vel exhibendum esset, si indigeret, XVI, 153, 2 (*Vide* MISERICORDIA).

ET AIT ILLI JESUS: VADE, ET TU FAC SIMILITER. — Exempla sancta sunt velut mensa Ecclesiæ, V, 252, 2 et seq. Christianismus est imitatio divinæ naturæ, III, 72, 1. Anima Christum ejusque vitam in se imitando debet exprimere, velut signaculum in cera, 215, 2. Exemplorum quanta sit vis in bonum, XIV, 448, 2; XX, 645, 1. Exempla virorum magnorum sibi ob oculos ponere, acer est ad omnem virtutem stimulus, XIV, 127, 2. Virtus non in verbis, sed in opere sita est, XX, 579, 2 et seq. Qui re succurrere nequit, affectu id faciat, 580, 1.

DOMINICA XIII POST PENTECOSTEN.

(*Luc.*, XVII, 12-19.)

CUM INGREDERETUR (Jesus) QUODDAM CASTELLAM, OCCURRERUNT EI DECEM VIRI LEPROSI QUI STETERUNT A LONGE. — Lepra quid, XVI, 232, 2. Lepræ signa sexdecim æquivoca, *ibid.*, et seq. Lepræ sex alia signa univoca et propria, 233, 1. Lepra inveterata et perfecta incurabilis et exitialis, *ibid.* et seq. Hæc omnia lepræ mysticæ faciliter accommodanda, 233, 2. Lepræ spirituales variæ sunt, 232, 2 et seq. Lepra est morbus contagiosus, sic etiam peccatum; de vitando malo consortio, XVIII, 460, 1. Vita cum impiis culpa non caret, XIX, 483, 2. Peccati fœditas, 508, 1. Peccatoris fœtor ingens, *Job*, 185, 2; 188, 1, 2 (*Vide* PECCATUM *et notata Dominica* III *post Epiphaniam*,

QUOS UT VIDIT, DIXIT: ITE, OSTENDITE VOS SACERDOTIBUS. — Cur leprosos ad sacerdotes misit Christus, XVI, 233, 2. Ratio tum litteralis, tum allegorica, *ibid.* et seq. Sacerdotum magna dignitas; qui honos iis debeatur, IX, 248, 1; 251, 2. Sacerdotes reipublicæ sunt cor, XI, 108, 2. Hinc a sacerdotali ordine corpus politicum velut a capite vigorem et vires accipit, eoque languente languet, *ibid.* De dignitate ministrorum Novi Testamenti, XVIII, 433, 1. (*Vide* SACERDOS).

Accommodari hoc potest sacramento Pœnitentiæ et Confessionis, Confessio sacramentalis astruitur, XVII, 354, 2. Confessionis vis, XX, 221, 1. Ea quam sit utilis, 529. 1. Ea vires diaboli frangit, XVII, 355, 1. Sacramenti Pœnitentiæ symbolum est carbo ignitus, XI, 178, 2. Ex carbone efficit carbunculum, *ibid.* Confessio est carbo ignitus, *ibid.* Confessio christianorum quæ sacerdoti fit, quomodo a confessione Judæorum differret, XV, 98, 1. Confessio aperta peccandi consuetudinem vincit, VII, 345, 1. In confessione deponendus est pudor: confessionis encomia, IX, 166, 1, 2. Conscientia penitus confessario a laicis detegenda, et a religioso superiori suo: quæ commoda et quies conscientiæ hinc sequantur, XIII, 460, 1. Sacerdoti confitendum, non laicis, XX, 220, 1. Confessio sacramentalis quam sit secreta, X, 37, 1. Examen conscientiæ ante confessionem præmittendum, et id quotidianum sit oportet XII, 399, 2. Confessarii in confessionibus audiendis quomodo se gerere debeant, XIV, 591, 2 (*Vide* CONFESSIO, SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ).

ET DUM IRENT, MUNDATI SUNT. — Statim ut irent, mundati fuere, ut scirent se a Jesu curatos fuisse, XVI, 234 1. Quomodo nos Christus a peccatis nostris emundet, XX, 526, 1, 2.

UNUS AUTEM EX ILLIS, UT VIDIT QUIA MUNDATUS EST, REGRESSUS EST, CUM MAGNA VOCE MAGNIFICANS DEUM. — De gratiarum actione, ejus fructibus, et ad eam incitamenta, II, 491, 2 et seq. *Vide* GRATIARUM ACTIO. Deo semper debemus esse grati, XVIII, 660, 2. Gratiarum actio semper usurpanda, 249, 2. Infinitas Deo gratias agere oportet pro ejus in nos beneficiis, idque infinitis titulis, XIV, 268, 2. Vox laudis et confessionis est veluti vinum optimum, VIII, 197, 1, 2.

RESPONDENS AUTEM JESUS, DIXIT: NONNE DECEM MUNDATI SUNT? ET NOVEM UBI SUNT? — Sic hodie multi officia et beneficia captant, at ubi obtinuerunt, non amplius comparent, XVI, 234, 2. Unus sanctus apud Deum potior est universis impiis, IX, 458, 1, 2 et seq.

NON EST INVENTUS QUI REDIRET, ET DARET GLORIAM DEO, NISI HIC ALIENIGENA. — Ingratitudinis vitium, XVI, 234, 2. Deus rigide exigit suorum beneficiorum memoriam, III, 22, 2; 23, 1. Post accepta cœlitus beneficia, gratos nos esse oportet, VII, 55, 2. Beneficia Dei assidue cogitanda, 318, 2.

DOMINICA XIV POST PENTECOSTEN.

(*Matth.*, VI, 24-33.)

NEMO POTEST DUOBUS DOMINIS SERVIRE.—Est adagium significans rarum et difficile esse duobus dominis, qui fere adversis sunt moribus et humoribus, satisfacere, XV, 197, 2. Deus corrivalem non patitur, XI, 399, 2. Mundo et Deo simul placere nemo potest, IX, 104, 1, 2. Aulæ cœlesti et terrestri servire perdifficile est, XIII, 80, 2. Deliciæ carnis et spiritus inter se non compatiuntur, III, 30, 2. Virtutes et vitia se non compatiuntur, 290, 2. De duplici et contrario regno, peccati scilicet et justitiæ, XVIII, 112, 1. Item duplex regnum, Dei et peccati, 115, 1. Spiritus Dei et mundi sunt sibi contrarii, 263, 2 et seq. Servitus Christi quantæ sit dignitatis, XX, 13, 1. Quam teneamur servire Christo, 265, 1. Peccator est servus concupiscentiæ, 465, 1.

NON POTESTIS DEO SERVIRE ET MAMMONÆ. — Mammonæ etymon, XV, 198, 1, 2. Avarus est servus auri, *ibid.*, 2 (*Vide* AVARITIA). Mammonæ stulti serviunt, *Job*, 451, 2. Moderatus bonorum usus salutaris est, VII, 124, 1; 125, 1. Mediocritas opum a Deo petenda est, non abundantia, VI, 432, 1, 2. Quis dives sit Deo, 145, 1. Qui terrena diligit, fit terreus et terra; qui divina, Deus, VIII, 531, 2 et seq.

IDEO DICO VOBIS, NE SOLLICITI SITIS ANIMÆ VESTRÆ QUID MANDUCETIS, NEQUE CORPORI VESTRO QUID INDUAMINI. — Christus sollicitudinem victus septem argumentis vetat, XV, 199, 1, 2 et seqq. Solliciti non debent esse Christiani, XX, 388, 2; 390, 2. Sed sua Deo commendent, 193, 1 et seqq.; 389, 1, 2. Nimium ditescendi studium reprehenditur, VI, 182, 2. De crastino non est laborandum, quia tempus parit futura, 325, 1, 2. Modicum cum quiete melius est multo, sed maximis curis, VII, 171, 2 et seqq. Sed hoc locum non habet in divitis spiritus, 172, 1. Sollicitudo avari eum de nocte somnum capere non sinit, 213, 2 et seqq. De crastino solliciti esse vetamur, 230, 2. Futura Deo sunt committenda, nec homo de iis sollicite laboret, 135, 1. Egregia res est scire se moderate in paupertate et in divitiis se gerere, XIX, 66, 1, 2. Natura paucis est contenta, 65, 2. Angelis similes sunt qui paucis sunt contenti, 66, 2. Deus pro suis sollicitus per corvos aluit, III, 642, 2. In Deo quomodo fidendum, II, 434, 1, 2. Deo ita est fidendum, ut humana præsidia non negligamus, I, 313, 2. Deo fidens totum possidet mundum, V, 525, 2 et seq. Sancti secure in Dei providentia conquiescunt, VIII, 446, 1 (*Vide* FIDUCIA, PROVIDENTIA).

NONNE ANIMA PLUS EST QUAM ESCA, ET CORPUS PLUS QUAM VESTIMENTUM.—Animæ quanta sit dignitas, IV, 382, 2. Quid de ea censuerit Plato, 310, 1. Anima omnibus rebus est potior, *Job*, 31, 2. Tabernaculum animæ est corpus, III, 425, 2. Anima pluris facienda quam corpus, idque per figuram pulchre explicatur, III, 162, 2 (*Vide* ANIMA).

RESPICITE VOLATILIA CŒLI, QUONIAM NON SERUNT, NEQUE METUNT, NEQUE CONGREGANT IN HORREA, ET PATER VESTER CŒLESTIS PASCIT ILLA, NONNE VOS MAGIS PLURIS ESTIS ILLIS?—Cur Christus hominum qui de victu non fuerunt solliciti exempla non proferat, sed de irrationabilium securitate audientes commoneat, XV, 199, 2 et seq. Cur homines avibus cœlestibus comparet, *ibid.* Religiosus sit alauda, 200, 1. Aves docuere homines pœnitentiam et medicinam, XII, 76, 2. Si Pater cœlestis illa animalia pascit, ergo sancti se Dei providentiæ committant, ut pote quæ fortissima testudo est, XIV, 181, 1. Avaritia causa inopiæ est, XV, 200, 1, 2. Providentia Dei omnia intuetur et curat, IX, 465, 1, 2. Providentiam particularem piscium an habeat Deus, XIV, 220, 2.

QUIS AUTEM VESTRUM COGITANS POTEST ADJICERE AD STATURAM SUAM CUBITUM UNUM? — Id est, si quod minimum est non potestis, quid de cætero solliciti estis, XV, 200, 2. Homo nihil habet unde superbiat, IX, 305, 2. Hominis proportio quam sit geometrica et symmetrica, XII, 510 1; XV, 200, 2.

ET DE VESTIMENTO QUID SOLLICITI ESTIS? CONSIDERATE LILIA AGRI, QUOMODO CRESCUNT: NON LABORANT, NEQUE NENT.— Dei providentia in minimis elucet, VI, 460, 1; VIII, 558, 2. Liliorum commendatio et venustas, XV, 201, 1. Sunt ea pulchriora quam Salomon et universi reges in omni gloria sua, 201, 1, 2. Quidquid creatum pulchrum est, atque hinc mundi pulchritudo in causa fuit, ut homines creaturas adorarint, VIII, 546, 1; 547, 1. Mundus et quidquid in eo creatum est, est Dei liber et carmen, XVII, 328, 1. Ex creaturis agnoscitur Deus, *ibid.* Per creaturarum considerationem nobis ad creatorem ascendendum est, VII, 508, 2. Ecclesia dicitur flos campi et lilium convallium ob diversos respectus, 547, 1. Christus quoque lilium est, 548, 1, 2. Omnes lilii proprietates huic accommodantur, *ibid.* Hic item animabus castis et humilibus lilium est, 549, 1, 2. Anima etiam lilium est, 550, 2, Quæ sint lilia agri, 596, 2 et seq. Fideles ob septem analogias lilio comparantur, XIII, 406, 2. Vestes pulchras fœdi mores coinquinant, XI, 113, 1, 2. Earum luxus taxatur, 142, 1, 2 et seqq. (*Vide* VESTIS).

Lilia pulchriora veste Salomonis, cur, XV, 201, 1, 2. Ars simia naturæ, *ibid.*, 2. Gloria mundi fluxa, III, 25, 2 et seq. Vanitas gloriæ mundi demonstrata in gloria Salomonis, 610, 2. Admonitiones pro eis qui in mundo gloriosi sunt, 613, 2. Salomonis opes et gloria, VII, 98, 2.

SI AUTEM FŒNUM AGRI QUOD HODIE EST, ET CRAS IN CLIBANUM MITTITUR, DEUS SIC VESTIT; QUANTO MAGIS VOS, MODICÆ FIDEI?— Liliis pul-

chris vilem herbam et fœnum addit, ad majorem energiam, XV, 201, 2. Mundi et creaturarum pulchritudinem nemo hominum investigare aut comprehendere potest, VII, 142, 1, 2. Viridia oculos oblectant, X, 336, 2. Stupenda facit Deus in gratiam suorum, III, 23, 1, 2.

NOLITE ERGO SOLLICITI ESSE..... SCIT ENIM PATER VESTER QUIA HIS OMNIBUS INDIGETIS. — Corporis necessitatibus servire onus est, XI, 286, 1, 2. Deus in necessariis non deest, III, 30, 1. Scit et vult necessitati nostræ succurrere, XV, 202, 1. Viaticum S. Francisci, *ibid.* Mira Dei providentia, *ibid.*, 2. Divinæ providentiæ certo confidendum, 202, 1.

QUÆRITE ERGO PRIMUM REGNUM DEI, ET JUSTITIAM EJUS, ET HÆC OMNIA ADJICIENTUR VOBIS. — Virtus primo quærenda; quæ si habeatur, mox reliqua omnia adjicientur, VIII, 543, 1. Serio virtutem quærentes, invenient eam, 408, 1. Pietas opes conciliat, 469, 2. Virtutibus ante omnia incumbendum, nam per eas anima et per cruces cælatur Deo, XIV, 393, 1. Hominum quorumdam inania studia et contentiones neglectis rebus seriis, XIV, 310, 2 et seqq. Qui ita temporalibus incumbunt, ut negligant æterna, similes sunt chamæleonti, II, 70, 2 et seq. Regnum cœleste est desiderandum, III, 666, 2. Bona temporalia pro spiritualibus exponenda, *Job*, 551, 1. Bona terrena per lævam, cœlestia per dexteram designantur, VII, 566, 1. Divitiæ sunt donum Dei, IX, 344, 2 et seq. Cultus Dei est basis reipublicæ et regnorum, X, 525, 2. Christus nobis est omnia, XI, 148, 2.

DOMINICA XV POST PENTECOSTEN.

(*Luc*, VII, 11–16.)

